Digitized by Google

M.144.521

M.16 523

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

900000070472

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DÆMONASTIX, SEV ADVERSVS DÆMONES ET MALEFICOS, VNIVERSI OPERIS AD VSVM præsertim Exorcistarum concinnati,

TOMVS TERTIVS.

COMPLECTENS VARIOS IN EAM REM EDITOS tractatus, aliosque nunc primum è tenebris erutos quorum SYLLABVM sequens pagina dabit.

Editio nouissima innumeris mendis expurgata ; Cum INDICIBVS copiosissimis & ad fidem restitutis.



LVGDVNI,

Sumptibus CLAVDII BOVRGEAT, sub signo Mercurij Galli.

M. DC. LXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

SILLABVS AVTORVM.

FLagellum dæmonum, exorciſmos terribiles, potentiſſimos & efficaces, remediáque probatiſſima, ac doctrinam ſingularem ad malignos ſpiritus expellendos, maleficiáque de obſeſſis corporibus fuganda complectens. Cum ſuis benedictionibus omnibus requiſitis ad eorum expulſionem : autore R. P. F. Hieronymo Mengo Vitellianenſi, ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ.

Fuſtis dæmonum, adiurationes formidabiles & potentiſſimas ad malignos ſpiritus effugandos de oppreſſis corporibus humanis, eodem autore.

Fuga Satanæ, à Petro Antonio Stampa Clavenenſi Sacerdote edita.

Recens additi.

Flagellum Maleficorum autore Petro Mamoris Lemouicenſi, in Vniuerſitate Pictauienſi S. Theologiæ Profeſſore.

Tractatus de ſuperſtitioſis quibuſdam caſibus, compilatus in alma Vniuerſitate Colonienſi, per Egregium ſacræ Theologiæ profeſſorem Magiſtrum Henricum de Gorchen.

INDEX

Digitized by Google



INDEX PRIMVS

OMNIVM CAPITVLORVM, QVÆ continentur in hoc Flagello dæmonum.

DE fide, & præparatione, quã Exorciſtæ habere debent, antequàm dæm. adiurare incipiant. cap. 1 f. 1

De puritate conſcientiæ, quam obſeſſus habere debet, & de cognitione ab Exorciſtis hab. cap. 2. 2

An res ſenſibiles poſſint agere in ſpiritum: vbi peroptimè hæc materia tractatur. cap. 3. 3

De interrogationibus, & præceptis dæmonibus ab Exorciſtis fiendis. c. 4. 6

De quibuſdam ab Exorciſtis præcauendis in coniuratione tàm publica quàm ſecreta. cap. 5. 7

De perſeuerantia, & patientia ab Exorciſtis habenda, & de cauſis, quare dæmones quandoque non recedant. cap. 6. ibid.

De Euchariſtia præbenda Energumenis, contra communem opinionem vulgi. cap. 7. 8

De expoſitione quorundam nominum Hebraicorum, atque Græcorum Dei, quæ paſſim in Exorciſmis ponuntur. cap. 8. 9

De expoſitione quorundam nominum Latinorum Dei, quæ ab Auctore in Exorciſmis ponuntur. c. 9. 10

De expoſitione quorumdam nominum B. Virginis Mariæ, quæ in Exorciſmis ſparſim poſita ſunt. cap. 10. 12

An Exorciſtæ poſſint vti ſchedulis: & de regulis, quibus hoc licitè fieri poſſit. cap. 11. 13

De aſtutiis dæmonum præcognoſcendis, remediiſque apponendis. c. 12. 15

De quibuſdam aliis deceptionibus, quibus dæmones vtuntur ad decipiendum Exorciſtam, quæ neceſſariò ab Exorciſtis ſciri debent. c. 13. 17

De his, quæ ab Exorciſta ſcienda ſunt, vt maleficiatos: & Energumenos curare poſſit. cap. 14. 18

De loco, & tempore, quibus Energumeni exorcizandi ſunt. c. 15. ibid.

Hominem à ſpiritibus immundis poſſe vexari, demonſtratur, ibíque oſtenditur quid ſit Arreptitius. c. 16. 19

Quòd aliqui obſeſſi inueniuntur, qui nunquam liberantur, & de cauſis, quibus hoc contingit. c. 17. ibid.

Dæmoniaci an ſint publicè, vel priuatè exorcizandi, & de bonis, quæ fidelibus ex coniuratione prouenium. cap. 18. 20

Digitized by Google

INDEX SECVNDVS

OMNIVM RERVM NOTABILIVM, QVÆ continentur in sequentibus capitulis huius Flagelli.

A

ABBAS Andronicus à dæmone vexatus liberatur. 8. col. 2

Absentia Exorcistæ à Deo ordinati, impedit liberationem obsessi. 19. c. 2

Agens limitatæ virtutis est diabolus. 3. c. 2.

Agla, & eius expositio describitur. 10. c. 1

Agnus, & ouis exprimuntur. ibid. c. 2

Alexandri Papæ V. opinio circa res sensibiles. 4. c. 2

Alia versutia dæmonum contra Exorcistas. 18. c. 1

Aquæ benedictæ ab Ecclesia virtutes. 4. c. 2

Arreptitium esse quid sit. 19. c. 1

Astutia dæmonũ cõtra Exorcistas. 2. c. 1

Astutia dæmonum ab Exorcistis cauenda. 15. c. 2

Aula dicitur Maria domina nostra. 12. c. 2

Aurora in scripturis Maria nominatur. ibid. c. 1

B

BEnedictio licita qualis esse debet. 14. c. 2

Benedicendæ sunt res applicandæ Energumenis. 9. c. 1

Boëtij sentẽtia circa res sensibiles. 3. c. 2

C

CHaracteres, & variæ obseruationes sunt fugiendæ. 14. c. 2

Christus turba præsente ejicit dæmones. 20. c. 2

Caueat hic Exorcista, ne decipiatur. 17. c. 2

Caueat Exorcista à consortio priuato mulierum. 20. c. 2

Caueat Exorcista à curiosis interrogationibus. 6. c. 2

Cautus sit Exorcista in versutiis diaboli. 17. c. 2

Cauendũ est à nominibus ignotis. 9. c. 1

Ceremonialia in nouo Testamento sunt prohibita. 14. c. 1

Cogendi sunt dæmones ad fatendam aliquam fidei veritatem. 7. c. 1

Cognitio certa præsentiæ dæmonis quomodo habeatur. 2. c. 2

Communio non est deneganda Energumenis. 8. c. 1

Consuetudines Ecclesiæ seruari debent. 13. c. 2.

D

DAuid percutiente Cithara, Saul alleuiabatur. 4. c. 1

Dæmones quare non timeant susceptionem Eucharistiæ. 18. c. 1

Dæmones valdè timent orationes boni Sacerdotis. 2. c. 1.

Dæmones pauent ad primum intuitum Exorcistæ. 17. c. 2

Dæmones corpora humana inhabitare possunt. 19. c. 1

Dæmoniaci vbi exorcizãdi sint. 20. c. 2

Dæmones signa suæ præsentiæ relinquunt. 16. c. 2

Dæmones quare non loquantur Latinè. 19. c. 2

Dæmones delectantur in quibusdam rebus. 5. c. 2

Deuotio Eucharistiæ qualis in obsessis requiratur. 8. c. 2

Deus quandoque dæmones eximit à nostra obedientia. ibid.

Diabolus recipit in sui dedecus, quæ fiunt circa corpora obsessa. 6. c. 1

Dili

Digitized by Google

INDEX.

Diligentia in coniuratione apponenda. 16.c.2
Diligentia obſeruanda contra dæmones. ibid.c.1
Diuerſis verbis ſacris affliguntur dæmones. ibid.
Doctrina notabilis pro Exorciſta. 15.c.2
Domus quare appellatur genitrix Dei. 13.c.1
Dormire faciunt Energumenos dæmones, & quare. 17.c.2

E

ECcleſia eſt locus coniurationi dedicatus. 18.c.2
Eccleſiæ ritus ſeruandi in operibus humanis. 13.c.2
Effectus operum noſtrorum voluntati diuinæ eſt relinquendus. ibid.
Effectus maleficiales produci non poſſunt ſine auxilio Dæmonum. 4.c.1
Error Pauli Ghirlandi circa nomina Dei. 9.c.2
Euchariſtia tradenda eſt Energumenis. 8.c.1
Exorciſta non cedat ad promiſſum diaboli. 17.c.1
Exorciſtæ poſſunt applicare ſenſibilia energumenis. 6.c.1
Exorcizare non debet Exorciſta in domibus priuatis. 18.c.2

F

FAntaſmata voluptuoſa immittunt dæmones. 15.c.2
Fatua admiratio quorundam. 19.c.1
Fides eſt neceſſaria Exorciſtis. 12.c.1

G

GAllicè, quare dæmones non reſpondeant. 3.c.1
Gloria Dei finis operum noſtrorum eſſe debet. 13.c.2
Grauiſſimum eſt dæmonibus comburi eorum nomina. 17.c.1
Guidonis opinio circa melodiam. 5.c.1

H

HAbent dæmones inter ſe inimicitias. 7.c.1
Habere vſum rationis qualem obſeſſi debent. 9.c.2
Hominem arreptitiũ eſſe quid ſit. 18.c.1
Homouſion nomen exponitur. 10.c.1
Honor, Eccleſia vtitur. 11.c.1
Horribilia loca inhabitant dæmones. 6.c.2
Humilis debet eſſe Exorciſta. 2.c.1
Humilitas Exorciſtæ quantùm à dæmonibus timeatur. ibid.c.2

I

IAnua, & Stella Maria dicitur. 12.c.2
Inferre iniuriam diabolo an Exorciſta debeat. 6.c.2
Infidelitas Exorciſtæ impedit liberationem obſeſſi. 20.c.1
Infinitè peccant, qui contra Deum delinquunt. 6.c.1
Ingratitudinem quærunt dæmones immittere. 16.c.2
Inquiſitio fienda in interrogationibus. ibid.
Intentio qualis habenda ſit in operibus humanis. 15.c.2
Irriſiua nomina dæmonibus imponenda ab Exorciſtis. 16.c.1
Irritare debet Exorciſta dæmones, & quare. 6.c.1

L

LApide annuli quidam eiiciebat dæmones. 5.c.1
Latere quærunt dæmones in obſeſſis corporibus. 15.c.1
Latinè quare non loquantur dæmones. 3.c.1
Leuis, & curioſus inueſtigator non ſit Exorciſta in interrogationibus. 17.c.2
Libenter dæmones quærunt latere. 16.c.1

M

MAgiſtri hiſtoriæ Eccleſiaſticæ opinio circa res ſenſibiles. 5.c.2
Maior pœna damnatorum qualis. ibid.
Malignitas, vilitáſque quorundam dæmonum. 17.c.2
Maximam patientiam debet habere Exorciſta. 7.c.2

Digitized by Google

INDEX.

Melodia, & sensibilibus Energumeni alleuiantur. 4.c.1
Mentem obsessi dæmones auertunt. 15. c.1
Modus applicandi res sensibiles dæmoniacis. 8.c.2

N

NAturalis proprietas necessaria in operibus bonis. 14.c.1
Nomina ignota sunt metuenda. 14.c.2
Nomina sancta Dei, quæ gratis reprehenduntur. 9.c.2
Nomina sancta à D.Hieronymo exposita. ibid.
Notabilis astutia dæmonum. 18.c.2

O

OBsessi quidam nunquam liberantur. 19.c.2
Obsessus expurgare debet conscientiam propriam. 2.c.2
Operationibus rerum sensibilium subciuntur dæmones. 5.c.1
Operum nostrorum effectus Deo relinquendus est. 15.c.1
Opera nostra sint conformia consuetudinibus Ecclesiarum. 13.c.2.& 14.c.1
Oratio Sacerdotis quando sit efficacior. 2.c.1

P

PAraclitus vtitur Ecclesia. 11.c.2
Paruitas fidei impedit liberationem obsessi. 19.c.2
Peccata propria liberationem obsessi impediunt. 20.c.1
Peccata per pœnitentiam dimissa, tecta sunt diabolo. 2.c.1
Plerumque dæmones in sua obstinatione sinit Deus. 7.c.2
Præcepta dæmonibus facta non sunt defendenda. ibi l.c.1
Præceptum S. Alexandri Papæ ad Sacerdotes. 4.c.2
Præcipienda dæmonibus obsidentibus. 7.c.1
Pro venialibus dæmones corpora humana reingrediuntur. 16.c.2

Q

QVædam benedictiones propter scandalum sunt euitandæ. 14.c.2
Quæ fiunt circa obsessos diabolus recipit in sui dedecus. 6.c.1
Quæ ponenda sunt super obsessum contra dæmones. 2.c.2
Quærenda sunt instrumenta maleficialia. 5.c.1
Quæ sint interroganda ab exorcistis. 6.c.2
Quæ scienda sunt ab exorcistis. 18.c.1
Qui liberari non possunt, hortantur ad patientiam. 20.c.1

R

REbus exterioribus aggrediendus est diabolus. 3 c.1
Rebus sensibilibus an quis possit à dæmone liberari. 14.c.1
Refugiunt dæmones à rebus sibi contrariis. 6.c.1
Res sensibiles mitigare possunt vexationem, & quomodo agant in spiritum. 3.c.2
Rex, Ecclesia sæpè vtitur. 10.c.2

S

SAcerdotis oratio quando sit efficacior. 12.c.1
Sanctus in scripturis inuenitur. 11.c.2
Satisfacit Auctor desiderio quorundam. 10.c.1
Scala est appellata Sancta Maria. 13.c.1
Scandalum est euitandum in omnibus operibus nostris. 14.c.1
Schedulis vti potest Exorcista. 13.c.2
Sensibilia immutant dispositionem corporis. 3.c.2
Sol vnde vocetur Christus. 11.c.1
Soter, & Iehoua declarantur. 10.c.1
Spiritus damnati ab igne corporeo cruciantur. 5.c.1
Spiritualia bona, quæ ex coniuratione oriuntur. 21.c.1
Splendor declaratur. 11.c.1
Stimuli, quibus dæmones cruciantur. 7.c.2
Summum bonum dicitur Deus. 11.c.2

Taberna

Digitized by Google

INDEX.

T

TAbernaculum quare vocetur Beata Maria. 12.c.2
Tempus adiurandi dæmones. 18.c.2
Teſtimonium Caſſiani circa communionem. 8.c.1
Tobia per inteſtina piſcis liberatur. 5.c.12

V

VEllus vocatur beata virgo Maria. 12.c.2
Vexatio parua an rebus corporalibus auferri poſſit. 4.c.1
Virgo Maria, ſæpe nominatur. 12.c.1
Virtus inſita rebus creatis contra dæmones. 5.c.1

Y

YPericon herba, eiúſque virtus. 5.c.2

FINIS.

INDEX TERTIVS

OMNIVM RERVM NOTABILIVM, QVÆ continentur in Exorciſmis huius Flagelli.

A

AEris coniuratio contra malignos ſpiritus corpora humana obſidentes. 68.c.1
Aquæ coniuratio aduerſus dæmones corpora humana opprimentes. 69.c.2

B

BEnedictio ignis ad comburendam imaginẽ pictam dæmonis. 74.c.2

C

COniuratio ignis ad comburendam imaginẽ pictam dæmonis. 73.c.2
Coniuratio terræ contra dæmones corpora humana obſidentes. 68.c.2
Coniuratio aëris aduerſus dæmones vexantes corpora humana. ibid.c.1
Coniuratio aquæ contra malignos ſpiritus. 69.c.2
Coniuratio ignis contra dæmones humana corpora opprimentes. 70.c.1
Coniuratio omniũ elementorũ. ibid.c.2
Coniuratio inferni contra dæmones. 71.c.1

D

DEus in adiutorium meum intende. 23.c.2

E

EVangelium. In principio erat Verbum. 23.c.1
Euang. Amen, Amen dico vobis. ib.c.2
Euang. Recumbentibus vndecim diſcipulis. 34.c.1
Euang. Ductus eſt Ieſus in deſertum. 35.c.1
Euang. Dicebat Ieſus turbis ſimilitudinem. ibid.c.2
Euang. Reſpondens vnus de turba dixit. 36.c.1
Euang. Surgens Ieſus de Synagoga. ibi.
Euang. Erat Ieſus eiiciens dæmonium. 34.c.2
Euang. Venit Ieſus trans fretum maris. 49.c.1
Euang. Conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis. 65.c.2
Euang. Miſſus eſt Angelus Gabriel. 87.c.2
Exorciſmus primus in malignos ſpiritus. 21.c.1
Exorciſmus ſecũdus aduerſus dæmones obſidentes corpora humana. 33.c.1
Exorciſmus tertius optimus & & mirabilis. 40.c.1

Exorciſmus

Digitized by Google

Exorciſmus quartus terribilis,& maximæ efficaciæ. 47.c.2
Exorciſmus quintus aduerſus ſpiritus. 56.c.2
Exorciſmus ſextus potentiſſimus, terribilis, mirabilis efficaciæ,&c. 63.c.1
Exorciſmus ſeptimus terribilis aduerſus dæmones,&c. 81.c.1
Exorciſmus faciendus maleficiatis ante coniurationem. 27.c.1
Exprobratio in Satan magna, & terribilis, &c. 89.c.1
Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.

G

GRatiarum actiones pro Energumeno liberato. 94.c.1

I

IGnis coniuratio contra malignos ſpiritus. 70.c.2
Inferni coniuratio aduerſus dæmones corpora humana obſidentes. 71.c.1
Improperia, & opprobria contra malignos ſpiritus obſidentes. 51.c.1.& 75.c.2

L

LItaniæ dicendæ pro dæmoniacis liberandis. 24.c.1.2

M

MIſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam. 47.c.1. & 63.c.1
Modus ligandi ſtolam ad collum vexati. 22.c.1

N

NOmina ſancta Dei dicenda ſuper obſeſſum à dæmone. ibid.c.2
Nomina ſancta Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. 45.c.1
Nomina beatiſſimæ Virginis Mariæ. 46.c.1

O

OPprobria, & improperia in malignos ſpiritus. 54.c.1.& 75.c.2
Oratio dicenda contra ſpiritus obſidentes. 53.c.2
Orationes dicendæ pro gratiarum actionibus. 95.c.1.2

P

PRæcepta facienda ſpiritibus fauentibus, & obſidentibus. 21.c.2
Præceptum faciendum ſpiritibus immundis è corporibus egreſſis. 93.c.2
Præceptum faciendum ſpiritibus remanentibus in corpore. ibid.
Profumigationes ex rebus horribilibus contra dæmones. 75.c.2
Promiſſum diaboli ab Exorciſtis. 93.c.1

Q

QVid habita in adiutorio altiſſimi. 12.c.1

S

SEntentia ferenda ab Exorciſtis contra dæmones. 92.c.1
Solutio dæmonum exiſtentium in corporibus humanis ab Exorciſt. fienda. ibid.c.2

T

TErræ coniuratio contra dæmones obſidentes corpora humana. 68.c.2
Te Deum laudamus: te Dominum confitemur. 94.c.2

V

VErba dicenda quando ſpiritus profumigantur. 54.c.1.2

FINIS.

Digitized by Google



FLAGELLVM DÆMONVM.

AD MALIGNOS SPIRITVS

EFFVGANDOS EX OPPRESSIS

corporibus, doctrinam pulcherrimam, & valdè necessariam Exorcistis, continens.

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENGO Vitellianensi, Ordinis Minorum Regularis Observantiæ.

CAPVT I.

De fide, & præparatione, quam Exorcistæ habere debent, antequàm dæmones adjurare incipiant.

QVICVNQVE desiderat rectè, facilè, & sine periculo suæ & aliorum salutis calcare super serpentes infernales, & cavere ab omnibus operibus vanis, illicitis, & superstitiosis; atque exercere officium adjurandi dæmones in corporibus humanis existentes, sine peccato; vt (favente Deo) hac charitate exorcizandi, quæ inter omnia opera misericordiæ est laboriosissima, mereatur pervenire ad gloriam sempiternam

Digitized by Google

nam ante omnia debet habere indubitatam fidem de mysteriis Jesu Christi, & fide Catholica; cùm operatio miraculorum (cujusmodi est ista) ascribatur fidei, & illi conueniat. Cui etiam addenda est puritas conscientiæ, mediante dolorosa contritione suorum peccatorum, & pura confessione Sacramentali; quia etsi Sacerdos, potestate Sacerdotali, oret in persona Ecclesiæ, tamen eius oratio est efficacior, quando ex parte eius est munda; quia habet efficaciam ex parte Ecclesiæ, & etiam illius Sacerdotis, qui tanquàm amicus Dei, ab ipso meretur exaudiri, & etiam quia peccata, quæ per veram pœnitentiam fuerunt à Deo dimissa, tecta sunt diabolo, nec illa potest obiicere animæ (experientia teste) coactus diuina potentia, & maximè quando Sacerdos imperat illi silentium. Vbi autem non est dimissum à Deo peccatum, dæmones, qui, (vt diximus in nostro vulgari. Compendio, quod edidimus de operationibus dæmonum, & Maleficiorum, *c.7. primi libri*) demptis cogitationibus cordium, omnia cognoscunt, ut possint compescere Sacerdotes ab adjuratione, confusione, & pudore, illis tàm vera, quàm falsa crimina objiciunt. Ne ergo Exorcistæ desinant hac de causa ab hac operatione, Deus non finit hanc auctoritatem dæmonibus. Debet etiam Exorcista habere humilitatem profundissimam, reputando se in hoc opere, vt instrumentum Dei, & per consequens se nihil posse agere absque eius auxilio; ne scilicet quærat laudari pro hujusmodi ab hominibus, sed solummodò ad honorem omnipotentis Dei, & animarum salutem gaudeat, & lætetur in hoc opere, ne perdat meritum, & incurrat peccatum. Tum quia faciliùs dæmones fugantur, odorem humilitatis sufferre non valentes; tum etiam quia humilibus dona sua largitur, & gratiam, qui eis benè, & ordinatè vtuntur. His omnibus Exorcista munitus, cum tanta securitate diabolum aggrediatur, ac si aliquod opus delectabile vellet perficere; quia videbit, quid faciet Deus benedictus.

Fides est necessaria Exorcistis.

Sacerdotis oratio quàndo sit efficacior.

Astutia dæmonũ contra Exorcistas.

Humilitas Exorcista quantùm à dæmonibus timeatur.

CAP. II.

De puritate conscientiæ, quam obsessus habere debet, & de cognitione ab Exorcistis habenda.

EXorcista debet hortari obsessum, vt cum maxima diligentia expurget conscientiam suam; tum quia oratio eius, & etiam pro eo orantium faciliùs exaudietur à Deo; tum etiam quia hæc vexatio frequenter consueuit fieri pro peccatis: (vt diximus *in nostro Compendio libro 2. capit. 6. & libro 3. cap. 7.*) Et debet ipsum instruere, vt subjiciat se humiliter Deo, & quòd ipsum deprecetur, vt, si expedit, liberetur à spiritibus immundis. Deinde conetur cognoscere, si talis persona sit verè obsessa à diabolo, vel non; ne cum dispendio honoris diuini, & Sacerdotalis dignitatis inaniter fatigari contingat. Cognoscet autem ibi certitudinaliter adesse spiritum, quando percipiet obsessum loqui, aut cognoscere, quæ aliàs loqui, aut scire nequiuisset; putà aliqua distantia, vel occulta. Cognoscet verò probabiliter, quando videbit eum sub manu sua tremere ad sacra verba, aut torsiones, vel dolores, aut motus, vel furores insolitos, & repentinos facere,

Obsessus expurgare debet conscientiam propriam

Cognitio certa præsentiæ dæmonis quomodo habeatur.

Quæ pœnenda sunt super obsessum contra dæmones.

Digitized by Google

facere, aut horrere, & detestari diuina, putà Sacramenta, maximè Confessionis, & Eucharistiæ, nomina Sanctorum, & orationes diuinas. Et ideò à principio debet Exorcista, quantùm potest, cogere diabolum ad ista ostendenda, alligando latenter aliquod sacrum super obsessum, putà reliquias Sanctorum, vel schedulam continentem verba Dei, ad cuius præsentiam, si obsessus huius rei insçius ostenderit nouitatem, erit signum diabolicæ præsentiæ. Sed aduerte propter detractores hujus artis, quòd dæmones obsidentes corpora humana; rarissimè loquuntur Latinè, hac de causa, ne scilicet credantur ibi adesse, etiam quia vtuntur instrumentis naturalibus illorum, qui ab ipsis opprimuntur; & ideò diabolus obsidens idiotam, non facilè respondet Latinè; nec obsidens Italum, facilè respondet Gallicè; quia lingua ad vnum modum loquendi assueta est illi obedientior, & ad motus illos placandos dispositior. De hac autem materia vide Compendium nostrum, *lib. 2. cap. 11. per totum.*

CAP. III.

An res sensibiles possint agere in spiritum, vbi peroptimè hæc materia tractatur?

Rebus exterioribus aggrediendus est diabolus.

EXorcista poterit aggredi diabolum obsidentem corpus humanum, rebus exterioribus, vt aquâ benedictâ, incenso, sulphure, rutâ, & medicinis, ac aliis potationibus, quæ omnia debent esse exorcizata, & benedicta. Sed quia huic capitulo multi aduersantur diuersis rationibus; ideò sciendum est secundùm Ricardum de Media-villa, *quolibet. 3. quæst. 8.* quòd etsi herbæ, harmoniæ, & res corporales non possint sua naturali virtute totaliter excludere vexationem, qua diabolus hominem vexat, quando sibi permittitur à Deo, vel ab Angelis bonis: possunt tamen illam vexationem mitigare, & ita parua poterit esse vexatio illa, quòd istæ res exteriores poterunt eam penitùs excludere, sed hoc facient, non agendo in ipsum dæmonem, cùm sit spiritus separatus, in quem non potest naturaliter agere quodcunque corpus, sed agendo in ipsum vexatum à dæmone. Omnis enim causa limitatæ virtutis, producere potest effectum intensiorem in materiam magis dispositam, quàm non dispositam; cùm secundùm Philosophum *secundo de anima*, actus actiuorum sint in patiente benè dispositio. Diabolus autem est agens limitatæ virtutis, ergo vexationem intensiorem potest facere in homine dispositio ad illam vexationem, quam intendit adducere, quàm in homine dispositionis contrariæ. Putà, diabolus potest intensiùs vexare passione melancholica hominem dispositum ad illam, quàm hominem dispositionis contrariæ. Certum est autem, quòd herbæ, harmoniæ, & multa alia sensibilia multùm possunt immutare dispositionem corporis, & ex consequenti motum sensualitatis; hoc patet de herbis, cùm quædam inclinent ad lætitiam, quædam verò ad tristitiam; hoc etiam dico de harmoniis, vt patet per Philosophum 7. *Probl. 6.* vbi vult, quòd diuersæ harmoniæ habeant prouocare diuersas passiones in homine. Hoc idem refert Boëtius *in sua Musica*; & Auctor de Ortu scientiarum; vbi loquens de vtilitate Musices dicit, quòd valet ad curandum diuersas infirmitates. Potest enim

Res sensibiles mitigare possunt dæmonis vexationem, & quomodo agant in spiritum.

Agens limitatæ virtutis est diabolus.

Sensibilia immutant dispositionem corporis.

Digitized by Google

Vexatio parva an rebus corporalibus auferri possit.

contingere aliquando, quòd diabolo non permittatur hominem vexare, nisi vexatione ita parva, quòd per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleretur totaliter; & tunc aliquæ herbæ, vel harmoniæ possunt corpus hominis ita ad contrarium disponere, (*vt suprà* diximus) quòd illa vexatio totaliter remoueretur; verbi gratia, Diabolus quandoque posset hominem vexare vexatione tristitiæ ita debiliter, quòd per aliquas herbas, vel harmonias, quæ possunt efficere dilatationem, & diffusionem spirituum, qui sunt motus contrarii tristitiæ totaliter amoveretur illa tristitia. Non autem video, quomodò herbæ, & cætera sensibilia possint in homine aliquam dispositionem efficere, qua mediante, homo nullo modo possit à dæmone vexari, quando vexatio est maxima; quia herbæ, & harmoniæ (vt *suprà* diximus) sua naturali virtute hanc dispositionem causare nequeunt. Hoc postremum diximus propter aliquos, qui nituntur defendere, quòd aliquid possint effectus maleficiales producere per quasdam herbas, & occultas causas, absque auxilio dæmonum: tantummodò ex influentia corporum cælestium, quæ plus potest imprimere in hujusmodi res corporales ad effectus corporales, quàm ipsi dæmones ad producendum hujusmodi effectus maleficiales. Hoc etiam probatur auctoritate sacræ Scripturæ. Nam 1. *Reg.* 16. dicitur de Saule, quòd cùm vexaretur à spiritu immundo, David percutiens cytharam coram eo, alleuabatur, & spiritus nequam recedebat ab eo, quod exponens Lyranus dicit: Videtur rationabiliter concedendum quòd per melodiam, seu per aliqua sensibilia possint afflicti à dæmonibus afflictionem leviùs ferre, quia per aliquam rem sensibilem potest causari dispositio in corpore humano, per quam minùs subiiciantur actioni dæmonum, & sic afflictio ab eis causata diminuitur, & alleviatur. Et *Tobiæ* 6. Angelus Raphaël exturbavit dæmonem à Sara, & à Tobia per intestina piscis, dicens, quòd si super carbones ponatur iecur illius piscis, fumus ejus extricet omne genus dæmoniorum, tàm à viro, quàm à muliere. Sed hoc factum fuit, adjuuante oratione, & continentia triduana, cum alligatione dæmonis per Angelum. Quid plura? Sanctus Alexander Papa, hujus nominis primus, *in sua prima epistola* præcipit omnibus Sacerdotibus exemplo sui, benedicere istas res populi, dicens: Aquam enim sale conspersam benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, ac purificentur, & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam & si sale aspersa per Helisæum prophetam, sterilitas aquæ facta est; quantò magis divinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum; & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, insidiásque diaboli avertit, & à phantasmatis versutiis hominem defendit? & *infrà*. His ergo, & aliis instructi documentis, vota singulorum, domini Sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti divinis precibus per ministerium vobis divinitùs collatum perficere curate. Elementa quoque, tam ea, quæ prædiximus, quàm cætera divinis apta vsibus, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrate, infirmos curate, & cætera quæ ad vos pertinent, diligenter perficite. Hæc ille. Dicitur etiam in Musica Guidonis, quòd sunt quidam dæmones, qui non valent melodiam sustinere.

Rebus sensibilibus an quis possit à dæmone liberari. Melodia, & sensibilibus, Energumeni alleviantur.

Alexandri Papæ opinio circa res sensibiles.

Præceptum S. Alexan. Papæ ad Sacerdotes.

Refert

Guidonis opinio circa melodiam.

Refert etiam Josephus *lib.* 8. *Antiquitatum*, quòd in exercitu Titi erat quidam, qui per lapidem annuli dæmones expellebat à corporibus obsessis. Dicit etiam, quòd quidam Exorcista, utens adiurationibus Salomonis, se præsente ejecit dæmonem, cujusdam herbæ radice suppositâ naribus obsessi. Ista omnia, sunt

Censura sanctissimæ inquisitionis.

sensibilia, & ut visum est, possunt reprimere vexationem dæmonum vexantium corpora humana. Et alii quàm plures excellentissimi doctores hanc conclusionem tutati sunt,

Virtus insita rebus creatis contra dæmones.

quorum testimonium nullus facilè absque nota proterviæ spernere potest. Sed hîc adverte, quòd & si isti doctores multa dicant, quæ favent nostro proposito, tamen si intelligerent, hæc posse fieri absque Exorcismis sanctæ Ecclesiæ, omnino errarent. Declaratur etiam hoc nostrum

Operationibus rerum sensibilium subiiciuntur dæmones.

propositum hac ratione, quæ elicitur ex *suprà* citata auctoritate Tobiæ: ubi clarè videtur, quòd in quibusdam rebus à Deo creatis, insita est quædam virtus, & potentia juvandi Energumenos, & constringendi

Spiritus damnati ab igne corporeo cruciantur.

dæmones, atque ipsos ejiciendi è corporibus ab ipsis obsessis: ut est ista: Deus omnipotens, cùm sit omnium malorum ultor, ad hoc ut puniat spiritus damnatos secundùm exigentiam culpæ eorum, operationibus quarundam rerum sensibilium ipsos subjugavit, cùm hoc non repugnet potentiæ divinæ: immò hæc est veritas ineffabilis, ab ore Salvatoris nostri Jesu Christi prolata, ut patet de punitione damnatorum in inferno, *Matth.* 25. ubi animæ damnatæ, & dæmones ab igne corporeo cruciantur, ut probavimus *in nostro Compendio, libro primo, cap.* 17. & hoc, ut severitas divinæ justitiæ habeat subjectum, in quo actum suum, secundùm exigentiam delictorum exercere possit. Et ratio est; quia, qui contra Deum peccat, infinitè delinquit, & per consequens æternaliter puniri debet, & hoc maximè quando à statu merendi, quis impœnitens, & in peccato obstinatus decedit. Et est credibile, quòd spiritibus damnatis, (demptâ privatione divinæ visionis) nulla major pœna infligi possit, quàm illos actionibus virtutum rerum sensibilium subjugari. Ex quibus omnibus concludendum est cum Angelo Raphaële, quod quædam res sensibiles inveniuntur, quæ (ut instrumenta divinæ justitiæ) habent virtutem juvandi obsessum à dæmone, atque ipsum à maleficiis liberandi, ut patet per Auctores Mallei Maleficarum *parte* 2. *q.* 2. *c.* 5. & per Magistrum *in historia Ecclesiastica*, exponentem supradictam auctoritatem Tobiæ, *c. unico*, atque in hæc verba loquentem: *Nec super hoc mirari debemus, cùm fumus cujusdam arboris adustæ, eandem vim habere perhibeatur.* Et prædicti Auctores in eodem loco, loquentes de quadam herba, quæ vocatur hypericon, & ab ipsis Fuga dæmonum, maximam virtutem contra dæmones habere asserunt. Hoc etiam est clarum de Ruta, quæ applicata Energumenis, sustineri non potest ab ipsis spiritibus immundis obsidentibus, ut quotidie experimur. Et ratio horum (vltra hoc, quod interdum sunt signa, & afflictionum ingerunt memoriam) esse potest, quia ipsi dæmones in certis rebus delectantur, in quibus etiam libenter operantur; in quibusdam verò contristantur, in quibus etiam operari abhorrent; ut sunt res Joveales, & solares, quæ gaudium, & lætitiam in homine causare videntur, quibus ipsi dæmones adversantur; & hinc est, quod illa abhorrent, atque refugiunt.

Hypericon herba, ejusque virtus.

Dæmones delectantur in quibusdam rebus.

Digitized by Google

fugiunt. Delectãtur autem dæmones in his, quæ sunt melancholica, & dominantur super loca horribilia, solitaria, & obscura, atque subterranea, & ut amatores tenebrarum, mœstitiæ, & melancholiæ, in illis libenter permanent, atque operantur. Et hinc evenit, ut omnes, qui terroribus à spiritibus immundis opprimuntur, ut plurimum hoc fiat in locis opacis, & sine luce. Hinc etiam oritur, quòd, cùm res contrariæ conditionibus dæmonum obsidentium, Energumeno, seu maleficiato applicantur, quæ mœstitiam eiiciunt, & melancholiam, & hominem hilarem, atque iucundum reddunt, ipsi dæmones ab ipsis corporibus obsessis fugiant. Ex quibus omnibus apparet liquidè, quòd Sacerdotes, & Exorcistæ possunt applicare aliqua sensibilia ipsis Energumenis ad alleviãdam vexationem ipsis illatam à spiritibus immundis, dummodò illa sint benedicta, in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Etiam quia, quæ fiunt circa corpora obsessa, diabolus illa recipit in sui dedecus, & opprobrium; & præcipuè quando sunt irrisiva, vel afflictiva, ut sunt fœtida, amara, vel hujusmodi, quia interdum illa sunt signa, & afflictivorum ingerunt memoriam, & ideò Exorcista debet ista applicare infirmo, & irritare dæmonem opprobriis, & injuriis, ac omnibus modis, quibus honestè potest, quæ omnia ille iniquo animo perfert, tanquam in sui dedecus, & contemptum exercita. Et ratio horum est, ne obsessus à dæmone privetur sensu; quod crebrò ille facit, ne obsessus verba Dei percipiat attentè, quibus compungatur, & ad orationem silenter excitetur; & etiam quia his verbis, & injuriis provocatur superbus dæmon, ut ab eo loco discedat, vbi percutitur à Deo Exorcismis, & irridetur ab hominibus injuriis, & verbis irrisiuis. Nec obstat, quòd non debeamus alicui creaturæ inferre injuriam, nec maledicere; quia in hoc Exorcista non maledicit diabolum, ut creaturam Dei, & ex odio; sed ex amore Dei, cui rebellat, & ex charitate proximi, quia dæmones in cursu hujus vitæ constituti, sunt nobis adversarij; & ideò licet nobis illi inferre verba contumeliæ, ut à proximo, quem indebitè vexat, repellatur.

Horribilia loca inhabitant dæmones.

Refugiũt dæmones à rebus sibi contrariis.

Exorcista applicare possunt sensibilia Energumenis.

Irritare debet Exorcista dæmones & quare.

Inferre iniuriam dia elo, an Exorcista debeat.

CAP. IV.

De interrogationibus, & præceptis dæmonibus ab Exorcista faciendis.

POterit etiam Exorcista licitè interrogare dæmones obsidentes corpus humanum ad instar Christi, qui interrogauit dæmonem, dicens: *Quod est nomen tibi?* ut habetur *Matthæi 5.* Sed cauere debet, ne sit leuis, & curiosus inuestigator: quia non licet nobis ipsum interrogare, nisi de his, quæ faciunt ad expulsionem eorum, & ad repellendum documentum tàm à nobis, quàm à proximis nostris; & ideò Exorcista sit cautus in interrogationibus, ne decipiatur à diabolo. Poterit ergo ex parte Christi interrogare dæmonem, ipsum arctando, ut dicat, vtrum sint multi, vel pauci; quod sit nomen eius, & sociorum; qua de causa sint ingressi; qua hora, per quem personam sint expellendi, per quam Sanctum, qui sint sui inimici in cœlo, & qui in inferno; quibus verbis magis crucientur; si sint aliquo pacto, vel maleficio ibi ligati

Cauear Exorcista à curiosis interrogationibus.

Quæ ab Exorcistis interrogandæ sint.

Digitized by Google

ligati : quomodò illud maleficium possit destrui : quis sit eorum princeps in illo corpore : si talis persona sit verè vexata ; & similia : cùm ista non solùm non pertineant ad amicitiam, sed ad eorum expulsionem. Deinde in virtute Dei præcipere poterit Lucifero, & omnibus potestatibus infernalibus, vt dæmones contumaces, & nobis inobedientes excrucient in inferno, & spiritui principali in corpore obsesso, quòd secum educat totam societatem suam : quia etsi in nocendo hominibus omnes sint concordes, tamen inter se habent inimicitias, & pugnant : propter quod vnus interdum ad imperium nostrum alium libenter castigat.

Præcipienda dæmonibus obsidentibus.

Habent dæmones inter se inimicitiam.

CAP. V.

De quibusdam ab Exorcistis in coniuratione tam publica, quàm secreta præcauendis.

COgere debet Exorcista dæmones Exorcismis, vel præceptis, vt ad honorem Dei, & proximorum ædificationem confiteantur aliquam fidei veritatem, & quòd in virtute illius veritatis Deo omnipotenti exhibeant reuerentiam : putà flectendo genua, & cum inclinatione capitis ter percutiant terram, adorando sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Aduertat etiam Exorcista, ne deserat aliquod præceptum à se factum diabolo, etiamsi viderit ipsum longo tempore contemnere, & irridere : sed conetur per illud, à dæmone obedientiam extorquere : quia si illud derelinquat, diabolus reputat se victoriam obtinuisse contra ministrum, & cum maxima difficultate postea cogitur ad obedientiam. Sit etiam cautus in applicando res sensibiles dæmoniaco, vt sunt reliquiæ sanctorum, lignum Crucis, & similia, non solùm propter se, sed etiam propter assistentes, solùm præbendo illis tantam fidem, quantam sibi conuenit : quia dæmones, cùm sint astutissimi, aliquando fingunt se timere talia, quæ in veritate aliquando non sunt veræ reliquiæ, vt posteà imminuant fidem sacramentorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ : circa quod expertus sum miranda.

Cogendi sunt dæmones ad fatẽdam aliquam fidei veritatem.

Modus applicandi res sensibiles.

CAP. VI.

De perseuerantia, & patientia ab Exorcistis habenda, & causa quare dæmones quandoque non recedant.

DEbet Exorcista habere maximam patientiam, & perseuerantiam in ipsa conjuratione, ne scilicet desperetur de victoria, si viderit dæmones diu permanere in sua obstinatione. Pro cujus declaratione sciendum est, quòd præcepta Sacerdotis ad diabolum, vt discedat, sunt præcepta Dei : quia ex Dei persona sunt prolata, quibus diabolus statim, ac subitò crederet, si vti vellet Deus sua omnipotenti virtute, quòd non semper facit, sed plerunque sinit illum in sua voluntate, an obedire velit, nécne : sicut & homines, quibus Deus aliqua præcepit : quia Deus regulariter omnia mouet secundùm modum suum, rationalia scilicet cum libertate. Sed tamẽ sicut hominibus adhibet stimulos, vt velint obedire, per prædicatores, aduersitates, & hujusmodi : ita etiã malignis spiritibus adhibet stimulos vrgentes ad suã obedientiã, qui sũt Exorcismi, quibus dæmones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corpo

Maximam patientiam debent habere Exorcista.

Stimuli quibus dæmones cruciantur.

Digitized by Google

corporalibus. Et similiter conferunt verba irrisiva ad liberationem obsessi, ut diximus *suprà cap.* 3. Vnde ad expellendum quidam sunt quibusdam duriores: quia sunt ad sustinenda opprobria, & verba divina contemnenda fortiores. Si tamen finaliter non cedunt, vim coactivam Deus adhibet, quando judicat opportunum. Immò ipse Deus noster, qui Sacerdotibus, & fidelibus potestatem dedit dæmones adjurandi, interdum eos à nostra eximit obedientia, ex occulta causa: sicut aliquando non vult, quòd adjurati nomen suum manifestent: propterea quòd non benè sonet: vel quòd respondeant ad interrogata, quia non expedit.

Abbas Andronicus à dæmonio liberatus.

in ipsis latitare conatur, quodam exurente fugat incendio. Hoc namque modo curatum Abbatem Andronicum nuper aspeximus: insultabit offenso, cùm eum à cœlesti medicina viderit segregatum: tantò enim duriùs, & frequentiùs attentabit affligere, quantò eum à spirituali remedio senserit longiùs abdicatum. Et si obiiciatur, quòd ille, qui vult accipere communionem sacratissimi Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, debet seipsum probare, ut dignè ex illo Pane, & Calice manducet, & bibat, quod non possunt facere obsessi, cùm careant usu rationis. Huic objectioni respondet divus Thomas 3. *parte, quæstione* 80. dicens: Aliqui dicuntur non habere usum rationis dupliciter. Vno modo, quia debilem habent usum rationis: sicut dicitur non videns, qui malè videt. Tales enim, quia possunt aliquam devotionem concipere hujus Sacramenti; non est eis hoc Sacramentum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui non habere usum rationis: quia sic à nativitate permanserunt: & sic talibus non est hoc Sacramentum tribuendum, cùm in eis nullo modo præcesserit hujus Sacramenti devotio. Aut non semper carverunt usu rationis: & tunc si priùs, quando erant suæ mentis compotes, apparvit in eis hujus Sacramenti devotio, debet eis hoc Sacramentum dari, nisi timeatur periculum vomitus. Quòd & si ibi loquatur de infirmis, tamen *in suæ* 4. *distinct.* 9. dicit communionem non esse denegandam dæmoniacis, nisi certum sit pro aliquo crimine à diabolo torqueri. Ex quibus patet, quòd si qui possidentur à dæmone propter sua crimina, dummodò habeant lucida intervalla, & usum rationis, & posteà conte

Habere usum rationis qualem obsessi debeant.

Communio non est denegandæ Energumenis.

CAP. VII.

De Eucharistia prabenda Energumenis, contra communem opinionem vulgi.

Eucharistia tradenda est Energumenis. Testimonium Cassiani circa Communionem.

DEbet Exorcista hortari obsessum, ut sæpè accipiat sacratissimam communionem Eucharistiæ, contra communem sententiam, & opinionem vulgi asserentis vexatos à dæmonibus, & maleficiatos non posse liberari, si communicent, existente super eos dæmone. Quæ opinio quantùm distet à veritate, patet per Cassianum *Collatione* 8. *c.* 30. qui favens huic nostro proposito, dicit: Communionem sacrosanctam nequitiæ spiritibus traditam à senioribus nostris nunquam meminimus interdictam: quinimò etiam, si possibile esset, eis quotidie impartiri eam debere censebant, quæ ad purgationem, tutelámque corporis, & animæ pertinere credenda est: & quæ ab homine percepta, eum, qui in membris eius insidet, spiritum, seu

Digitized by Google

conterantur de peccatis ſuis, & debitè confiteantur, tales cùm ſint abſoluti coram Deo, nullatenùs ſunt à communione diuiniſſimi Sacramenti Euchariſtiæ ſequeſtrandi. Debet etiam Exorciſta exorcizare, & benedicere omnia illa, quæ ad vſum maleficiati, vel dæmoniaci applicanda ſunt; cujuſmodi ſunt cibaria, potagia, vnctiones, & ſimilia: & etiam illa, quæ conferunt ad conjurationem dæmonum exiſtentium in corpore humano. Deinde faciat diligentem inquiſitionem per ſingulos angulos, & in lectiſterniis, culcitris, ſub limine oſtij, & per omnia loca domus, ſi forte inſtrumenta malefici poſſent inueniri, & inuenta ſtatim ad ignem proiicienda ſunt. Expediret etiam cuncta renouari in lectiſterniis, & indumentis: habitationem quoque, & domum mutare: quia ſæpè hoc confert ad liberationem obſeſſi.

Benedicenda ſunt res applicanda Energumenis.

CAP. VIII.

De expoſitione quorumdam nominum Hebraicorum, & Græcorum Dei, quæ ſparſim in Exorciſmis ponuntur.

Cauendum eſt à nominibus ignotis.

CAuendum eſt, ne Exorciſta vtatur aliquibus nominibus ignotis: cùm ſecundùm D. Chryſoſtomum illa, ſemper ſint metuenda. Et quia in hac noſtra Exorciſmorum collectione multa ſunt nomina, quæ puſillis ignota ſunt, & tamen ſunt nomina Dei ſanctiſſima: ideò ne eorum animus relinquatur perplexus, decreui *hîc* inſerere declarationem illorum, ut unuſquiſque Exorciſta ſecurè, & ſine dubio, cùm ſibi placuerit, poſſit vti iſtis conjurationibus. Sciendum eſt ergo (ſecundùm D. Hieronymum *in epiſtola ad Marcellam tom. 3. Epiſtolarum,*) quod primum nomen Dei eſt *El*, quod Septuaginta interpretantur *Deum fortem.* Secundum, & tertium eſt *Eloym*, & *Eloa*, quod & ipſum Deus dicitur. Quartum eſt *Sabaoth*, quod ſeptuaginta vertunt, Aquila exercituum tranſtulerunt. Quintum eſt *Elion*, quod nos *excelſum* dicimus. Sextum eſt *Eſereheie*, quod in Exodo legitur, *quid eſt, miſit me.* Septimum eſt *Adonay*, quod nos *Dominum* generaliter appellamus. Octauum eſt *Ya*, quod in Deo tantùm ponitur, & in *Alleluya* extrema quoque ſyllaba ſonat. Nonum eſt *Tetragrammaton*, quod Hebræi *Iehoua*, id eſt *ineffabilem* putauerunt. Decimum eſt *Saday*, quod apud Hebræos pro *Deo cœli* eſt poſitum ſecundùm tranſlationem Aquilæ: nos autem robuſtum, & ſufficientem de omnia perpetranda poſſumus accipere. Hæc D. Hieronymus, ubi *ſupra.* Sunt præter hæc, & alia quàmplura nomina Dei ignota *ibi* poſita, quæ ab aliquibus reiiciuntur tanquam ſuperſtitioſa, & damnanda, quæ tamẽ ſi benè ponderarentur ab illis, non ignorarentur eſſe nomina ſancta cujuſmodi sũt iſta, *Agios, Otheos, Iſchyros, Athanatos*, de quibus dicit Paulus Ghirlandus, *tractatu de Sortilegiis*, quòd ſæpiùs illa abſtulit è manibus Malcficorum: & dicit illa tantum ſignificare, quantum *Deus Acharon, Deus immortalis.* Et clarum eſt (inquit ipſe) quòd hoc nomen *Acharon* eſt nomen Satanæ, ſive *Beelzebub.* Quæ expoſitio quantum diſtet à veritate, patere poteſt per hoc, quòd Eccleſia ſancta Catholica & Romana in Paraſceve: ſive in die Veneris Sancti utitur illis ad impetrandum apud Deum veniam pro peccatis totius mundi: quæ ſi eſſent verba vana, & ſuperſtitioſa, non ſolùm non vteretur illis; ſed

Nomina Sancta à Diuo Hieronymo expoſita.

Nomina Dei, quæ gratis reprehenduntur.

Error Pauli Ghirlandi circa nomina Dei.

Digitized by Google

etiam ab illa damnarentur. Miror ergo tàm probum, & prudentem, ac doctum virum hanc rem minimè animaduertisse, cùm ista pateant oculis omnium, & maximè fidelium. Sunt deinde ibi aliqua alia nomina non omnibus nota, sparsim posita, vt *Sother*, quod est nomen Græcum, & tantùm soluat, quantum apud nos *Saluator*, & apud Hebræos, *Iehoua*, quod est nomen apud eos ineffabile. *Iehoua*, est nomen magnum Dei, cuius interpretationem poteris videre in operibus Galatini aduersus Hebræos. Et in libro vulgari R. P. F. Archangeli Putei, quem edidit de nomine Iesu, *Agla*, est nomen Hebraïcum, & ponitur inter nomina magna Dei, & tantùm sonat apud Hebræos, quantùm apud nos, tu es Deus potens in æternum, secundum ipsummet Galatinum *lib.* 2. quem edidit de diuinis nominibus aduersus Hebræos. *Homousion* est nomen Græcum, & tantùm sonat quantum *consubstantialis*, quod attribuitur Christo, qui, est consubstantialis Patri, & Spiritui Sancto. *Eleye* est nomen Hebraïcum, & significat *simplicissimam essentiam diuinitatis Dei*, secundùm ipsummet R. P. F. Archangelum Puteum.

Sother, & Iehoua declarantur.

Agla, & eius expositio.

Homousion expenitur.

CAP. IX.

De expositione quorumdam nominum Latinorum Dei, qua ab Auctore sparsim in Exorcismis ponuntur.

Satisfacit Auctor desiderio quorumdam.

QVia in Exorcismis Flagelli, sunt quædam nomina Dei, diuersis in locis sparsim posita, extracta ex sacra Scriptura, vel ex sanctis Doctoribus, quorum loca ab aliquibus assignari affectabantur, ideò vt vnusquisque Exorcista per seipsum de illis rationem reddere possit: vnicuique nomini proprium locum assignaui, vt etiam illis, cùm sibi libuerit, vti securè possit. Alpha, Omega, Primus, Nouissimus, Principium, Finis. Habentur in Apocal. *cap. primo.* Ego sum Alpha, & Omega, Primus, & Nouissimus, Principium, & Finis, Messias, Christus, *Ioan.* 2. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, Iesus. *Luc.* 2. Vocatum est nomen eius Iesus, Rex. *Ioan.* 18. Tu dicis quia Rex sum ego. Et Ecclesia sæpissime hoc nomine, Rex, vtitur, vt Rex Christe clementissime, Rex atque factor temporum, Rex sempiterne Domine. Tu Rex ille fortissimus, Æterne Rex altissime, Rex gloriose martyrum, Emmanuel, Legifer. *Isa.* 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel: & Ecclesia in septima maiori Antiphona. O Emmanuel Rex, & Legifer noster, de Christo canit. Lux. *Ioann.* 8. Ego sum lux mundi. Pater. *Matth.* 6. Cùm oraueritis, dicite: Pater noster. Magister, Dominus. *Io.* 13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Principium. *Io.* 8. Principium qui & loquor vobis. Imago. Paulus *ad Col.* 1. Qui est imago Dei inuisibilis. Ostium, *Io.* 10. Ego sum Ostium, Via, Veritas, Vita, *Io.* 14. Ego sum via, veritas, & vita Propheta. *Luc.* 7. Propheta magnus surrexit in nobis. Petra. 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Christus. Vitis. *Io.* 15. Ego sum vitis vera. Clauis. *Esa.* 22. *Apoc.* 3. & Ecclesia in quarta maiori Antiphona sic Christum vocat. Virtus. *Luc.* 1. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Primogenitus. *Luc.* 2. Peperit filium suum primogenitum. Agnus. *Esa.* 16. Emitte agnum domine dominatorem terræ. *Idem* 53. Quasi agnus

Rex: hoc nomine Ecclesia sæpe vtitur.

Dominus & magister adnotantur in Scripturis.

Agnus: & ouis exprimuntur.

Digitized by Google

agnus coram tondẽte *Hier.*11.& 51. Quaſi agnus manſuetus ad victimam. Ouis *Eſa.* 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur. Sponſus *Pſal.*18. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Creator. *Gen.* In principio creauit Deus cœlum,& terram. Eccleſia. Creator omnium Deus. Veni creator ſpiritus. Rerum creator optime. Lucis creator optime: Redemptor, Eccleſia pluries: Chriſte Redemptor omnium, canit. Paſtor. *Io.*12. Ego ſum paſtor bonus. Præceptor. *Luc.*6. Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus. *Splendor declaratur.* Splendor, Subſtantia *Hebr.*1. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Eccleſia. Tu lumen, tu ſplendor Patris, Tibi Chriſte ſplendor Patris. Iudex.2. *Timoth.*4. Reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Sapientia. *Prouerb.*6. Sapiens factus eſt nobis ſapientia. Et Eccleſia in prima maiori Antiphona. O *Sol: vnde vocetur Chriſtus.* ſapientia quæ ex ore Altiſſimi prodiiſti, de Chriſto canit. Sol, *Malachiæ* 4. Timentibus nomen ortus eſt Sol iuſtitiæ. Et Eccleſia ad beatam virginem Mariam loquens, dicit: Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ. Stella matutina *Apoc.*22. Ego ſum radix Dauid, & Stella ſplendida, & matutina. Flos, *Eſa.*11. Et flos de radice eius aſcendet. Sacerdos, *Eccleſ.* Sacerdos in æternum Chriſtus dominus. Pontifex, *Hebr.*4. Pontifex appellatus à Deo iuxta ordinem Melchiſedech. Charitas, 1. *Ioan.*4. Deus charitas eſt. *Eccleſ.* Fons viuus, ignis, charitas. Vnigenitus, 1. *Ioan.*1. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Paraclitus, *Io.*15. Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater. *Eccl.* Qui Paraclitus diceris. Mediator. 1. *Timoth.*2. Vnus mediator hominum homo Chriſtus Ieſus. Deus Æternus, Omnipotens, Eccleſia ſæpiſſimè his nominibus vtitur. Virtus 1. *Corint.* 1. Nos autem prædicamus Chriſtum Dei virtutem: & *ibidem.* His autem, qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Panis. *Ioan.*6. Ego ſum panis *Sanctus: in ſcriptura inuenitur.* viuus. Salus, Eccleſia. Mundi ſalus aduenieris. Leo. *Apoc.*5. Vicit Leo de tribu Iuda: Lumen. *Luc.*2. Lumen ad reuelationem gẽtium. Os. *Eſa* 25. Os enim domini locutum eſt. Verbum. *Io.*1. In principio erat verbum: Et verbum caro factum eſt. Sanctus. *Eſa.*6. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus exercituum. Omnipotens. *Apoc.*4. Sanctus Dominus Dominus Deus omnipotens. Miſericors *Exod.*34. Dominator domine Deus miſericors. *Eſa.*58. Quia miſericors ſum Dominus Deus tuus. *Iona* 4. Quia tu Deus clemens, & miſericors es. *Iacobi* 5. Finem Domini vidiſtis; quòd miſericors Dominus eſt. Immortalis. 1. *Tim.*1. Regi ſæculorum immortali. Eccleſia. Sanctus fortis: & immortalis. Rex pacificus, Eccleſia. Rex pacificus magnificatus eſt: Oriens. Eccleſia. In quinta Antiph. maiori, ſic vocat Chriſtum, dicens: O Oriens ſplendor lucis æternæ, & Sol iuſtitiæ. Bonitas. Eccleſia. Chriſte lux vera, bonitas, & vita. Summum bonum. Magiſter Sen- *Summũ bonum, dicitur Deus.* tentiarum *lib.* 2. *diſtinct.* 1. Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando poſſideret, & poſſidendo frueretur Spes. *Iob.*5. Quamobrem deprecabor Dominum & infra, & erit egeno ſpes *Pſal.*13. Quoniam dominus ſpes eius eſt. Et *Pſal.*90.& 141. Tu domine ſpes mea es. Honor. Eccleſia in officio Trinitatis: Spes noſtra, honor noſter, ô beata Trinitas. Spiritus *Ioan.*4 Deus ſpiritus eſt. Dux. Eccleſia, in ſecunda

Digitized by Google

Antiphona maiori canit de Christo: O Adonay, & dux domus Israël, Gloria *Exod.* 16. Ecce gloria Domini apparuit in nube, & *Psalm.* 3. Tu autem Domine susceptor meus, & gloria mea. Mons. *Ecclesia.* Ad montem, qui Christus est, peruenire valeamus.

Cap. X.

De expositione quorundam nominum beatæ Virginis Mariæ, quæ in Exorcismis Flagelli sparsim posita sunt.

QVia à multis desiderabatur, vt cuicunque nomini beatæ virginis Mariæ assignaretur locus Scripturæ, vel Sanctorum, vnde infra scripta nomina excerpta fuere, ideò prædicta loca hic inferere decreui, vt Exorcistæ cautiores reddantur.

Virgo Maria sæpè nominatur.

Primum ergò nomen hîc positum est, Virgo, *Esaiæ* 7. Ecce virgo concipiet. *Ecclesia.* Maria virgo assumpta est: & O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria. Maria *Luc.* 1. Aue Maria gratia plena. *Marc.* 1. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. *Luc.* 2. Maria conseruabat omnia verba. Et sæpissimè in quatuor Euangeliis sic appellatur,

Aurora. Maria in scripturis nominatur.

Mater Domini nostri Iesu Christi. Regina Ecclesiæ. Regina cœli lætare. Aue regina cœlorum. Gloriosa Domina Ecclesiæ. O gloriosa domina. Aurora. *Cant.* 6. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens. Ancilla. *Luc.* 1. Ecce ancilla Domini. Ortus, Fons. *Cant.* 4. Ortus conclusus, fons signatus. Puteus *ibid.* Puteus aquarum viuentium. Luna, Sol *Cant.* 6. Pulchra vt Luna electa vt Sol. Porta *Ezechiel* 44. Porta hæc clausa erit peccato *Ecclesiæ.* Fœlix cœli porta. Beata *Luc.* 1. Et beata, quæ credidisti. *Ecclesia.* Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi. Pia *Ecclesia.* O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria. Rubus. *Ecclesia.* Rubum, quem viderat Moyses incombustum. Ianua. *Ecclesia.* Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida. Stella. *Ecclesia.* Aue maris stella. Turris. *Cant.* 7. Collum tuum sicut turris eburnea. Pulchra. *Cant.* 6. Pulchra es amica mea, *Ecclesia.* Pulchra es, & decora. Amica. Formosa. *Cant.* 6. Veni, propera amica mea, formosa mea. Speciosa. *Ecclesia.* Speciosa facta es, & suauis Vellus. Diuus Bernardus Sermone 8. Assumptionis beatæ virginis Mariæ: Maria (inquit) nempè vellus est medium inter Christum; & Ecclesiam. Mater. *Ecclesia.* Beata mater, & intacta virgo gloriosa; & Maria mater gratiæ. Alma. *Ecclesia.* Alma Redemptoris mater. Flos. *Cantic.* 2. Ego flos campi. Theotocos. Sic à Diuo Damasceno *lib.* 3. *cap.* 12. *Orthodoxæ fidei*, appellatur beata virgo Maria, contra temeritatem impij Nestorij, qui ausus fuit negare, illam fuisse matrem Dei. Tabernaculum. Sic Ioannes Gerson, *tractatu* 8. *super Canticum Mariæ*, ipsam appellat, eò quòd Christus in ea habitauit. Arca. Ita beata virgo Maria à Diuo Ioanne Damasceno appellatur, *Sermone primo infra octauam Assumptionis eiusdem beatæ virginis Mariæ.* Idem dicit *in Sermone quarti diei* Thalamus. Ecclesia *infesto Purificationis Mariæ.* Adorna thalamum tuum, de ipsa canit. Aula. Beatus Fulgentius sic appellat beatæ virginis Mariæ vterum, in Sermone S. Stephani protomartyris. Nubes. *Esaiæ* 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum; & Ezechielis 32. Solem nube tegã. Sic enim appellatur beata virgo Maria à Bernar

Ianua, & Stella, Maria dicitur.

Vellus, vocatur beata virgo Maria.

Tabernaculũ quare vocetur beata Maria.

Aula, dicitur Maria domina nostra.

Digitized by Google

Bernardino de Buſtis *in ſuo Mariali, parte 9. principali, Sermone 3. parte 5. eiuſdem Sermonis ſub litera D.* Margarita. A ſupradicto Doctore ſic interpretatur mater Chriſti Maria *lib. pradicto, parte 3. principali, Serm. 1. parte 1. eiuſdem ſermonis, ſub litera B.* Scala. Ita à Diuo Damaſceno appellatur beata virgo Maria *in quodam Sermone ſuper illud* Geneſ. 28. *Vidit Iacob ſcalam:* his verbis: *Intellectualis ſcala eſt virgo Maria.* Et D. Bernardus idem his verbis aſſerit. Facta eſt (inquit) Mariæ humilitas ſcala cœleſtis, per quam Deus ad terram deſcendit; & alibi: O virgo ſcala ſublimis, quam in ſublimem verticem ſanctam erigis, vſque ad ſedentem in throno, vſque ad Dominum majeſtatis, cui profectò ſcala Dominus innixus eſt. Hæc ex Buſto *libro ſupradicto, parte 9. principali, Sermone 2. parte 2. eiuſdem Sermonis, ſub litera D.* Domus. Appellatur ſic beata virgo Maria à S. Eccleſia in officio Conceptionis eius: in cuius ædificatione, ad inſtar ædificationis Templi, nullum ferreum peccati inſtrumentum auditum fuit, cùm ab omni peccati labe immunis extiterit. Imperatrix. Sic enim. S. Eccleſia in Officio Conceptionis eiuſdem in perſona beatæ Virginis Mariæ loquens, eam appellare videtur, dum canit: *Girum cœli ci cuiui, & profundum penetraui; in omni populo, & in omni gente primatum tenui; ſuperborum & ſublimium colla calcaui.* De cuius dominio vide prædictum Buſtum *in Mariali, parte 3. principali, Sermone 2. parte 3.* eiuſdem Sermonis, de hac excellentia beatæ Virginis Mariæ pulchrè tractantem.

Scala, eſt appellata Sancta Maria.

Domus quare appellatur Genitrix Dei.

CAP. XI.

An Exorciſta vti poſſint ſchedulis: & de regulis, quibus hoc licitè fieri poſſit.

POterit Exorciſta vti aliquibus ſchedulis continentibus aliqua nomina & verba ſancta, & illa applicare Energumenis ad tollendam vexationem. Pro cujus declaratione eſt notandum, quòd quinque dantur regulæ ad cognoſcendum ſi breuia ſint licita, vel ſuperſtitioſa. Prima regula eſt quòd gloria Dei ſit finis principalis, quem in omnibus quærere debemus: vt ſcilicet attendatur an opus ſit ad gloriam Dei, & homo in illo opere Deo det principaliter gloriam: per ipſúmque opus mens hominis Deo ſubiiciatur, ſecundum illud. 1. Corint. 10. *Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliquid aliud facitis, omnia ad Dei gloriam facite.* Secunda eſt, vt videatur an opus, quod fit, quòd ſcilicet pertinet ad aliquam abſtinentiam corporalem, vel ad corporis exercitium, vtrùm ſit refrænatiuum concupiſcentiæ modo virtuti debito, ſecundùm ritum Eccleſiæ, vel ſecundùm moralem doctrinam, ſecundùm Apoſtolum ad Romanos. 12. *Rationabile ſit obſequium veſtrum.* Tertia, vt videatur, an opus ſit ſecundùm ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, vel ſecundùm Scripturæ ſacræ teſtimonium, vel ſaltem ſecundùm particularis Eccleſiæ ritum, aut de conſuetudine generali, quæ ſecundùm Auguſtinum pro lege habenda eſt. De qua ſcribit B. Gregorius, Auguſtino Anglorum Epiſcopo, dicens: Sunt diuerſæ Eccleſiæ conſuetudines in Miſſarum celebratione; mihi (inquit) placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallica,

Schedulis vti poſſunt Exorciſta.

Gloria Dei, finis operum noſtrorum eſſe debet.

Conſuetudines Eccleſiæ ſeruari debent.

Digitized by Google

siue in quacunque Ecclesia aliquid inueniſti, quòd plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſolicitè eligas. Et D. Thomas dicit: Eccleſiæ conſuetudines in cultu diuino; in nullo veritati diuinæ repugnant.

Naturalis proprietas neceſſaria in operibus bonis.

Quarta, vt inſpiciatur in opus adhibitum, vel exercitum ad effectum, qui expectatur, habeat naturalem proprietatem, vel non, de quo Phyſici, Medici, & Aſtrologi, inquantùm tales multa iudicare poſſunt, & etiam Theologi. Quinta eſt, vt conſideretur ſi opus eſt meritorium, vel non; ſi res, quæ ſit, præbeat occaſionem alicuius ſcandali, vel an ſit cauſa ruinæ proximi, quia tunc licèt non eſſet ſuperſtitioſum, tamen propter ſcandalum eſſet dimittendum, vel differendum, vel occultè, & ſine ſcandalo faciendum. Quicquid ergo vni ex præmiſſis eſt contrarium, timendum eſt, vt ſuperſtitioſum, vel peccatum. Propter primam regulam illicitum eſt in nouo Teſtamento exercere ceræmonialia, vel iudicialia veteris Teſtamenti, niſi de nouo inſtituta eſſent ab Eccleſia Catholica & Romana. Propter idē & propter regulam ſecundam, fatuè faciunt, vouentes non pectinare caput Sabbato; vel jejunare die Dominico, tanquam meliori die, & ſimilia, niſi ex aliqua deuotione (putà ad honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ) vouerent ieiunare die Sabbati. Propter tertiam, ſuperſtitioſè agunt, qui in ritibus alicuius Eccleſiæ particularis, vt in proceſſionibus, & huiuſmodi, non conformant ſe communitati, niſi aliunde excuſentur.

Scandalum euitandum eſt in bonis operibus noſtris.

Characteres, variaque obſeruationes fugiendæ.

Propter quartā, ſuperſtitioſè agunt, qui vtuntur characteribus, vel nominibus ignotis, vel ſuſpectis vel aligationum modis, nihil cooperantibus naturaliter effectui, qui expectatur; quia præfata de ſe naturaliter nullius actiuitatis ſunt, cùm ſint artificialia ſolùm. Idem dicendum eſt de imaginibus per Aſtronomos factis, & annullis, ac lapidibus ſuis artificialibus. Similiter qui credunt, quòd cœli, vel ſtellarum influentiæ aliquem neceſſitent ad aliquod vitium. Propter quintam, ſi res ſcandaloſa eſſet notabiliter, etiam benedictiones aliquæ, quæ à ſæcularibus per verba deuota fiunt ſine malis ritibus ſuper infirmos, non eſſent publicè faciendæ, ne detur occaſio ſcandali. Qui ergo infirmos exorcizare licitè cupit, vltra ſupradictas regulas, ſeptem alias conditionales obſeruare debet, poſitas à D. Thoma ſecunda ſecundæ, quæſt. xcvj. quibus extantibus, benedictio licita erit: quæ ſi modo adiuratorio fiat per virtutem Diuini nominis, aut ſanguinis Chriſti, aut alterius rei ſacræ, dicentur eiuſmodi verba liciti Exorciſmi; & qui iſta exercent, Exorciſtæ dici poſſunt liciti. Prima ergò conditio eſt, vt videatur ne verba aliquid contineant, quod pertineat ad inuocationem dæmonum expreſſam, vel tacitam. Secunda vero conditio eſt, ne Exorciſmi ignota nomina complectantur; talia enim ſecundùm Chryſoſtomum metuenda ſunt, ne ibi aliquid ſuperſtitionis lateat. Tertia, ne materia verborum quicquam falſitatis contineat; ſic enim effectus expectari à Deo nequiret, cùm ipſe non poſſit eſſe teſtis alicuius falſitatis: in quo delinquunt ſæpè quædam vetulæ, ſuis carminibus fatua, nedum falſa complectentes. Quarta, ne, ibi adducantur vana, & Characteres inſcripti præter ſignum Crucis. Quinta, ne ſpes in modo ſcribēdi, vel quauis eiuſmodi vanitate nihil ad rem, aut diuinā reuerentiam faciente ponatur; alias omnino totum ſuperſtitioſum iudicatur. Sexta, vt in citatione

Quædam benedictiones propter ſcandalum euitanda. Benedictio licita qualis eſſe debet.

Nomina ignota ſunt metuenda.

Digitized by Google

tione, & prolatione Diuinorum verborum, aut Scripturæ sacræ, respectus solùm habeatur ad ipsa sacra verba, & eorum intellectum; habeatur & reuerentia ad Dei virtutem, à qua quis effectum præstolatur, vel ad sanctorum reliquias à quibus secundario aliquid expectatur, licèt à Deo principaliter. Septima, vt effectus expectatus diuinæ voluntati, ac beneplacito Dei relinquatur: qui scit, quid plus, & quid minùs postulanti concedendum sit. His igitur conditionibus obseruatis, licitum est exorcizare infirmos Energumenos, & appendere breuia ad collum eorum, vel illa secum deferre.

Operum nostrorũ effectus relinquendus est diuinæ voluntati.

CAP. XII.

De astutiis dæmonum præcognoscendis, remediisque apponendis.

EXorcista debet insistere circa astutias dæmonum existentium in corporibus obsessis, cognoscendas, & præcauendas: quæ etsi sint quasi infinitæ, tamen aliquas hîc enarrabo. Aduertendum est ergò, quòd communiter, vt in pluribus, quantùm potest diabolus, quærit latere, & se à loquendo, vel tremendo continere, ne scilicet deprehendatur ibi adesse, vel vt videatur fortis, & impauidus stare ante Sacerdotem, & consequenter Sacerdos minùs speret victoriam contra illum. Si verò cogitur virtute Diuinorum verborum tremere, cauet, ne loquatur interiùs ad mentem obsessi. Quòd si interiùs loqui cogitur, cauet, ne ipse per os loquatur obsessi. Et ideo Sacerdos obsessum moneat, vt sibi dicat quicquid interiùs dixerit hostis; hostem verò frequenter adiuret, vt ad interrogata respondeat. Vbi verò & exteriùs fuerit loqui coactus, quærit, quantùm potest, auertere mentem obsessi à verbis, quæ leguntur, & similiter mentem suam: quærit quoque attentionem, & deuotionem Sacerdotis perturbare, vel per verba leuia, vel per gemitus vel per clamores, vel incitando astantes ad nugas, & similia. Et ideò Sacerdos, cognitâ malitiâ conetur ad oppositum, & superimperet hosti in virtute Dei, vt desistat ab hoc, vel ab illo, &c. Nonnumquam etiam, cùm mulier, quæ exorcizatur, fuerit maximè iuuencula, fingit se ægrè ferre, quòd Sacerdos tangat vultum eius; ad hoc, vt vehementiùs tangat, & inde mulieri ingerat voluptuosa phantasmata, & eadem ratione fingit se ægrè ferre, quòd Sacerdos loquendo, nimis approximet ori, vt vultum vultui magis approximet. Et ideò sit Sacerdos & oculis, & manibus, & omnibus motibus pudicus, & cautus, non solùm propter se, verùm etiam & propter obsessam: & tantò magis, quantò minùs cognoscit eius cogitatus. Nonnunquàm etiam requisitus de nomine principali, dicit nomen suum: nomina verò aliorum sociorum dicit se dicere non posse; quia Deus non vult, quia sunt nomina turpia; quod licèt interdum sit verum, frequenter tamen est falsum. Et ideò conetur Sacerdos habere veritatem per præceptum. Quòd si nequit, iubeat principalem dare locum, & ad loquendum vocet alium, iubens vt suum nomen pandat; & ne hoc facere timeat superioris timore: præcipiat superiori, ne in hoc cum

Latere quærunt dæmones in corporibus obsessis.

Mentem obsessi dæmones auertere quærũt.

Astutia dæmonum ab Exorcistis cauenda.

Cautus sit Exorcista in versutiis diaboli.

Doctrina notabilis pro Exorcistis.

Digitized by Google

eum prohibeat. Quod si nec sic potest habere veritatem, tunc ipse Sacerdos imponat aliis spiritibus nomina irrisiua; putà dicendo; primus post principalem vocetur fachinus, secundus pistor; tertius cocus Acherontis, & hujusmodi. Solent etiam quando iam in Sacerdotem præualere nequeunt, aduocare in auxilium complices suos, siue quia ad eorum præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici; siue quia alio modo occulto adjuuantur. Contra hoc autem Sacerdos curet scire, quos in cœlo, vel in inferno habeat magis inimicos, & sanctos quidem inuocare sæpiùs; dæmones autem inimicòs conjurare contra eum; amicos verò præcepto prohibere, ne succurrant. Solent etiam libenter subtrahere se ab ore obsessi, in quo loquebantur & abscondere in corde, vel aliis partibus sub collo; sed Sacerdos, quantùm potest, curet spiritum superiùs retinere; ad quod faciendum maximè valent ista verba: *Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ*, cum signo crucis super frontem, vel caput obsessi; & ille Psalmus: *Vsquequo Domine obliuiscéris me in finem:* & similiter præceptum factum, vt super aliquo respondeat: vnde per ista, etiam intermisso Exorcismo, est reuocandus ad superiora. Diuersi tamen dæmones diuersis verbis sacris magis affliguntur, & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri, aliqui eorum remanere, vt quasi tenentes possessionem, iterùm reintroducant expulsos. Sit itaque Exorcista cautus, præcipiendo eis, vt secum ducant totam societatem suam damnatam. Postquam verò exiuerunt, (secundùm quod Saluator dicit) quærunt denuò intrare, & mirabiliter tentant liberatum, etiam de minimis, maximè circa honestatem; quia interdum etiam pro venialibus regrediuntur. Et ideò persona liberata vigilet in silentio, & orationibus per multos menses, & frequentissimè communicet, saltem omni festo; & si est persona in matrimonio, inducat socium ad continentiam, quantùm potest, per aliquod tempus: quòd si non potest, saltem ipsa non sit in causa libidinis, alioquin suum liberatorem denuò faciet fatigari. Solent etiam postquàm sunt egressi, persuadere, quantùm possunt, quòd persona liberata, nunquam fuerit obsessa, vt scilicet sit Deo ingrata, vt regrediantur. Solent etiam egressi, quantùm possunt, persuadere, ne credantur egressi, eadem ratione qua priùs: & hoc per aliquos effectus, quos relinquunt, aut faciunt in corpore. Sed contra hoc, Sacerdos lecturus Exorcismos, præcipiat eis in virtute Dei, ne ostendant se esse obsessores, si non sunt, & liberatum moneat, quantum potest, ad credendum se liberatum, & Deo gratias reddendas. In conjuratione autem, vbi senserit serpentem sub manu sacrata contremiscere, mandet obsesso, vt quæcunque spiritus sibi dixerit, innotescat. Et vbi spiritus cœperit loqui in obsesso, incipiat illum interdum adiurare, de supradictis interrogando, vt videbitur ei quærendo de nomine, & sociis, & multò magis vbi loqui cœperit per os obsessi, etiam interdum intermissa lectione. Statim enim, vt se spiritus aliquis manifestauerit, debet illum adiurando inquirere quid sit, & de sociis eius, & de causa ingressus, ac tempore, & quis eum debet expellere, & qui sunt sui inimici in cœlo, & qui in abysso, & nomina eius, & sociorum: quæ habere poterit, scribere debet in schedulis, vt cùm

Diligentia obseruanda contra dæmones.

Diuersis verbis sacris affliguntur dæmones.

Pro venialibus dæmones regrediuntur in corpora humana.

Ingratitudinem quærunt dæmones immittere.

Diligentia in coniuratione apponenda.

Inquisitio facienda in interrogationibus.

Digitized by Google

cùm obediendo fuerint pertinaces, illa comburat igne benedicto. Nam dæmoni sunt ista grauissima, quia sunt ei in dedecus, & in recordationem gehennæ. Vbi verò dæmon fuerit ista confessus, cùm sibi videbitur, faciat illum ratificare confessa. Caueat autem Sacerdos, ne sit leuis, & curiosus, aut superfluus interrogator, ne Deus subtrahat illi obedientiam dæmonis. Postquàm autem à diabolo habuerit omnem confessionem expetitam; semper adiuret illum, vt exeat: post singulas coniurationes, semper interrogando an velit exire. Cùm verò dæmon se velle exire profitebitur, caueat Sacerdos, ne illum licentiet ad exitum, nisi facto præcepto, quòd nullum ex sociis relinquat in obsesso, & quòd de cætero non regrediatur ad illum, & super hoc exigat ab illo promissum. Nec tamen cùm hóc, vel aliud præceperit, Sacerdos statim cedat, si diabolus obedire recusauerit: sed verbis, præceptis, & adiurationibus iteratis, & stimulis, & importunitate, ab eo exigat obedientiam. Super omnia verò semper conetur, vt diabolus non habeat requiem, semper eum vrgendo, vel lectione vel præceptis: nunquam verò secum veniat ad colloquium curiosum, quia interim Sacerdos perdit spiritum, & diabolus reassumit vires.

Grauissimum est dæmonibus comburi eorum nomina.

Exorcista non cedat ad promissum diaboli.

CAP. XIII.

De quibusdam aliis deceptionibus, quibus dæmones vtuntur ad decipiendũ Exorcistam, quæ necessario ab omnibus Exorcistis sciri debent.

SVnt quidam dæmones, qui tanto odio habent verba sancta, quòd antequàm conjurentur, è corporibus obsessis discedant. Quidam verò conjurationem expectant, quam postea sustinere nequeunt. Nonnulli autem adeò maligni sunt, quòd Exorcistam per magnum temporis spatium fatigari faciunt frustrà vt appareat infirmo, quòd non sit dæmoniacus: & vt Exorcista præ labore, & lassitudine exorcizare desinat, & inde recedat: quod si fecerit, ipsi reputant se victoriam obtinuisse, & maximè quando propter lassitudinẽ exorcizare dimittit. Cõtra hoc Exorcista sit constans, nec à fide deficiat, & sit assiduus in conjuratione, nec cessare debet, donec viderit signa liberationis. Aliqui dæmones, postquàm sunt detecti, abscondunt se, & corpus ab omni infestatione liberum relinquunt, ita vt infirmus putet se omninò liberum esse. Contra hoc Exorcista cautus esse debet, perseuerando in conjuratione tribus, quatuor, vel sex horis continuè, & plus, donec victoriam obtinuerit: quia etsi dæmones plus in prima, quam in secunda vice timere videantur, tamen quotidiè debilitantur: ideò si in prima Energumenus non fuerit liberatus, prosequatur secundò, & tertiò, quousque ex toto liberetur. Aliqui dæmones ponunt omnia inpedimenta, quæ possunt infirmo, ne se exorcizare faciat. Quidam verò persuadere conantur, quòd sint infirmitates naturales, & quòd res ista sit inuentio trufatica. Alij in medio coniurationis infirmum dormire faciunt, ostẽdendo illi aliquam visionem putà, Crucifixi, seu aliorum Sanctorum, & hoc faciunt, vt mentem infirmi à lectione distrahant ac seipsos à coniuratione subtrahant, & vt in illo corpore latere possint, infirmum esse liberum ostendunt. Contra hoc Exorcista conetur

Malignitas, vtilitasque quorundam dæmonũ.

Caueat hic Exorcista, ne decipiatur.

Dæmones patiuntur ad primum introitũ Exorcistæ.

Dormire faciunt Energumenos dæmones & quare.

eum prohibeat. Quod si nec sic potest habere veritatem, tunc ipse Sacerdos imponat aliis spiritibus nomina irrisiua; putà dicendo; primus post principalem vocetur fachinus, secundus pistor; tertius cocus Acherontis, & hujusmodi. Solent etiam quando iam in Sacerdotem præualere nequeunt, aduocare in auxilium complices suos, siue quia ad eorum præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici; siue quia alio modo occulto adjuuantur. Contra hoc autem Sacerdos curet scire, quos in cœlo, vel in inferno habeat magis inimicos, & sanctos quidem inuocare sæpiùs; dæmones autem inimicòs conjurare contra eum; amicos verò præcepto prohibere, ne succurrant. Solent etiam libenter subtrahere se ab ore obsessi, in quo loquebantur & abscondere in corde, vel aliis partibus sub collo; sed Sacerdos, quantùm potest, curet spiritum superiùs retinere; ad quod faciendum maximè valent ista verba: *Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ*, cum signo crucis super frontem, vel caput obsessi; & ille Psalmus: *Vsquequo Domine obliuiscéris me in finem:* & similiter præceptum factum, vt super aliquo respondeat: vnde per ista, etiam intermisso Exorcismo, est reuocandus ad superiora. Diuersi tamen dæmones diuersis verbis sacris magis affliguntur, & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri, aliqui eorum remanere, vt quasi tenentes possessionem, iterùm reintroducant expulsos. Sit itaque Exorcista cautus, præcipiendo eis, vt secum ducant totam societatem suam damnatam. Postquam verò exiuerunt, (secundùm quod Saluator dicit) quærunt denuò intrare, & mirabiliter tentant liberatum, etiam de minimis, maximè circa honestatem; quia interdum etiam pro venialibus regrediuntur. Et ideò persona liberata vigilet in silentio, & orationibus per multos menses, & frequentissimè communicet, saltem omni festo; & si est persona in matrimonio, inducat socium ad continentiam, quantùm potest, per aliquod tempus: quòd si non potest, saltem ipsa non sit in causa libidinis, alioquin suum liberatorem denuò faciet fatigari. Solent etiam postquàm sunt egressi, persuadere, quantùm possunt, quòd persona liberata, nunquam fuerit obsessa, vt scilicet sit Deo ingrata, vt regrediantur. Solent etiam egressi, quantùm possunt, persuadere, ne credantur egressi, eadem ratione qua priùs: & hoc per aliquos effectus, quos relinquunt, aut faciunt in corpore. Sed contra hoc, Sacerdos lecturus Exorcismos, præcipiat eis in virtute Dei, ne ostendant se esse obsessores, si non sunt, & liberatum moneat, quantum potest, ad credendum se liberatum, & Deo gratias reddendas. In conjuratione autem, vbi senserit serpentem sub manu sacrata contremiscere, mandet obsesso, vt quæcunque spiritus sibi dixerit, innotescat. Et vbi spiritus cœperit loqui in obsesso, incipiat illum interdum adiurare, de supradictis interrogando, vt videbitur ei quærendo de nomine, & sociis, & multò magis vbi loqui cœperit per os obsessi, etiam interdum intermissa lectione. Statim enim, vt se spiritus aliquis manifestauerit, debet illum adiurando inquirere quid sit, & de sociis eius, & de causa ingressus, ac tempore, & quis eum debet expellere, & qui sunt sui inimici in cœlo, & qui in abysso, & nomina eius, & sociorum: quæ habere poterit, scribere debet in schedulis, vt cùm

Diligentia obseruanda contra dæmones.

Diuersis verbis sacris affliguntur dæmones.

Pro venialibus dæmones regrediuntur in corpora humana.

Ingratitudinem quærunt dæmones immittere.

Diligentia in coniuratione apponenda.

Inquisitio facienda in interrogationibus.

Digitized by Google

cùm obediendo fuerint pertinaces, illa comburat igne benedicto. Nam dæmoni sunt ista grauissima, quia sunt ei in dedecus, & in recordationem gehennæ. Vbi verò dæmon fuerit ista confessus, cùm sibi videbitur, faciat illum ratificare confessa. Caueat autem Sacerdos, ne sit leuis, & curiosus, aut superfluus interrogator, ne Deus subtrahat illi obedientiam dæmonis. Postquàm autem à diabolo habuerit omnem confessionem expetitam; semper adiuret illum, vt exeat: post singulas coniurationes, semper interrogando an velit exire. Cùm verò dæmon se velle exire profitebitur, caueat Sacerdos, ne illum licentiet ad exitum, nisi facto præcepto, quòd nullum ex sociis relinquat in obsesso, & quòd de cætero non regrediatur ad illum, & super hoc exigat ab illo promissum. Nec tamen cùm hóc, vel aliud præceperit, Sacerdos statim cedat, si diabolus obedire recusauerit: sed verbis, præceptis, & adiurationibus iteratis, & stimulis, & importunitate, ab eo exigat obediẽtiam. Super omnia verò semper conetur, vt diabolus non habeat requiem, semper eum vrgendo, vel lectione vel præceptis: nunquam verò secum veniat ad colloquium curiosum, quia interim Sacerdos perdit spiritum, & diabolus reassumit vires.

Grauissimum est dæmonibus comburi eorum nomina.

Exorcista non cedat ad promissum diaboli.

CAP. XIII.

De quibusdam aliis deceptionibus, quibus dæmones vtuntur ad decipiendũ Exorcistam, quæ necessario ab omnibus Exorcistis sciri debent.

SVnt quidam dæmones, qui tanto odio habent verba sancta, quòd antequàm conjurentur, è corporibus obsessis discedant. Quidam verò conjurationem expectant, quam postea sustinere nequeunt. Nonnulli autem adeò maligni sunt, quòd Exorcistam per magnum temporis spatium fatigari faciunt frustrà vt appareat infirmo, quòd non sit dæmoniacus: & vt Exorcista præ labore, & lassitudine exorcizare desinat, & inde recedat: quod si fecerit, ipsi reputant se victoriam obtinuisse, & maximè quando propter lassitudiné exorcizare dimittit. Cõtra hoc Exorcista sit constans, nec à fide deficiat, & sit assiduus in conjuratione, nec cessare debet, donec viderit signa liberationis. Aliqui dæmones, postquàm sunt detecti, abscondunt se, & corpus ab omni infestatione liberum relinquunt, ita vt infirmus putet se omninò liberum esse. Contra hoc Exorcista cautus esse debet, perseuerando in conjuratione tribus, quatuor, vel sex horis continuè, & plus, donec victoriam obtinuerit: quia etsi dæmones plus in prima, quam in secunda vice timere videantur, tamen quotidiè debilitantur: ideò si in prima Energumenus non fuerit liberatus, prosequatur secundò, & tertiò, quousque ex toto liberetur. Aliqui dæmones ponunt omnia inpedimenta, quæ possunt infirmo, ne se exorcizare faciat. Quidam verò persuadere conantur, quòd sint infirmitates naturales, & quòd res ista sit inuentio trufatica. Alij in medio coniurationis infirmum dormire faciunt, ostẽdendo illi aliquam visionem purà, Crucifixi, seu aliorum Sanctorum, & hoc faciunt, vt mentem infirmi à lectione distrahant ac seipsos à coniuratione subtrahant, & vt in illo corpore latere possint, infirmum esse liberum ostendunt. Contra hoc Exorcista conetur

Malignitas, vtilitasque quorundam dæmoñ.

Caueat hic Exorcista, ne decipiatur.

Dæmones parent ad primum introitũ Exorcistæ.

Dormire faciunt Energumenos dæmones & quare.

Alia versutia dæmonũ contra Exorcistam.

ipsos disturbare Exorcismis, præceptis, & duris commi-nationibus, ne latere possint. Quidam maleficium factum infirmo ostendunt, auctorésque maleficij, necnon & modum, quo solui potest, detegunt, vt Exorcista illud soluat illicitè, & superstitiosè. Sed Exorcista in hoc, sicut & in cæteris, sit cautus, ne scilicet illud soluat alio maleficio. Nec mirari quis debet, si dæmon in susceptione Eucharistiæ quandoque non conturbetur: quia postquàm intrauit, paulatim despicit, & contemnit, nec timet sancta: imò loquitur mysteria fidei nostræ, & confitetur Diuinam majestatem, & supponit personam vexatam, & ei loquitur in corde, atque illam pro minimo perturbari facit. Et aliqui dæmones, post longam vexationem alicui personæ, si non expellantur, quasi semper per os eius loquuntur, & cessant nocere ei, posteà tandem deprehenduntur. Hæc ex Sacerdotali, quasi ad literam.

CAP. XIIII.

De his, quæ ab Exorcista scienda sunt, vt possit curare Maleficiatos, & Energumenos.

Quæ scienda sunt ab Exorcistis.

CVret Exorcista scire omnia pertinentia ad coniurationem, & primò, quem modum tenet diabolus intrando in humana corpora: debet cognoscere, si infirmus sit maleficiatus, necne: & scire signa, quibus aliquis cognoscitur esse dæmoniacus, & maleficiatus: & quæ signa apparent, quando coniurat maleficiatum: & modum, quem tenet diabolus egrediendo de corporibus obsessis: & denique debet præcognoscere malitias, & deceptiones, quibus vtuntur dæmones ad decipiendum Exorcistam, de quibus omnibus vltra illa, quæ dicta sunt supra, locuti sumus in nostro Fuste, c. 11. 12 & 13.

CAP. XV.

De loco, & tempore, quibus Energumeni Exorcizandi sunt.

Exorcizare non debet Exorcista in domibus priuatis.

EXorcista debet præcauere quantùm potest, ne absque graui necessitate exerceat hoc officium adjurandi dæmones in domibus priuatis, ne detur occasio scandali, pusillis: sed debet Exorcizare in Ecclesia, vel in alio loco Deo dicato, vel alicui Sancto: tum quia in domibus priuatis, vt in pluribus, adsunt mulieres, quarum consortium debet summoperè ab Exorcistis vitari, ne incidant in laqueum diaboli: tum quia ibi fiunt multa turpia, potius tacenda, quàm hîc inferenda; tum etiam quia Ecclesia propriè est locus deputatus, vbi Energumeni debent exorcizari, & dæmones adjurari, vt à corporibus obsessis recedant: quia ibi magis timent, & contremiscunt ad sacra Dei verba, quàm alibi, cùm sit domus orationis, in qua habitat Deus, vbi meliùs exaudiuntur orationes, & deprecationes nostræ, quàm alibi.

Tempus adjurãdi dæmones.

De tempore verò dico, quòd non datur tempus determinatum: ideò cùm charitas te coëgerit, poteris omni tempore exorcizare. Expedit tamen Exorcistis exorcizare summo mane post Missam: & quantò dies sanctiores fuerint: vt sunt festa Natiuitatis Christi, Resurrectionis, & Ascensionis eius, festum Pentecostes, & similia festa Beatæ Virginis Mariæ, Apostolorum, ac aliarum solemnitatum

Digitized by Google

tum, vel vigiliæ, tantò ampliùs proficient. Caueas tamen, ne absque aliqua præparatione incipias exorcizare: cùm dæmones magis timeant orationes factas à deuoto, quàm à dissoluto Exorcista, vt *suprà* diximus, *c.*1.

CAP. XVI.

Hominem posse à spiritibus immundis vexari demonstratur: vbi ostenditur, quid sit Arreptitius.

Fatua admiratio quorundam.

SCiendum est propter aliquos, qui consueuerunt admirari, videntes aliquos iustos homines corporaliter vexari à spiritibus immundis, non intelligentes, quibus ex causis Deus benedictus id fieri permittat: neque considerantes illa præsupposita, quibus hoc fieri potest, quæ sunt voluntas Dei permissiua, scientia, & potentia dæmonum: & liberi arbitrij libertas, quibus dæmones admiranda possunt operari: quòd, dæmones possunt hominem inhabitare quantùm ad corpus, (teste quotidianâ experientiâ) sed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ, quàm culpæ, secundùm D. Thomam. Pœnæ autem corporales huius vitæ non consequuntur culpam: sed quandoque peccantibus non inferuntur, & inferuntur non peccantibus, secundùm altitudinem judiciorum Dei, vt patet de cœco nato, *Io.* 9. Isti ergo sic obsessi à dæmonibus consueuerunt vocari Arreptitij. Quid autem sit hominem esse arreptitium, dico quod nihil aliud est quàm hominem (Dei permissu) ita à dæmone possideri, vt eius membris pro eius libito vtatur interiùs, & exteriùs: quod equidem quibusque modis fieri potest, vt diximus *in nostro Compendio, lib.* 2. *c.* 12.

Dæmones corpora humana inhabitare possunt.

Arreptitium esse quid sit.

Et hoc quinque ex causis euenisse legitur in genere: quamquam ex aliis innumeris in specie esse possit, de quibus locuti sumus *ibidem*: ideò *hîc* supersedeamus, remittendo lectorem ad supradictum capitulum, vbi etiam videbit quare dæmones in obsessis corporibus, his nostris temporibus non loquantur Hebraicè, Græcè, & Latinè, & multa alia scitu digna.

CAP. XVII.

Quòd aliqui obsessi inueniuntur, qui nunquam liberantur, & de causis, quibus hoc contingit.

Obsessi quidam nunquam liberantur.

EST aduertendum, quòd multi obsessi à dæmonibus inueniuntur, qui nunquàm liberantur ab ipsis spiritibus immundis, sic Deo permittente: quod videntes aliqui homines admirantur, nescientes rationem huius facti: ideò pro maiori declaratione est sciendum, quòd etsi hoc possit contingere sex causis in genere, est tamen vna septima, supra quam suspenditur iudicium nostrum. Nam quòd aliquis non liberetur: aut hoc est propter paruitatem fidei circumstantium: aut ipsum ægrotum offerentium: aut propter peccata vexationem sustinentium: aut propter accommoda remedia adhibere negligentium, aut propter aliquod Exorcistæ in fide vitium: aut propter reuerentiam virtutum in alio existentium: aut propter purgationem, vel meritum patientium vexationem. Prima igitur causa est circunstantium, vel offerentium fides exigua, de qua dicebat pater illius lunatici, *Matth.* 17. & *Mar.* 9. Credo domine, adiua incredulitatem meam. Et ad turbam circunstantem dicebat

Paruitas fidei impedit liberationem obsessi.

Digitized by Google

ibi Iesus Christus: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? Secunda, sunt peccata sustinentis vexationem: vnde ibidem Christus increpauit illum filium. Vbi dicit. Diuus Hieron. quòd ille propter sua peccata à dæmone fuerat oppressus. Tertia, est negligentia exhibentium remedia: vnde ibi non fuerunt præsentes viri perfecti: vbi Ioan. Chrys. dicit: quòd columnæ fidei: scilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes non aderant, sicut Christi Transfigurationi affuerant: nec aderant ibidem oratio, & ieiunium, sine quibus minimè curatur illud genus dæmoniorum. Quarta, est aliquòd Exorcistæ in fide vitium: vnde ibi Christus, discipulis quærentibus, cur spiritum nequiuissent eiicere: respondit: Propter incredulitatem vestram: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis huic monti, transi hinc, transibit: & nihil impossibile erit vobis. Vbi dicit beatus Hilarius: Crediderunt quidem discipuli, sed nondum erant in fide perfecti. Nam cùm Dominus, in monte moram faceret cum aliis tribus, & illi cùm turba residerent: quidam torpor eorum fidem relaxauerat. Quinta est, vt notificetur virtus in altero ab Exorcista existens: sic enim in vitis Patrum legimus, obsessos, quos beatus Antonius non curarat, aliquando Paulum eius discipulum curasse. Sexta, est purgatio eorum, qui patiuntur vexationem: sæpè enim abolitâ culpa pœna non abolebitur ad expurganda priora delicta. Qui ergo prædictis licitis remediis curari nequeunt, propter impedimenta suprà narrata, ad patientiam, & tolerantiam commonendi sunt in remissionem suorum peccatorum, & ne ad illicita remedia contra Dei voluntatem recurrant, ne eis deteriora contingant: sicut sæpè contingere consueuit his, qui non contenti licita remedia experiri, ad illicita recurrunt.

Peccata propria impediunt liberationem obsessi.

Infidelitas Exorcistæ impedit liberationem obsessi.

Qui liberari non possunt, hortantur ad patientiam.

CAP. XVIII.

An Dæmoniaci sint publicè, vel priuatè exorcizandi: & de bonis, quæ fidelibus ex conjuratione proueniunt.

CAuere debet Exorcista, ne tempore conjurationis solus cum sola permaneat, tàm in Ecclesia, quam etiam in loco priuato, etsi mulier, quæ exorcizatur, sit valdè senex: tum quia aliquando dæmones corpora humana adeò agitant, quòd nisi adsint, qui vexatos teneant, maxima cum difficultate possunt exorcizari: tum quia inter ministrum, & vexatum possit oriri aliqua occasio scandali: tum etiam quia quando adsunt personæ deuotæ orantes pro vexato, faciliùs dæmones cedunt. An autem dæmoniaci sint publicè, vel priuatè, exorcizandi in Ecclesia, id est, ianuis apertis, aut clausis. Circa hoc videtur mihi, quòd tot sint sententiæ, quot capita. Attamen hoc vnum scio, quòd ordo Exorcistatus est vnus ex septem sacris Ordinibus Ecclesiæ, quæ nihil in occulto operatur, sed omnia publicè peragit. Et quòd Dominus noster Iesus Christus eiecit dæmones è corporibus humanis, turba præsente, vt patet ex Euangelica historia, *Matth.* 17. *Marc.* 9. & *Luc.* 11. Ex quo facto, elicitur, quòd officium exorcizandi potest, & forsitan deberet fieri publicè propter bona spiritualia, quæ inde fidelibus proueniunt. Ibi enim malitia dæmonis inspicitur; fides roboratur:

Cauear Exorcista à consortio priuatus mulierum.

Dæmoniaci, vbi exorcizandi sint.

Christo turba præsente eiicit dæmones.

Spiritualia

bona, quæ ex coniuratione oriuntur.

ratur: Dei misericordia, & potestas manifestatur: & sæpè homines impœnitentes ad remedium sanctissimæ pœnitentiæ confugiunt, & lachrymabiliter deplorant illa facinora diu perpetrata: & multa alia bona inde proueniunt, quibus Deus benedictus vtitur ad gloriam suam, & vtilitatem nostram, quæ (vt videtur) non deberent impediri. Sed quia hoc non est nostrum diffinire: ideò relinquitur arbitrio superiorum, quorum iudicio in talibus standum est. Alia capitula ad hanc materiam pertinentia, quære in nostro Fuste dæmonum, vbi pulcherrimè doctrina perutilis, & valdè necessaria Exorcistis describitur.

FLAGELLVM

DÆMONVM,

SEV

EXORCISMI TERRIBILES, POTENTISSIMI,

Et efficaces ad malignos spiritus effugandos ex obsessis corporibus, cum suis benedictionibus, & omnibus requisitis ad eorum expulsionem:

EXORCISMVS I.

RVBRICA.

Exorcizaturus igitur, tu quicunque fueris nulla leuitate ductus: sed sola necessitatis, vel charitatis causa, bene rem disponas assumere arduam: præmissa sacramentali confessione, & trium dierum ieiunio teipsum corde humilians, & peccatorem reputans: nec in tua, sed

Dei potentia confidens, intrabis Ecclesiam vnà cum infirmo à dæmone vexato, & ibi ante Sanctissimum Sacramentum corporis Christi, si adest: vel saltem ante Altare genuflexus, indutus sacris vestibus pro tui Ordinis qualitate, deuotè, attentè, constanter, & intrepidè faciens tibi signum Crucis in fronte, in ore, & in pectore, dicas:

IGNVM Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi † sint in ore meo. Arma Christi † sint in pectore meo. Per signum crucis † de inimicis nostris libera nos Deus noster. Potentia Pa†tris confirma me. Sapientia Fi†lij doce me. Amor Spiritus † sancti illumina me. Benedicta sit dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria.

Postea signa obsessum in fronte, in ore, & in pectore, dicendo:

POtentia Pa†tris conforta eum. Sapientia Fi†lij doce eum. Amor Spiritus † sancti illumina eum. Benedicta sit dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de Virgine Maria in nomine Pa†tris & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. *Postea dic:* Confiteor Deo omnipotenti. *totum, & fac absolutionem super infirmum, & assistentes, dicendo:* Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, & absolutionem. *Deinde lege sequentia præcepta.*

PRæcipio vobis dæmones, qui venistis in adiutorium istorum dæmonum vexantium hanc creaturam Dei N. ex parte sanctissimæ

Ex tract. aureo Pierij in malig. spiritus.

Digitized by Google

Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et ſub pœna immerſionis in ſtagnum ignis, & ſulphuris per manus inimicorum veſtrorum, & ſub pœna tradendi vos in poteſtatem inimicorum veſtrorum, ac condemnandi vos in ſtagnum ignis & ſulphuris per annos mille, quatenus nullum adiutorium, vel fauorem detis iſtis dæmonibus, qui vexant hoc corpus iſtius creaturæ Dei N. ſed diſcedatis ſtatim, & exeatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Præcipio vobis etiam dæmones, qui vexatis hanc creaturam Dei N. quòd exeuntes ab ea dimittatis, & relinquatis eam liberam & ſanam, abſque vlla læſione animæ, & corporis, vt poſſit ſeruire Deo creatori ſuo. Etiam præcipio omnibus inimicis veſtris, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus ſancti, vt cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et ſub eiſdem pœnis præcipio vobis, vt nihil dicatis, vel faciatis, quòd præſentibus, vel abſentibus diſpliceat, niſi quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Pa†tris, Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Poſteà ligando ſtolam ad collum obſeſſi cum tribus nodis, dic:

Ex antiquis Exorciſmis.

OVos omnes abominabiles, & rebelles Dei, conjuro vos ſpiritus, adjuro, voco, conſtringo, euoco, contendo, & conteſtor, vbicunque ſitis in homine iſto, per Pa † trem, & Fi † lium, & Spiritum † ſanctum, & per potentiſſimum nomen Dei Heloym forte, & admirabile, exorcizo te, & adiuro vos ſpiritus, ac impero vobis auctoritate, qua fungor, per virtutem Dei, & ſapientiſſimi creatoris, qui cuncta creauit, tenens vos in ſua poteſtate, à qua fugere non poteſtis, vt incontinenti verba conjurationis meæ intelligatis, & virtute eius ſentiatis vos victos, & præcepto vobis facto, nunc ab iſta creatura Dei, & imagine Chriſti non audeatis recedere abſque licentia mei præcepti, & ſic ſitis ligati, & incatenati, ſicut ſancti Dei ligauerunt dæmones cum catenis, ita cum iſta ſtola iucunditatis ego vos ligo. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Deinde poſitis manibus ſuper caput vexati, dicat.

Eccleſia in extrema vnct.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarũ: imò per inuocationem omnium Sanctorum Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium ſimul ſanctorum. Amen.

Deinde dic ſequentia verba, ſignando obſeſſum in fronte: quod ſeruabis, quotieſcunque inueneris aliquam crucem, niſi aliter tibi aſſignatum fuerit.

D. Hier. to. 3. Ep.

Hel † Heloym † Heloa † Heye † Tetragrammaton † Adonay † Saday † Sabaoth † Sother † Emmanuel † Alpha, & Omega † Primus & Nouiſſimus † Principium & finis, † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Homouſion † Ya † Meſſias † Eſereheye † Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat. † Increatus Pater † Increatus † Filius † Increatus & Spiritus † ſanctus. † Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter.

Sacerdos

Digitized by Google

Sacerdos dicturus aliquod infrascriptorum Euangeliorum, semper debet ponere manus suas super caput vexati.

Initium Sancti Euangelij secundùm Ioannem.

Cap. 1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. ℣. Laus tibi Christe. *Deinde subiungat Exorcista.* Per Euangelica dicta extinguatur in te N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus Diuina. Amen.

Quid seruandum est in fine cuiuslibet Euangelij.

Credo in Deum. *totum. Postea dic:* Ecce crucem Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Sequentia S. Euangelij secundùm Ioannem.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora, cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo peretis: & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis: Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundum: iterùm relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Cap. 16.

ECce Crucem † Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid alleluia. *Posteà dicas Psalmum.* Miserere mei Deus, *totum.* Ecce Crucem † Domini, &c. *Deinde dic Psalmum.*

DEus in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam. Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent, & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: magnificetur Dominus, Psal. 69.

Digitized by Google

Dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris. Gloria Patri, &c. Deinde: Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Poſteà Dic Sequentes Litanias genuflexus.

Eccl. Ro.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere ei.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere ei.
Spiritus Sancte Deus, miſerere ei.
Sancta Trinita vnus Deus, miſerere ei.
Sancta Maria, ora pro eo.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora
Sancte Micahël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Sancte Ioſeph, ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orate.
Omnes Sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Fabiane, & Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Coſma, & Damiane, orate.
Sancti Geruaſi, & Protaſi, orate.
Omnes Sancti Martyres, orate.
Sancte Syluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Geminiane, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae. ora.
Sancte Ludouice, ora.
Sancte Bonauentura, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernardine, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, ora.
Sancta Anna, ora.

Sancta

Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Cæcilia. ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Clara, ora.
Sancta Heliſabeth, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ, ora.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedite pro eo.
Propitius eſto, parce ei Domine.
Propitius eſto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera eum Domine.
Ab omni peccato, lib.
Ab ira tua, lib.
A ſubitanea & improuiſa morte, libera eum Domine.
Ab inſidiis diaboli, lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, lib.
A ſpiritu fornicationis, lib.
A fulgure, & tempeſtate, lib.
A morte perpetua, lib.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ. lib.
Per Aduentum tuum, lib.
Per Natiuitatem tuam, lib.
Per Baptiſmum, ex ſanctum ieiunium tuum, lib.
Per Crucem, & Paſſionem tuam, libera eum Domine.
Per mortem, & ſepulturam tuam, libera eum Domine.
Per ſanctam Reſurrectionem tuam, libera eum Domine.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, lib.
Per aduentum Spiritus ſancti Paracliti, lib.
In die iudicij, lib.
Peccatores, te rog.
Vt pacem ei dones, te rog.
Vt miſericordia, & pietas tua eum cuſtodiat. te rog.
Vt oculos miſericordiæ tuæ ſuper eum reducere digneris. te rog.
Vt tribulationem, & vexationem eius intueri, & reuelare digneris, te rogamus audi nos.
Vt hunc famulum tuum N. benedicere: & liberare digneris, te rog.
Vt hunc famulum tuum N. à vexatione diaboli eripere digneris, te rogamus.
Vt hunc famulum tuum N. ab infeſtationibus dæmonum liberes, te rogamus.
Vt nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Ecce crucem † Domini, &c.

Et ſequitur iſta Oratio.

Ex antiquis Exorciſmis.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro redemptione mundi, voluiſti à Iudæis reprobari, à Iuda proditore oſculo tradi, & à perfidis, vinculis alligari; & ſicut agnus manſuetus ad victimam duci, atque in conſpectu Pilati indecenter offerri: & à falſis teſtibus accuſari, clauis acutis perforari, flagellis, & opprobriis vexari, conſpui, & ſpinis coronari; colaphis cædi, & in Cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari. Tu Domine Ieſu Chriſte, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus, & miſer peccator recolo, & per ſanctam Crucem tuam te precor, vt non reſpicias peccata mea, atque peccata iſtius creaturæ tuæ N. ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam libera eam à diabolo vexante. Et mihi indigno famulo tuo præbe virtutem, vt valeam expel-

Digitized by Google

lere omnes dæmones eam vexantes in profundum abyſſi, per tua ſanctiſſima verba. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c. Crux bona, Crux digna, lignum ſuper omnia ligna, Per crucis † hoc ſignum, repellitur omne malignum. Ne mentem lædant, phantaſmata cuncta recedant. Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Domine exaudi orationem meam, clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Eſto mihi, Domine, turris fortitudinis: à facie omnium malignorum Spirituum. Pone eos, Domine, vt rotam: & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

Pſ.101.

Eccl.Ro.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, & ſemper magnificus triumphator, qui aduerſæ dominationis vires reprimis, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas, qui omnia per tuum verbum ex nihilo condidiſti, qui Luciferum, & ſuos ſequaces, tanquàm ſuperbos & rebelles de cœlo empyræo expuliſti, qui in Filio tuo, ima ſummis reconciliaſti, qui non vis mortem peccatoris, nec lætaris in perditione morientium, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, miſerere huic creaturæ tuæ N. non ad eius peccata, ſed ad tuam benignam clementiam aſpiciendo, & libera eam ab omnibus laqueis malignorum ſpirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infeſtatione, & moleſtia ipſorum, quibus torquetur, ſicut tu liberaſti Mariam Magdalenam à ſeptem ſpiritibus immundis, ſic filiam Chananeæ à vexatione dæmonis, ſic ipsâ N. nunc liberare digneris ab omnibus malignis ſpiritibus eam infeſtantibus, & ſicut liberaſti Ionam de ventre Ceti, & Suſannam de falſo crimine, & Dauid de gladio maligno, & de manibus Saul, & tres pueros de camino ignis ardentis, & Danielem de lacu leonum, & Iſaac de manu patris ſui, & Ioſeph de carcere Pharaonis, ita nunc tuâ clementiâ liberare digneris hanc creaturam tuam N. ſanguine Filij tui redemptam, & vnda baptiſmatis regeneratam, ab omni vexatione malorum ſpirituum & diabolorum. Et dediſti Apoſtolis tuis poteſtatem ſuper malignos ſpiritus, & virtutes eorum ipſóſque fugandi à corporibus hominum, & curandi infirmos: ita nunc mihi indigno famulo tuo, vndâ baptiſmatis regenerato, & tuo ſanctiſſimo nomine conſignato, concedere digneris, dono tuæ gratiæ, virtutem fugandi iſtos malignos ſpiritus ab hac creatura tua N. virtute tua, & inuocatione tui ſanctiſſimi nominis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c.

Luc. 9.

Ex ſecundo Exorciſmo S. Ambroſ.

OMnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti te ſupplices exoramus, vt imperes ſpiritibus iſtis, qui hunc famulum tuum N. detinent, vt ab eo recedant: libera eum, quia credit in verum liberatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c.

Exech. 18.

Marc. 16

His

Digitized by Google

Hîc Sacerdos surgat ab oratione, & antequàm incipiat adiurare dæmones, priùs debet exorcizare obsessum hoc modo.

EXORCISMVS.

EXorcizo te N. in nomine Dei † Patris omnipotentis, & in nomine Iesu † Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti vt fias vas mundum, sanctum, & purgatum ab omni labe iniquitatis, & ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, quæ omnia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, & facturas in corpore, vel circa corpus tuum facta: Ego N. seruus Dei indignus, & peccator auctoritate mihi præstitâ, in nomine eiusdem Dei Pa†tris omnipotentis, & in nomine Iesu † Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti, dissoluo, & dissoluta esse concerno: & præcipio tibi, maledicte diabole, ac sociis tuis, vt ampliùs non habeatis potestatem manendi in hoc corpore, à plantâ pedis vsque ad verticem: sed statim recedere debeatis cum omnibus maleficiis, & incantationibus vestris. Per eum, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Ex malleo maleficar. 2. q. 1. c. 16.

DEus misericordiæ, Deus clemens, qui secundùm multitudinem miserationum tuarum, quos diligis, corripis: & quos recipis, piè ad emendationem coërces, te inuocamus Domine, vt famulo tuo N. qui in corpore patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris, vt quicquid terrena fragilitate corruptum, quicquid diabolicâ fraude violatum est, vnitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lacrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aquæ benedictæ super obsessum.

EXORCISMVS.

EXorcizo te N. infirmum, sed sacrosancti Baptismi vnda regeneratum, per Deum viuum, † per Deum verum † per Deum sanctum, † per Deum, qui te suo pretioso sanguine redemit vt fias homo exorcizatus, vt effugiat atque discedat à te omnis phantasia, & nequitia diabolicæ fraudis omnisque spiritus immundus adjuratus. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c. *Ex malleo vbi suprà.*

Oratio.

DEus, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum N. ex aduersa valetudine corporis laborantem placatus respice, & visita, & salutis tuæ, & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aquâ benedictâ super obsessum: posteà cum magna fide, & spe incipiat Exorcista adjurare dæmones existentes in corpore obsesso, dicens:

ADIVRATIO.

AVdi, immundè spiritus diabole: admoneo te, & exorcizo † te,

Digitized by Google

atque tibi præcipio tentator, vane, insensate, falsè, hæreticè, vacuè, inimice, ebriose, susurro, insipiens deiecte de gratia Dei, & Christi. Per ipsum te exorcizo, † qui propter nos in terram descendit, & qui ab Angelo fuit nominatus, & à Spiritu sancto incarnatus, ex Virgine Maria natus, & creuit ætate, & sapientiâ: in duodecimo anno venit in Templum, & sedens in medio Doctorum sapienter interrogabat illos. Adjuro te † per illum, qui à Ioanne Baptista in Iordano flumine baptizatus fuit, & à diabolo tentatus, venundatus, & traditus à discipulo suo Iuda, captus, illusus, flagellatus, cibatus felle, potatus aceto, vinctus, & spinis coronatus, vestibus expoliatus, super cuius vestes sortem miserunt. Coniuro te † per illum, qui crucifixus, mortuus, & sepultus fuit, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, vt statim exeas, & fugias de vase isto, & plasmate Dei & nec me, neque astantes offendas, & sine læsione ipsius Exorciso te † per istum: quem Gabriel Angelus nuntiauit in vtero B. Mariæ Virginis venturum, & in vtero Helisabeth Ioannes salutauit, & per ipsum te conjuro vt de quacunque re te interrogauero, dicas, & indices mihi verum, quomodo vocatur magister tuus, & quomodo vocaris: & si in corpore isto es, vel extra corpus, aut si solus es, vel legio tecum, vel plures legiones.

Ex Symbolo Apostorum.

Ibid.

Luc. 1.

Hîc Exorcista interrogare poterit, quod est nomen damonis obsidentis: quot socios habeat: quomodo vocetur magister eius: sub qua potestate damonum sit: qua de causa opprimat obsessum: si aliquo maleficio sit ibi ligatus: quomodo illud possit solui, quantum tempus ibi habitauit: per quem Sanctum debet exire: per quam personam: deinde qui magis sint sui inimici in Cœlo, & qui in Inferno: quod signum dabit in exitu suo. Postea precipe illi, vt non noceat patienti, & quòd de cætero non audeat reuerti ad eum, neque inducat malum tempus. Sed esto prudens, & circumspectus in interrogationibus, ne decipiaris. Magis enim studè cum humilitate mentis, qua ad hoc est necessaria, liberare creaturam Dei, quàm loqui cum damonibus. Demum factis interrogationibus, si non recesserit, siue responderit, siue non, prosequere hanc coniurationem.

Coniuratio.

TVergo homicida, reprobe, fili perditionis, per ipsum te coniuro, cuius signum apparuit in Cœlis, quem pastores viderunt, & Magi adorauerunt: quem Angeli, & Archangeli collaudant, vt statim exeas de vase isto, & plasmate Christi, & pergas in profundum maris, vel in arbores steriles, vel ad loca deserta, vbi non fit habitatio Christianorum, vel accessus hominum, & vbi te incendant fulgura de Cœlo. S. Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus vera majestas Dei, coërceat te statim exire. Adiuro te † inique dæmon, per ipsum, cuius nomen est Iesus Nazarenus, vt foras exeas audito verbo Domini ab hoc famulo Dei. Per ipsum te coniuro, † cuius ortum sancti Angeli collaudantes cantauerunt, dicentes: *Gloria in excelsis Deo.* Magi ab Oriente venientes, aurum, thus, & myrrham offerentes adorauerunt, sicut prædictum erat. Coniuro te † per ipsum, in cuius ortu stella de Cœlo apparuit, sicut

Matth. 2.

Luc 2.

Ibidem.

Digitized by Google

sicut Balaam prophetizauit, dicens:
Num.24 Orietur stella ex Iacob. Et per ipsum, quem animalia muta cognouerunt: sicut scriptum est: Cognouit bos
Matth. 2. possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Coniuro te † per ipsum, quem Herodes interficere voluit, & non potuit: pro quo sancti Martyres innocentes interfecti sunt: de quorum sanguine ornata est sancta Hierusalem in cœlo. Per il-
Ibidem lum te adiuro, † qui cum matre sua in Ægyptum fugit: & qui in Cana Galileæ aquam conuertit in vinum: quem Pilatus spineâ coronâ coronauit, & crucifixit: quem Longinus lanceâ transfixit: & qui in cruce clamauit: Hely Hely Lamasabathani. Coniuro te † per ipsum, qui in Templo inuentus est in medio Doctorum: in Cruce in medio latronum, & in medio aëris, & post Resurrectionem stetit in medio discipulo-
Symbolū Apost. rum, dicens: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Adiuro te † per ipsum, qui mortuus fuit, & sepultus, qui ad inferna descendit, & suos à diabolo detentos extraxit: & primum hominem Adam liberauit: & tertia die resurrexit: & post quadraginta dies ad cœlos ascendit. Ipse te ejiciat & exire coërceat de corpore, & de compaginibus membrorum istius creaturæ Dei N. Qui te ejecit de statu cœli, ille te coërceat indicare mihi nomen magistri tui, & si tu es solus, vel aliqua legio tecum.
Genes. 2. Adiuro te † per illum, qui condidit Paradisum, à quo exoriūtur quatuor flumina, scilicet Gyon, Physon, Tygrin, & Euphraten, & quem tencare voluisti, dicendo: Si Filius Dei es dic, vt lapides isti panes fiant. Et iterum: Si Filius Dei es: mitte te deorsum: & offendendo ei omnia
Matth. 4. regna mundi, dixisti: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Per ipsum te † conjuro, qui locutus est ad te, dicens: Vade Satana, non tentabis Dominum Deum tuum, sed ipsum adorabis, & illi soli seruies.

Conivratio.

Hier. 10. O Inique dæmon, & serpens antique, coniuro te † per nomen Dei sanctissimum magnum, & fortissimum, quod explicare nequeunt omnes linguæ viuentium, nec mens, nec sensus hominum, quod est Tetragrammaton. Adiuro te † dæmon *Apoc. 1.* per nomen Dei Alpha, & Omega: Iesu nostra redemptio: vita, & resurrectio: salus nostra, defensio & criminum remissio. Adiuro te † dæmon per nomen Dei Adonai, quod est magnum, & admirabile, Creator *Iudith. 13.* ineffabilis: Filius Dei admirabilis: *Exod. 6.* via infatigabilis: spiritus inuisibilis splendor inextinguibilis trinus inseparabilis: vnus inuisibilis, vt per hæc sancta nomina, tu dæmon, exeas foras statim absque vlla offensione, & terrore plasmatis Dei, & sine læsione alicuius personæ: & nullum signum in ea dimittas. Adiuro te † dæmon per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: & per spiritualem vnctionem illius, qui est trinus & vnus Deus. Iterum conjuro *Ecclesia in officio Natiuitatis Christi.* te † dæmon, per illam, quæ Christum lactauit, & in suo vtero portauit illum, qui fecit eam: vt in hac creatura Dei N. vlteriùs morandi non *Apoc. 21.* habeas potestatem. Conjuro te † dæmon, per S. Michaelem Archangelum, qui te de cœlo ejecit per virtutem Dei, quando cum dracone pugnauit, & deuicit eum: vt dimittas hunc locum, in quo nunc es, & vadas ad locum desertum, vel in profundum abyssi, vbi nemini nocere valeas. Conjuro te † dæmon, per sanctum Gabrielem Archangelum, qui nuntiauit B. Mariæ Virgini

Digitized by Google

aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Incarnationem eius, quando dixit: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, vt audito verbo, feſtinanter recedas ſine terrore alicuius perſonæ ab hac creatura Dei N. Conjuro te † dæmon, per S. Raphaelem, qui Tobiam, & Saram cuſtodiuit: & à dæmonio eos liberauit: qui per virtutem Dei Aſmodæum dæmonem taliter ligauit, quòd nullo modo eis nocere potuit, vt ſtatim ab hac creatura Dei N. recedas, non rediturus: & ei nequaquàm deinceps nocere valeas. Conjuro te † dæmon, per omnes ſanctos Angelos, & Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui quotidie non ceſſant clamare vna voce, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. *Apoc. 4.*

Conivratio.

ITerùm conjuro te, † maledicte dæmon, per omnes orationes Patriarcharum, & merita Prophetarum, & ſuffragia Apoſtolorum, & victoriam Martyrum, & per fidem Confeſſorum, & deprecationes Virginum, & per interceſſionem omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, qui Deo placuerunt ab initio mundi, vt ſtatim ab hac creatura Dei N. exeas, & recedas. Iterum conjuro te † dæmon, per ſanctum Abel, qui inter Martyres fuit primus. Per ſanctũ Enoch, qui ambulauit coram Deo, & tranſlatus eſt de mundo. Et per ſanctum Noë, qui reſeruatus eſt in diluuio propter juſtitiam. Per fidem Abrahæ, qui credidit Deo, & cui reputata eſt fides ad juſtitiam. Per ſanctum Iſaac, qui fuit obediens patri vſque ad mortem, qui fuit figura Domini noſtri Ieſu Chriſti oblati pro ſalute mundi. Et per felicem Iacob, qui vidit Angelum Domini venientem in adjutorium ſibi. Iterum conjuro te † dæmon, per ſanctum Moyſem: cum quo locutus eſt Dominus facie ad faciem. Et per ſanctos Prophetas, Amos, Michæam, Oſeam, Iohelem, Abdiam, Abacuch, Ionam, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, Eſdram, Ieremiam, Ezechielem, Dauid, & per omnes ſanctos alios Prophetas te conjuro, † vt de quacunque re te interrogauero, mihi puram veritatem dicas ſine mora, & quicquid præcipiam, nullo modo recuſare valeas. Conjuro te † dæmon, per Michæam Prophetam, qui dixit, quòd Dominus debebat naſci in Bethleem, terra Iuda, prophetizando hoc modo: Et tu Bethleem, terra Iuda, non eris minima ex principibus Iuda: ex te enim egredietur dominator Iſraël: egreſſus enim eius ab initio, & à diebus æternitatis. Conjuro te † per ſanctum Iohelem prophetam, qui prædixit debere obſcurari Solem, & Lunam in paſſione, & morte Chriſti, dicens: Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem. Iterum conjuro te † per felicem Iacob, qui prophetauit de morte Chriſti, dicens: In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum. Conjuro te † per ſanctum Zachariam Prophetam, qui prophetauit de tentatione Chriſti, dicens: Vidi Ieſum Sacerdotem magnum, & Satan ſtabat à dextris eius, & dixit: Increpet in te Dominus, diabole, qui elegit Hieruſalem. Conjuro te † per ſanctum Dauid Prophetam qui dixit, quòd Chriſtus prodendus erat à diſcipulo ſuo Iuda, hoc modo: Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnifi

Gen. 4. *Gen. 15.* *Exod. 33.* *Michæa 5.* *Iohelis 2.* *Gen. 49.* *Zach. 3.* *Pſal. 119*

Digitized by Google

magnificauit ſuper me ſupplantationem. Iterùm conjuro te † per ſanctum Zachariam qui prophetauit, quòd Chriſtus erat vendendus, dicens: Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Iſraël, & dederunt eos in agrum figuli. Conjuro te † dæmo, per beatum Iſaiam Prophetam, qui prophetauit, quòd Chriſtus erat venturus dicens: Veni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebi tuæ Iſraël. Et iterùm. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Iterùm conjuro te † per beatum Eſaiam, qui prophetauit, dicens: Veniet rex tuus Sion humilis, & reſtaurabit te. Conjuro te † per ſanctum Abacuch Prophetam, qui per Angelum Domini deportatus *fuit* de regno ad regnum vſque Babylonem, & poſitus fuit ſuper lacum leonum, vbi erat Daniel. Iterum conjuro te † per ſanctum Ionam Prophetam, qui per tres dies in ventre Ceti manſit viuus: & poſteà in Niniue ciuitate magna permanſit, & prædicauit. Iterum conjuro te † per beatum Heliam Prophetam, qui leuatus fuit in curru igneo vſque ad cœlum, qui orauit, vt non plueret ſuper terram per annos tres, & menſes ſex: & iterum orauit, vt pluret, & pluit, & terra dedit fructum ſuum. Iterùm conjuro te † per ſanctum Dauid Prophetam, quem Deus regem elegit, & de poſt fœtantes accepit eum. Iterùm conjuro te † per electum Danielem, qui ſomnia Regis explicauit, & Bel interfecit, & de lacu leonum liberatus eſt. Conjuro te † per ſanctum Malachiam Prophetam qui prophetauit de aduentu Chriſti ad iudicium, hoc modo: Ego accedam ad vos in judicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij: & humiliant viduam, & pupillos: & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, & tu maledicte damnate ex illis es. Conjuro te † per tres pueros de camino ignis ardentis liberatos, ſcilicet Sidrac, Miſac, & Abdenago. Et per ſanctum Ioannem Baptiſtam, quo nemo major inter natos mulierum ſurrexit. Conjuro te † dæmon per duodecim Apoſtolos Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per omnes ſanctos ſuos diſcipulos, & per beatum Petrum principem Apoſtolorum: vt de hoc famulo Dei N. ſtatim exire debeas: & omnia membra ſui corporis ſana dimittas, ſicut inueniſti, quando priùs in eum intraſti: & de quacumque re interrogatus fueris per me, ſtatim veritatem dicere feſtines ſine aliqua dubitatione, & te manifeſtare mihi in omnibus interrogationibus: deinde per merita Sanctorum, & Sanctarum Dei ad præceptum meum ab hoc famulo Dei penitùs: & ſine mora recedas: nullum ei dolorem inferendo, nec aliquod nocumentum ei faciendo, nec alicui perſonæ, ſed ſine terrore vadas in profundum abyſſi, non rediturus vſque in diem judicij, Amen. Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Zach.11

Eſa.7.

Dan.14.

4.Reg.2.

Pſal.77.

Malac.3

Dan.3.

Hîc interroga de exitu, ſicut ſuprà dictum eſt, poſteà ſequere, hoc modo:

Ex exorcizationibus S. Ambroſij.

ADjuro te, † ſerpens antique, per judicem viuorum, & mortuorum: per factorem mundi: per eum, qui habet poteſtatem mittere te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei N. qui ad Eccleſiæ ſuæ currit præſidium, feſtinus diſcedas. Adjuro te † non per meam infirmitatem, ſed per virtutem Spiritus ſancti, vt exeas ab hoc famulo Dei N. quem Domi

Dominus noſter Ieſus Chriſtus fecit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Cede, cede non mihi, ſed miniſtro Chriſti. Illius enim te vrgeat poteſtas, † qui te (affixus Cruci) ſuo ſubiugauit imperio. Illius brachium † contremiſce, qui de cunctis gemitibus inferni animas iuſtorum ad lucem perduxit. Sitque tibi terror corpus hominis, ſitque tibi terror imago Dei: nec reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine iſto, quia complacuit Deo, vt in homine habitaret. Et ne me infirmiſſimum contemnendum putes, dum me peccatorem eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus. † Imperat tibi majeſtas Chriſti. † Imperat tibi Deus Pater. † Imperat tibi Filius. † Imperat tibi Spiritus ſanctus. † Imperat tibi fides Apoſtolorum Petri, & Pauli, & cæterorum Apoſtolorum. † Imperat tibi ſanguis Martyrum. † Imperat tibi ſacramentum Cru†cis. Imperat tibi myſteriorum virtus. † Imperat tibi Ieſus Nazarenus. † Imperat tibi Verbum caro factum. †Exi ergo transgreſſor, exi ſeductor, plene omni dolo, & fallacia, veritatis inimice. Da locum, duriſſime, da locum, impiiſſime, da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis nefandis, qui te expoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligauit, & vaſa tua dirupit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum miniſtris tuis erit præparatus interitus. Sed quid, truculente, recogitas? quid, temerarie, retractas? Reus omnipotenti Deo, cuius ſtatuta tranſgreſſus es. Reus Ieſu Chriſto filio eius, quem temerariè auſus es tentare, & crucifigere præſumpſiſti. Reus humano generi, cui tuis perſuaſionibus mortis fructum propinaſti. Adiuro te † itaque, draco nequiſſime, in nomine agni immaculati, qui ambulat ſuper aſpidem, & baſiliſcum, qui conculcat leonem, & draconem, vt diſcedas ab homine iſto: diſcedas ab Eccleſia Dei: contremiſce, & fuge, inuocato nomine illius, quem inferi tremunt: cui virtutes cœlorum, & poteſtates ſubiectæ ſunt: quem Cherubin, & Seraphin indefeſſis vocibus, laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Ieſus Nazarenus, qui te, cùm diſcipulos eius contemneres, eliſum, & proſtratum exire iuſſit ex homine: quo præſente, cùm te ab homine ſeparaſſet, nec porcorum gregem præſumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in nomine eius † ab homine iſto, quem ipſe plaſmauit. Durum eſt tibi Chriſto velle reſiſtere: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: quia quantò tardiùs exis, tantò majus tibi ſupplicium creſcit; quia non hominem contemnis, ſed illum, qui eſt dominator viuorum, & mortuorum. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Col. c. 2. *Eſa. 14.* *Pſal. 90.* *Matth. 5.*

Conivratio.

ITerùm, atque iterùm conjuro te, † dæmon, per illum, qui dedit poteſtatem diſcipulis ſuis, vt cæcos illuminarent: leproſos mundarent: mortuos ſuſcitarent: & omnes infirmitates curarent. Per illum te conjuro, qui primum hominem per lignum ſanctæ Crucis reſtaurauit: qui cæco nato oculos aperuit: qui Lazarum mortuum, & ſepultum ſuſcitauit quatriduanum, & ad ſuperna reuocauit: & omnes morbos ſua virtute curauit: qui exanimauit magica figmenta Iannes, & Mambres. Et per hunc Exorciſmum, & per omnes alias conjurationes, per vniuerſum

Ioan. 14. *Eccleſia in præfatione S. Crucis.*

Digitized by Google

uersum orbem per hæc omnia præcipio tibi vbicunque sis, vel fueris, vt statim, sicut fumus, euanescas, & vadas ad desertum locum, vel in profundum abyssi, ita quòd nunquam alicui noceas, non rediturus. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

EXORCISMVS II.

Aduersus Dæmones obsidentes corpora humana.

IN nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant omnes dæmones à facie nostra.

Hîc Exorcista ostendat Crucem dæmoniaco, & dicat:

ECce Crucem † Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christus vult vos persequi. Increatus Pater, † increatus Filius, † increatus Spiritus sanctus, † vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Salue Crux sancta, quâ dantur munera tanta, Fac tua me velle; quæ sunt nobis noxia, pelle. Da mihi virtutem, veniam, pacémque salutem. Spes mihi viuenti, protectio sis morienti. Ecce Crucem Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christus vult vos persequi. Per Crucis hoc signum pellet Deus omne malignum. Mentem ne lædant, phantasmata cuncta recedant. Crux bona, Crux digna, lignum super omnia ligna, Crux via virtutis, Crux via veræ salutis, Crux virtus hominum, Crux leuat ad Dominum.

Symbolũ Athanasij.

Hîc Exorcista genuflexus dicat.

OMnipotens Domine cœli, terræque creator, Iesu Christe, Rex regum, summa potestas, omniáque *Gen.1.* justè moderans moderamine sancto. De cœlis veniens natus de Virgine sacra. Panditur in terris manus omnipotentis Olympi; Postquàm mille modis miracula sancta dedisti. In *Marc.16.* Cruce confixus saluasti sanguine mundum: Vnde tuis famulis donasti forte trophæum: Dæmoniacas fraudes, per quod constringere possint. Te rogo Christe Deus humanæ gentis amator: Vt dæmonis hujus tu pandas cuncta nefanda. Et propriis dans promat sua facta maligna. Per quam cicatricis promat sua terra venena. Quod videant populi, te laudent semper in æuum, Téque promant omnes cœli, terræque factorem. Qui cum Patre Deus regnas cum flamine sacro.

Hîc Exorcista surgat, & innehendo contra dæmonem, dicat:

Pessime tu dæmon, animarum magne seductor. Tu Deus existe malis eximia spondens. Hic finis tibi erit, Dominus nec vltra vocaris. Sed deceptus eris, & deridendus vbique videris.

CONIVRATIO.

COnjuro ergo te dæmon, per Deum † viuum, & in virtute Spiritus sancti: & per illum, qui te creauit, & de cœlo præcipitauit, & per tremendum diem Iudicij: & per ineffabile nomen Domini, vt dicas mihi qui es tu, & quomodo vocaris. Et per ista sancta nomina Dei, ad præceptum meum, ab hac creatura Dei N. sine mora recedas: nullum ei dolorem inferendo: nec aliquod nocumentum faciendo: statim, &

Digitized by Google

sine læsione alicuius personæ. Hel † Heloym † Adonay † Saday † Sother † Emmanuel † Tetragrammaton † Alpha, & Omega † Principium & finis † Agios † Yschyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Homousion † Ya † Iesus † Christus † Messias † Eloa † Eheye. † Iterùm conjuro te † dæmon, per Deum viuum, † per Deum verum, † per Deum Sanctum, † per Pa†trem, per Fi†lium, & per Spiritum † sanctum: per beatam Virginem Mariam: per totam cœlestem curiam, & per omnia, quibus in nomine Iesu potes cogi, & constringi: vt subitò manifestes te, maligne spiritus, & respondeas mihi de quacunque re te interrogauero.

D. Hieronymus.

Hîc Exorcista poterit interrogare dæmonem existentem in corpore, ipsum arctando ad dicendam veritatem de omnibus concernentibus ad liberationem vexati: postea dicat sequentia Euangelia.

Initium S. Euangelij secundùm Ioannem.

In principio erat verbum. *Quære supra fol.* 27.

Sequentia S. Euangelij secundùm Marcum.

Cap. 16. IN illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis; quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient: Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt, vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. ℣. Laus tibi Christe.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

Cap. 11. IN illo tempore. Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitationes eorũ dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodò stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filij vestri in quo eiiciunt. Ideò ipsi judices vestri erunt. Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniẽs, dicit: Reuertar in domũ meam, vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam.

Tunc

Digitized by Google

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Factum eſt autem, cùm hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit; & vbera, quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Reſp.* Laus tibi Chriſte.

Sequentia S. Euangelij ſecundùm Matthæum.

Cap.4. IN illo tempore. Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cùm jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſteà eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi, & dixit ei. Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: Quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus: rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Ieſus: Vade Satana. Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. ℣. Laus tibi Chriſte.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Dicebat Ieſus turbis ſimilitudinem hanc: Arborem ſici habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dixit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora: Et ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam: Erat autem docens in Synagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quàm cùm videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem Archiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in iis ergo venite, & curamini, & non in die ſabbati. Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cùm hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ gloriosè fiebant ab eo. ℣. Laus tibi Chriſte. *Cap.13.* *Matth.* 25.

Digitized by Google

Sequentia Sancti Euangelij, secundum Lucam.

Cap. 4. IN illo tempore. Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: Et rogauerunt illum pro ea: Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. Cùm autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei: quia ideò missus sum. Et erat prædicans in Synagogis Galileæ. ℟. Laus tibi Christe.

Sequentia S. Euangelij secundùm Marcum.

Cap. 9. IN illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiù apud vos ero, quamdiù vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquã misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adjuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo, Domine adjuua incredulitatem meã. Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ampliùs ne introeas in eum. Et exclamans, & multùm discerpens eum, exiuit ab eo, & factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent: quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit: Et cùm introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum. Quare nos non potuimus eiicere eum. Et Et dixit illis: Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio. Resp. Laus tibi Christe.

CONIVRATIO.

EXorcizo te † immunde spiritus, tentator, diabole, inimice, ebriose, luxurioſe, insipiens, dejecte de gratia Dei, & Christi, per ipsum te exorcizo, & adjuro, qui propter nos in terram descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, & ex Maria Virgine natus: vt statim, & sine mora exeas, & fugias de vase isto, & plasmate Dei sine læsione ipsius N. vel alicuius personæ. Per ipsum te exorcizo, † quem Gabriel Angelus in vtero Virginis Mariæ annuntiauit. Per ipsum te exorcizo, quê in vtero Virginis Mariæ ex vtero Helisabeth Ioannes salutauit. Per ipsum te exorcizo, † adjuro, † & constringo: *Symbolũ Apostol.* *Luc. 1.*

Digitized by Google

ſtringo † vt ſi in corpore iſto es, mecum loquaris, & indices mihi, quomodo vocatur magiſter tuus. Per ipſum te coniuro † decepte, homicida, filí perditionis: cuius ſignum apparuit in cœlis quem paſtores viderũt: *Matth.1* & Magi adorauerunt: quem Angeli & Archangeli collaudant, ipſe te proiiciat de vaſe iſto, & imagine Chriſti, & mittat in profundum maris, vel in locum deſertum, vbi nulla eſt habitatio hominum, & vbi incendat te de cœlo Sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Coniuro te † per ipſum, cuius nomen eſt Ieſus Nazarenus: *Matth.7* quem Herodes Rex interficere voluit, & non potuit: pro quo interfecti ſunt ſancti Martyres Innocentes: de cuius ſanguine ornata eſt ſancta Hieruſalem in cœlo. Per ipſum te coniuro, † exorcizo, † & conſtringo, † qui cum matre fugit in Ægyptum. Adiuro te per coronam Chriſti. Per ipſum te exorcizo, † & adiuro, qui in Cana Galileæ *Ioan.3.* aquam conuertit in vinum: quem Pilatus crucifixit: Longinus lancea transfixit: qui clamabit, Hely, Hely Lamazabatani: & qui ad inferna deſcendit, & ſuos à diabolo oppreſſos extraxit: tertia die reſurrexit & poſt quadraginta dies ad cœlos aſcendit: & qui liberauit primum hominem Adam, ipſe te expellat, hæretice, falſe, homicida, decepte, ſine Ieſu Chriſto, ſine Cruce Chriſti. per ipſum te exorci- *Geneſ.2.* zo, † & adiuro, qui ex paradiſo excuſſit quatuor flumina principalia, ſcilicet Gyron, Phyſon, Tygrin, & Euphraten: vt non habeas auctoritatem, aut poteſtatem tacendi nomen tuum: ſed ſtatim dicas mihi, qui es tu, aut cuius magiſterij, quia ſeruus, & miniſter Chriſti ſum.

Hîc exorciſta quærat de nomine dæmonis, & ſociorum: de receſſu: quare opprimunt: & de omnibus alijs pertinentibus ad liberationem obſeſſi. Poſteà ſic ſequatur:

CONIVRATIO.

AVdi igitur, maligniſſime dæmon audi creatura damnata, reprobata & maledicta à Deo; audi, inquam, ſuperbiam tuam. Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui, qui te ob ſuperbiam tuam æternis ignibus cum principe tuo Satana, & aliis dæmonibus mancipauit. In cuius Dei, & Creatoris omnium virtute, & poteſtate, non meis meritis, aut virtute confiſus, maledicte diabole, & Satana immundiſſime, ac ſpurciſſime ſpiritus, qui propter peruerſitatem electionis tuæ, qua contempto, & derelicto domicilio omnipotentis, Domini Dei noſtri, qui Trinus, & *Iſ. 14.* vnus Deus extat ante ſæcula, qui eſt cauſa ſubſiſtendi omni creaturæ, ita quòd in ictu oculi mundus ſtare non poſſet, ſi eius regimen ſubtraheret, elegiſti contradicere, & noluiſti te ordinare, & conuertere ad ipſum, neque ei fideliter obedire, quemadmodum fecerunt illi beatiſſimi ſpiritus, qui plena eius fœlicitate perfruuntur: Sed ordine peruerſo ſuperbiæ, & inuidiæ in te complacuiſti *Ibidem.* & in te, & in excæcatis angelis ſortem tuam poſuiſti: propter quam immunditiam electionis tuæ proietus de Cœli faſtigio, in hunc caliginoſum aërem detractus, præcipi- *Iudæ cap. vnico.* tandus es in die tremendi iudicij in abyſſum, & baratrum inferni, vbi cruciaberis die, ac nocte, & fumus tormẽtorum tuorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Exorcizo, & anathematizo te † ſiue vnus ſis, ſiue

Conjuratio ex antiquis conjurationibus.

Digitized by Google

plures, vt dicas mihi, quomodocunque in hunc famulum Dei N. consignatum, & initiatum diuinis mysteriis, temerè ingredi præsumpsisti, siue in cibo, vel in potu, vel in quacunque malefica superstitione, vel præstigiis, quomodocunque super hunc famulum Dei factis. Quæ quidem præstigia & maleficia omnia, & singula, virtute, & potestate inuictissimi Regis omnium Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui in hunc mundum apparuit, vt dissolueret opera Satanæ, dissoluo, & dissolura esse decerno. Et sicut per *Act. 3.* beatos Apostolos sanctos Petrum, & Paulum patres nostros, dissoluit omnia maleficia, & præstigia facta per illud membrum tuum Simonem *Exod. 7.* Magum & sicut per beatum Bartholomæum Apostolum sanabat omnes sauciatos à dæmonio inhabitante idolum Astaroth. Et per sanctum prophetam Moysen detegebat præstigia magorum Ægyptiorum Iannes & Mambres in digito omnipotentis Dei: ita & nunc in eodem digito Dei, scilicet Spiritus sancti, qui ex Patre, filióque eius procedit, dissoluimus omnes sortilegas artes, & præstigia super hunc famulum suum N. siue atrocitate inuidiæ tuæ, qua, maligne, & immunde spiritus, insidiaris humanæ saluti secundum impiam voluntatem tuam: siue iusta dispensatione omnipotentis Domini Dei nostri: siue etiam exigentibus peccatis suis, vel parentum suorum: intra quæ interpono copiosam redemptionem pretiosissimi *Apoc. 1.* sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qui in hunc mundum veniens, principem vestrum vicit, non solùm potentia: sed pretio sanguinis sui pretiosissimi: & ipsum superbum alligauit: vasa ejus dirupit, spolians principatus, & potestates, nos de potestate vestra iustè, & potenter eripuit. Et ipse benedictus Deus, & Dominus noster, & caput nostrum ascendens in cœlum, dedit potestatem discipulis, & fidelibus suis vos eiiciendi de corporibus hominum, dicens: In nomine meo dæmonia eiicient. Et alibi duodecim Apostolis, & discipulis dixit: Dedi vobis virtutem & potestatem supra omnia dæmonia, & virtutem inimici: de quorum numero nos indignos esse voluit. Nam ministerium nostrum in mensa altaris transubstantiat substantiam panis, & vini in corpus & sanguinem suum. In hac ergo virtute & potestate mihi præstita ab omnipotenti Deo, & Domino nostro Iesu Christo, te coniuro, immunde Spiritus, siue vnus sis, siue plures quomodocunque in hunc famulum Dei N. consignatum, initiatum diuinis mysteriis temerè ingredi præsumpsisti, siue in cibo, siue potu, siue in quacunque malefica superstitione vel præstigiis quibuscunque super hunc famulum Dei factis. Et præcipio tibi in nomine Dei Pa † tris omnipotentis, & Fi † lij eius Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus † sancti, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. sine aliqua ipsius læsione: ita quòd de cætero ad ipsum non præsumas accedere, nec ad momentum in eo habitare, nec perturbare sensus eius interiores, vel exteriores à planta pedis vsque ad verticem: neque humores commouere; neque in desiccationes ducere, vel quacunque imbecillitate vexare: neque horis diurnis, vel nocturnis eius quietem impedire. Quod si pertinaciter huiusmodi mandatis, & sententiis nostris, immò veriùs Dei, & Domini nostri Iesu Christi

Chriſti ſummi, & inuictiſſimi Imperatoris noſtri obedire cum effectu contempſeris, ſuppliciter exoramus eundem Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quatenus per virtutem ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, & per merita beatiſſimæ Virginis Mariæ, matris ſuæ benedictæ, & ſanctorum Angelorum, qui vident reuelatam faciem Dei Patris omnipotentis: & per merita patrum noſtrorum beatorum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque ſanctarum Virginum, quatenùs, ſicut contra illum contemptorem, & induratum Pharaonem, mittat Angelum ſuum ſanctum contra te, qui te catenis igneis alligatum cum ſociis tuis apoſtaticis angelis mergi faciat in ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris, vbi cruciaberis die, ac nocte, & fumus tormentorum tuorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conivratio.

Ex antiquis exorciſmis.

Ergo maledicte diabole, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum propter tuam nequitiam, ſpiritus immunde, vbicunque latitas in corpore iſtius N. recognoſce ſententiam tuam, & cognoſce ſententiam juſtiſſimæ damnationis nequitiæ tuæ. Et licèt inuitus, & coactus, contra tuam nequiſſimam voluntatem, da honorem Deo viuo, & vero, † da honorem Ieſu Chriſto Filio eius Domino, & Saluatori noſtro, da honorem Spiritui ſancto paraclyto, † & recede ab hoc famulo Dei N. & nunquam de cætero ad ipſum accedas: quia iſtum ſibi Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontémque baptiſmatis, dono ſuæ gratiæ vocare dignatus eſt. Et hoc ſignum ſanctæ † Crucis quod nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole, damnate, atque damnande ſpiritus immunde, nùquàm audeas violare, per nomen, & virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Hic Exorciſta ponat manus ſuas ſuper caput vexati, & dicat Oratio.

Ex antiquis exorciſmis.

Expelle, Domine, diabolum ab hac creatura tua N. de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de oculis, de lingua, de ſublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de cerebro, de paniculis cerebri, de ciliis, de ſuperciliis, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, de femore, de ventre, de ſtomacho, de corde, de ſpatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de oſſibus, de neruis, de ventis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum ſuorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore ſuo intus, & extra, de quinque ſenſibus corporis, & animæ: nullumque locum habeat in ipſa intus, & foris ampliùs, vt ſana, & ſalua fiat per inuocationem ſanctiſſimi nominis Filij tui vnigeniti, & per inuocationem Spiritus ſancti cœterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam hujus creaturæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipſius ſaluare, & ſaluam facere. Per eundem, &c.

Digitized by Google

EXORCISMVS III.

Optimus, & mirabilis efficaciæ contra Spiritus malignos.

Exorcista genuflexus, corde firmo, & deuoto dicat.

ADjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie omnium malignorum ſpirituum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Ex conjurationibus S. Zenonis.

DEus, qui Beato Zenoni confeſſori tuo virtutem expellendi dæmones de quocunque loco tribuiſti, præſta quæſumus, vt per eius orationes, & merita mihi virtutem præbeas: vt iſtos dæmones, qui hanc creaturam tuam inuaſerunt, expellere valeam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio.

OMnes ſancti Angeli, & Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes cœlorum, Cherubin, & Seraphin: qui non ceſſatis clamare ante Deũ, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, fundite preces pro me fragili peccatore apud altiſſimum Deum, & Dominum noſtrum, vt mei miſereatur, & peccata mea miſericorditer, & clementer dimittat: me liberet, me protegat, me defendat, me eripiat de omnibus tentationibus meis, & me ſic faciat tranſire per bona temporalia, vt non amittam æternæ vitæ gaudia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio.

O Summe Michaël Archangele, ô princeps cœleſtis militiæ, ô præclare, atque ſurſume decor, & miniſter, qui coram Deo vigilanter aſſiſtis, peto, vt tuis precibus mihi miſero mortali faueas, vt pio Domino miſerante, téque intercedente, eripi merear à dæmoniaca deceptione, ac per te repræſentari ante Dei majeſtatem merear. Amen.

Oratio.

DEus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti inuoco nomen tuum, ac præclaræ majeſtatis tuæ clementiam ſupplex expoſco, vt mihi auxilium præſtare digneris aduerſus hunc nequiſſimum ſpiritum. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Hic Exorciſta ſurgat, & dicat ſequentem Orationem.

Ex conjurationibus S. Zenonis.

DEus creator, & redemptor corporis, & animæ, eſto propitius huic tuæ creaturæ N. Anima Chriſti ſanctiſſima † ſanctificet te. Corpus Chriſti glorioſiſſimum, † ſaluet te. Sanguis Chriſti ſanctiſſimus † inebriet

† inebriet te. Sudor Chriſti virtuoſiſſimus † ſanet te. Paſſio amariſſima Chriſti conforret te. Ieſus Chriſtus bonus † cuſtodiat, & liberet te, & infra ſua vulnera abſcondat te, & ne permittat te ſeparari à ſe: ab hoſte maligno defendat † & liberet te, & in hora mortis vocet te ire ad ſe, & ponat te iuxta ſe, vt cum Angelis ſuis laudes eum in ſæcula ſæculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini noſtri Ieſu Chriſti, fugite partes aduerſæ, quia Chriſtus vult vos perſequi. Increatus Pa†ter, Increatus Fi†lius, Increatus Spiritus † ſanctus. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Domine Ieſu Chriſte, qui ecelum, & terram feciſti, flumen Iordanis benedixiſti, in quo baptizati voluiſti: bene † dicere, & ſanctifi ſicare digneris hanc creaturam tuam N. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde lege ſequentes Pſalmos.

Pſal. 67. EXurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis: ſic pereant peccatores à facie Dei. Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. Exultate in conſpectu eius, turbabantur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in loco ſancto ſuo, Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris. Deus cùm egrederetis in conſpectu populi tui: cùm pertranſires in deſerto. Terra mota eſt, etenim cœli diſtil-

lauerunt à facie Dei Synai, à facie Dei Iſraël. Pluuiam voluntariã ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu verò perfeciſti eam. Animalia tua habitabunt in ea, paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti: dilecti & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros: pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam: nive dealbabuntur in Selmon, mons Dei mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons, in quo, bene placitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Currus Dei decẽ millibus multiplex millia lætantium: Dominus in Synai in ſancto. Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. Benedictus Dominus die, quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum. Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & domini Dei exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli petambulantium in delictis ſuis. Dixit Dominus ex Baſan conuertam: conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto. Præuenerunt principes conjuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum. In Eccleſiis benedicite Deo Domino, de fontibus Iſraël. Ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephtalim: Munda Deus

Digitized by Google

excellentiam Dei: ita quòd omnis vestra potentia, & cuiuscunque alterius vobis fauentis sit ligata deinceps: vt sicut ipse est Deus omnium, à quo omnia, per quem omnia, cui omnis decor, & gloria conuenit, quem omnes tàm cælestes, quàm aëreæ, & infernales potestates adorant, & contremiscunt, ita statim, & immediatè, omni mora postposita, per nomen, & in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ab hac creatura Dei N. & ipsam sanam, vt inueniſtis, relinquatis, nunquam ad eam amplius redeuntes, & ad locum, vbi deinceps nullã creaturam Dei ladere possitis, protinus ire festinetis, & per illam virtutem, & potentiam, qua Lucifer, & praui alij rebelles Angeli de cœlo empyreo ad ima eiecti sunt, alioquin in virtute Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipito, & æternaliter condemno. Amen.

Apoc. 12

Coniuratio.

COnjuro † vos supra scriptos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellione non cessatis, per Patrem, Filium, & Spiritum † sanctum: & per sanctam Mariam genitricem Dei, & per omnia, quibus in nomine Iesu Christi eogi, & constringi potestis, vt statim exeatis, & fugiatis de vase isto, & plasmate Dei, & nec istam creaturam, nec me, nec aliquam personam offendatis. Contradicat vobis † Filius Dei viui, qui est initium omnium creaturarũ. Cõtradicat vobis † sanctus Michael. Contradicat vobis † sanctus Gabriel. Contradicat vobis † sanctus Raphael. Contradicant vobis † omnes virtutes cælorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus † sancti Amen. Alioquin in virtute Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus ille, cum omnibus furiis, & pœnis infernalibus, contra vos omnia sua indignatione, furia indignatus, insurgat, & irruat, & vos statim affligat, & vsque ad diẽ Iudicij tanquam crudelis minister Dei omnibus pœnis infernalibus cruciet, per omnia supradicta per me. Amen.

Ioan. 1.

Coniuratio.

ITem districtiùs, & fortiùs auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc Dei creaturam N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellione non cessatis, coniuro † & constringo vos per omnia supradicta, & per omnia illa, quibus in nomine Iesu constringi, & cogi potestis, maximè coniuro vos per Incarnationem, Natiuitatem, Baptismum, & sanctum ieiunium Christi, per Passionem, Mortem, Crucem, Resurrectionem, & Ascensionem Domini nostri Iesu Christi, & per omnem vitam eius benedictam, & per aduentum Spiritus sancti paracleti: & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes Patriarchas, & Prophetas, sanctos patres veteris Testamenti, & omnem fidem, spem charitatem, & iustitiam eorum, & per omnem vitam, & omnia bona opera ipsorum, & per totum vetus Testamentum, & omnia mysteria in ipso contenta, vt ab hac creatura Dei N. recedatis. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO.

ITerùm conjuro † vos nefandissimos, & abominabiles spiritus, per potentissimum, & corroborantissimum Deum, per fortem, & admirabilem: per excelsum, ineffabilem, & inuisibilem Deum: & per hæc sanctissima nomina Dei omnipotentis, & per virtutem ipsorum vobis impero, scilicet Tetragrammatum † Heloym † Adonay † Emmanuel † Messias † Agyos † Otheos † Ischyros † Athanatos † Sabaoth † Rex † Iudex † Dux † Lux † Legifer † Pater † Magister † Principium † Verbum † Homosion † Alpha, & Omega † Imago † Sapientia † Ostium † Via † Vita † Stella matutina † Propheta † Petra † Vitis † Clauis † Virtus † Primogenitus † Altissimus † Agnus † Ouis † Sponsus † Primus † Nouissimus † Creator † Redemptor † Pastor † Splendor † Præceptor † Sol † Flos † Sacerdos † Pontifex † Veritas † Charitas † † Vnigenitus † Fons † Paraclytus † Mediator † Iesus † Dominus † Deus † Omnipotens † Æternus. † Et in virtute, & per virtutem illius sanctissimi nominis Dei Iehoua, & omnium aliorum nominum eius, & omnium coniurationum, alligationum, vinculorum, & mandatorum cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Iesu Christi possitis coniurari, constringi, ligari, vel fugari, vel de loco ad locum mitti, vel cruciari, torqueri, vel ad pœnas aliquas damnari, sit vobis ipso facto omnis locus, & omnis situs interdictus, præter centrum mundi: & ego vt minister Christi in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno, & ibidem virtute omniũ supradictorum vos maledico, & vsque in profundum abyssi, vsque in diem iudicij proiicio, & relego, vt sitis subiecti omnibus pœnis infernalibus acriùs, & duriùs Lucifero: quia fuistis rebelles tantis, & tam sacratissimis nominibus, & mysteriis Dei: & vobis in virtute, & per virtutem omnium supradictorum præcipio, vt recedatis immediatè ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, vt vobis superiùs dixi, & iniunxi, & ab isto instanti in posterum semper virtute omniũ supradictorum: & in nomine, & virtute Domini nostri Iesu Christi, sit ligata omnis vestra potentia, & cuiuslibet alterius vobis fauentis resistendi mandatis meis, imò mandatis Christi, cuius auctoritate, & officio nunc fungor (licèt immeritus) sicut ipse voluntariè ad columnam ligari, cruci affigi dignatus est. Amen.

Expositionem horum nominũ quare supra cap 9.

Et si nec audire, nec obedire voluerit, accipe ignem, & sulphur, & daemoniacum, velit, nolit, diu super dictum sulphur, & ignem facias fumigari, donec de omnibus, quæ tibi placuerint, dixerit veritatem.

CONIVRATIO.

ITerùm coniuro † vos supradictos spiritus Dei rebelles, quibus data est potestas super istud corpus, & super omnia corpora humana, quæ vexatur per Patrem, & Filium, & Spiritũ † Sanctum, vt subitò recedatis. Coniuro † vos, & impero vobis per omnes sanctas Virgines, & Continentes. Coniuro † vos, & impero vobis per sanctam Mariam Magdalenam, Catharinam, Agnetem, Luciam, Agatham, Margaritam, Dorotheam, Vrsulam, & societatem suam, Annam, Elisabeth, & cæteras Dei Virgines, Viduas, &

Digitized by Google

continentes vt exeatis. Iterùm conjuro † vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles per beatiſſimam Virginem Mariam, matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, † per Natiuitatem ſuam, † per Virginitatem ſuam, † & per Conceptionem ſuam, † per ſanctiſſimum lac ſuum, quod proprio ore ſuſcepit, qui vocatus eſt Alpha, & Omega † Ya † Saday † Emmanuel † Tetragrãmaton † per merita ſua, & per omnia bona, quæ dici, & cogitari poſſunt de beatiſſima Virgine Maria, & per omnia nomina beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſcilicet Virgo † Flos † Nubes † Regina † Theotocos † Imperatrix † Domina † Aurora † Ancilla † Ortus † Fons † Puteus † Luna † Sol † Porta † Domus † Beata † Gloriosa † Pia † Aula † Rubus † Scala † Stella † Turris † Auxilatrix † Arca † Thalamus † Margarita † Tabernaculum † Amica † Vellus † Pulchra † Mater † Alma † Speciosa † Formosa † Benedicta † Sponsa † Maria, † & per omnia ſupradicta vobis impero, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris præcipito, & æternaliter condemno: & ſicut beata Virgo Maria, & ſupradictæ Dei Virgines, Viduæ, & Continentes gaudent cum Chriſto gloria æterna, ita vos immediatè, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, & per virtutem ſuæ paſſionis recedatis ſubitò ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione: vt ſuperiùs vobis iniunxi: alioquin per omnia ſupradicta ſitis ipſi facto lapſi indiſſolubiliter in omnem damnationem, & pœnam ſuperiùs dictam, & expreſſam, tanquam Dei rebelles. Amen.

Horum expoſitionem quære ſup. cap. 10.

Coniuratio.

ITerùm ad hæc fortiùs, & diſtrictiùs vos coniuro † per omnia ſupradicta, & per omnia quibus fugari poteſtis, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi: vos ſupradictos nefandiſſimos, & abominabiles ſpiritus, qui hanc creaturam Dei N occupare, & moleſtare veſtra rebellione obſtinata non ceſſatis, coniuro, † conteſtor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & conſtringo per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, quorum gloria, & ſocietate veſtris ſceleribus iuſtiſſimè perenniter priuati eſtis, & per hæc ſanctiſſima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, Raphael: & per omnia alia nomina Angelorum, quòd ſtatim, & ſine mora, ſicut vos, & cæteri reprobati, merito ſocietate, & gloria præfatorum ſanctorum Angelorum perenniter priuati eſtis, & pœnis infernalibus deputati: & ſicut prædeſtinati cum ſupradictis ſãctis Angelis gloria æterna gaudebunt, & Deo fruentur, & vos perenni infernali igne meritò cruciabimini cum Lucifero, & aliis ſibi ſubiectis in pœnis infernalibus ardentibus: ita vos nunc ſtatim, & ſine mora immediatè, tanquam deuicti, & fugati auctoritate, & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, ab hac creatura Dei N. recedatis: & ad locum deſertum eatis, vbi nullam creaturam deinceps moleſtare poſſitis, omni mora, & occaſione poſtpoſita: & hanc creaturam Dei, quam tanto tempore moleſtaſtis, à modò relinquatis eam, & in ſua priſtina ſanitate dimittatis, & nunquàm ad ipſam deinceps redire, nec moleſtare valeatis

Luc. 9

Matth. 25.

Digitized by Google

tis alioquin in virtute Dei Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, per omnia ſupradicta, ſit Lucifer nefandiſſimus ſpiritus ille, cum omnibus ſuis ſubditis, & cum omnibus furiis, & pœnis infernalibus, nunc contra vos omni ſua indignatione, & furia indignatus, ſurgat, irruat, & vos ſtatim per omnia ſupradicta in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi trahat, & vſque ad diem Iudicij, tanquàm crudelis miniſter Dei, ibi vos omnibus pœnis Infernalibus acriter cruciet per omnia ſupradicta. Amen.

CONIVRATIO.

ITerùm coniuro † vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles nominibus & myſteriis Dei, & auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifici, vobis ſtrictiſſimè impero, per omnes ſanctos ejus Pontifices, Doctores, Confeſſores, Monachos, & Eremitas, Sacerdotes, & Leuitas, ſcilicet Gregorium, Ambroſium, Cyprianum, Geminianum, Bernardinum, Franciſcum, Dominicum, Paulum primum eremitam, Antonium, & beatum Nicolaum de Tolentino, & per omnem eorum benedictam vitam: & per omnia merita, orationes, operationes eorum. Et ſicut Angelus ligauit ſerpentem tortuoſum, ita omnis veſtra potentia, & cujuſlibet alterius vobis fauentis ſit ligata, per hæc ſanctiſſima Filij Dei nomina, & virtutem ipſorum, ſcilicet, Primogenitus † Sapientia † Virtus † Sol † Splendor † Lux † Gloria † Panis ✠ Fons † Salus ✠ Mons † Oſtium † Petra † Verbum † Sponſus † Paſtor † Prophera Mediator † Agnus † Ouis † Vitis † Veritas † Via † Vita † Leo. † Lumen de lumine † quòd immediatè, ſicut ipſi ſupradicti ſancti gaudent cum Chriſto, & cæteri beati in gloria æterna: ita vos recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs vobis ſæpè mandaui, alioquin per omnia ſupradicta ſtrictiſſimè, & potentiſſimè, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni cruxifici ex nunc mando, & impero Lucifero, & omnibus furiis infernalibus, vt ſtatim, ſine mora contra vos inſurgant & irruant, ac in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi indiſpenſabiliter ducant, ligent vos omnibus pœnis ſimul, nulla deficiente, & vos Dei, & ſanctorum nominum eius rebelles crucient, & affligant vſque ad diem Iudicij. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Apoc. 20

Eccleſia Romana.

EXORCISMVS IV.

Terribilis, & maximæ efficaciæ aduerſus dæmones opprimentes corpora humana.

Exorciſta acceſſurus ad exorcizandum, peracta priùs ſacramentali confeſſione, corde puro, & deuote genuflectens ante imaginem Crucifixi dicat Pſalmum.

MIſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam, &c. *totum.* ℣. Ab occultis meis munda me, Domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio,

Digitized by Google

continentes vt exeatis. Iterùm conjuro † vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles per beatiſſimam Virginem Mariam, matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, † per Natiuitatem ſuam, † per Virginitatem ſuam, † & per Conceptionem ſuam, † per ſanctiſſimum lac ſuum, quod proprio ore ſuſcepit, qui vocatus eſt Alpha, & Omega † Ya † Saday † Emmanuel † Tetragrãmaton † per merita ſua, & per omnia bona, quæ dici, & cogitari poſſunt de beatiſſima Virgine Maria, & per omnia nomina beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſcilicet Virgo † Flos † Nubes † Regina † Theotocos † Imperatrix † Domina † Aurora † Ancilla † Ortus † Fons † Puteus † Luna † Sol † Porta † Domus † Beata † Glorioſa † Pia † Aula † Rubus † Scala † Stella † Turris † Auxilatrix † Arca † Thalamus † Margarita † Tabernaculum † Amica † Vellus † Pulchra † Mater † Alma † Specioſa † Formoſa † Benedicta † Sponſa † Maria, † & per omnia ſupradicta vobis impero, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris præcipito, & æternaliter condemno: & ſicut beata Virgo Maria, & ſupradictæ Dei Virgines, Viduæ, & Continentes gaudent cum Chriſto gloria æterna, ita vos immediatè, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, & per virtutem ſuæ paſſionis recedatis ſubitò ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione: vt ſuperiùs vobis iniunxi: alioquin per omnia ſupradicta ſitis ipſi facto lapſi indiſſolubiliter in omnem damnationem, & pœnam ſuperiùs dictam, & expreſſam, tanquam Dei rebelles. Amen.

Horum expoſitionem quare ſup. cap. 10.

Coniuratio.

ITerùm ad hæc fortiùs, & diſtrictiùs vos coniuro † per omnia ſupradicta, & per omnia quibus fugari poteſtis, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi: vos ſupradictos nefandiſſimos, & abominabiles ſpiritus, qui hanc creaturam Dei N occupare, & moleſtare veſtra rebellione obſtinata non ceſſatis, coniuro, † conteſtor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & conſtringo per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, quorum gloria, & ſocietate veſtris ſceleribus iuſtiſſimè perenniter priuati eſtis, & per hæc ſanctiſſima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, Raphael: & per omnia alia nomina Angelorum, quòd ſtatim, & ſine mora, ſicut vos, & cæteri reprobati, merito ſocietate, & gloria præfatorum ſanctorum Angelorum perenniter priuati eſtis, & pœnis infernalibus deputati: & ſicut prædeſtinati cum ſupradictis ſanctis Angelis gloria æterna gaudebunt, & Deo fruentur, & vos perenni infernali igne meritò cruciabimini cum Lucifero, & aliis ſibi ſubiectis in pœnis infernalibus ardentibus: ita vos nunc ſtatim, & ſine mora immediatè, tanquam deuicti, & fugati auctoritate, & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, ab hac creatura Dei N. recedatis: & ad locum deſertum eatis, vbi nullam creaturam deinceps moleſtare poſſitis, omni mora, & occaſione poſtpoſita: & hanc creaturam Dei, quam tanto tempore moleſtaſtis, à modò relinquatis eam, & in ſua priſtina ſanitate dimittatis, & nunquàm ad ipſam deinceps redire, nec moleſtare valeatis

Luc. 9

Matth. 25.

Digitized by Google

tis alioquin in virtute Dei Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, per omnia ſupradicta, ſit Lucifer nefandiſſimus ſpiritus ille, cum omnibus ſuis ſubditis, & cum omnibus furiis, & pœnis infernalibus, nunc contra vos omni ſua indignatione, & furia indignatus, ſurgat, irruat, & vos ſtatim per omnia ſupradicta in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi trahat, & vſque ad diem Iudicij, tanquàm crudelis miniſter Dei, ibi vos omnibus pœnis Infernalibus acriter cruciet per omnia ſupradicta. Amen.

Coniuratio.

ITerùm coniuro † vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles nominibus & myſteriis Dei, & auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifici, vobis ſtrictiſſimè impero, per omnes ſanctos ejus Pontifices, Doctores, Confeſſores, Monachos, & Eremitas, Sacerdotes, & Leuitas, ſcilicet Gregorium, Ambroſium, Cyprianum, Geminianum, Bernardinum, Franciſcum, Dominicum, Paulum primum eremitam, Antonium, & beatum Nicolaum de Tolentino, & per omnem eorum benedictam vitam: & per omnia merita, orationes, ope-
Apoc. 20 rationes eorum. Et ſicut Angelus ligauit ſerpentem tortuoſum, ita omnis veſtra potentia, & cujuſlibet alterius vobis fauentis ſit ligata, per hæc ſanctiſſima Filij Dei nomina, & virtutem ipſorum, ſcilicet, Primogenitus † Sapientia † Virtus † Sol † Splendor † Lux † Gloria † Panis ✠ Fons † Salus ✠ Mons † Oſtium † Petra † Verbum † Sponſus † Paſtor † Propheta Mediator † Agnus † Ouis † Vitis † Veritas † Via † Vita † Leo. † Lumen de lumine † quòd immediatè, ſicut ipſi ſupradicti ſancti gaudent cum Chriſto, & cæteri beati in gloria æterna: *Eccleſia Romana.* ita vos recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs vobis ſæpè mandaui, alioquin per omnia ſupradicta ſtrictiſſimè, & potentiſſimè, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni cruxifici ex nunc mando, & impero Lucifero, & omnibus furiis infernalibus, vt ſtatim, ſine mora contra vos inſurgant & irruant, ac in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi indiſpenſabiliter ducant, ligent vos omnibus pœnis ſimul, nulla deficiente, & vos Dei, & ſanctorum nominum eius rebelles crucient, & affligant vſque ad diem Iudicij. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

EXORCISMVS IV.

Terribilis, & maximæ efficaciæ aduerſus dæmones opprimentes corpora humana.

Exorciſta acceſſurus ad exorcizandum, peracta prius ſacramentali confeſſione, corde puro, & deuoto genuflectens ante imaginem Crucifixi dicat Pſalmum.

MIſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam, &c. *totum.* ℣. Ab occultis meis munda me, Domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Digitized by Google

Oratio.

Ecclesia Romana. DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt me, & hunc famulum tuum, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

Luc. 2. DEus, qui sanctis Apostolis tuis dedisti virtutem expellendi dæmones de quocunque loco: præsta quæsumus, vt per eorum merita, & intercessionem mihi præbeas virtutem, vt hos dæmones, qui hunc famulum tuum N. vexant, expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

DEus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viuentium: Deus, quem omnis lingua confitetur, & cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, & requiem post laborem, & non est alius Deus præter te, nec esse potest vere Deus, vbi tu es auctor, & regni tui non erit finis: te humiliter imploro, Domine Deus meus, & misericorditer majestatem tuam gloriosissimam supplico, vt non respicias peccata mea innumerabilia, neque peccata iustitiæ meæ, sed secundùm tuam misericordiam, hunc famulum tuum N. de immundis spiritibus liberare digneris, & eum ad gratiam veræ liberationis misericorditer perducere digneris: vt te æterne Deus, qui es Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus Moysi, Deus Aaron, Deus Tobiæ, Deus Eliæ: te humiliter deprecor, omnipotens æterne Deus, vt famulum tuum de tentationibus spirituum immundorum liberare jubeas, & permittas: quia ipsi immundi spiritus ab initio fuerunt fallaces, & numquàm steterunt *Ioan. 8.* in veritate, sed semper in malitia iniquitatis, superbiæ, vanitatis & cupiditatis assistunt, qui famulum tuum N. iniuriis, perturbationibusque fatigant. Iube etiam Domine Deus, Angelis tuis benignis, vt ipsi destruant, & præcipitent in profundum abyssi inimicos tuos malignos, & isti antiqui serpentes crudelissimi deuoratores langueſcant, & *Gen. 19.* subitò dissipentur, & omnes socij eorum: sicut percussisti in ira tua Domine, & in furore tuo Sodomam Gomorram: sic iubeas omnes inimicos tuos malignos, & aduersarios percutere, qui hunc famulum tuum N. fatigant, occupant, & decipere cupiunt: non in eius corpore latere possint, quin se manifestent: nec in nullo indumento vestium, nec compagine membrorum sui corporis malignitatis viam obtinere, nec occupare valeant, quod tu Domine de terra formasti: ossa, neruos, & spiritum, dedisti, vt per gloriam tui nominis Domine, & Filij tui Domini nostri *Iob. 10.* Iesu Christi, & per virtutem sanctissimæ Crucis dissipentur, sicut stipulam ante faciem venti: sicut deficit fumus, ita deficiant, & pereant, & dissipentur omnes dæmones ab anima, & corpore famuli tui N. & pergant ad loca deserta, & arida vbi sancti, & iusti non habitant, *1. Petr. 1.* quia tu, Domine, nos non auro, nec argento,

Digitized by Google

argento, neque gemmis pretioſis comparaſti, ſed tuo ſanguine pretioſo, & ſanctiſſimo corpore per Paſſionem tuam nos redemiſti Ieſu Chriſte Saluator mundi: quem laudant Angeli, tibi laus, tibi gloria per æterna ſæculorum ſæcula. Amen.

Hìc Exorciſta ſurgens ab oratione dicat.

Sequentia S. Euangelij ſecundùm Marcum.

Cap. 5. IN illo tempore: Venit Ieſus trans fretum maris in regione Geraſenorum: & exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis iam quiſpiam poterat eum ligare: quoniam ſæpè compedibus, & catenis vinctus dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare: & ſemper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & occidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longè cucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi Ieſu Fili Dei altiſſimi? adjuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat illi Ieſus. Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum: quod tibi nomen eſt? Et dicit ei. Legio nomen eſt mihi: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multùm, ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens in agris. Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis Ieſus ſtatim. Et exeuntes ſpiritus immundi introjerunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mari ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt videre, quid eſſet factum, & venerunt ad Ieſum, & viderunt illum, qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, & veſtitum, & ſanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui viderant qualiter factum eſſet ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare eum cœperunt, vt diſcederet de finibus eorum. Cúmque aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo: & non admiſit illum. Sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & nuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur. ℣. Laus tibi Chriſte.

His expletis, Exorciſta accedat ad obſeſſum, & ſignando ipſum in fronte, dicat.

Hel † Heloym † Heloa † Heheye † Tetragrammaton † Adonay † Saday † Sabaoth † Sother † Emmanuel † Alpha, † & Omega † Primus † & Nouiſſimus † Principium, † & finis † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Homouſion † Ya † Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat, † Increatus Pater † Increatus † Filius † Increatus Spiritus † ſanctus Ieſus † Chriſtus. † Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. *D. Hier. vbi ſupra.*

CONIVRATIO.

EGo vos conjuro, † & adjuro, conteſtor, & exorcizo per diuinitatem, increationem, immenſitatem, æternitatem, gloriam, majeſtatem, immortalitatem, impaſſibilitatem, immutabilitatem, incompre- *De ſum. Trinit. c. 1.*

Digitized by Google

henſibilitatem, potentiam, juſtitiam, clementiam, ſapientiam, pulchritudinem, miſericordiam, benignitatem, bonitatem, ſanctitatem, gratiam, & influentiam potentiſſimi, & corroborantiſſimi Dei viui omnipotentis, cui omnes obediunt creaturæ: & per admirabilem præordinationem Dei, quam habuit ab æterno, vt ſuum mitteret Filium Ieſum Chriſtum, per quem ſæculum ſaluabitur. Iterùm conjuro, † & adjuro vos, conteſtor, & exorcizo per vnum Patrem, per vnum Filium, per vnum Spiritum ſanctum: per vnam Trinitatem, per vnam vnitatem in Trinitate, per vnum incarnationis verbi myſterium, per vnum omnipotentem, per vnum æternum, per vnum immortalem, per vnum impaſſibilem, per vnum incomprehenſibilem, per vnum incorruptibilem, per vnum omnium conditorem, per vnam Chriſti in carne natiuitatem, per vnam Chriſti circunciſionem, per vnum baptiſma, per vnam Chriſti mortem, per vnum Chriſti deſcenſum ad inferos, per vnam Chriſti reſurrectionem, per vnam Chriſti aſcenſionem in cœlum, per vnam orthodoxam Eccleſiam, per vnam fidem Catholicam, per vnum diem nouiſſimum, per vnam Chriſti Crucem, vt ſine mora recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & conditione, vt ſuperiùs vobis ſæpè mandaui, ſine nocumento ſui & omnium Chriſtianorum, & faciatis taliter, vt poſſim ſcire quæ quæram: alioquin per omnia ſupradicta ſtrictiſſimè, & potentiſſimè, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi ex nunc mando, impero Lucifero & omnibus furiis infernalibus, vt ſtatim, & ſine mora contra vos inſurgant, & irruant, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi indiſpenſabiliter præcipitent, ligent, & affligant. Amen.

Symbolū Athanaſij.

Conivratio.

Iterùm conjuro, † & adjuro vos ſpiritus per omnia ſupradicta, & per omnia, quibus fugari poteſtis, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, vos ſupradictos nefandiſſimos, & abominabiles ſpiritus, qui hanc creaturam Dei occupare, & moleſtare veſtra obſtinata rebellione non ceſſatis: & indiſſolubiliter vos conſtringo per majeſtatem ipſius, cujus pulchritudinem Sol & Luna admirantur: ira Domini ſuper vos deſcendat. Conjuro vos † per ſanctiſſimam Trinitatem Patrem, & Fi†lium, & Spiritum † ſanctum: & per poteſtatem † Sapientiam ✠ Imperium ✠ & vnitatem omnipotentis Dei viui, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, † & per annuntiationem ſuam, † & per circunciſionem ſuam, † & per ſacrum baptiſmum ſuum, † per prædicationem ſuam, † & per doctrinam ſuam, & per pœnas ſuas, & per Crucem, † in qua crucifixus fuit & per clauos, cum quibus affixus fuit in Cruce, † per coronam ſpineam, quam in capite ſuo portauit, & per lanceam, qua latus ejus apertum fuit, † & per ſanguinem & aquam, quæ de latere ejus exiuit, † per ſanctiſſima verba ſcripta in Cruce, ſcilicet, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Conjuro † vos per mortem Chriſti, & per reſurrectionem eius, & per apparitionem ejus, & per ſacrum corpus ejus, & per ſacram animam ejus, & per ſacrum ſpiritum ejus, & omnia bona opera ejus, & per omnia, quæ dici, & cogitari poſſunt de Creatore omnium creaturarum: & per tremēdum diem Iudicij,

Pſal. 148

Luc. 1.

Marc. 16

Digitized by Google

Iudicij, quòd ſtatim recedatis ab hac creatura Dei N. ſine nocumento ſui, & omnium Chriſtianorum. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Hîc Exorciſta accipiat Rutam benedictam benedictione propria poſita infrà: & illam ſupponens naribus obſeſſi, dicat.

CONIVRATIO.

Matth. 4 PEr ipſum te exorcizo, † adjuro, & conteſtor, quem in monte tentaſti, & dixiſti: Si Filius Dei es, mitte te deorſum: & dic vt lapides iſti panes fiant. Per ipſum te exorcizo, † & adjuro, qui locutus eſt ad te, dicens: Vade Satana, non tentabis Dominum Deum tuum, ſed ipſum adorabis, & illi ſeruies. Adjuro te † per omnes Apoſtolos Chriſti. Adjuro te † per omnes Martyres Chriſti † per omnes Confeſſores Chriſti, † per omnes Virgines Chriſti, † per omnes miniſtros Chriſti. Adjuro te † per Crucifixum Saluatorem, per Michalem, Gabrielem, & Raphaelem. Adjuro te † per tremendum diem Iudicij, † per reſurrectionem Saluatoris, † per Patriarchas, & Prophetas, † per Principem Apoſtolorum ſanctum Petrum.

Improperia contra damones.

ADjuro te † per Deum Abraham, Iſaac, Iacob, & per Crucem † Domini, per Pa†trem, per Fi†lium, & Spiritum † ſanctum. Spiritus immunde, miſerrime tentator, fallax, pater mendacij, hæretice, fatue, beſtialis, furioſe, tui Creatoris inimice, luxurioſe, inſipiens, crudelis, inique, prædo, beſtia, ſerpens, & ſus macra, famelica, & immundiſſima, beſtia eruginoſa, beſtia ſcabioſa, beſtia truculentiſſima, beſtia omnium beſtiarum beſtialiſſima, eiecte de Paradiſo, de gratia Dei, de loco inenarrabili, de conſortio, & ſocietate Angelorum, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob ſuperbiam, & nequitiam tuam, ſcelerate, & nefande, maledicte, & excommunicate, blaſpheme, damnate, atque damnande, vt ampliùs non habites in hac creatura Dei N. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro † te, ſpiritus maligne, ex parte ſanctæ Dei genitricis, ſempérque Virginis Mariæ, & ſui Filij chariſſimi, & per benedictum lac, in quo ipſum nutriuit, & per benedictum velum, in quo inuoluit eum, quatenus, ſpiritus maligne, cum ſociis tuis recedas ab hac creatura Dei N. Conjuro † vos per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per ſanctam Trinitatem, & per genitricem Dei inuiolatam *Apoc. 1.* Mariam, & per nomen Alpha, & Omega, Primus, & Nouiſſimus, Principium, & Finis, Emmanuel, Adonay, per Sabaoth magnum nomen Dei. *Matth. 27.* Conjuro † vos per incarnationem, & natiuitatem Dei. Conjuro † vos per Angelos, & Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, Apoſtolos, & Euangeliſtas, per omnes ſanctos Innocentes, per Martyres, & Confeſſores, Virgines, & Viduas, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei. Conjuro † vos per Filium Dei viui, qui in Cruce ſuſpenſus fuit pro nobis peccatoribus, & per illum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Conjuro † vos per ſanctum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Per vndecim millia Virgines, quia Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat. Conjuro † vos per boni-

Digitized by Google

tatem Christi. † Per annuntiationem Christi, † Per circonci-
Matth. 27. sionem, † Per apparitionem, † Per baptismum Christi, Per eius mirabilia, † Per tentationem Christi: † Per humilitatem eius, qua pedes, suorum Discipulorum lauit, † Per passionem Christi, † Per coronam spineam Christi, † Per acetum, quo potatus fuit, † Per lanceam, qua perforatus † fuit, Per sanguinem, & aquam, quæ de latere Christi exiuit, † Per inuocationem, qua Christus in Cruce pendens clamauit dicens: Hely Hely lamasabathani, † Per sepulchrum Christi, † Per sudarium, quod fuit circa corpus eius, † Per potentiam Christi, qua resurrexit à mortuis, † Per totam curiam cœlestem, & per virtutem omnium Sanctorum vos coniuro, † vobisque præcipio, vt immediatè sine mora recedatis ad hac creatura Dei N. sine nocumento sui: & faciatis taliter, vt possim scire veritatem. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Conivratio.

Matth. 25. ERgo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & cognosce sententiam iustissimæ damnationis nequitiæ tuæ: & licèt inuitus, & coactus contra tuam nequissimam voluntatem: da honorem Deo † viuo, & vero Iesu Christo † Filio eius Domino nostro, da honorem Spiritui † sancto paraclyto, vt exeas, & recedas ab hac creatura Dei N. quia ipsam Deus, & Dominus noster Iesus Christus, ad suam sanctam gratiam vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ Crucis, † quod ei in fronte damus, tu nunquàm maledicte diabole audeas violare, sed recede adjuratus per eum, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, & te diabole humani generis inimice. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Hìc interroga de nomine, de sociis, de exitu, & de omnibus aliis concernentibus ad liberationem obsessi: Posteà sic sequere.

Conivratio.

ITerum fortiùs, & districtiùs coniuro, † adiuro, exorcizo, cogo, & constringo vos omnes nefandissimos, & Dei rebelles spiritus immundissimos dignos vestrorum immensorum, nefandissimorum scelerum, æternique, & infernalis ignis: & vobis plenis omni superbia, rebellione, falsitate, abusione, spurcitia & dolo: strictissimè impero, & mando per potentissimum, & corroborantissimum nomen Dei EL. forte, & admirabile, atque impero per eum, qui dixit, & facta sunt: & per omnia ipsius nomina. Per ipsum te conjuro, † per quem Noë liberatus fuit cum tota sua familia ab aquis diluuij. Et per eum te coniuro, † per quem Isaac liberatus fuit de occisione patris sui Abrahæ. Coniuro, † vos supradictos Dei rebelles, ac viriliter impero per illum, quem Iacob audiuit secum luctantem, & liberatus fuit de manu Esau fratris sui. Coniuro, † atque veriliter impero vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus per Deum sanctum, quem Moyses in monte Oreb audiuit, & meruit loqui cum ipso, & eum audire in flamma loquentem, Per ipsum te exorcizo, † quem Moyses nominauit, & omnes aquæ fluminum, & paludum de terra Ægypti versæ sunt in sanguinem, & computruerunt. Et per illum te † adiuro quem Moyses nominauit,

Gen. 7. *Gen 22.* *Gen. 32.* *Exod. 33* *Exod. 7.*

Digitized by Google

minauit, & omnes fluuij ebullierunt
Exod.8. ranæque aſcenderunt in domos Ægyptiorum omnia deſtruentes. Per eum te adiuro, † quem Moyſes nominauit percutiens puluerem terræ, & facti ſunt ſciniphes, in omnibus
Ibidem. jumentis Ægypti, ipſos grauando, & moleſtando. Per ipſum te con-
Ibidem. juro † quem Moyſes nominauit, & grauis peſtis percuſſit omnes aſinos, boues, & camelos, & mortui ſunt. Conjuro † vos per Deum, per quem Moyſes tulit cinerem, & illum ſparſit in aërem, & facta ſunt vulnera
Ibidem. veſicarum in hominibus, & jumentis in omni terra Ægypti. Per ipſum te exorcizo, † quem Moyſes nominauit, & fuit grando talis, qualis non fuit ab initio mundi vſque ad præſens tempus: ita quòd homines, & jumenta, quæ erant in agris, ceciderunt, & mortua ſunt. Per ipſum te adjuro, † quem Moyſes
Ibid.10. nominauit, & fuerunt locuſtæ, & apparuerunt ſuper faciem terræ, & deuorauerunt, quæ reſidua fuerunt grandini. Conjuro vos † per illum, quem Moyſes nominauit, & tenebræ
Ibidem. factæ fuerunt horribiles tribus diebus, & tribus noctibus. Et per eum, quem Moyſes nominauit, & omnia primogenita Ægypti perjerunt. Per ipſum te adjuro, & quem Moyſes nominauit, & totum populum Iſraëliticum de captiuitate potenter liberauit.

Conivratio.

COnjuro † vos, adjuro, conteſtor, exorcizo, atque viriliter impero vobis ſupradictis ſpiritibus
Ibid.14. Dei rebellibus, per Deum, quem Moyſes nominauit, & mare obediuit, & diuiſum eſt, & interierunt omnes currus Pharaonis. Per illam potentiam conjuro † vos, per quam percuſſæ ſunt petræ, & in-

numerabiles aquæ emanauerunt. Per ipſum te adjuro, † quem Moy-
Ibid.23. ſes in monte Sinai audiuit, & meruit tabulas manu ipſius ſcriptas de manibus eius accipere. Conjuro † vos, adjuro, atque viriliter impero vobis ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus, per eum, per quem
Ioſua 18 Ioſue pugnauit cum inimicis ſuis, & habuit victoriam. Et per illum, quem ſanctus Dauid nominauit, & liberatus fuit de manibus Goliæ. Conjuro † vos per eum, quem Elias exorauit, vt non
3. Reg. plueret ſuper faciem terræ, & *17.* non pluit per annos tres, & menſes ſex: & iterùm orauit, vt plueret, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Adjuro vos † per illum, quem Eliſeus nominauit, & *4. Reg. 4.* ſuſcitauit filium Sunamitidis. Et per illum, per quem Hieremias præſciuit captiuitatem Ciuitatis Hieruſalem. Et per illum per quem Daniel deſtruxit Bel, & draconem interfecit. Coniuro vos † per illum *Dan.14.* quem tres pueri in camino ignis ſtantes nominarunt, & liberati ſunt illæſi: & per omnia nomina omnipotentis Dei viui, & veri, qui vos de cœlo, & excelſo throno veſtra culpa eiecit, vos vſque ad infernalem locum ex parte eius præcipio, & condemno. Amen.

Conivratio.

COniuro vos, † conteſtor, & exorcizo, adjuro, atque viriliter mando, & impero ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus, per eum, qui dixit, & facta ſunt: cui obediunt omnes creaturæ: & per tremendum diem Iudicij ſummi Dei, & per quatuor animalia circa ſedem maieſtatis Dei gradien-
Pſ.148. tia, oculos ante, & retro habentia: per illam ſanctam æternitatem,

Digitized by Google

tatem, quam Deus habet: & per nomina, quæ dicuntur de Filio Dei: & per ineffabilem ipsius Creatoris virtutem, & omnipotentiam: & per summam sapientiam ipsius omnipotentis Dei, & per sanctissimum nomen eius, per quod timet & tremit omne sæculum, quod est Iesus, Et per nouem choros Angelorum, vt incontinenti sine aliqua simulatione, fallacia, sine stridore mecum loquamini, nihil mentiendo, nihil lædendo, sed potiùs iussionibus meis obediendo, & quæ præcipiam diligenter adimplendo: & sicut per nomen Dei, quod Moyses nominauit, absorpti fuerunt à cauernis abyssi Dathan, & Abiron: sic in virtute illius sanctissimi nominis maledico vos, & vsque in profundum abyssi vsque ad diem iudicij proiicio, & relego. Amen.

Philip. 2

Num. 16

Hîc Exorcista habeat incensum benedictum propria benedictione, & proiciendo ipsum ignem similiter benedictum, dicat.

Oratio.

Ex conjurationibus S. Zenonis.

OAdonay, Saday, Elohym, per inuocationem sanctissimi nominis tui, Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, dona nobis auxilium tuum super fumum huius incensi: vt sit in nostro adiutorio ad expellendum spiritus istos maledictos, qui hanc imaginem, & similitudinem tuam detinent. Sicut ascendit fumus aromatum in conspectu tuo, Domine Iesu Christe, sic fumus huius incensi torqueat, inflammet, & expellat supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, & per omnes virtutes cœlorum dona nobis, ne ipsi maligni spiritus ampliùs vllam habeant potestatem super creaturam istam N. pretioso sanguine tuo redemptam. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen

CONIVRATIO.

ITerùm exocizo † vos per potentissimum, & corroborantissimum Deum, atque impero vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus, per eum, quem Enoch, Helias nominabunt ad pugnandum contra Antichristum: & per eum qui præcipitabit vitium vniuersæ terræ in monte sancto: & per illum, per quem Angeli ad hoc constituti (corporibus, & tubis assumptis) terribile iudicium, sonitu tubæ mundo insonabunt. Per eum vos conjuro, † per quem Angeli clamabunt, dicentes: Surgite mortui, venite ad judicium. Ad quorum vocē omnes mortui, boni & mali in momento oculi resurgent. Et per illum, per quem iusti resurgent: & mox ab Angelis in aëra rapientur semper cum Domino regnaturi. Et per eum, per quem omnes, qui vitales spiritus receperunt, resuscitabuntur ætate plenitudinis Christi. Et per illum, qui de eadem materia reformabit idem corpus: cui omnis integritas aderit, & decor, quamuis vnum quodque corpus, vel membrum Deus in suum locum decentem restaurabit. Per ipsū te coniuro, † per quē omnes montes humiliabuntur, & colles, & valles omnes implebuntur, & erit omnis mundus æqualis. Et per illum, in quo Sol, & Luna obscurabuntur, & Stellæ cadent de cœlo. Coniuro † vos per illum, qui venturus est ad iudicium, sicut Imperator ingressurus ciuitatem corona coronatus: & omnia insignia proferuntur, per quæ aduentus ipsius cognoscitur: ita Dominus cum omnibus suis ordinibus Angelorum veniet ad iudicium, & Angeli præibunt: & tunc omnia simul turbabuntur in tempestate ignis, & fulguribus

Eccl. 24.

2. Cor. 15.

Ibidem.

Ephes. 4.

Luc. 3.

Matth. 25.

Psal. 96.

Digitized by Google

guribus maximis, vndique ferientibus: vt dicitur in Pſalmo. Ignis ante ipſum præcedet, & in circuitu eius tempeſtas valida, & tunc pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos, & peracto iudicio, diabolum cum omnibus impiis ſuis viriliter, & potenter in carcerem, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris præcipitabit: ipſe verò cum electis ſuis omnibus cum triumphali gloria in cœleſtem patriam reuertetur.

Conivratio.

Geneſ.7. Coniuro † vos ſpiritus ſupradictos Dei rebelles per potentiam Dei qua ſicut ipſe fecit olim aquas diluuij mundo prævalere, & ſuper omnes montes per quindecim cubitos inundare: ita faciet ignem mundo prævalere ardentem. Coniuro, † conteſtor, exorcizo, & viriliter vobis impero ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus per omnem Dei viui, & veri, & ſancti: & per omnipotentiam eius per quam ipſe ſæcula purgata faciet permanare, vt dicitur *Pſ.101.* in Pſalmo. Mutabis eos, & mutabuntur. Coniuro † vos, & vobis impero, ac potenter conſtringo per omnia nomina Dei terribilia, & opera quæ ſuprà dixi, & facturus eſt: & per ſanctiſſimam ſedem ſuam, atque beatitudinem, in qua glorisè viuit, regnat, & imperat, atque regnaturus eſt in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conivratio.

ITerùm coniuro vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles per nomina Dei Heloym, † & Heloa, † vt ſtatim reſpondeatis, & obedientiam porrigatis mihi, & ſine dilatione aliqua recedatis: alioquin in virtute & per virtutem ſanctorum Dei nominum, in ſtagnum ignis & ſul- *Apoc.1.* phuris vos præcipito, æternaliter condemno. Coniuro † vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles, per potentiſſimum, & corroborantiſimum, Deum, per fortem & admirabilem, & inuiſibilem Deum: & per hæc ſancta Dei nomina Tetragrammaton † Alpha † & Omega † Iehoua † Agla, vt mihi reſpondeatis, & obedientiam porrigatis, & ſine dilatione aliqua recedatis: alioquin in virtute, & per virtutem ſanctorum Dei nominum in ſtagnum ignis, & ſulphuris vos æternaliter concremando præcipito, atque condemno vſque in diem Iudicij. Amen. Con- *Deut.32* iuro † vos, & vobis præcipio per Dominum Deum noſtrum, qui dixit per prophetas: Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo: & non eſt, qui poſſit de manu mea eruere, vt recedatis ſtatim eo modo, & ea conditione, vt ſæpè ſuperiùs vobis iniunxi, alioquin in virtute, & per virtutem ſanctorum Dei nominum vos condemno, vt ſuprà ſæpe ſententiatum eſt. *Gen.22.* Conjuro vos † per gratiam Spiritus ſancti paraclyti: & per obedientiam Iſaac, qui patri ſuo fuit obediens vſque ad mortem, vt ſtatim mihi reſpondeatis, & obedientiam porrigatis, & ſine dilatione aliqua faciatis, quæ vobis præcipio: alioquin in virtute, & per virtutem ſanctorum Dei nominum vos in ſtagnum ignis, & ſulphuris æternaliter concremandos præcipito, atque condemno vſque in diem Iudicij. Amen. Conjuro † vos *Dan.3.* per tres pueros exiſtentes in camino ignis, ſcilicet Sidrac, Miſac, & Abdenago: per nomina Chriſti, per tremendum diem Iudicij: per ineffabilē Deum, qui eſt Creator omnium rerum: per ſeptem candelabra, quæ in dextera Dei ſunt, per quinque vulnera Chriſti, per clauos Chriſti: per ſudorem, & ſanguinem Chriſti

per

per Angelos, Archangelos, thronos, dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per mortem, & sepulturam Christi, vt statim recedatis ab hac creatura Dei N. Conjuro † vos spiritus Dei rebelles, per suffragia Prophetarum: per merita Apostolorum: per victoriam Martyrum: per fidem Confessorum: per castitatem Virginum: per intercessionem omnium Sanctorum, & Sanctarum, atque electorum Dei, vt statim recedatis ab hac creatura Dei N. Conjuro † vos spiritus, & vobis præcipio, potenter adjuro, & constanter exorcizo, ac viriliter impero per circuncisionem, & sanctum jejunium Christi, per baptismum, & passionem Christi: per resurrectionem, & admirabilem ascensionem Domini nostri Iesu Christi: per sepulturam Christi: per panem, quem fregit, & dedit discipulis suis in cœna, dicens: Accipite, & manducate. Hoc est enim corpus meum. Et per vinum, quod posuit in calicem, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Et per illum amorem, quo ardebat Virgo Maria in amore Iesu Christi: & per dilectionem, quæ est inter Christum, & Ecclesiam, vt statim ab hac creatura Dei N. recedatis.

Luc. 22. *Luc. 2.* *Matth. 26.*

Conivratio.

COnjuro † vos spiritus Dei rebelles, quibus data est potestas super istud corpus: & super omnia alia corpora, quæ vexantur, per Pa†trem, & Fi†lium, & Spiritum † sanctum, † & per omnes sanctos Apostolos Dei, Cardinales, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorcistas, Ostiarios, & Lectores, & per magnum nomen Dei Hel, † vt mihi respondeatis, & obediatis: & quæ præcipio, diligenter adimpleatis, vt statim recedatis ab hac creatura Dei N. alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos æternaliter concremandos præcipito, & condemno vsque in diem Iudicij, vt statim, & sine mora tanquam deuicti, & fugati, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & potestate ipsius recedatis ab hac creatura Dei N. sine nocumento sui, & omnium Christianorum: & faciatis taliter, vt possim scire veritatem, & eatis ad locum desertum, vbi nullam creaturam deinceps molestare possitis, omni mora postposita, & hanc creaturam Dei, quam tanto tempore molestastis, à modò relinquatis in sua pristina sanitate, & nunquàm ipsam deinceps molestare valeatis, In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Luc. 9.

EXORCISMVS V.

Aduersus spiritus immundos.

Exorcista indutus vestibus sacris, pergat ad altare, vel ante aliquam imaginem: & præmissa (vt sæpius dictum est) sacramentali confessione, corde humiliato, & firmo, flexis genibus seipsum signando, dicat.

IN nomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis, ℣. Adjuua nos Deus

Ps. 123.

Deus ſalutaris noſter. ℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos. ℟. Quemadmodum ſperauimus in te. ℣. Exurge Chriſte, adjuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui dediſti Apoſtolis tuis virtutem, & poteſtatem ſuper infirmos, & languores: vt infirmos curarent: mortuos ſuſcitarent: leproſos mundarent: dæmones eiicerent: confirma in me hanc gratiam, quamuis indignus, & miſer peccator ſim: & non reſpicias ad innumerabilia peccata mea, ſed ſicut conſueuiſti peccatorum miſereri, & preces humilium exaudire propter magnam miſericordiam tuam: ita me nunc exaudire dignetis: & ſicut exaudiſti
Luc. 23. latronem in Cruce: ita me nunc exaudire digneris clamantem ad te contra iſtum ſpiritum vexantem hunc famulum tuum N. vt in nomine ſancto tuo terribili, ipſum expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hîc Exorciſta ſurgens ab oratione, dicat ſequentia Euangelia.

In principio erat verbum. *Quære ſupra, fol. 23.*

In illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis, &c. *Quære ſupra, fol. 34.*

In illo tempore. Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. *Quære ſuprà, fol. 35.*

Poſteà dic inſcripta verba, ſignando obſeſſum in fronte.

HEl † Heloym † Heloa † Eheye † Tetragrammaton † Adonay † Sabaoth † Meſſias † Sother † Emmanuel † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Ya † Chriſtus vincit, † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat † Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus ſanctus. † Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. *D. Hier. vbi ſup. Symbolū Athanaſij.*

CONIVRATIO.

COnjuro vos, † ſpiritus Dei rebelles, qui hanc creaturam N. occupare, & moleſtare veſtra obſtinata rebellione non ceſſatis, per omnia ſupradicta, & per omnia, quibus in nomine Ieſu cogi, vel conſtringi poteſtis, maximè per Patrem, per Filium, & per Spiritum ſanctum, qui reſidet in ſublimi ſolio, & cuncta gubernat, & ſua virtute, & ſapientia diſponit. Conjuro vos † per potentiſſimum, fulgentiſſimum nomen Dei El; & per ip- *Iſa. 6.*
ſum Deum, qui in excelſo throno ſedet, vnus in eſſentia, & trinus in perſonis: à quo omnia tam in eſſe: quàm in conſeruari primordialiter dependent, tanquam à vero Creatore, & conſeruatore cunctorum. Conjuro vos † per omnem gloriam, *Apoc. 4.*
& omnipotentiam Diuinæ majeſtatis ejus: & per quatuor animalia: quæ in circuitu ejus exiſtunt: & per ſedem Diuinæ majeſtatis: & per ſeptem candelabra aurea ante thronum Dei exiſtentia, & vigintiquatuor ſeniores in conſpectu Dei ſe-

Digitized by Google

ſedentes, qui quotidie non ceſſant clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, quòd ſtatim ſine mora, ſicut fluit cera à facie ignis, ita nunc fugiatis ab hac creatura Dei N. alioquin in virtute Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi: per omnia ſupradicta, ſit Lucifer ille ſpiritus nefandiſſimus cum omnibus ſubditis ſuis, & cum omnibus furiis: & pœnis infernalibus contra vos omni ſua indignatione, & furia indignatus, & vos ſtatim per omnia ſupradicta in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi vſque in diem judicij, tanquam crudelis miniſter Dei, omnibus infernalibus pœnis excrucient in ſæcula ſæculorum. Amen.

Luc. 9.

Coniuratio.

D. Hiero. vbi ſupra.

ITerum conjuro vos † ſpiritus ſupradictos Dei rebelles per hæc ſanctiſſima nomina Dei Hel † Heloym † Heloa † Adonay † Saday † Lux † Tetragrammaton † Alpha, & Omega † Meſſias † Sother † Emmanuel † Sabaoth † Sapientia † Virtus † Via † Veritas † Vita † Agios † Otheos † Iſchyros † Athanatos † Principium & Finis, † & per omnia alia nomina Dei tàm nota, quàm ignota, tàm mortalibus creaturis, quàm immortalibus, vos conſtringo, vt amodò non comprimatis, nec comprimere poſſitis, nec lædatis, nec lædere poſſitis: nec moleſtare, neque vexare valeatis, in aliquo etiam minimo hunc famulum Dei N. ſed protinus per omnia ſupradicta ab eo fugiatis, ſicut fugit fumus à facie venti: & ſicut fluit cera à facie ignis: ſic ſubitò, & immediatè eo modo, & conditione, vt ſuperiùs injunxi, recedatis. Et ſicut per manus B. Iacobi Zebedei, Philetus liberatus fuit à maleficiorum ligationibus Hermogenis: ita auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi vos ſupradictos nefandiſſimos, & abominabiles ſpiritus: qui hanc creaturam Dei N. vexatis, & occupare, & moleſtare veſtra obſtinata rebellione non ceſſatis, conjuro, † conteſtor, & potenter exorcizo, ac vobis viriliter impero, cogo, conſtringo, fugo, & expello vos omnes ſpiritus ſupradictos Dei rebelles, per omnem potentiam Dei Pa†tris, per omnem ſapientiam Dei Fi†lij, & per omnem virtutem Dei Spiritus ✠ ſancti: quia Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat, ✠ & vobis præcipio, quòd immediatè, tanquàm deuicti, & fugati auctoritate, & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, ab hoc famulo Dei N. recedatis, eo modo, & conditione, vt ſuperiùs iniunxi, & ad locum deſertum, vbi nullam creaturam Dei deinceps moleſtare poſſitis, pergatis, omni mora, & occaſione poſtpoſita, & hunc Dei famulum N. quem tantùm moleſtaſtis, amodò relinquatis in ſua priſtina ſanitate, & nunquam ad ipſum deinceps redeatis, nec moleſtare valeatis. Alioquin per omnia ſupradicta ſtrictiſſimè: & potentiſſimè, auctoritate, & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi ex nunc mando, & impero Lucifero, Belzebub, Satanæ, & omnibus furiis infernalibus, vt ſtatim, & ſine mora contra vos inſurgant, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in profundum abyſſi æternaliter vos concremandos præcipitent, atque indiſpenſabiliter ligent vos omnibus pœnis ſimul, nulla deficiente, & vos Dei, & ſanctorum nominum eius rebelles crucient, &

Legatur vita Beati Iacobi Apoſtoli.

Luc. 6.

Ibidem.

Digitized by Google

& affligant, vſque in diem Iudicij. Amen.

Conivratio.

COnjuro † te, dæmon, per illam venerandam annuntiationem, quam fecit Angelus Gabriel Virgini Mariæ, dicens: Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Et *Luc 1.* per illam humilem, atque prudentem reſponſionem, qua dixit Angelo: *Ibidem.* Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et per illam *Ioan.1.* reuerentiam, quam fecit ſanctus Ioannes Baptiſta Domino noſtro Ieſu Chriſto, dum ambo eſſent in corpore matrum. Et per Natiuitatem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per pannos, quibus fuit inuolutus: & per aquam, in qua primò baptizatus fuit: & per miracula, quæ apparuerunt, quando Chriſtus natus fuit: & per annuntiationem, quam fecit Angelus Dei *Luc.2.* paſtoribus, dicens: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt hodie Saluator mundi. Per Circumciſionem Chriſti, per oblationem Virginis Mariæ, quando ob- *Luc.2. Ibidem.* tulit eum in Templo: & per reuerentiam, quam fecit ei Simeon quando dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, *totum.* & per diſputationem Ieſu Chriſti, & per ſanctum Baptiſmum eius, quando Ioannes eum baptizauit in Iordane flumine: & per columbam, quæ tulit Spiritum ſanctum ſuper caput eius: & per vocem mirabilem Dei viui dicentem: Hic eſt Filius meus di- *Matth. 17.* lectus, in quo mihi bene complacui, vt ſtatim recedatis ab hac creatura Dei N. & per hæc nomina Dei, & *Cap. 89. hujus operis.* Chriſti, Agios † Sother † Meſſias † Sabaoth † Emmanuel † Adonay † Otheos † Athanatos † Tetragrammaton † Ieſus † Chriſtus † Heloym † Homouſion † Saluator † Alpha, & Omega † Primogenitus † Principium & Finis † Via † Veritas † Vita † Virtus † Paraclytus † Sapientia † Mediator † Agnus † Ouis † Leo † Os † Verbum † Imago † Lux † Gloria † Sol † Splendor † Panis † Pons † Oſtium † Sponſus † Paſtor † Sacerdos † Propheta † Sanctus † Omnipotens † Miſericors † Deus immortalis † Rex pacificus † Oriens † Charitas † Mons † Æternus † Creator † Redemptor † Vitis † Stella † Subſtantia † Bonitas † Summum bonum † Spes † Fides † Honor † Spiritus † Iſchyros † Flos † Filius † Primus † & Nouiſſimus. Defende ergo Domine Deus famulum tuum N. à diabolo, & à ſpiritibus omnibus eum vexantibus die, noctúque, & omni hora diei, & noctis, per tua ſanctiſſima nomina, & per tuam miſericordiam præſta quæſo. Fili Dei viui miſerere nobis, & famulo tuo N. vexato à diabolo, & à ſpiritibus immundis, qui dixiſti, Petite, & dabitur vobis, pulſate, & aperietur, *Ioan.16.* quærite, & inuenietis, nunc peto, pulſo, & quæro. Et ſicut promiſiſti in tuo nomine, ita fiat tua ampliſſima potentia, virtute, & miſericordia. Amen.

Conivratio.

COnjuro † vos omnes ſpiritus, qui infeſtatis hanc creaturam Dei N. cujuſcunque nominis ſitis, & omnes vobis fauentes, cujuſcunque *Luc.9.* præſidentiæ ſint, vt miniſter Domini noſtri Ieſu Chriſti, habens plenam auctoritatem, libertatem, & potentiam; & vobis omnibus nunc ſtrictiſſimè injungo, mando, & impero per hæc Dei nomina ſanctiſſima Hel † Heloym † Adonay † Saday † Ya † Iehoua † Agla †

Digitized by Google

Emmanuel † Agios † Otheos † Iſchyros † Athanatos † Alpha, & Omega, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, Sanctiſſima Trinitas, Vnus Deus, Creator omnium quòd ſtatim immediatè, remota omni cauſa, vos omnes ſpiritus hanc Dei imaginem infeſtantes, & vexantes, & in ea habitantes, de quocunque loco, vbicunque latitatis, recedatis, & ſuperiùs ad linguam aſcendatis, non receſſuri ſine mea licentia: & loquamini mecum veritatem de omni illo, quod vos interrogare voluero apertè, & clarè, ſic quòd vos intelligam bene: & ex nunc vobis impero per omnia, quæ in nomine Ieſu Chriſti vos cogere, ligare, & affligere poſſunt, vt narretis mihi cauſam, quare ſuper hanc creaturam Dei N. veniſtis, & quare eam infeſtatis: deinceps obediendo mandatis meis omnibus: Alioquin per omnia ſupradicta, vos omnes ſpiritus, qui hanc Dei creaturam N. inuaſiſtis, in profundum abyſſi proiicio, & ibidem vos potenter ligo, & relego indiſſolubiliter vſque ad vltimum diem Iudicij indiſpenſabiliter, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, crucifixi, dicentis: Signa autem eos, qui in me crediderint: hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et ſicut ipſemet Deus verbum caro factum eſt homo, natus ex Virgine Maria, & habitauit in mundo, verus Deus, & verus homo, vna perſona, prædicans Euangelium ſalutis æternæ, ſanans infirmos, & dimittens peccata, ac ſuſcitans mortuos, ita per omnia ſupradicta ego, vt miniſter Dei † Patris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti, vos conjuro, † adjuro, cogo, & viriliter conſtringo, vobiſque omnibus ſtrictiſſimè impero, & mando, quod in omnibus mihi obediatis verè, & ſine mora nunc, & ſemper. Amen.

Isaiæ 6.

Matth. 16.

Ioan. 8.

Hîc interroga de omnibus concernentibus ad dæmonis expulſionem, & liberationem obſeſſi. Poſtea ſic ſequere.

Conivratio.

COnjuro te † dæmon, per illum, cujus natiuitatem Angelus Mariæ virgini annuntiauit: quique pro nobis peccatoribus deſcendit de cœlis: & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, & naſcens ex Maria virgine, homo factus eſt. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui vilibus indumentis indutus in præſepio jacere voluit: qui infantiles neceſſitates ſuſtinens, vberibus virgineis lactatus fuit: paſtoribuſque nuntiatus fuit, quique, vt legem impleret, circuncidi voluit. Conjuro te † dæmon, per eundemmet, qui Magis (ſtella præuia) manifeſtum ſe fecit: in temploque præſentatus in vlnis Simeonis excipi voluit, & in Ægyptum fugit. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui inuentus in Templo in medio Doctorum fuit & qui à Ioanne baptizari voluit: in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, jejunauit, & à diabolo tentari voluit. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui vocatus ad nuptias, aquam conuertit in vinum: quique cæcos illuminauit, ſurdos fecit audire, claudos ambulare, & qui infirmos propria virtute, & poteſtate ſanauit. Conjuro te † dæmon, per illum, qui dæmones

Luc. 1.

Ibid. 2.

Matth. 2.

Ibidem 4

Ibid. 8.

Digitized by Google

nes è corporibus obsessis expulit, qui leprosos mundauit, mortuos suscitauit, cæco nato lumen restituit, super aquas siccis pedibus ambulauit. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui in monte Tabor coram
Ibid. 17. Discipulis suis transfiguratus est: & qui Cananeam pro filia sua rogantem exaudiuit, mulierémque deprehensam in adulterio, lachrymantem non despexit. Conjuro te †
Luc. 6. dæmon, per eundem, qui publicanum ad pœnitentiam vocauit: Petrum lachrymantem suscepit, quique ex itinere fatigatus corpus suum fame, & siti afflixit, & compatiendo nostris calamitatibus lachrymatus est. Conjuro te † dæmon per
Ioan. 8. eundem, qui dæmoniacus, & potator vini appellari voluit: qui indigentiam paupertatis sustinuit: quique cum Maria, & Martha ad monumentum Lazari defuncti plorauit, ipsumque Lazarum quatriduanum fœtentem è monumento excitauit: quique præuidens desolationem Hierusalem fleuit. Conjuro te †
Ioan. 13. dæmon, per eundem, qui dignatus est pedes discipulorum suorum lauare: & qui in Cœna panem, & vinum suis sanctissimis verbis in corpus, sanguinem suum conuertit, & appropinquante termino suæ passionis, vsque ad sudorem sanguineum ad Patrem orauit: & à Iuda suo discipulo tradi, & osculari voluit. Conjuro te † dæmon, per eundemmet, qui ab impiis derisus, & vinculis ligatus, & ad Pontifices
Ibidem. ductus, in concilio Iudæorum accusatus: pugnis, & alapis in faciem demum cædi voluit. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui sputis, & opprobriis affectus, facie velari, colaphis cædi, palmis percuti, & variis injuriis blasphemari, ad columnam nudus ligari, & pro nobis vsque ad sanguinem verberari voluit.
Conjuro te † dæmon, per eundem, *Ibidem.*
qui à Pilato traditus fuit militibus, & ab eis veste purpurea indutus, spinis coronatus, arundine percussus, & genuflexionibus subsannatus fuit.
Conjuro te † dæmon, per eundem, qui Rex Iudæorum justè nominatus, à Pilato injustè judicatus, & ejus jussu flagellatus fuit, veste purpurea exutus, ligno Crucis oneratus, & cum latronibus deputatus. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui
vestibus propriis coram omnibus *Ibidem.*
exutus, in Cruce eleuatus, brachiis extensis, durissimis clauis in ea affixus; à prætereuntibus, ab ipsisque summis Pontificibus blasphematus
fuit. Conjuro te † dæmon, per eun- *Ibidem.*
dem, cujus labia dulcissima, & melliflua aruerunt; faciémque illam suam speciosam verberibus affectam, vt leprosam ostendit, quique pro suis crucifixoribus Patrem exorauit, latronem in Cruce exaudiuit, Matrem propriam Ioanni commendauit. Conjuro te † dæmon, per *Ioan. 19.*
eundem, qui sitiens, felle, & aceto potatus fuit: quique ad Patrem suum magna voce clamans: In manus tuas commendo Spiritum meum, dixit: qui venerandum illud caput suum inclinans, Spiritum
emisit. Conjuro te † dæmon, per *Ibidem.*
eundemmet, qui pretioso sanguine suo totum mundum redemit: quique lancea in latere suo perfossus fuerat, ex quo sanguis, & aqua exiuit. Conjuro te † dæmon, per eun- *Ibidem.*
dem, qui de Cruce vespere fuit depositus, quique in monumento nouo sepultus: maxima cum virtute ad inferos descendens, portas æreas confregit, & potentia sua diabolum vicit, & infernum expoliauit. Conjuro te † dæmon, per eundem, qui *Ibid. 20.*
tertia die resurgens à mortuis, Mariæ

Magdalenæ, & Discipulis suis apparuit, & eis Spiritum sanctum infudit: die verò quadragesima, illis videntibus, in cœlum ascendit, & post quinquagesimum diem Spiritum sanctum Paraclytum in linguis igneis super illos misit, & per eundem, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & te maledicte diabole, & sæculum per ignem, vt statim exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. cum omnibus iniquitatibus, maleficiis, incantationibus, ligaturis, & facturis tuis, nunquàm ad eum rediturus. Nec te lateat, maledicte Satan: nec te lateat, creatura, damnata, & reprobata, & maledicta à Deo in æternum propter nequitiam tuam: nec te lateat, spiritus immunde, vbicunque latitas in corpore istius creaturæ Dei N. imminere tibi diem Iudicij sempiterni, diémque, qui venturus est, velut clibanus ardens, in quo tibi, & omnibus Angelis tuis apostaticis æternus superueniet interitus. Et ideò pro tua nequitia damnate atque, damnande: da honorem Deo viuo & vero; da honorem Iesu Christo Deo, & Saluatori nostro, da honorem Spiritui sancto Paraclyto, in cuius nomine atque virtute ego præcipio tibi, immunde spiritus, vbicunque latitas incorpore istius N. vt exeas, & recedas ab eo, & nunquàm de cætero ad ipsum accedas: quia istum Deus, & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est, vt fieret eius Templum per aquam regenerationis, & remissionem omnium peccatorum, & per nomen, & virtutem eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c.

Actor. 1.

Ex antiquis exorcismis.

Matth. 25.

CONIVRATIO.

VRgeat ergo te Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, vrgeant te Angeli Dei, vrgeãt te Archangeli, vrgeant te Patriarchæ, & Prophetæ vrgeant te Apostoli, & Euangelistæ, vrgeant te Martyres, vrgeant te Confessores, vrgeant te Virgines, vrgeant te omnes Sancti & electi Dei: deficiant ergo omnes artes, & insidiæ tuæ in dies, & omnibus horis. Reditte ergo, ô rebelles Dei fortitudinem: reddite animæ sanitatem, non tentetis, nec morti tradatis: non in esca, non in potu, non in locis, vbi habitat, non superueniatis vigilanti, nec dormienti, nec ei noceatis, neque vocem suffocetis, nec impediatis quærentem vitam æternam.

Hic Exorcista signet omnia membra infirmi, dicens:

REcedite ergo per nomen æterni Dei à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, & superciliis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab inteſtinis superioribus, & inferioribus, à femore, à ventre, à stomacho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis, à manibus, ab vnguibus, ab ossibus, à neruis, à venis à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis: & à toto corpore, & ab omnibus partibus corporis, & de vestimentis eius, intus, & foris, & de tota carne, de tota pelle, vbicunque latitatis, & latere possitis: separate vos ab hac creatura Dei N. sicut

Ex antiquis Exorcismis.

Digitized by Google

ſicut ſeparauit Dominus Deus cœlũ à terra, lucem à tenebris: veritatem à mendacio: bonum à malo: ſic ſitis ſeparati ab iſta creatura Dei N. immundiſſimi ſpiritus, nunc & ſemper. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

EXORCISMVS VI.

Potentiſſimus, terribilis, & mirabilis efficaciæ ad effugandos ſpiritus immundos de obſeſſis corporibus cujus practica propriè ſpectat ad Sacerdotes.

Exorciſta pugnaturus aduerſus dæmones, ſeruato ordine præſcripto in primo Exorciſmo, flexis genibus, deuotè dicat Pſalmum.

Pſal. 50 MIſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac Domine, in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. *totum.* Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio

Digitized by Google

Oratio.

Eccl.18. O Altiſſime conditor, qui omnia ſimul creaſti ex nihilo : qui diuidens cœlum & terram, etiam mari terminum poſuiſti, quem nemo præterire poteſt, qui ex elementis creaturas condidiſti, & vnicuique propriam virtutem dare voluiſti. Supplico ergo clementiam tuam ego peccator nomini tuo conſignatus, & vnda baptiſmatis regeneratus, quòd ſicut ſanctis Apoſtolis tuis dediſti *Luc.7.* poteſtatem ſuper malignos ſpiritus, & virtutes eorum, ipſóſque fugandi à corporibus hominum : ita nunc tua ſancta clementia mihi, licèt indigno, famulo tuo N. præſtare digneris dono tuæ gratiæ virtutem fugandi iſtos malignos ſpiritus ab hac creatura tua N. virtute, & inuocatione tui ſanctiſſimi nominis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio.

O Summa majeſtas, & ineffabilis eſſentia, atque diuina ſapientia deitatis, Alpha, & Omega, carens principio & fine, verbum ſine tempore, cui omnia poſſibilia ſunt. O *Iſaiæ 6.* ineffabilis, & admiranda Deitas, ô ſumma poteſtas, ô virtus altiſſima, ô cœleſtium rerum mundi Creator, qui ſedes in excelſo throno, cœlorum altitudinem, & abyſſos intueris : & omnia ante te præſentia exiſtunt : illumina nunc, & ſemper, & ſana dono tuæ gratiæ, & ſalutis hanc creaturam tuam N. quam ad imaginem tuam formaſti : & libera eam ab omnibus laqueis malignorum ſpirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infeſtatione, & moleſtia ipſorum, à quibus torquetur : ſicut liberaſti Dauid de gladio *1. Reg. 17.* maligno, & Ionam de ventre Ceti, & Danielem de lacu Leonum, & tres pueros de camino ignis ardentis, & Petrum de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Sic Domine Ieſu Chriſte vnà cum Patre, & Spiritu ſancto, tua clementia immenſa, & precibus beatiſſimæ Virginis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum liberare digneris hanc creaturam tuam N. ſanguine tuo redemptam, & vnda baptiſmatis regeneratam, ab omni vexatione malorum ſpirituum, libera nunc eam tua ſancta virtute, & inuocatione, & da ei nunc, ſemper perfectam fidem ſpiritus liberationis, & timorem tui, & amorem, quibus tibi ſemper ſeruiat, & abrenuntiet Satanæ, & omnibus malignis ſpiritibus : & tua ſancta medicina reducatur ad priſtinum ſanitatis ſtatum. Per te, qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

Domine Deus ſancte Pater omnipotens, qui es Alpha, & Omega, hoc eſt principium, & finis, abſque principio, & fine : & quo viuens homo cognoſcit : Rex ſumme, & Imperator excellens, qui Deus es, Rex regum, & Dominus dominantium, qui etiam es pius, miſericors, clemens, benignus, glorioſus, & mirabilis in tuis ſanctis : mundum tenes manu tua : & omne, quod creatum eſt, poteſtate tua conſeruas, qui cœlorum contines firmamentum, qui thronos, & abyſſos intueris, qui montes ponderas, terrámque palmo concludis, qui feciſti ſpiritus Angelos tuos, & miniſtros tuos flammam ignis, qui producis ventos de Theſauris tuis, qui percuſſiſti primogenita Ægypti ab homine *Apoc.1.* *Apoc.19*

Digitized by Google

homine vſque ad pecus, qui diuiſiſti lucem à tenebris : qui feciſti luminaria magna Solem, & Lunam, Deus totius miſericordiæ. Ego quidem N. creatura tua ſanguine Filij tui redempta, & vnda baptiſmatis regenerata, & ſeruus tuus, quamuis indignus, & peccator miſer ſim, & inſufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis ad te recurro confidenter, velut ad tutum portum, & refugium ſingulare : te Deum meum, & Dominum reuerenter, & miſericorditer peto, & te humiliter ſupplico quantùm ſcio, & valeo, vt nunc digneris me eſſe in tuo ſancto ſeruitio, & Myſterio hujus artis, virtute omnium tuorum verborum: nec tribuas mihi peccatori ſecundùm peccata mea, ſecundum quæ ſum aggrauatus, & inuolutus mei temeritate : ſed tu clemens, pius, & miſericors, propitius, & benignus adeſto mihi miſerrimo peccatori, & miſerere mei. Miſerere mei Domine, cùm plus ſit tua miſericordia, quàm omnia peccata, & ſcelera mea, quæ commiſi à die, & hora natiuitatis meæ vſque in diem, & horam præſentem, quam exprimere non poſſum : quare digneris me exaudire nunc, & ſemper, ſicut dignatus es exaudire tres pueros in camino ignis ardentis : & dignatus es exaudire Ionam Prophetam in ventre Ceti, Petrum Apoſtolum ligatum in carcere, & Mariam Magdalenam tibi veniam petentem de ſuis peccatis: & ſicut dignatus es exaudire Publicanum in templo, & ſicut exaudiſti preces matris tuæ ad nuptias, Latronem in Cruce, Catharinam in tormento rotarum: ſic tu dulciſſime Pater, me exaudire digneris, & oſtende nunc potentiam, & miſericordiam tuam quam confidenter imploro : & miſericorditer concede mihi indigno peccatori ſeruo tuo donum gratiæ tuæ hoc, quod nunc à te peto cum cordis deſiderio, qui dixiſti: Petite, & accipietis, &c. Et alibi. Qui venit ad me, non eiiciam foras. Vnde nunc à te quæro, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ mihi peccatori ſeruo tuo indigno virtutem, & gratiam hanc miſericorditer præbeas : & vt hos ſpiritus nefandiſſimos exiſtentes in hac creatura tua N. exeant ab omnibus partibus intus, & foris, audito nomine, & verbis tuis ſanctiſſimis : expelleréque valeam eos ſine vlla contradictione, & rebellione in profundum abyſſi, non redituros ampliùs, ſine læſione hujus corporis, & nocumento omnium Chriſtianorum, relinquentes ipſam in ſua priſtina ſanitate, & exeant cum ſigno euidenti. Quod donum gratiæ tuæ concedatur mihi à te, beniginiſſime Ieſu, qui ſolus cum Patre, & Spiritu ſancto verus Deus, & Creator es. Et ego, ne vitium ingratitudinis incurrere videar, te laudo, te adoro, te benedico, téque glorifico, nec non deuotiſſimè nunc, & in perpetuum ſeruiam. Per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic Exorciſta ſurgat ab oratione, & dicat ſequens Euangelium.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. *Cap. 9.*

IN illo tempore. Conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis poteſtatem, & virtutem ſuper omnia dæmonia : & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos, & ait ad illos : Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quancumque do-

Ioan. 9. *Luc. 18.*

mum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella Euangelizantes, & curantes vbique. ℟. Laus tibi Chriſte.

Oratio.

Geneſ.1. OMnipotens ſempiterne Deus, qui in principio ex nihilo cuncta creaſti, cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: qui nihil odiſti eorum, quæ feciſti: qui inquiris virtutes, & vitia fugas: ita fugare digneris hunc malignum ſpiritum circa hanc creaturam tuam N. exiſtentem, quia verè credit in te, & in Filium tuum verum liberatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum à Patre, & Filio procedentem, & ego etiam pro ipſa credo in te: & Filium tuum verum liberatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & in Spiritum ſanctum à Patre, & Filio procedentem. Amen.

Symbolū Nicænū.

Hîc Exorciſta alta voce, forti animo, & cum magna audacia inuehendo contra ſpiritum obſidentem, dicat.

CONIVRATIO.

AVdi, immundiſſime ſpiritus, intellectualiter, exorcizo te per Deum Pa†trem, per Deum Fi†lium, per Deum Spiritum†ſanctum. Admoneo te, & tibi præcipio, nefandiſſime ſpiritus, qui ſtas, & habitas in iſto corpore, vel circa hoc corpus, per Deum omnipotentem Creatorem Cœli, & terræ, & per illam potentiam, quæ te de cœlo præcipitauit ob ſuperbiam tuam: & per virtutem, & in virtute ſanctorum nominum Dei, vt Diuinis verbis, & nominibus ſanctis, & omnibus verbis à me prolatis, & aliis hîc exiſtentibus, necnon mandatis omnibus ſine rebellione, & contradictione feſtinanter obedias cum effectu. Exurgat Deus, *Pſal.67.* & diſſipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficias, ſpiritus maligne, qui habitas in hac creatura Dei N. vel circa: declina te ab hoc famulo Dei N. Spiritus nequiſſime, *Pſal.34.* & ipſe ſcrutabitur mandata Dei ſui. Irruat ſuper te formido, & pauor in magnitudine brachij nominis Dei. Fiant viæ tuæ tenebræ, & lubricum, & Angeli Dei, ſcilicet Michael, Gabriel, Raphael, & omnes alij Angeli Dei perſequantur, & expellant te, ſpiritus maledicte, de hoc famulo Dei N. ſic quòd ad eum nunquàm redire valeas: & ſit tibi interdictus deinceps, & omnibus ſpiritibus immundis. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus†ſancti. Amen. Deus Pater tibi imperet, Deus Filius te cogat, Deus Spiritus ſanctus, & tota Trinitas ſimul tibi præcipiat, qui habitas in hac creatura Dei N. vel circa. Et ego tibi præcipio, ſpiritus nequiſſime, per hæc eius glorioſiſſima nomina, ſcilicet Alpha, & Omega, Agla, Saday, Adonay, Agios, Otheos, *Vide c.1.* Iſchyros, Athanatos, Sabaoth, Deus, *& hujus* increatus Pater, Filius, & Spiritus *operis.* ſanctus, quòd protinus abſque læſione alicujus creaturæ viuentis ab hoc famulo Dei N. recedas, tu maledicte diabole: & eum ſanum, vt priùs inueniſti, ſine mora ipſum dimittas, & ad eum redire non valeas, nec alter. Chriſtus regnat † Chriſtus vincit † Chriſtus imperat † tibi ſpiritui immundo: qui in corpore iſtius viri habitas, & ego tibi impero, nequiſſime diabole, per ejus ſanctiſſima nomina Tetragrammaton, Hel, Emmanuel, Heloym, Paraclytus, Deus, immenſus, Pater, & Filius,

Digitized by Google

lius, & Spiritus ſanctus, quòd feſtinanter, audito verbo, de hoc famulo Dei N. recedas, non obſtantibus quibuſcunque ligaminibus, quibus teneris hîc, & nullam ſibi læſionem inferas: ſed eum ſanum dimittas, vt quando ad eum, tu nequiſſime, perrexiſti: nec ad eum redire valeas, vel alter. Et auctoritate Domini noſtri *Luc. c. 9.* Ieſu Chriſti te N. ab iſto ſpiritu immundo abſoluo: & omnia vincula, & ligamina cujuſcunque conditionis, potentiæ, & virtutis exiſtant, quibus ſpiritus iſte tenetur in iſto corpore, diſſoluantur, & confringantur per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Et ſit deinceps tibi, maledicte ſpiritus, interdicta omnis via à Deo Patre omnipotente, & à Domino meo Ieſu Chriſto, necnon omnibus malignis ſpiritibus cujuſcunque virtutis potentiæ, & conditionis exiſtant. Per ipſum † *Eccl. Ro.* & cum ipſo † & in ipſo † Deo: & per hæc ejus veneranda nomina Athanatos, & Sother, Deus, Æternus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per omnia, quæ dixi, & ſum dicturus, tibi præcipio, viliſſime, rebellis, nequiſſime, nefandiſſime, ſpurciſſime, & immundiſſime ſpiritus, à Deo maledicte, & à virgine puriſſima Maria, & ab omnibus ſanctis Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Principatibus, & poteſtatibus & Virtutibus, Cherubin, & Seraphin, à Patriarchis & Prophetis, à Martyribus, Confeſſoribus, & Virginibus: & ab omnibus ſanctis, & à cœlorum virtutibus glorioſis: vt in profundiſſimo inferni loco ſis deuinctus, relegatus, & ſubmerſus, & ab omnibus dæmonibus acriùs cruciatus nunc, & in æternum diuino imperio. Amen. Et maledictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus ſancti: & ira, & indignatio omnium Angelorum, & ſanctorum, & ſanctarum Dei, & totius Curiæ cœleſtis, & omnium creaturarum ſtatim ſine mora, cum furore maximo deſcendant ſuper Luciferum, Belzebub, Satan, & ſuper omnes principes dæmoniorum, & non ſit, qui eis obediat, nec illos timeat, nec veneretur: ſed omnes dæmones contra illos ſtatim irruant per virtutem, & in virtute omnium nominum omnipotentis Dei, ſi tibi, nequiſſime ſpiritus, in ſubſidium venerint deinceps: & ſit omnis potentia tua, & virtus confracta per virtutem magni, & omnipotentis Domini Dei, ſic, & taliter, quòd non valeas deinceps habitare in iſto corpore: non ſit, qui tibi ſubſidium aliquod præbeat: ſed omnes ſpiritus in quocunque loco exiſtentes ſint deinceps contra te, maledicte ſpiritus, verbis, & nominibus diuinis rebellis: deſcendantque magni Angeli Dei in prælio potentes, Sanctus Michael, ſanctus Gabriel, & ſanctus Raphael, & omnes ſuperiùs nominati: *Apoc. 12.* qui ſicut diuino juſſu omnes Dei rebelles de cœlorum ſedibus glorioſis viriliter vſque ad exula loca dejecerunt, ita te expellant ſtatim ab hac creatura Dei N. ſine læſione ipſius, & omnium Chriſtianorum nocumento, & terrore: & vſque ad inferni inferiorem locum potentiſſimè te proſternant, inde nullatenus exiturum: omnium dæmoniorum ſuperiorem conjurantes contra te, æternaliter in centuplo acriùs ſolito te cruciaturum, per eum, qui diem ſtatuit, & per omnia ſanctiſſima ejus opera, & omnes virtutes, & nomina. Amen.

Conivratio Aeris.

Conjuro te † Aër per Deum Patrem omnipotentem, & Filium
Matth. 8 ejus vnicum Dominum nostrum, & Spiritum sanctum paraclytum, & per Virginem Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratam, & incorruptam: & per illum, cui obediſti, quando imperauit ventis, & mari, & facta fuit tranquillitas magna: per Angelos, Archan-
Luc. 2. gelos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin & Seraphin, qui volarunt per te cantantes nato Christo. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & per omnes sanctos, & Sanctas Dei, & per totam Curiam cœleſtem: & per omnia merita, & orationes omnium Sanctorum Dei, & totius Curiæ cœleſtis, quæ quotidie fiunt ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium Dei, natum ex Maria Virgine: vt tu aër, non habeas poteſtatem continendi in aliquo loco iſtum ſpiritum maledictum, nequiſſimum, & nefandiſſimum, nec omnes fauentes ſibi: ſed ipſum à te reiicias, & omnes ſibi fauentes: ſicut beata virgo Maria reſpuit omnem peccati labem. Amen.

ITerum conjuro te † Aër, & omnia, quæ in te, & de te viuunt, & in te manent, per Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terræ: & per ſanctam Mariam matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et per ſanctum Ioannem Baptiſtam: & per omnes Angelos, & Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, & per omnes Patriarchas, & Prophetas: per omnes Apoſtolos, & Euangeliſtas Dei, & per omnes Diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per omnes ſanctos Martyres, Pontifices, Confeſſores, Doctoréſque Dei, Monachos, & Eremitas, & per omnes Sanctos Sacerdotes, & Leuitas Dei, & per omnes ſanctas Virgines Dei, & per totam cœleſtem Curiam, & omnes ſanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipſa fiunt quotidie, & per ſanctum ſacrificium, quod quotidie celebratur per totum orbem ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per omnia illa, quibus in nomine Ieſu Chriſti conjurari, & conſtringi poteſtis, vt hunc ſpiritum nequiſſimum, & rebellem Dei retinere non valeatis: nec fauentes ſibi. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, &c.

Conivratio.

Conjuro te † Terra, per Deum trinum, & vnum, & Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, & homo factus eſt, & pro nobis crucifixus, & in te ſepultus: quem cognouiſti, & cognoſcendo tremuiſti: & per ſepulchrum eius glorioſum, quod in te editum eſt, & per totam cœleſtem Curiam Dei altiſſimi magni, & terribilis, & per omnes orationes, & deprecationes quę ibi quotidie fiunt, quòd retinere nullo modo valeas iſtum malignum ſpiritum, nec fauentes ſibi: ſed ſtatim, & ſine mora, non obſtantibus quibuſcunque ligationibus, quibus tenetur in iſto vaſe, à te recedat ſine moleſtia, & nocumento iſtius creaturæ Dei N. & omnium Chriſtianorum. O terra, abſorbe diabolum iſtum Dei rebellem ſtatim, & feſtinanter, audito verbo, ſicut abſorpſiſti Dathan, & Aby- Num. 16
ron: & per potentiam omnipotentis Dei Creatoris tui, qui in te humane

ne habitare non dedignatus eſt: &
Ioan. 2. ſicut cete ejecit Ionam de ventre
ſuo, & non retinuit: ita non retineas,
nec retinere valeas hunc malignum
ſpiritum, nec fauentes ſibi, cujuſ-
cunque conditionis, & virtutis exi-
ſtant, niſi in loco turpiſſimo tui, id
eſt, in inferno inferiori: & ibi ſine
fine permaneant cum omnibus ſibi
fauentibus. Amen. O terra, ſicut
Ioan. 6. bellua marina deglutiuit Ionam
Prophetam, & retinere non valuit:
ita tu per nomen, virtutem, & auc-
toritatem Domini noſtri Ieſu Chriſti
Nazareni crucifixi: & per hoc ſi-
gnum ſanctæ Crucis † retinere non
valeas hunc nequiſſimum ſpiritum:
ſed ipſum deglutias, & abſorbeas
ſtatim audito verbo, vt potenter
mittatur in infernum inferiorem, ibi
perpetuò cruciandus in centuplo, &
acriùs ſolitò vſque in diem Iudicij
extremi, nunquàm exiturus. Amen.
Iterum conjuro omnia, quæ in te
ſunt, & ſtant in te, & de te viuunt,
terra, per Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum Dei Filium: & per glo-
rioſam Virginem ejus matrem: per
ſanctum Ioannem Baptiſtam, & per
omnes ſanctos Angelos, Archange-
los, Thronos, & Dominationes,
Principatus, Poteſtates, Virtutes,
Cherubin & Seraphin, & per om-
nes ſanctos Patriarchas, & Prophe-
tas: per omnes ſanctos Apoſtolos,
& Euangeliſtas Dei, & per omnes
ſanctos Diſcipulos Domini Ieſu
Chriſti, & per omnes ſanctos Mar-
tyres, Pontifices, Confeſſores, &
Doctores, Monachos, & Eremitas
Dei: per omnes ſanctos Sacerdotes,
& Leuitas Dei: & per omnes ſan-
ctas Virgines, Viduas, & Continen-
tes Dei: & per totam cœleſtem Cu-
riam: & per omnes ſanctas oratio-
nes, & deprecationes, quæ in ipſa
quotidie fiunt: & per ſanctum Sa-
crificium, quod quotidiè celebratur
per vniuerſum orbem ad Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum: & per ſe-
pulchra, & omnia corpora omnium
Sanctorum, & Sanctarum Dei, quæ
in te locata ſunt: & per veſtigia pe-
dum Chriſti, & omnium Sancto-
rum, & Sanctarum Dei: quod proti-
nùs dimittatis hunc ſpiritum nequiſ-
ſimum, & omnes ſibi fauentes, vt
in infernum inferiorem redigatur, &
nullatenus eum retinere valeatis, nec
ipſe vobiſcum, nec in vobis morari
poſſit: ſed fugiat, ſicut puluis ante
faciem venti, cum omnibus ſibi fa-
uentibus. Amen.

Coniuratio. Aquæ.

COnjuro te, † Aqua, vbicunque
ſis magna, vel parua, per Ieſum
Chriſtum Dei Filium, cui te calca- Ioan. 6.
bilem ſub pedibus præbuiſti, verbiſ-
que ejus ſemper obediſti, & per
virgam Moyſi, ad cujus ictum po-
pulo Dei ceſſiſti: & per ſanctiſſimum
ſudorem Chriſti, & per aquam, quæ
exiuit de ejus latere à Longino per-
cuſſo: & per ſanctum Baptiſma,
quod de te fecit, & per ſanctam
Mariam matrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti: & per omnes Angelos, &c.
Et per omnes ſanctos Patriarchas, &
Prophetas, Apoſtolos, Euangeli-
ſtas, & per omnes ſanctos Innocen-
tes, Martyres, Confeſſores, Docto-
res, & Eremitas Dei, & per totam
cœleſtem Curiam: & per omnes
orationes, & deprecationes, quæ
quotidie fiunt in cœleſti Curia ad
Dominum Deum, quòd retinere non
valeas hunc nequiſſimum ſpiritum,
nec fauentes ei: ſed ipſe, & om-
nes ſibi fauentes de te feſtinanter Matth.
expellantur cum furore, & impetu 16.
magno, ſicut Chriſtus expulit ſep-
tem dæmonia de corpore Mariæ
magdalenæ, vt ad infernum dirigatur

Digitized by Google

in locum inferiorem, vbi maneat in perpetuum, & ſit cruciatus acrior ſolito. Amen. Iterùm coniuro † te, Aqua, & omnia, quæ in te ſunt, & in te, & de te viuunt, per Deum viuum, † per Deum verum, † per Deum altiſſimum, † per Sanctum nomen Agla, per ſanctum nomen Adonay, & per ſanctam Mariam Virginem glorioſam, & per ſanctos Angelos, & Sanctos Dei, quòd nullatenùs retinere, nec continere valeatis hunc nequiſſimum ſpiritum, nec ei fauentes, ſed ipſe feſtinanter expellatur, ſicut Chriſtus expulit
Ibidem. ſeptem dæmonia de corpore Mariæ Magdalenæ, vt ipſe, & omnes fauentes ſibi dirigantur in locum inferiorem, vbi ipſe cum omnibus fauentibus ſibi maneat in perpetuum: & ſit cruciatus acrior ſolito. Amen.

Conivratio Ignis.

Exod. 3. COniuro te, † Ignis, vbicunque iis, & permanes, per Dominum Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit Moyſi in ſpecie ignis, & qui liberauit tres-pueros de camino ignis ardentis, & per omnia ſancta holocauſta, quæ in te facta fuerunt in laudem Dei omnipotentis, & per omnes Angelos, & Sanctos Dei, quòd nullatenùs hunc ſpiritum retinere valeas, nec ei fauentes, ſed ad ignem immenſæ flammæ, & diræ: id eſt, in inferno inferiori, audito verbo, feſtinanter dirigatur ſine mora, & omnes ei fauentes: & ex inde nullatenus exeat vſque in diem Iudicij: & in perpetuum crucietur acriùs ſolito, & omnes fauentes ſibi.
Idem. Amen. Iterum coniuro † omnia, quæ in te ſunt, & permanent, & in te, & de te viuunt, per Dominum Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit Moyſi in ſpecie ignis: & per illum, qui liberauit tres-pueros de camino ignis ardentis, & per ſanctam Mariam matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſanctum Ioannem Baptiſtam, & per omnes ſanctos Angelos, & Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Poteſtates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin, & per omnes ſanctos Patriarchas, & Prophetas: Per omnes ſanctos Apoſtolos, & Euangeliſtas Dei, & per omnes ſanctos Diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per omnes ſanctos Martyres, Confeſſores, & Doctores Dei: & per omnes ſanctos Sacerdotes, & Leuitas: per omnes ſanctos Monachos, & Eremitas Dei: & per omnes ſanctas Virgines, Viduas, & continentes Dei: & per totam cœleſtem Curiam, & omnes ſanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipſa quotidie fiunt: & per ſanctum Sacrificium, quod quotidie per totum orbem ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum celebratur: & per omnia illa, quibus in nomine Ieſu Chriſti coniurari, & conſtringi poteſtis, vt hunc ipſum nequiſſimum, & rebellem Dei retinere non valeatis, nec fauentes ſibi. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

CONIVRATIO OMNIVM ELEMENTORVM.

COniuro † omnia, quæ de quatuor elementis compoſita ſunt, & quæ de ipſis viuunt, & quæ in ipſis ſunt, & permanent, & in eis habitant, in quocunque loco, & in quacunque parte mundi ſint: per virtutem, & omnipotentiam magni Dei, omnipotentiſque Filij eius, & Spiritus Sancti: & per ſanctum ieiunium: & vitam ſanctam, quam *Matt. 4.* fecit Chriſtus in deſerto, & per abſtinentiam, & orationes, & omnia bona

Digitized by Google

bona opera, quæ fecerunt omnes Sancti, & Sanctæ Dei, & per omnes Angelos, & Sanctos Dei: & per omnia alia, quibus in nomine Ieſu poteſtis coniurari, & ligari, vt protinus hunc nequiſſimum ſpiritum Dei rebellem, audito verbo, à vobis expellatis, vt potenter ducatur ad infernum inferiorem, ibi in perpetuum cruciandus acriùs ſolito, exinde nunquam exiturus vſque in diem Iudicij, cum omnibus fauentibus ſibi. Amen.

CONIVRATIO INFERNI.

O Inferne, & ignis infernalis, & vos omnes pœnæ infernales, & vos omnes principes, & dæmones infernales audite, audite, & intelligite verba oris mei. Per illum te coniuro † qui Lazarum quatriduanum mortuum fœtentem reſtituit ad vitam, cuius pauore perterritus contremuiſti, & omnia officia tua ſimul tecum, ô inferne, conturbata ſunt, nec eundem Lazarum tenere potuiſti. O inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos dæmones infernales præcipio vobis potenter per illum, qui vos ſuo ſubiugauit imperio, & per eius potentiam, & virtutem: vt audito verbo, nobis obediatis auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti: & adimpleatis omnia noſtra mandata ſecundùm voluntatem eius. Imperat tibi, ô inferne, ſancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, vt nobis obedias feſtinanter. Imperat tibi exercitus Angelorum. Imperat tibi Patriarcharum chorus. Imperat tibi Prophetarum numerus, vt audito, & intellecto verbo, obedias omnibus præceptis meis cum effectu ſine mora. Coniuro te † inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos omnes dæmones, cuiuſcunque virtutis, & conditionis ſitis, per illum, qui contriuit portas tuas, & vectes tuos confregit, & qui abſtulit tibi omnes ſanctos Patres, & in te ligauit malignos dæmones, & eos in te cruciari perenniter iuſſit, qui brachio diuinitatis, & potentiæ ſuæ omnium dæmoniorum potentiam religauit: per ſanctam Mariam matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſanctum Ioannem Baptiſtam, & per omnes ſanctos Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Poteſtates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per omnes ſanctos Patriarchas, & Prophetas: per omnes ſanctos Apoſtolos, & Euangeliſtas Dei, & per omnes ſanctos Diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per omnes ſanctos Innocentes, Martyres, Confeſſores, & Doctores Dei: per omnes ſanctos Sacerdotes, & Leuitas: per omnes ſanctos Monachos, & Eremitas, & per omnes ſanctas Virgines, Viduas, & Continentes Dei: & per tremendum diem Iudicij, & per omnipotentiam totius Curiæ cœleſtis, & per omnia verba quibus tu, inferne, & ignis infernalis, & vos omnes dæmones infernales & vos pœnæ infernales coniurari, ligari, & conſtringi poteſtis in nomine Ieſu Chriſti: per omnia illa coniuro te principem Inferni Luciferum, vt hunc nequiſſimum ſpiritum nullibi relinquas: ſed eum trahere ad te, & venire facias feſtinanter, cum omni furia tua, & indignatione, & omnes fauentes ſibi, non obſtantibus quibuſcunque ligaminibus, quibus in iſto vaſe tenetur: ſed omnia frangantur, & ad nihilum ſtatim deueniant, & deficiant, ſicut deficit fumus, cuiuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, per omnia, quæ ſuperiùs nominaui, & vos omnes dæmones infernales, & pœnæ ignis

Ioan. 11. Apoc. 20 Pſal. 67. Pſal. 4. Zach. 9.

Digitized by Google

ignis infernalis,& tu inferne, irruite festinanter contra eum, & omnes sibi fauentes, & eum durissimè mille millies magis solitò cruciatibus cruciate: & vires, & pœnas tuas, ô inferne, contra eum Dei rebellem potenter extende, statim nunc, & semper, & eum festinanter ad te voca per illum, qui tuas portas contriuit. Amen.

Coniuratio.

Coniuro vos † omnes spiritus maligni,& dæmones infernales terrestres, ignei,aërei, & aquei, & omnes spiritus maligni, vbicunque sitis, & habitatis, ad vos, & contra vos perueniant, & veniant potenter & fortissimè omnes meæ coniurationes:& vos omnes ambiant verba mea,& potenter affligant,& cogant, per omnipotentiam magni Dei omnipotentis velle meum facere ad honorem,laudem, & gloriam ipsius Dei mei omnipotentis: & per ista sancta nomina Domini nostri Iesu Christi, Tetragrammaton, Adonay Sabaoth. Heloym, Heloa, Messias, Sother, Emmanuel, Agios, Yschyros, Otheos, Athanatos, Sanctus, Immortalis, Agla, Iesus, Christus, Alpha, & Omega, Imago, Lux, Gloria, Sanctus, Omnipotens, Misericors. Deus, & omnia ipsius Dei nomina; vt hunc spiritum ad vos trahatis festinanter, & eum in locum inferiorem inferni ire constringatis, & omnes sibi fauentes, vt nullus sit qui sibi obediat, per tremendum diem Iudicij, & per illum,qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & vos omnes diabolos & sæculum per ignem. Et sicut Christus vinculis fuit astrictus,quando pro nobis peccatoribus acriter captus, & flagellatus fuit: & sicut fuit coronatus, & crucifixus, ita tu nefandissime spiritus, sis verberatus, tortus, & flagellatus acriter omnibus pœnis infernalibus subito & sicut velum Templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum: & petræ sciſſæ sunt: & monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum,qui dormierant,surrexerunt; & sicut terra tremuit, & mota est: ita tu spiritus nefandissime, contremiscas, & moueas te, & recedas ab isto vase, & plasmate Dei, statim & festinanter, non rediturus amplius nec tu nec alij spiritus ad hunc Dei famulum N. & omnes fauentes sibi contremiscite,& mouete vos omnes & recedite ab hac creatura Dei N. audito verbo, per omnia, quæ dixi: & nullo modo tu,maledicte spiritus valeas inferre pauorem,timorem,vel tremorem aut nocumentum aliquod mihi nec alicui creaturæ Dei hic astanti, vel commoranti, nec alicui homini viuenti, nec alicui creaturæ Dei viui habenti spiritum viuentem: sed deinceps recede non obstantibus quibuscunque ligaminibus quibus teneris in isto vase, & si aliquis obediat, vel faueat tibi, vel plures sint,maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ira, & indignatio sanctæ Trinitatis, & omnium Angelorum & totius Curiæ cœlestis descendat super vos omnes fauentes, & obedientes huic spiritui Dei rebelli, & non sit, qui ei obediat per Filium Dei altissimi. Amen.

Vide c.8. hujus operis.

Ioan. c. 18.

Matth. 27.

Hîc interroga, vt supra dictum est in aliis Exorcismis: posteà sic sequere.

Coniuratio.

Coniuro vos † omnes Spiritus maligni, magni, & parui, in potentia, & virtute, vbicunque sitis, & habitatis,& vobis potenter præcipio,

Digitized by Google

pio, & ſtrictiſſime mando, & impero per eum Dominum Deum omnipotentem, quem timetis, & quem videre non poteſtis : & per Ieſum Chriſtum Dei Filium, & per Spiritum ſanctum paraclytum, & per Virginem Mariam matrem Domini
Luc. 2. noſtri Ieſu Chriſti intemeratam, & incorruptam, veſtrum flagellum, & meum adjutorium, & per ſuum corpus pretioſiſſimum, atque illæſum : & per ejus puriſſimam virginitatem : & per omnia pretioſiſſima ejus membra, cum quibus geſtauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & animam ejus omnibus virtutibus plenam, atque perfectam : & per ſuam potentiam magnam, quam habet ſuper vos, & per lac pretioſiſſimum, quo lactauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Dei Filium : & per omnes Dei Angelos, & Archangelos, & beatorum Spirituum ordines : & per omnes Apoſtolos, & Euangeliſtas : & per ſanctum Ioannem Baptiſtam : per omnes ſanctos Patriarchas, & Prophetas, Martyres, Confeſſores, Virgines, & Viduas, & omnia magna nomina Dei mei omnipotentis, & Matris Filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et per potentiam, & virtutem omnium conjurationum, ligationum, vinculorum, & mandatorum cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, quibus aliquo modo in nomine Ieſu Chriſti poteſtis conjurari, conſtringi, ligari, fugari, & torqueri, vel ad pœnas aliquas damnari, vt protinùs abſque læſione alicujus creaturæ, & abſque terrore, & nocumento hujus creaturæ Dei N. & omnium circumſtantium, ſtatim hunc nequiſſimum ſpiritum, vbicunque latet, inſenſatum, principium omnium malorum, qui inuaſit, & quotidie vexat hanc Dei creaturam N. & deuiare eam cupit à mandatis Dei mei, ad vos trahatis, capiatis potenter ſtatim, & ad locum duriorem inferni ſub Lucifero deducatis, nécnon omnes fauentes ſibi, latentes, præſentes & abſentes qui cupiunt eam vexare, ibidem ſtrictiſſimè ligetis, dantes ei omnes pœnas infernales duriores, & fortiores per omnia, quæ dixi, & dici poteſt auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti : & exinde nunquam *Luc. 9.* exire eum, nec ei fauentes permittatis, vſquequo Deus meus omnipotens imperet ipſos exire : quòd ſi protinus non feceritis quicquid dixi, & dicturus ſum, contra vos dæmones ſit : & contra eum, & omnes ſibi fauentes ira Dei : & cruciati ſitis omnibus cruciatibus & pœnis infernalibus, & ibi relegati, & detruſi nunc, & in perpetuum, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, & totius Curiæ cœleſtis. Amen.

CONIVRATIO IGNIS
ad comburendam imaginem dæmonis pictam in charta.

Hic Exorciſta habeat imaginem pictam illius dæmonis, qui opprimit obſeſſum, cum ejus nomine ſcripto ſuper caput ipſius imaginis, præparatam : & conjurando ignem ſimiliter præparatum, dicat ſequentem conjurationem.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † ignis, per Deum Patrem omnipotentem : qui *Exod. 3.* apparuit Moyſi in ſpecie ignis, & per illum, qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia ſancta holocauſta, quæ in te, & de te facta ſunt in laudem Dei omnipotentis magni Creatoris mei & tui, & per illum, cujus ſedes eſt

Digitized by Google

ignis, & ejus habitatio est ignis, & ipse est ignis, & ejus circuitus est ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere suo flamma ignis, qui omnes ignes creauit, & ignis ante eum deuorans exiet, & percutiet, & comburet omnes, qui finaliter illi contradixerint, & verbis suis non obedierint, ac voluntatem suam non fecerint. Conjuro te † ignis, per sanctam Mariam gloriosam matrem Domini nostri Iesu Christi: & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, per Thronos & Dominationes Principatus, & Potestates, & per Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per Patriarchas & Prophetas: & per omnes Apostolos, & Euangelistas: per omnes sanctos Discipulos, & Innocentes Domini nostri Iesu Christi: & per omnes Martyres, & Confessores: & per omnes sanctas Virgines, & Viduas: & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, & per totam cœlestem Curiam, & per hæc nomina Dei Agla, Tetragrammaton, Iehoua, & per nomen Iesu, & per nomen Dei, qui potenter super omnem ignem dominatur. Iterùm, & nouissimè conjuro te † ignis, per illum, qui contremiscere facit orbem, vt statim, & cum furore maximo, adjuratus per tot, & tam sanctissima verba tui Creatoris, hanc schedulam, in qua picta est imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur figuræ, & imagini hujus spiritus nequissimi: in qua schedula nomen suum etiam est scriptum supra caput ipsius figuræ, potenter calefacias: & tu ignis adjuratus, horribiliter comburas, & festinanter, cùm in te illam mittam, & ponam: & eam schedulam cum tali imagine appropriatam huic spiritui nequissimo, terribiliter comburas, ita vt sicut tu ignis successiuè calefacies, & combures istam schedulam cum imagine, & nomine ipsius: sic in millecuplo de die in diem plusquàm tu ignis, calefacies, & combures hanc schedulam cum tali imagine, & figura picta cum nomine ejus, cui imagini appropriatur ipse spiritus, existens indebitè in isto vase, in sua tota substantia, & semetipsum sentiat, sempérque & horribiliter calefaciat vsque ad diem Iudicij, semper augmentando pœnam istam, & dolorem in centuplo plus de hora in horam: quam pœnam, & dolorem non sit ausus spiritus aliquis, cujuscunque conditionis, potentiæ, & virtutis existat, ei auferre, nec ei obedire, nec aliquod subsidium dare in virtute Dei, & verborum, quæ nominaui, & per eorum potentiam, cui pœnæ spiritus iste N. non possit aliquo modo resistere, quin recedat ab isto corpore, propter quam pœnam victus exeat & strictissimè coactus recedat de hac creatura Dei N. statim, non rediturus ad eam, sine læsione ipsius corporis, & omnium nocumento, vt superiùs ei injunxi: quæ pœna non auferatur, nisi priùs exeat, & vadat in profundum abyssi, & inde non habeat potestatem exeundi, vsque in diem Iudicij, & non sit, qui hæc, quæ dixi, dicam, & faciam: soluere valeat, per virtutem ejus, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ps. 103.

Matth. 25.

BENEDICTIO. IGNIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

BEnedic † Domine Deus omnipotens, hanc creaturam ignis, tua benedictione † cœlesti ad fugandum,

Digitized by Google

gandum, & ad fumigandum hunc ſpiritum habitantem circa hanc imaginem tuam, vel in hac imagine tua & omnes ei fauentes: & ad effugandum, & repellendum prædictum ſpiritum ab hac creatura tua N. & ad illum mittendum in locum vbi ignis non morietur, cum omnibus fauentibus ſibi, ſine læſione huius creaturæ, & omniũ aliarum creaturarum quam creaturam ignis, tu Domine, qui omnia potes, ſanctificando ſanctiſices benedicendo benedicas: fiátque pœna de hora in horam ſpiritui prædicto horribilis, & magna, atque potentiſſima ad effugandum, & ad ſubjugandum, ſiue velit, ſiue nolit, prædictum ſpiritum nequiſſimum de hac imagine tua N. vbicunque latet, in profundum abyſſi cum omnibus fauentibus ei, & ſine læſione alicujus creaturæ, & ab ea exeat, non rediturus nec ipſe, nec alter ad eam: quæ pœna in ſua ſubſtantia, & in ſe totum crudeliter incipiat tunc fieri, & eam potenter ſentire cùm hanc imaginem pictam in hanc creaturam ignis ponam, & mittam ad comburendum, & creſcat, & augmentetur ſemper atrociſſima de hora in horam in millecuplo, poſtquam prædictam imaginem ponam ad comburendum, & combuſta fuerit: cui pœnæ prædictus ſpiritus non poſſit reſiſtere, quin recedat, non rediturus, vt prædixi: quæ non auferatur, niſi priùs recedat cum omnibus prædictis in nomine tuo, Ieſu Chriſte Nazarene, crucifixe, qui venturus es judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem, & eum ſpiritum damnatum. Amen. Sicut cera deficit à facie ignis, & puluis ante faciem venti: ſic omnis ſua potentia, & virtus deficiat ad vlteriùs morandum, & permanendum in iſta imagine tua, in laudem, & gloriam tuam, Domine Ieſu Chriſte. Qui venturus es judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

O Glorioſe, & ſanctiſſime Adonay, per quem omnia creata reguntur, & conſiſtunt: adeſto propitius inuocationibus meis, & clementer præſta, & concede, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ, præſens ignis ſit creatura benedicta nunc, & ſemper, & omnem virtutem, & efficaciam prædictam in ſe potenter obtineat ſuper ſpiritum prædictum diſſipantem, & vilipendentem verba ſancta tanto tempore, & ad omne id, quod valere opto, valeat efficaciter, per te piiſſime Adonay. Amen.

Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, accipiatur Sulphur, Galbanus, Aſſafœtida, Ariſtolochia, Ypericon, & Ruta, omnia ſimul benedicta propria benedictione, & proiiciantur in ignem: deinde Exorciſta tenens imaginem pictam dæmonis cum ſuo nomine ſuper ignem, legat ſequentem adjurationem.

Cauſam hujus rei quære ſupra, c. 3. & cap. 12.

OPPROBRIA IN MALIGNOS Spiritus.

AVdi, audi, audi N. ſpiritus à Deo maledicte, & præcipitate perpetualiter in pœna æternali, nefandiſſime, nequiſſime, Dei rebellis, mẽdacij pater, omniũ proditor, radix omnium malorum, origo diſcordiæ, vitiorum fomes, inſipiens, inſenſate, ſuffurator, hæretice, apoſtata, ſpurciſſime, ſceleratiſſime, fœtidiſſime, omni bono vacue, & omni malo plene, homicida, reprobe, fili perditionis, & maledictionis æternæ, hoſtis humani generis, vitæ raptor, juſtitiæ declinator, origo anaritiæ, ſerpens viliſſime, lupe rapaciſſime, derifio totius Angelicæ

Digitized by Google

ignis, & ejus habitatio eſt ignis, & ipſe eſt ignis, & ejus circuitus eſt ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere ſuo flamma ignis, qui omnes ignes creauit, & ignis ante eum deuorans exiet, & percutiet, & comburet omnes, qui finaliter illi contradixerint, & verbis ſuis non obedierint, ac voluntatem ſuam non fecerint. Conjuro te † ignis, per ſanctam Mariam gloriosam matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per ſanctum Ioannem Baptiſtam, & per omnes ſanctos Angelos, & Archangelos, per Thronos & Dominationes Principatus, & Poteſtates, & per Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per Patriarchas & Prophetas: & per omnes Apoſtolos, & Euangeliſtas: per omnes ſanctos Diſcipulos, & Innocentes Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per omnes Martyres, & Confeſſores: & per omnes ſanctas Virgines, & Viduas: & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, & per totam cœleſtem Curiam, & per hæc nomina Dei Agla, Tetragrammaton, Iehoua, & per nomen Ieſu, & per nomen Dei, qui potenter ſuper omnem ignem dominatur. Iterùm, & nouiſſimè conjuro te † ignis, per illum, qui contremiſcere facit orbem, vt ſtatim, & cum furore maximo, adjuratus per tot, & tam ſanctiſſima verba tui Creatoris, hanc ſchedulam, in qua picta eſt imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur figuræ, & imaginī hujus ſpiritus nequiſſimi: in qua ſchedula nomen ſuum etiam eſt ſcriptum ſupra caput ipſius figuræ, potenter calefacias: & tu ignis adjuratus, horribiliter comburas, & feſtinanter, cùm in te illam mittam, & ponam: & eam ſchedulam cum tali imagine appropriatam huic ſpiritui nequiſſimo, terribiliter comburas, ita vt ſicut tu ignis ſucceſſiuè calefacies, & combures iſtam ſchedulam cum imagine, & nomine ipſius: ſic in millecuplo de die in diem pluſquàm tu ignis, calefacies, & combures hanc ſchedulam cum tali imagine, & figura picta cum nomine ejus, cui imagini appropriatur ipſe ſpiritus, exiſtens indebitè in iſto vaſe, in ſua tota ſubſtantia, & ſemetipſum ſentiat, ſempérque & horribiliter calefaciat vſque ad diem Iudicij, ſemper augmentando pœnam iſtam, & dolorem in centuplo plus de hora in horam: quam pœnam, & dolorem non ſit auſus ſpiritus aliquis, cujuſcunque conditionis, potentiæ, & virtutis exiſtat, ei auferre, nec ei obedire, nec aliquod ſubſidium dare in virtute Dei, & verborum, quæ nominaui, & per eorum potentiam, cui pœnæ ſpiritus iſte N. non poſſit aliquo modo reſiſtere, quin recedat ab iſto corpore, propter quam pœnam victus exeat & ſtrictiſſimè coactus recedat de hac creatura Dei N. ſtatim, non rediturus ad eam, ſine læſione ipſius corporis, & omnium nocumento, vt ſuperiùs ei injunxi: quæ pœna non auferatur, niſi priùs exeat, & vadat in profundum abyſſi, & inde non habeat poteſtatem exeundi, vſque in diem Iudicij, & non ſit, qui hæc, quæ dixi, dicam, & faciam: ſoluere valeat, per virtutem ejus, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Pſ. 103.

Matth. 25.

BENEDICTIO. IGNIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

BEnedic † Domine Deus omnipotens, hanc creaturam ignis, tua benedictione † cœleſti ad fugandum,

gandum ; & ad fumigandum hunc ſpiritum habitantem circa hanc imaginem tuam, vel in hac imagine tua & omnes ei fauentes : & ad effugandum, & repellendum prædictum ſpiritum ab hac creatura tua N. & ad illum mittendum in locum vbi ignis non morietur, cum omnibus fauentibus ſibi, ſine læſione huius creaturæ, & omniũ aliarum creaturarum quam creaturam ignis, tu Domine, qui omnia potes, ſanctificando ſanctiſices benedicendo benedicas : fiátque pœna de hora in horam ſpiritui prædicto horribilis, & magna, atque potentiſſima ad effugandum, & ad ſubjugandum, ſiue velit, ſiue nolit, prædictum ſpiritum nequiſſimum de hac imagine tua N. vbicunque latet, in profundum abyſſi cum omnibus fauentibus ei, & ſine læſione alicujus creaturæ, & ab ea exeat, non rediturus nec ipſe, nec alter ad eam : quæ pœna in ſua ſubſtantia, & in ſe totum crudeliter incipiat tunc fieri, & eam potenter ſentire cùm hanc imaginem pictam in hanc creaturam ignis ponam, & mittam ad comburendum, & creſcat, & augmentetur ſemper atrociſſima de hora in horam in millecuplo, poſtquam prædictam imaginem ponam ad comburendum, & combuſta fuerit : cui pœnæ prædictus ſpiritus non poſſit reſiſtere, quin recedat, non rediturus, vt prædixi : quæ non auferatur, niſi priùs recedat cum omnibus prædictis in nomine tuo, Ieſu Chriſte Nazarene, crucifixe, qui venturus es judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem, & eum ſpiritum damnatum. Amen. Sicut cera deficit à facie ignis, & puluis ante faciem venti : ſic omnis ſua potentia, & virtus deficiat ad vlteriùs morandum, & permanendum in iſta imagine tua, in laudem, & gloriam tuam, Domine Ieſu Chriſte. Qui venturus es judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

O Glorioſe, & ſanctiſſime Adonay, per quem omnia creata reguntur, & conſiſtunt : adeſto propitius inuocationibus meis, & clementer præſta, & concede, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ, præſens ignis ſit creatura benedicta nunc, & ſemper, & omnem virtutem, & efficaciam prædictam in ſe potenter obtineat ſuper ſpiritum prædictum diſſipantem, & vilipendentem verba ſancta tanto tempore, & ad omne id, quod valere opto, valeat efficaciter, per te piiſſime Adonay. Amen.

Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, accipiatur Sulphur, Galbanus, Aſſa fœtida, Ariſtolochia, Ypericon, & Ruta, omnia ſimul benedicta propria benedictione, & proiiciantur in ignem : deinde Exorciſta tenens imaginem pictam damonis cum ſuo nomine ſuper ignem legat ſequentem adjurationem.

Cauſam hujus rei quare ſupra, c. 3. & cap. 12.

OPPROBRIA IN MALIGNOS Spiritus.

AVdi, audi, audi N. ſpiritus à Deo maledicte, & præcipitate perpetualiter in pœna æternali, nefandiſſime, nequiſſime, Dei rebellis, mẽdacij pater, omniũ proditor, radix omnium malorum, origo diſcordiæ, vitiorum fomes, inſipiens, inſenſate, ſuffurator, hæretice, apoſtata, ſpurciſſime, ſceleratiſſime, fœtidiſſime, omni bono vacue, & omni malo plene, homicida, reprobe, fili perditionis, & maledictionis æternæ, hoſtis humani generis, vitæ raptor, juſtitiæ declinator, origo auaritiæ, ſerpens viliſſime, lupe rapaciſſime, derifio totius Angelicæ

Digitized by Google

naturæ, ignoraſti, vt inſipiens, & dixiſti in corde tuo, vt ſtolidus, non eſt Deus: recognoſce igitur ſententiam tuam horribilem, & pœnam terribilem, amaram, fortem, & multis flagellis, & anguſtiis plenam: quoniam nominibus, & verbis diuinis rebellis fuiſti, & tantorum nominum honore, reuerentia, timoréque, & obedientia dignorum, quam ſtatim volo dare, & dabo tibi, ſpiritus nequiſſime, potenter, & horribiliter auctoritate, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creauit cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, & permanent. Qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos: & te, & omnes alios dæmones iterum, & ſæculum per ignem. Amen.

Gen. 12.

O Spiritus N. nequiſſime, & nefandiſſime, auctoritate, virtute, & potentia magni Dei, & totius Curiæ cœleſtis, maledictus, & blaſphematus ſis perpetualiter in pœna æternali, & nulla requies in te ſit, ſi ſtatim, audito verbo, non recedas feſtinanter confuſus, & victus ab hac creatura Dei N. & de ſua perſona, vbicunque latitas, eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs tibi ſæpiùs injunxi, & dixi: & per omnia nomina, & in virtute omnium nominum, & verborum, quibus omnes creaturæ obediunt, & timore, ac pauore eorum omnis creatura contremiſcit, & timet: & Deum, per quem tonitrua, & fulgura fiunt, quæ te ſpiritum nequiſſimum, & ſubditos tuos horribiliter deſtruent, potenter expellent, & cum impetu magno crudeliter fulminabunt: per illum te potenter maledico, ſpiritus nequiſſime; te anathematizo, te priuo omni tua virtute, & potentia, te præcipito, & proiicio in maiorem cruciatum, qui ſit in inferno, & per virtutem ejus in ſtagnum ignis, & ſulphuris indiſſolubiliter te relego, & æternaliter condemno vſque in diem ludicij concremandum horribiliter, & deinceps omnis ſitus, & locus ſit tibi interdictus, præter centrum mundi infimum, vbi ſit deinceps locus, & habitatio tua vſque in diem ludicij: vbi ſis ſubditus omnibus, & ſingulis pœnis infernalibus acriùs, & duriùs Lucifero: & nullus ſit, qui tibi obediat, per hæc Dei nomina, & in virtute, & potentia ipſorum Adonay, Agla, Ieſus, Tetragrammaton, Sabaoth, Meſſias, Sother, Emmanuel, Agios, Otheos, Iſchyros, Athanatos, & per omnia alia nomina Dei terribilia, & ineffabilia: quoniam tu fuiſti rebellis tantis, & tàm ſacratiſſimis nominibus & myſteriis Dei: & maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ira, & indignatio beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum Angelorum, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, & totius Curiæ cœleſtis & omnium creaturarum Dei, ſigno ſanctæ Crucis conſignatarum veniat, & deſcendat feſtinanter ſuper te, & ſuper Luciferum, Belzebub, Satan, Aſtaroth, Behemoth, Beherit, & omnes principes dæmoniorum, & dæmones cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, ſi tibi, nequiſſime ſpiritus, aliquod ſubſidium dederint, & non ſit qui tibi, nec eis obediat, per omnia, quæ dixi, & dicturus ſum, & deinceps ſemper in virtute, & potentia omnium, quæ ſuperiùs nominaui, & in nomine, & virtute, atque potentia magni Domini noſtri omnipotentis, fortis, & terribilis Ieſu Chriſti Nazareni pro nobis miſeris peccatoribus crucifixi, ſit confracta, & ligata indiſſolubiliter omnis

Philip. 2.

Vide cap. 8. hujus operis.

De his nominibus vide cap. 2. Fuſtis.

Digitized by Google

omnis tua potẽtia, & cuiuſlibet alterius tibi fauentis, & verbis diuinis reſiſtentis, & mãdatis meis, immò Ieſu Chriſti Filij Dei omnipotentis, cuius auctoritate, & officio nunc fungor, licèt immeritus, & miſer peccator ſim, & inſufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis. Et ſicut Chriſtus ad columnam ligatus fuit, & acriter à Iudæis flagellatus, & Cruci clauis affixus, & coronatus ab ipſis abſque vlla miſericordia, & terra mota eſt, velum Templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, ſurrexerunt, ſic omnia, quæ dixi, & dicam, & facturus ſum, veniant ſuper te cum effectu. Amen.

Ioann. 8.18.

Matt. 8.27.

Oratio.

DOmine Deus meus, qui es Rex regum, & dominus dominantium, te ſuppliciter exoramus, vt feſtinanter ſine mora aliqua hæc adimpleas in furore, & ira tua in grata miſericordia, virtute, & potentia tua, & ſicut dixiſti, fiat lux, & facta eſt: ſic omnis maledictio, & pœna dicta & dicenda, & facienda fiat, & facta ſit: & non ſit illi adiutor: Domine nomen eius deleatur, quoniam dilexit maledictionem, & noluit benedictionem: da nobis auxilium, & fortitudinem contra hunc nequiſſimum ſpiritum ſtare. Adiuua me Domine Deus meus. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: omnémque maledictionem, & pœnam quam ei auctoritate tua in virtute & potentia tua porenter, & viriliter tribui, & impendam, tu Domine Deus meus potenter confirma, tua benigna miſericordia: extende manum tuam, & fulmina eum, & deuorabit eum terra, reuertatúrque in terram ſuam. Amen.

Apoc. 15.

Gen. 1.

Pſ. 113.

Hic Exorciſta projiciat imaginem pictam in ignem, & conuerſus ad dæmonem obſidentem, dicat.

PEreant ergo omnes cogitationes tuæ in tuum detrimentum, & confuſionem, ô ſpiritus maledicte, ad laudem Dei, & pœnam tuam terribilem, & maledictionem æternalem, & expulſionem tuam ſubitaneam ab hac creatura Dei N. vbicunque latitas, nomen tuum, & imaginem tuam diabolicam, ô ſpiritus nequam, nomini tuo fabricatam viriliter, & potenter in ignem poſui hucuſque ſuffumigatam odore horribiliſſimo, vt nomen, & imago tua Diabolica, quæ pro nunc tibi appropriatur, feſtinanter, & horribiliter comburatur, ita vt ſicut ſucceſſiuè comburitur nomen tuum, & imago ſic ſtatim ſine mora vlla in tua ſubſtantia, & in temetipſo, ſpiritus maledicte, æternaliter ſentias, & horribiliter comburaris acrius, & duriùs plus in millecuplo, quàm ignis iſte hanc ſchedulam, & imaginem comburit: quæ pœna ſemper augmentetur vſque ad diem Iudicij, ſic & taliter, quòd feſtinanter victus potenter exire coarcteris de hac, & ab hac creatura Dei N. vbicunque latitas, eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs tibi iniunxi, cui pœnæ non poſſis reſiſtere aliquo modo, quin recedas victus, & confuſus: quam pœnam non ſit aliquis ſpiritus magnus, vel paruus, cuiuſcunque conditionis, virtutis, & potentiæ exiſtat, ita auſus, nec ita præſumptuoſus, qui eam tibi auferre, nec reſiſtere ei poſſit, nec aliquod ſubſidium tibi dare, nec obedire, per potentiam, & virtutem Domini mei fortis & terribilis, fiat ſtatim indiſſolubiliter quidquid dixi.

naturæ, ignoraſti, vt inſipiens, & dixiſti in corde tuo, vt ſtolidus, non eſt Deus: recognoſce igitur ſententiam tuam horribilem, & pœnam terribilem, amaram, fortem, & multis flagellis, & anguſtiis plenam: quoniam nominibus, & verbis diuinis rebellis fuiſti, & tantorum nominum honore, reuerentia, timoréque, & obedientia dignorum, quam ſtatim volo dare, & dabo tibi, ſpiritus nequiſſime, potenter, & horribiliter auctoritate, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creauit cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, & permanent. *Gen. 12.* Qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos: & te, & omnes alios dæmones iterum, & ſæculum per ignem. Amen.

O Spiritus N. nequiſſime, & nefandiſſime, auctoritate, virtute, & potentia magni Dei, & totius Curiæ cœleſtis, maledictus, & blaſphematus ſis perpetualiter in pœna æternali, & nulla requies in te ſit, ſi ſtatim, audito verbo, non recedas feſtinanter confuſus, & victus ab hac creatura Dei N. & de ſua perſona, vbicunque latitas, eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs tibi ſæpiùs injunxi, & dixi: & per omnia nomina, & in virtute omnium nominum, & verborum, quibus omnes creaturæ obediunt, & timore, ac pauore eorum omnis creatura contremiſcit, & timet: & Deum, per quem tonitrua, & fulgura fiunt, quæ te ſpiritum nequiſſimum, & ſubditos tuos horribiliter deſtruent, potenter expellent, & cum impetu magno crudeliter fulminabunt: per illum te potenter maledico, ſpiritus nequiſſime; te anathematizo, te priuo omni tua virtute, & potentia, te præcipito, & proiicio in ma- *Philip. 2.*

iorem cruciatum, qui ſit in inferno, & per virtutem ejus in ſtagnum ignis, & ſulphuris indiſſolubiliter te relego, & æternaliter condemno vſque in diem ludicij concremandum horribiliter, & deinceps omnis ſitus, & locus ſit tibi interdictus, præter centrum mundi infimum, vbi ſit deinceps locus, & habitatio tua vſque in diem ludicij: vbi ſis ſubditus omnibus, & ſingulis pœnis infernalibus acriùs, & duriùs Lucifero: & nullus ſit, qui tibi obediat, per hæc Dei nomina, & in virtute, & potentia ipſorum Adonay, Agla, Ieſus, Tetragrammaton, Sabaoth, Meſſias, Sother, Emmanuel, Agios, Otheos, Iſchyros, Athanatos, & per omnia alia nomina Dei terribilia, & ineffabilia: quoniam tu fuiſti rebellis tantis, & tàm ſacratiſſimis nominibus & myſteriis Dei: & maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ira, & indignatio beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum Angelorum, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, & totius Curiæ cœleſtis & omnium creaturarum Dei, ſigno ſanctæ Crucis conſignatarum veniat, & deſcendat feſtinanter ſuper te, & ſuper Luciferum, Belzebub, Satan, Aſtaroth, Behemoth, Beherit, & omnes principes dæmoniorum, & dæmones cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, ſi tibi, nequiſſime ſpiritus, aliquod ſubſidium dederint, & non ſit qui tibi, nec eis obediat, per omnia, quæ dixi, & dicturus ſum, & deinceps ſemper in virtute, & potentia omnium, quæ ſuperiùs nominaui, & in nomine, & virtute, atque potentia magni Domini noſtri omnipotentis, fortis, & terribilis Ieſu Chriſti Nazareni pro nobis miſeris peccatoribus crucifixi, ſit confracta, & ligata indiſſolubiliter

Vide cap. 8. hujus operis.

De his nominibus vide cap. 2. Fuſtis.

Digitized by Google

omnis tua potẽtia, & cuiuſlibet alterius tibi fauentis, & verbis diuinis reIoann. ſiſtentis, & mãdatis meis, immò Ieſu
c.18. Chriſti Filij Dei omnipotentis, cuius auctoritate, & officio nunc fungor, licèt immeritus, & miſer peccator ſim, & inſufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis. Et ſicut Chriſtus ad columnam ligatus fuit, & acriter à Iudæis flagellatus, & Cruci clauis affixus, & coronatus ab ipſis abſque vlla miſericordia, & terra mota eſt,
Marc. velum Templi ſciſſum eſt in duas
c.27. partes à ſummo vſque deorſum, & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, ſurrexerunt, ſic omnia, quæ dixi, & dicam, & facturus ſum, veniant ſuper te cum effectu. Amen.

Oratio.

Apoc.15. DOmine Deus meus, qui es Rex regum, & dominus dominantium, te ſuppliciter exoramus, vt feſtinanter ſine mora aliqua hæc adimpleas in furore, & ira tua in grata miſericordia, virtute, & potentia
Gen.1. tua, & ſicut dixiſti, fiat lux, & facta eſt: ſic omnis maledictio, & pœna dicta & dicenda, & facienda fiat, & facta ſit: & non ſit illi adiutor: Domine nomen eius deleatur, quoniam dilexit maledictionem, & noluit benedictionem: da nobis auxilium, & fortitudinem contra hunc
Pſ.113. nequiſſimum ſpiritum ſtare. Adiuua me Domine Deus meus. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: omnémque maledictionem, & pœnam quam ei auctoritate tua in virtute & potentia tua potenter, & virtiliter tribui, & impendam, tu Domine Deus meus potenter confirma, tua benigna miſericordia: extende manum tuam, & fulmina eum, & deuorabit eum terra, reuertatúrque in terram ſuam. Amen.

Hic Exorciſta projiciat imaginem pictam in ignem, & conuerſus ad dæmonem obſidentem, dicat.

PEreant ergo omnes cogitationes tuæ in tuum detrimentum, & confuſionem, ô ſpiritus maledicte, ad laudem Dei, & pœnam tuam terribilem, & maledictionem æternalem, & expulſionem tuam ſubitaneam ab hac creatura Dei N. vbicunque latitas, nomen tuum, & imaginem tuam diabolicam, ô ſpiritus nequam, nomini tuo fabricatam viriliter, & potenter in ignem poſui hucuſque ſuffumigatam odore horribiliſſimo, vt nomen, & imago tua Diabolica, quæ pro nunc tibi appropriatur, feſtinanter, & horribiliter comburatur, ita vt ſicut ſucceſſiuè comburitur nomen tuum, & imago ſic ſtatim ſine mora vlla in tua ſubſtantia, & in temetipſo, ſpiritus maledicte, æternaliter ſentias, & horribiliter comburaris acrius, & duriùs plus in millecuplo, quàm ignis iſte hanc ſchedulam, & imaginem comburit: quæ pœna ſemper augmentetur vſque ad diem Iudicij, ſic & taliter, quòd feſtinanter victus potenter exire coarcteris de hac, & ab hac creatura Dei N. vbicunque latitas, eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs tibi iniunxi, cui pœnæ non poſſis reſiſtere aliquo modo, quin recedas victus, & confuſus: quam pœnam non ſit aliquis ſpiritus magnus, vel paruus, cuiuſcunque conditionis, virtutis, & potentiæ exiſtat, ita auſus, nec ita præſumptuoſus, qui eam tibi auferre, nec reſiſtere ei poſſit, nec aliquod ſubſidium tibi dare, nec obedire, per potentiam, & virtutem Domini mei fortis & terribilis, fiat ſtatim indiſſolubiliter quidquid dixi.

Et tu Domine Deus meus, confirma hæc tua virtute, & potentia nunc, & vsque in æternum, sicut confirmasti omnes Angelos in gratia, qui tecum remanserunt, & steterunt, sic nunc confirma omnia, quæ dixi cum effectu in nomine tuo. Amen. Exurge, Domine, in ira tua: & mitte iram tuam, quæ deuoret eum. Egrediatur diabolus iste ante pedes nostros, & corruat in terram: in furore tuo, Domine, exeat spiritus iste. Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos: Dominus erigit elisos: Dominus dirigit
*Ps.*137. justos: Dominus custodiat aduenam, pupillum, & viduam suscipiet, & viam peccatorum disperdet. Non nobis, Domine, non nobis: sed
*Ps.*117. nomini tuo da gloriam. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. In te, Domine, confido: non confundar in æternum. Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur: da mihi
*Ps.*129. auxilium, & adjuua me, Domine Deus meus. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Esto, Domine, turris fortitudinis à facie omnium malignorum spiritum. Pone eum Domine, vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti. Amen.

Conivratio.

*Ps.*90. ITerum, atque iterum notissimè conjuro te dæmon, † adjuro † & contestor † in nomine, & virtute, atque potentia Agni Diuini immaculati, qui potenter ambulat super aspidem & basiliscum: qui conculcauit æternaliter leonem, & draconem: & potenter, atque strictissimè exorcizo te † vilissimum, & perpetualiter damnatum diabolum nequissimum antiquum, per virtutem illius, qui cunctos spiritus creauit ex nihilo, & per virtutem Iesu Christi Nazareni crucifixi Iudæorum regis. Et per virtutem omnium Sanctorum ineffabilium potentissimorum nominum, scilicet Hel † Heloym † Adonay † Saday † Sother † Emmanuel † Sabaoth † Tetragammaton † Alpha, & Omega † Principium, & Finis † Agios † Ischyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Homousion † Ya † Iesus † Christus † Messias † Eloa † Eheye, † & per potentiam omnium istorum nominum simul ineffabilium, & per virtutem omnipotentis, summi, & excelsi Dei cœli, & terræ, & vniuersi conditoris orbis, per quem cuncta creantur, & reguntur: & per ineffabilem, & mirabilem ejus potentiam, & per virtutem illius, qui potenter penetrat, & super omnem ignem dominatur: & per virtutem, & in virtute illius, cujus sedes est ignis, & ignis ante eum exiet, & percutiet, & comburet quemcunque, qui contra eum dixerit, & verbis suis non obedierit, ac protinus sua præcepta non adimpleuerit, per virtutem beatæ, & gloriosæ Virginis Mariæ: & per summam potentiam Dei, & per virtutem omnium operationum, quæ ab ipso factæ fuerunt, & in virtute omnium verborum, quæ superiùs nominaui, cujuscunque conditionis, & virtutis existant, & quibus, tu, nefandissime spiritus, aliquo modo possis in virtute Dei conjurari, & constringi obedire, & facere quod ego volo: & quibus posses ligari, vel fugari, vel cruciari, vel ad pœnas aliquas damnari, tu nequissime serpens, festinanter conjuratus, & confusus discedas, & victus sine terrore omnium hic existentium sine

D. Hier. vbi supra.

Ioan. 1.

mora

mora recedas ab hac creatura Dei N. vbicumque latitas, de omnibus capillis ejus, & de omnibus partibus hujus corporis, & de toto corpore, & perſona, vbicunque latitas tu, ſpiritus maledicte, lupe rapaciſſime, & de omnibus pannis lineis, & laneis ejus, nullúmque locum habeas in ea, nec poſſe aliquod ſuper eam deinceps, non obſtantibus quibuſcunque incantationibus, cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant: aut in verbis, aut in imagine, aut in herbis, aut in pluribus imaginibus, aut in ſchedula aliqua, aut in quibuſcunque aliis ligaminibus cujuſcunque virtutis, & conditionis exiſtant, quibus huc veniſti, & miſſus fuiſti, & teneris, maledicte diabole, & quibus poſſes habitare, & ſtare circa iſtud vas, & plaſma Dei, quocunque modo, & quacunque alia cauſa factum ſit, & quotidie fieret in fauorem tui, & ſubſidium, diabole, vt tenearis hîc: non rediturus deinceps, nec tu, nec alter ſpiritus diabolicus, cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtat, ad eam creaturam Dei N. & in profundum abyſſi vadas ſtatim audito verbo, ibi perpetuò cruciandus, & acriùs ſolito, ſine læſione hujus corporis, & omnium aſtantium, & eum ſanum dimittas, vt quando ad eum veniſti: & exinde nunquam exiturus vſque in diem Iudicij, cum omnibus tibi fauentibus, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per omnia, quæ dixi, dicturus, & facturus ſum in tuum detrimentum, & expulſionem tuam, ad laudem omnipotentis Dei. Et ego auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per totam Curiam cœleſtem, eiúſque potentiam, & per omnia, quæ ſuperiùs nominaui, abſoluo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis facturarum, & ab omnibus incantationibus, quæ factæ ſunt, & quæ quotidie fient, cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, aduerſus eum à diabolo: & ab omnibus aliis ſpiritibus malignis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per virtutem omnium verborum, quæ nominaui, ſit amodò confracta, & lacerata omnis tua potentia, ſicut Chriſtus per mortem ſuam fregit portas inferni: & amodò ſit ligata per omnia, quæ dixi, omnis tua potentia, & virtus, ô nequiſſime ſpiritus, qui indebitè habitas in iſto corpore, ſicut Satanas ab Angelo fuit ligatus: & ſicut per orationes beati Petri Apoſtoli defecerunt, & ad nihilum redactæ fuerunt incantationes Simonis in conſpectu populi Romani, ſic per potentiam, quæ te de cœlo præcipitauit, omnia vincula, ligamina, & incantationes, cujuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant: ſubitò, & ſtatim deficiant, & ad nihilum deueniant. Et ſicut ſancta Maria Virgo beatiſſima, & omnes virgines Dei gaudent cum Chriſto gloria æterna: ita tu immediatè per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, & in virtute ſuæ paſſionis recedas ſubitò ab hac creatura Dei N. & vadas in profundum abyſſi cum ſigno euidenti, abſque læſione ipſius, & omnium aſtantium, eo modo, & ea conditione, vt ſuperiùs tibi injunxi, fractis omnibus tuis vinculis, ligaminibus, & incantationibus, non obſtantibus illis tuo receſſui: & audi, ſpiritus nequiſſime, nunc, & deinceps non audeas ſtare, nec permanere in iſto vaſe, & plaſmate Dei, vbicunque latitas, ſiue intus, ſiue extra, per virtutem omnium, quæ nominaui, tibi

Luc. 9.

Pſal. 23.

Apoc. 20.

Ex itinerario Clementis.

poten-

potenter præcipio, & ſtrictiſſimè mando, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fuge, fuge, fuge, viliſſime, & rebellis Dei, & ſuorum nominum, & omnium verborum ſanctorum. Da locum, diriſſime: da locum, impiiſſime: da locum Ieſu Chriſto: recede ſubitò, viliſſime ſpiritus, & non ſit, qui tibi obediat, nec faueat: alioquin omnia hucuſque nominata repetam, ad laudem Dei, & ad confuſionem tuam, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris te præcipitabo æternaliter concremandum, & condemnabo te ſtrictiſſimè vſque in diem Iudicij, & te maledicam potenter, & terribiliter, & anathematizabo, & te ſtrictiſſimè ligabo in infernum inferiorem, vbi nulla erit tibi requies in æternum: ô ſerpens crudeliſſime, & deuorator nequiſſime, venit de ſancta ſede ſua verbum Dei Patris, cujus nomen eſt Adonay, & deſcendit de cœlo, vt genus humanum ſaluaret: & te, diabole ſpiritus viliſſime, & nequiſſime, à Deo maledicte, & à tota cœleſti Curia: & vt etiam per nos miniſtros ſuos (licet indignos) excruciet, & horribiliter in profundum abyſſi fulminet: quoniam omnia verba ſua à me prolata, ſunt ignes feruentiſſimi, qui te, & omnes fauentes tibi comburent potenter & horribiliter, & ſunt verba, per quæ totus mundus contremit, & omne genus creaturarum, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum timet, obedit, adorat, & contremiſcit: & tu ſpiritus maledicte credis, & vis eſſe rebellis ſemper tuo Creatori? Væ tibi maledicte, & viliſſime ſpiritus: recede, nequiſſime, adjuratus per tot, & tam ſacratiſſima verba: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, & Chriſto velle reſiſtere: quia quantò tardiùs exis, tantò majus tibi ſupplicium creſcit: quoniam non hominem contemnis, ſed eum, qui eſt Rex regum, & dominus dominantium, qui venturus eſt judicare viuos & mortuos, & te, proditor gentium: Sancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, vera majeſtas te diabolum ſtatim fulminet vſque in inferiorem locum inferni, nunquàm ad hunc famulum ſuum rediturus. Exurge Domine Deus meus, exurge, Domine, in ira tua, exurge, & intende judicio meo, Deus meus excita potentiam tuam, & ſupplanta eum, diſſipa, & potenter ſine mora horribiliter fulmina illum. Adjuua me Deus meus, da mihi auxilium tuum. Exurge Domine, exurge gloria mea. Inclina cœlos tuos, & deſcende, tange eum, & diſſipabis. Emitte ſagittas tuas, & illum acriter fulminabis, fulmina eum ſtatim horribiliter, Deus meus, qui ſedes ſuper Cherubin, & Seraphin: peccaui Domine Deus meus, miſerere mei. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te; Domine Deus ſalutis meæ, ſpes mea, & refugium meum es tu. Amen.

Phil. 2. *Apoc. 9.* *Pſ. 142.*

Hîc Exorciſta ſignando membra vexati, dicat ſequentem orationem.

Oratio.

EXpelle ergo, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, diabolum iſtum ab hac creatura tua N. à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à ſublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, à ſuperciliis, à pilis, à pedibus,

Digitized by Google

bus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, à fœmore, à ventre, à ſtomacho, à corde, à ſpatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis, à manibus, ab vnguibus, ab oſſibus, à neruis, à venis, à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum ſuorum, ab omnibus iuncturis, à toto corpore ſuo intus & foris, de quinque ſenſibus corporis & animæ: nullúmque locum habeat in ipſa intus, & extra ampliùs, vt ſana, & ſalua fiat per inuocationem ſanctiſſimi nominis Filij tui vnigeniti, & per inuocationem Spiritus ſancti coæterni. Tu igitur Deus omnipotens, qui corpus, & animam huius creaturæ tuæ N. dignatus es creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipſius à ſpiritibus immundis liberare, & ſaluam facere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Explicit Exorciſmus Sextus.

EXORCISMVS VII.

Terribilis aduerſus dæmones opprimentes corpora humana.

Exorciſta accedens ad conjurandum, præmiſſo ordine poſito ſuprà in primo Exorciſmo, ſignet ſeipſum, & dicat:

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Deinde vadat ad obſeſſum, & aſpergat eum aqua benedicta, dicẽdo:

Per aſperſionem huius aquæ cum Dei adiutorio, exeat de te N. ſpiritus malignus, & ingrediatur in te virtus Spiritus ſancti, & maneat ſemper tecum: quia nunc eſt iudicium mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus † ſancti. Amen. *Ioan. 12*

Deinde oſtendendo digito corpus Chriſti in calice, vel tabernaculo, dicat hæc verba:

ADeſt, ô nequiſſime ſpiritus, ſumma pietas: adeſt ille, qui pro noſtra ſalute paſſus eſt. Nunc (inquit) princeps mundi huius eiicietur foras. Hoc eſt illud corpus, quod de corpore Virginis ſumptum eſt, quod in ſtipite Crucis extenſum eſt, quod in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod videntibus Diſcipulis in cœlum aſcendit. In huius ergo majeſtatis terribili poteſtate, tibi ſpiritus maligne, præcipio, vt ab hac forma Dei N. egrediaris, & confugias iſtam, nec eam deinceps præſumas moleſtare. Amen. *Ibidem.* *Marc. 16*

Hîc Exorciſta genuflexus dicat:

ADiutorium noſtrum in nomine Domini ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣ Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo tuo.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, creaſti, & qui hominem de limo terræ formaſti ſalua, & libera famulum tuum N. ab iſtis ſpiritibus malignis, & ab omni poteſtate diabolica: ita vt omnes homines cognoſcant, quanta eſt miſericordia tua, & potentia infinita. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. *Geneſ. 1.*

Digitized by Google

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, Filij Dei viui, libera famulum tuum N. ab omnibus languoribus, & motibus vmbrarum, ac malorum ſpirituum per tuam ſanctam clementiam, & miſericordiam tuam ſanctiſſimam, Deus Sabaoth, Deus Emmanuel, Deus Heloym, & Deus Agla, libera eum precibus, meritis, & interceſſione beatæ Mariæ Virginis matris tuæ, & omnium Sanctorum: & interceſſione beati Michaëlis Archangeli, & omnium Angelorum: ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Philippi, Bartholomæi, & Matthiæ, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum: Per virtutem cœlorum Cherubin, & Seraphin, qui quotidie laudant tuam clementiam, dicentes: *Iſaiæ 6.* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Domine Deus Pater omnipotens, qui omnes homines vis ſaluos fieri; & ad cognitionem veritatis venire, propitius eſto mihi peccatori, & ſuſcipe orationem meam, quam fundo ante conſpectum clementiæ tuæ pro famulo tuo N. qui à dæmonio vexatur, & ad miſericordiam tuam confugit. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c.

Oratio.

DOmine Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, (licèt indignus) & iuxta præceptum tuum feci omnia hæc: exaudi me, Domine, exaudi me, vt diſcat populus iſte, quia tu es Deus omnipotens, qui conuertiſti corda eorum. Exaudi me, quæſo, per tuam miſericordiam, conditor dulciſſime, & altiſſime. Amen.

Hîc Exorciſta ſurgat ab oratione, & ponens manum ſuper caput vexati, dicat.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum: quinimò per inuocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, & Confeſſorum, atque Virginum, & omnium ſimul Sanctorum. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen. *Eccleſiæ in extremæ vnctione.*

Sequentia S. Euang. ſecundum Matthæum. In illo tempore. Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, &c. *Quære ſuprà fol. 35.*

Deinde. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

VIſita quæſumus, Domine, habitationem, & creaturam iſtam: & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle: & Angeli tui ſancti, Michaël, Gabriel, & Raphael habitent in ea, qui illam in pace, & à ſpiritibus immundis cuſtodiant: & bene † dictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c. *Eccleſiæ Romanæ.*

Hîc Exorciſta incipiat adjurare dæmones exiſtentes in corpore, vt exeant. Sed cauere debet, ne ſine neceſſitate verbis eorum reſpondeat: quia cùm illi ſint ſpiritus aſtuti, & deceptores, verbis ſuis quærunt

Digitized by Google

quærunt decipere, ac impedire hujus artis conjuratores: & ſæpè turpiter miniſtris minantur, & imperant, vt dimittant eos: ſed potenter, & audaſter dicat.

CONIVRATIO.

CONjuro vos † dæmones maledictos exiſtentes in hoc corpore, de quacunque parte mundi ſitis, quibus data eſt poteſtas à Deo, & Angelis ſuis ſanctis ſuper hanc creaturam Dei N. & vos aëreas poteſtates, & principes infernales, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, ac generales dæmoniorum, de quocunque genere ſitis, miſſos ab Oriente, & ab omnibus plagis terræ, per potentiam Dei Pa † tris, & ſapientiam Fi † lij ejus, & per virtutem Spiritus † ſancti, authoritate, qua fungor, Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, Filij Dei, potentiſſimi Creatoris, qui vos, & me, & omnes creaturas, ex nihilo creauit, & fecit: quod non habeatis poteſtatem tacendi, ſtandi, nec morandi in hac creatura Dei N. ſed conſtringo vos, & vobis præcipio, vt, velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, fraudéque remota, manifeſtetis mihi nomina veſtra: & per eandem auctoritatem, & per merita beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, diſſoluo vos omnes prædictos ſpiritus ab iſta creatura Dei N. & mitto vos ad profundum inferni, & abyſſi. Ideò ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt vobis, & omnibus ſociis veſtris: & ſi fueritis rebelles, contumaces, & mihi inobedientes, eadem auctoritate conjuro, voco, conſtringo, ac potenter impero, & mando omnibus dæmonibus inimicis veſtris, omnibus principibus inferni, & furiis infernalibus, in nomine Ieſu, vt venientes affligant, & excrucient vos: ac denique ducant ad pœnam ſupradictam abyſſi, & ibi ligent vos per hæc ſanctiſſima nomina Dei Hel * Heloyon † Heloa † Sabaoth † Heloym † Eſereheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Ieſus, qui eſt Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † mittat vos in profundum abyſſi in ignem infernalem: vt deinceps nullam habeatis poteſtatem ſtandi, morandi, nec habitandi in hac creatura Dei, & imagine Chriſti N. nec locum iſtum, neque alium locum habeatis per virtutem & in virtute ſupradictorum nominum. Et Angelus Michael liget vos in profundo abyſſi. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Marc. 16.

Matth. 25.

D. Hier. vbi ſupra.

Apoc. 1.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam. In illo tempore. Erat Ieſus eiiciens dæmonium, &c. *Quare ſuprà, fol. 34.*

Oratio.

DOmine Deus pater omnipotens, qui verbo tuo cuncta creaſti: qui priùs, quàm fierent imagines, & preces, & ante ſæcula juſtus fuiſti, es & eris, nec deſines poſt ſæcula eſſe vnus Deus ſummus: ſub cujus voluntate cœlum, & terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, ſubiiciuntur: cuſtodi nos, & confirma hoc, quod operatus es in nobis: porrige dexteram, & nos famulos tuos indignos ab omni aduerſitate cuſtodi, & emitte ſanctos Angelos tuos de cœlis, qui nos, & creaturam iſtam cuſtodiant, confirment,

Geneſ. 1.

Digitized by Google

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, Filij Dei viui, libera famulum tuum N. ab omnibus languoribus, & motibus vmbrarum, ac malorum ſpiritum per tuam ſanctam clementiam, & miſericordiam tuam ſanctiſſimam, Deus Sabaoth, Deus Emmanuel, Deus Heloym, & Deus Agla, libera eum precibus, meritis, & interceſſione beatæ Mariæ Virginis matris tuæ, & omnium Sanctorum: & interceſſione beati Michaëlis Archangeli, & omnium Angelorum: ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Philippi, Bartholomæi, & Matthiæ, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum: Per virtutem cœlorum Cherubin, & Seraphin, qui quotidie laudant tuam clementiam, dicentes: *Iſaiæ 6.* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Domine Deus Pater omnipotens, qui omnes homines vis ſaluos fieri; & ad cognitionem veritatis venire, propitius eſto mihi peccatori, & ſuſcipe orationem meam, quam fundo ante conſpectum clementiæ tuæ pro famulo tuo N. qui à dæmonio vexatur, & ad miſericordiam tuam confugit. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c.

Oratio.

DOmine Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, (licèt indignus) & iuxta præceptum tuum feci omnia hæc: exaudi me, Domine, exaudi me, vt diſcat populus iſte, quia tu es Deus omnipotens, qui conuertiſti corda eorum. Exaudi me, quæſo, per tuam miſericordiam, conditor dulciſſime, & altiſſime. Amen.

Hîc Exorciſta ſurgat ab oratione, & ponens manum ſuper caput vexati, dicat.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum: quinimò per inuocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, & Confeſſorum, atque Virginum, & omnium ſimul Sanctorum. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen. *Eccleſiæ in extremis vexationibus.*

Sequentia S. Euang. ſecundum Matthæum. In illo tempore. Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, &c. *Quære ſuprà fol. 35.*

Deinde. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

VIſita quæſumus, Domine, habitationem, & creaturam iſtam: & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle: & Angeli tui ſancti, Michaël, Gabriel, & Raphael habitent in ea, qui illam in pace, & à ſpiritibus immundis cuſtodiant: & bene † dictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c. *Eccleſiæ Romanæ.*

Hîc Exorciſta incipiat adjurare dæmones exiſtentes in corpore, vt exeant. Sed cauere debet, ne ſine neceſſitate verbis eorum reſpondeat: quia cùm illi ſint ſpiritus aſtuti, & deceptores, verbis ſuis quærunt

Digitized by Google

querunt decipere, ac impedire hujus artis conjuratores: & ſæpè turpiter miniſtris minantur, & imperant, vt dimittant eos: ſed potenter, & audaciter dicat.

CONIVRATIO.

CONjuro vos † dæmones maledictos exiſtentes in hoc corpore, de quacunque parte mundi ſitis, quibus data eſt poteſtas à Deo, & Angelis ſuis ſanctis ſuper hanc creaturam Dei N. & vos aëreas poteſtates, & principes infernales, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, ac generales dæmoniorum, de quocunque genere ſitis, miſſos ab Oriente, & ab omnibus plagis terræ, per potentiam Dei Pa † tris, & ſapientiam Fi†lij ejus, & per virtutem Spiritus † ſancti, authoritate, qua fungor, Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, Filij Dei, potentiſſimi Creatoris, qui vos, & me, & omnes creaturas, ex nihilo creauit, & fecit: quod non habeatis poteſtatem tacendi, ſtandi, nec morandi in hac creatura Dei N. ſed conſtringo vos, & vobis præcipio, vt, velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, fraudéque remota, manifeſtetis mihi nomina veſtra: & per eandem auctoritatem, & per merita beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, diſſoluo vos omnes prædictos ſpiritus ab iſta creatura Dei N. & mitto vos ad profundum inferni, & abyſſi. Ideò ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt vobis, & omnibus ſociis veſtris: & ſi fueritis rebelles, contumaces, & mihi inobedientes, eadem auctoritate conjuro, voco, conſtringo, ac potenter impero, & mando omnibus dæmonibus inimicis veſtris, omnibus principibus inferni, & furiis infernalibus, in nomine Ieſu, vt venientes affligant, & excrucient vos: ac denique ducant ad pœnam ſupradictam abyſſi, & ibi ligent vos per hæc ſanctiſſima nomina Dei Hel ✠ Heloyon † Heloa † Sabaoth † Heloym † Eſereheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Ieſus, qui eſt Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † mittat vos in profundum abyſſi in ignem infernalem: vt deinceps nullam habeatis poteſtatem ſtandi, morandi, nec habitandi in hac creatura Dei, & imagine Chriſti N. nec locum iſtum, neque alium locum habeatis per virtutem & in virtute ſupradictorum nominum. Et Angelus Michael liget vos in profundo abyſſi. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Marc. 16.

Matth. 25.

D. Hier. vbi ſupra.

Apoc. 1.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam. In illo tempore. Erat Ieſus eiiciens dæmonium, &c. *Quare ſuprà, fol. 34.*

Oratio.

DOmine Deus pater omnipotens, qui verbo tuo cuncta creaſti: qui priùs, quàm fierent imagines, & preces, & ante ſæcula juſtus fuiſti, es & eris, nec deſines poſt ſæcula eſſe vnus Deus ſummus: ſub cujus voluntate cœlum, & terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, ſubiiciuntur: cuſtodi nos, & confirma hoc, quod operatus es in nobis: porrige dexteram, & nos famulos tuos indignos ab omni aduerſitate cuſtodi, & emitte ſanctos Angelos tuos de cœlis, qui nos, & creaturam iſtam cuſtodiant, confirment,

Geneſ. 1.

Digitized by Google

& adiuuent, corroborent, & audaces nos efficiant, & denique reddant, per virtutem tuorum nominum, Iehoua, Agla, Adonay, Saday, Tetragrammaton, Heloym. Adsis nobis piissime, ac misericors Deus protector & verè auxiliator, & clypeus salutis quia, tu es Deus solus in Deitate, & nullus alius præter te. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Conivratio.

COniuro vos † dæmones, & spiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus speciales, & generales dæmoniorum, de quocunque genere sitis à meridie missos à quocunque dæmone, & ab omnibus partibus totius terræ, & mundi, per Pa†trem, per Fi†lium, & per Spiritum † sanctum, auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi *Luc. 9.* Filij Dei viui, potentissimi Creatoris, qui me, & vos ex nihilo creauit, & fecit omnes creaturas, vt non habeatis potestatem nec facultatem standi, morandi, nec quiescendi in hac creatura Dei N. ampliùs: sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & constringo vos, ac vobis præcipio, vt velitis nolitis, omni dolo, fallacia, & fraude *Matth. 25.* postpositâ, dicatis mihi nomina vestra, ita, vt amoto omni impedimento sine dubio, atque deceptione aliqua interueniente: gratia, & potentia altissimi Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, inuenire, & scire nomina vestra possimus. Et per eandem auctoritatem, & sententiam dissoluo vos de isto corpore, & mitto vos omnes supradictos spiritus ad profundũ abyssi in ignem æternalem. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, & seruis vestris: & per hæc sanctissima nomina Dei magna, & in virtute istorum nominum relego vos ad profundum abyssi: Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Eserehcie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrãmaton † Saday † Messias † Agios † Ischyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Iesus, qui est Alpha, & Omega † Principium & Finis, † mittat vos ad profundum abyssi in ignem æternum, & deinceps nullam habeatis potestatem standi, nec morandi, nec ampliùs habitandi in hac creatura Dei, & imagine Christi, nec in loco isto, neque in aliquo alio neque in alia creatura, per virtutem, & in virtute supradictorũ nominum. Et Angelus Gabriel religet vos in profũdo abyssi in igne æternali, per sanctam fidem Adonay, † per Alpha, & Omega, † vsque ad diem Iudicij, & virtus altissimi triumphatoris Domini nostri Iesu Christi vos affligat. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. *D. Hier. vbi supra.*

Initium S. Euangelij secundùm Ioannem. In principio erat verbum, &c. *Quære suprà, fol. 23.*

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, Deus meus miserere mei, & ne perdas cum impiis animam meam, Heloym fortis, Heloym clemens, dominus timoris, dominus exercituum, dominus misericordiæ, dominus æternæ vitæ: Adonay, dominus mirabilis, dominus ineffabilis. Amor omnipotens, Saday, virtus indeficiens, cuncta perficiens benignitas Saluatoris, seu Creatoris, *Apoc. 1.* Alpha, & Omega fortissime, Deus altissi *Psal. 25.*

Digitized by Google

altiſſime, Dominus, qui à peccatoribus exorari voluiſti, hoſtia laudis, & precibus, ſuppliciter exoramus, exaudi nos, miſerere noſtri, libera nos, ſalua nos indignos, Creator, & Redẽptor noſter per gloriam, magnificentiam, & pietatem tuam, propter nomen ſanctum tuum glorioſum, quod eſt ſuper omne nomen. Redemptor, qui in hunc mundum veniſti, naſcens ex Maria Virgine ſine
Luc. 1. peccato, iniquitatem ſi aſpexeris, non audies: te ergo quæſumus, tuo famulo ſubueni: quem pretioſo ſanguine redemiſti, ſalua nos clementiſſime pater. In manus tuas commendo ſpiritum meum, & corpus meum hodie, nunc, & ſemper, omnibus horis, ac momentis, & conſerua me famulum tuum inanem, & peccatorem, & iſtam creaturam tuam N. vt in tua Eccleſia tibi gratiarum actiones referamus. Qui viuis, & regnas, &c.

Coniuratio.

Coniuro vos † omnes ſpiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data eſt poteſtas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas poteſtates, & infernales principes, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, & generales dæmonum, de quocunque genere ſitis, miſſos à patre Occidentis, & ab omnibus plagis totius mundi. Iterum coniuro † & exorcizo vos omnes dæmones ſpiritus ſupra nominatos, & quoſcunque alios exiſtentes in quacunque parte mundi, & conſtringo vos de terra, ligo vos de aëre, conſtringo vos de vento, ligo vos de igne & coarcto vos de aqua, & de cauernis petrarum. Ego vobis præcipio de cauernis montium, vobis de ſummis,
Luc. 9. vobis de abyſſis, de inferno, vobis de omnibus locis ſub cœlo, per Pa-

trem, & Filium, & Spiritum † ſanctum, auctoritate, qua fungor Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, Filij Dei viui, & veri, ac potentiſſimi Creatoris, qui me & vos creauit, & fecit omnes creaturas, quod non habeatis poteſtatem iacendi, tacendi, nocendi, morandi, ac ſtandi in hac creatura Dei N. ſed ſententio vos per ſentẽtiam latam per altiſſimum Creatorem, & conſtringo vos, & præcipio vobis, vt velitis, nolitis, omni dolo, fraude, fallaciaque remota, manifeſtetis, ac nobis aperiatis nomina veſtra: ac per eamdem ſententiam relego vos in profundum abyſſi in igne æternali: dic nobis, ô inique diabole, quod, eſt nomen tuum, & magiſtri tui?

Hîc Exorciſta poterit interrogare dæmonem de nomine, ſocijs, & de omnibus concernentibus ad liberationem obſeſſi. Poſteà ſequatur incœptam conjurationem. Matth. 25.

IDeò ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt vobis, ac ſeruis veſtris: & per hæc ſanctiſſima nomina magna Dei diſſoluo vos de iſto corpore, & in virtute iſtorum verborum, & ſanctiſſimorum D. Hier. nominum relego vos ad profundum vbi ſupra. abyſſi in ignem æternalem, Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Eſereheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanathos † Sother † Emmanuel † Agla † & Finis † Radix Ieſſe † Leo de tribu Iuda † mittat vos in profundum abyſſi: vt deinceps nullam habeatis poteſtatem jacendi, morandi, nec ſtandi aut habitandi in hac creatura Dei N. & imagine Chriſti nec in loco iſto, nec in aliquo alio per virtutem, & in

Digitized by Google

& adiuuent, corroborent, & audaces nos efficiant, & denique reddant, per virtutem tuorum nominum, Iehoua, Agla, Adonay, Saday, Tetragrammaton, Heloym. Adsis nobis piissime, ac misericors Deus protector & verè auxiliator, & clypeus salutis quia, tu es Deus solus in Deitate, & nullus alius præter te. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Conivratio.

COniuro vos † dæmones, & spiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus speciales, & generales dæmoniorum, de quocunque genere sitis à meridie missos à quocunque dæmone, & ab omnibus partibus totius terræ, & mundi, per Pa†trem, per Fi†lium, & per Spiritum † sanctum, auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi *Luc. 9.* Filij Dei viui, potentissimi Creatoris, qui me, & vos ex nihilo creauit, & fecit omnes creaturas, vt non habeatis potestatem nec facultatem standi, morandi, nec quiescendi in hac creatura Dei N. ampliùs: sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & constringo vos, ac vobis præcipio, vt velitis nolitis, omni dolo, fallacia, & fraude *Matth. 25.* postposita, dicatis mihi nomina vestra, ita, vt amoto omni impedimento sine dubio, atque deceptione aliqua intercurrente: gratia, & potentia altissimi Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, inuenire, & scire nomina vestra possimus. Et per eandem auctoritatem, & sententiam dissoluo vos de isto corpore, & mitto vos omnes supradictos spiritus ad profundũ abyssi in ignem æternalem. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, & seruis vestris: & per hæc sanctissima nomina Dei magna, & in virtute istorum nominum relego vos ad profundum abyssi: Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Esereheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrãmaton † Saday † Messias † Agios † Ischyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Iesus, qui est Alpha, & Omega † Principium & Finis, † mittat vos ad profundum abyssi in ignem æternum, & deinceps nullam habeatis potestatem standi, nec morandi, nec ampliùs habitandi in hac creatura Dei, & imagine Christi, nec in loco isto, neque in aliquo alio neque in alia creatura, per virtutem, & in virtute supradictorũ nominum. Et Angelus Gabriel religet vos in profũdo abyssi in igne æternali, per sanctam fidem Adonay, † per Alpha, & Omega, † vsque ad diem Iudicij, & virtus altissimi triumphatoris Domini nostri Iesu Christi vos affligat. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. *D. Hier. vbi sup. prà.*

Initium S. Euangelij secundùm Ioannem. In principio erat verbum, &c. *Quære suprà, fol. 23.*

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, Deus meus miserere mei, & ne perdas cum impiis animam meam, Heloym fortis, Heloym clemens, dominus timoris, dominus exercituum, dominus misericordiæ, dominus æternæ vitæ: Adonay, dominus mirabilis, dominus ineffabilis. Amor omnipotens, Saday, virtus indeficiens, cuncta perficiens benignitas Saluatoris, seu Creatoris, *Apoc. 1.* Alpha, & Omega fortissime, Deus altissi *Psal. 25.*

altiſſime, Dominus, qui à peccatoribus exorari voluiſti, hoſtia laudis, & precibus, ſuppliciter exoramus, exaudi nos, miſerere noſtri, libera nos, ſalua nos indignos, Creator, & Redẽptor noſter per gloriam, magnificentiam, & pietatem tuam, propter nomen ſanctum tuum glorioſum, quod eſt ſuper omne nomen. Redemptor, qui in hunc mundum veniſti, naſcens ex Maria Virgine ſine
Luc. 1. peccato, iniquitatem ſi aſpexeris, non audies: te ergo quæſumus, tuo famulo ſubueni: quem pretioſo ſanguine redemiſti, ſalua nos clementiſſime pater. In manus tuas commendo ſpiritum meum, & corpus meum hodie, nunc, & ſemper, omnibus horis, ac momentis, & conſerua me famulum tuum inanem, & peccatorem, & iſtam creaturam tuam N. vt in tua Eccleſia tibi gratiarum actiones referamus. Qui viuis, & regnas, &c.

Coniuratio.

Coniuro vos † omnes ſpiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data eſt poteſtas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas poteſtates, & infernales principes, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, & generales dæmonum, de quocunque genere ſitis, miſſos à patre Occidentis, & ab omnibus plagis totius mundi. Iterum coniuro † & exorcizo vos omnes dæmones ſpiritus ſupra nominatos, & quoſcunque alios exiſtentes in quacunque parte mundi, & conſtringo vos de terra, ligo vos de aëre, conſtringo vos de vento, ligo vos de igne & coarcto vos de aqua, & de cauernis petrarum. Ego vobis præcipio de cauernis montium, vobis de ſummis,
Luc. 9. vobis de abyſſis, de inferno, vobis de omnibus locis ſub cœlo, per Patrem, & Filium, & Spiritum † ſanctum, auctoritate, qua fungor Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, Filij Dei viui, & veri, ac potentiſſimi Creatoris, qui me & vos creauit, & fecit omnes creaturas, quod non habeatis poteſtatem iacendi, tacendi, nocendi, morandi, ac ſtandi in hac creatura Dei N. ſed ſententio vos per ſentẽtiam latam per altiſſimum Creatorem, & conſtringo vos, & præcipio vobis, vt velitis, nolitis, omni dolo, fraude, fallaciaque remota, manifeſtetis, ac nobis aperiatis nomina veſtra: ac per eamdem ſententiam relego vos in profundum abyſſi in igne æternali: dic nobis, ô inique diabole, quod, eſt nomen tuum, & magiſtri tui?

Hîc Exorciſta poterit interrogare damonem de nomine, ſocijs, & de omnibus concernentibus ad liberationem obſeſſi. Poſteà ſequatur incœptam conjurationem.

Matth. 25. IDeò ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt vobis, ac ſeruis veſtris: & per hæc ſanctiſſima nomina magna Dei diſſoluo vos de iſto corpore, & in virtute iſtorum verborum, & ſanctiſſimorum D. Hier. vbi ſupra. nominum relego vos ad profundum abyſſi in ignem æternalem, Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Eſereheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanathos † Sother † Emmanuel † Agla † & Finis † Radix Ieſſe † Leo de tribu Iuda † mittat vos in profundum abyſſi: vt deinceps nullam habeatis poteſtatem jacendi, morandi, nec ſtandi aut habitandi in hac creatura Dei N. & imagine Chriſti nec in loco iſto, nec in aliquo alio per virtutem, & in

virtute dictorum nominum : & Angelus Raphael liget vos in profundo abyſſi, & ibi ſitis ligati, & afflicti vſque ad diem Iudicij. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Sequentia S. Euangelij ſecundùm Marcum. In illo tempore. Recumbentibus vndecim Diſcipulis, &c. *Quære ſup. fol. 34.*

Oratio.

Philip. c. 2. OMnipotens ſempiterne Deus, qui in principio cuncta creaſti ex nihilo : & cui omnes creaturæ, quas creaſti, obediunt : & omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, Angeli, Archangeli, Throni, Principatus, Poteſtates, & Dominationes, & qui in manu tua omnia claudis, & Adam, & Euam ad tuam ſimilitudinem feciſti, & Angelos Satanæ per ſuam ſuperbiam in profundum Tartari dejeciſti. Te ergo omnipotens clementiſſime Deus Pater, quæſo, & obſecro per Ieſum Chriſtum Filium tuum, in cujus poteſtate ſunt omnia, qui ſedet ad dexteram tuam, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem : & qui *Apoc. 1.* eſt Alpha, & Omega, Primus, & Nouiſſimus, Rex regum, & Dominus dominantium, Hel, Iſchyros, Meſſias, & per hæc nomina ſanctiſſima, & per hæc omnia alia inuoco, & obſecro te per Natiuitatem Ieſu Chriſti Filij tui, & per ipſum Crucem bajulantem : per baptiſmum, & paſſionem : per reſurrectionem : per aſcenſionem ſuam, & per vulnera in corpore ſuo, per mortem, & ſepulturam ſuam : per omnipotentem, ac ineffabilem virtutem ſuam, per ſanctum Sacramentum, quod dedit *Matth. 26.* Apoſtolis ſuis pridie, quàm paſſus fuit : & per ſanctam, & indiuiduam Trinitatem, & per beatam, & glorioſam virginem Mariam : per Angelos, & Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, ac Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin : per Patriarchas, & Prophetas, & per omnes Sanctos, ac Sanctas tuas : per omnia myſteria, & ſacrificia, quæ fiunt in honore tuo : & per ſanctiſſima tua nomina te inuoco, & adoro, te obſecro, te benedico, & rogo, vt acceptas habeas has orationes, conjurationes, & omnia verba oris mei, quibus vti potero : & vt mihi des virtutem ſuper Satanæ Angelos, qui de cœlo de- *Apoc. 11* jecti ſunt, & decipiunt humanum genus, ad eorum loquelam attrahendam, & ad conſtringendum, ligandum, & expellendum eos : vt incontinenti juſſa mea humiliter coram me expleant, & quotieſcunque, & vbicunque voluero : & verba, & vocem meam nullo modo contemnant, ſed dictis meis, & mihi hodie, nunc, & ſemper, & vbicunque voluero, obediant, & me timeant per pietatem, & miſericordiam tuam, per quam te deprecor, & peto Emmanuel, per omnia nomina tua, & per omnes Sanctos, & Sanctas, & per omnes Angelos, & Archangelos, Poteſtates, & Thronos, & per Adonay, Hel, Iehoua, Agla, Saday, Tetragrammaton, & omnia ſacra nomina, quæ ſcripta ſunt in libro hoc : quatenus des mihi poteſtatem conſtringendi omnes ſpiritus malignos, qui ſunt ſuper iſtam creaturam tuam N. ad reſpondendum quæ quæram : permittáſque conſtringere benignè, ac humiliter ſine læſione, timore, grauamine corporis & animæ meæ. Pater de cœlis, vnus in ſubſtantia, *Ioan. 3.* trinus in perſona, qui Adam, & Euã, & multos alios peccare permiſiſti, &

etiam

Digitized by Google

etiam pro eorum peccatis Filium tuum crucifigi, & mori voluiſti. Clementiſſime, te rogo, peto, & obſecro, ac ſupplico modis omnibus, quibus poſſum, per Alpha, & Omega, qui eſt Chriſtus Filius tuus, vt me adiuues conſtringere, & expellere ſpiritus, & omnes Angelos Satanæ, *Apoc. 12* qui de cœlo deiecti ſunt, ex hac creatura tua. Et vt hanc poteſtatem mihi præbeas, ecce Domine, laudo te magnifico, & adoro: quod inimici tui iſti ſceleratiſſimi facere recuſant tibi me ſponte lætanterque ſubiicio, quicquid meum, imò tuum, in me eſt, tibi Deo omnipotenti humiliter offerens, cui iſti ſuperbiſſimi ſpiritus ſunt rebelles, benedicóque tibi in ſæcula ſæculorum. Amen.

Coniuratio.

COniuro vos † dæmones, & ſpiritus immundos ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data eſt poteſtas à Deo nocendi huic creaturæ ſuæ N. & vos aëreas poteſtates, & infernales principes, & vos de quocunque genere ſitis miſſos à parte Auſtrali, & ab omnibus plagis totius mundi, & quoſcunque alios exiſtentes in hac creatura Dei, conſtrigo vos de terra, ligo vos de igne, de ventis, de aqua, vos de cauernis petrarum, impero vobis de montibus, vobis de abyſſis, de inferno, & de omnibus locis ſub cœlo, per Pa†trem, per Fi†lium, & per Spiritum † ſanctum, auctoritate, qua fungor, Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, Filij *Geneſ. 1.* Dei potentiſſimi Creatoris, qui me, vos, & omnes creaturas ex nihilo creauit, vt non habeatis poteſtatem iacendi, ſtandi, morãdi, vel habitandi in hac creatura Dei N. ſed ſententio vos per ſententiam latam per altiſſimum Creatorem, & præcipio vobis, vt omni dolo, fraude, & fallacia remota, debeatis manifeſtare nomina veſtra nobis: ac per eandem ſententiam diſſoluo vos de iſto corpore, mitto vos ad ignem infernalem. Ideò ite maledicti in ignem æ- *Matth. 25.* ternum, qui præparatus eſt vobis ac ſociis veſtris: & per hæc ſanctiſſima nomina Dei, & in virtute iſtorum ſanctiſſimorum nominum relego vos in profundum abyſſi: Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † He- *D. Hier. vbi ſupra.* lyon † Eſercheie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Ieſus † Chriſtus † Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † & mitto vos ad profundum abyſſi: & vos conſtringo, vt deinceps nullam habeatis poteſtatem ſtandi, vel occupandi hanc creaturam Dei N. & nec locum iſtum, neque aliquem alium habeatis, in virtute ſupradictorum nominum, & per illum, qui ſedet in throno, & cui licet judicare vi- *Iſai. 6.* uos, & mortuos, & ſæculum per ignem: & in virtute illius condemno vos ad æternam combuſtionem ad ignem æternum: & ibi ligo vos vſque ad diem Iudicij. In nomine Pa†tris, Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Miſſus eſt Ange- *Cap. 1.* lus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet,

Digitized by Google

audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideóque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Ecce Eliſabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. ℟. Laus tibi Chriſte.

Oratio.

Eccleſia Romana.

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui inimicos non ſolùm gloriæ tuæ, ſed & bonorum omnium aduerſarios potenter expugnas, quique ad reparationem lapſi hominis, quem diabolus (inuidia ſtimulante) deiece-

Ioan. c. 1. rat, verbum tuum de intemerata Virgine Maria carnem ſuſcipere voluiſti, obſecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, vt famulum tuum N. qui te timet, te colit, téque veneratur, à diabolica tyrannide, & vexatione hac peſſima liberare digneris. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, &c.

Conivratio.

COnjuro te, † & exorcizo vos ſpiritus Angelos percuſſores Chriſtianorum, per Patrem, & Filium, & Spiritum † ſanctum: & per indiuiduam Trinitatem, & per beatiſſimæ Virginis Mariæ Virginitatem, Adjuro vos, † & conjuro per Angelum Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & per eorum virtutes, & per Thronum diuinæ majeſtatis, & per agnum immaculatum de altiſſimis progenitum, & ex Maria Virgine natum, quam Angelus annuntiauit, & per ſanctiſſima nomina omnipotentis Dei Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Eſereheie † Adonay † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Ieſus † Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † & per hæc, & alia nomina virtuoſiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei omnipotentis viui, & veri, vobis contradico, qui veſtra culpa de cœlo eiecti fuiſtis, & de excelſo Throno expulſi. Vos iterum exorcizo, † ac vobis impero per ineffabilem Creatoris potentiam, & per quatuor animalia ſummi Creatoris: & ſanctam ſedem diuinæ Majeſtatis, & per Angelicas poteſtates cœlorum, & per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui quotidie non ceſſant clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, vt ſine mora aliqua recedatis de hac creatura Dei, & imagine Chriſti: nec poſſitis nocere alicui creaturæ Dei, & imagini Chriſti, vt præceptum eſt vobis. In nomine Patris, Filij, & Spiritus † ſancti. Amen.

D. Hie. vbi ſupra.

Apoc. 11.

Eſaiæ 6.

Expro

EXPROBRATIO IN Satan, magna, & terribilis, excerpta ex Prierio.

O Miserrime, & iniquissime spiritus, ecce contra te tuum factorem, ac punitorem inuocaui, cujus longanimitatem temerè contemnere non consueuisti impunè. Remiiisci debuisses, quemadmodum in te quàm justè, statim ab initio tuæ conditionis, animaduertit. Audi, miserrime, opprobrium tuum. Deus omnipotens Adonay, magnus, & mirabilis, immò incomprehensibilis, cùm esset bonitas, & charitas infinita nulli indigens, sed in se ipso fœliciſſimus: ex sua tamen infinita bonitate producere voluit vniuersum ad suam quidem gloriam, sed ad vtilitatem aliorum, immò ipsam suæ gloriæ manifestationem in bonum suæ creaturæ ordinauit: quippe qui est bonitas infinita, atque puriſſima: in quo quidem vniuerso voluit esse creaturas rationales, cum quibus haberet sanctę charitatis amicitiam, & quibus tandem suæ fœlicitatis communionem largiretur. Inter has autem tuus Dominus Acherontinus Lucifer supremus creditur extitisse. Vos autem spiritus nunc quidem brutales, olim glorioſi, omnes à Deo omnipotente producti fuistis donis naturalibus sublimes, sed gratuitis sublimiores. Qui in ipso mox vestræ conditionis exordio, conditori vestro non solùm ingrati, verùm etiam & rebelles extitistis, in superbiam, in liuorem, & odium maximum prorumpentes! O ingratitudinem maximam! O audaciam temeritatẽ! O flammis æternis exurendũ scelus! Audiatis, quid de vestro principe, & singulis vestrũ suo modo sub figura Nabuchodonosor superbissimi: immò quid de Nabuchodonosor ad instar Satanæ, dicat per Isaiam magnus, & admirabilis conditor vester. Quomodò (inquit) cecidisti de cœlo, Lucifer? id est quomodò in te potuit esse tanta ingratitudo, tanta superbia, tanta iniquitas, vt subitò de cœlo caderes, omnipotenti virtute præcipitatus? Qui manè oriebaris, id est, qui in tuæ conditionis exordio instar syderis matutini, atque pulcherrimi cœperas in mundo rutilare. Corruisti in terram: scilicet infernalem, atque sulphuream, qui vulnerabas gentes, id est qui tyrannorum instar gentes vulnerantium ambiebas principatum, & in reliquos spiritus superbam tyrannidem exercebas. Corruisti, inquam, tu, qui tua pulchritudine, delectatus, dicebas in corde tuo, tuum scilicet blasphemando conditorem, vnde laudare debuisses. In cœlum conscendam, id est, supernaturalem fœlicitatem mea virtute nanciscar: super astra cœli, id est super omnes cœlestes spiritus exaltabo solium meum: volens scilicet reliquis spiritibus Angelicis inesse gratuito, atque fœlici principatu. Sedebo in monte testamenti, id est in cœlesti Hierusalem: in lateribus Aquilonis, id est in medio Templi, siue Ecclesiæ cœlestis: propterea quòd in materiali Hierusalem Templum esset in lateribus Aquilonis montis Sion. Ascendam super altitudinem nubium, id est omnes creatos spiritus dignitate, & potestate transcendam. Similis ero altissimo Deo, scilicet omnipotenti, qui propria, non aliena virtute, beatus est, omnes beatos spiritus beatificans. O verbum totius temeritatis: & cui meritò per magnum, & admirabilem Adonay justissimè respondeatur. Verumtamen, ô spiritus

Ezech. 31.

Esa. 11.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Idcóque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Ecce Eliſabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. ℣. Laus tibi Chriſte.

Oratio.

Eccleſia Romana.

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui inimicos non ſolùm gloriæ tuæ, ſed & bonorum omnium aduerſarios potenter expugnas, quique ad reparationem lapſi hominis, quem diabolus (inuidia ſtimulante) deiecerat, verbum tuum de intemerata Virgine Maria carnem ſuſcipere voluiſti, obſecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, vt famulum tuum N. qui te timet, te colit, téque veneratur, à diabolica tyrannide, & vexatione hac peſſima liberare digneris. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, &c.

Ioan. c. 1.

Coniuratio.

COnjuro te, † & exorcizo vos ſpiritus Angelos percuſſores Chriſtianorum, per Pa†trem, & Fi†lium, & Spiritum † ſanctum: & per indiuiduam Trinitatem, & per beatiſſimæ Virginis Mariæ Virginitatem, Adjuro vos, † & conjuro per Angelum Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & per eorum virtutes, & per Thronum diuinæ majeſtatis, & per agnum immaculatum de altiſſimis progenitum, & ex Maria Virgine natum, quam Angelus annuntiauit, & per ſanctiſſima nomina omnipotentis Dei Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Eſereheie † Adonay † Ya † Tetragrammaton † Saday † Meſſias † Agios † Iſchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Ieſus † Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † & per hæc, & alia nomina virtuoſiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei omnipotentis viui, & veri, vobis contradico, qui veſtra culpa de cœlo eiecti fuiſtis, & de excelſo Throno expulſi. Vos iterum exorcizo, † ac vobis impero per ineffabilem Creatoris potentiam, & per quatuor animalia ſummi Creatoris: & ſanctam ſedem diuinæ Majeſtatis, & per Angelicas poteſtates cœlorum, & per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui quotidie non ceſſant clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, vt ſine mora aliqua recedatis de hac creatura Dei, & imagine Chriſti: nec poſſitis nocere alicui creaturæ Dei, & imagini Chriſti, vt præceptum eſt vobis. In nomine Pa†tris, Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

D. Hier. vbi ſupra.

Apoc. 11.

Eſaiæ 6.

EXPRO

EXPROBRATIO IN Satan, magna, & terribilis, excerpta ex Priorio.

O Miserrime, & iniquissime spiritus, ecce contra te tuum factorem, ac punitorem inuocaui, cujus longanimitatem temerè contemnere non consueuisti impunè. Remisisci debuisses, quemadmodum in te quàm justè, statim ab initio tuæ conditionis, animaduertit. Audi, miserrime, opprobrium tuum. Deus omnipotens Adonay, magnus, & mirabilis, immò incomprehensibilis, cùm esset bonitas, & charitas infinita nulli indigens, sed in se ipso fœliciſſimus: ex sua tamen infinita bonitate producere voluit vniuersum ad suam quidem gloriam, sed ad vtilitatem aliorum, immò ipsam suæ gloriæ manifestationem in bonum suæ creaturæ ordinauit: quippe qui est bonitas infinita, atque puriſſima: in quo quidem vniuerso voluit esse creaturas rationales, cum quibus haberet sanctę charitatis amicitiam, & quibus tandem suæ fœlicitatis communionem largiretur. Inter has autem tuus Dominus Acherontinus Lucifer supremus creditur extitisse. Vos autem spiritus nunc quidem brutales, olim glorioſi, omnes à Deo omnipotente producti fuistis donis naturalibus sublimes, sed gratuitis sublimiores. Qui in ipso mox vestræ conditionis exordio, conditori vestro non solùm ingrati, verùm etiam & rebelles extitistis, in superbiam, in liuorem, & odium maximum prorumpentes! O ingratitudinem maximam! O audiciam temeritatẽ! O flammis æternis exurendũ scelus! Audiatis, quid de vestro principe, & singulis vestrũ suo modo sub figura Nabuchodonosor superbissimi: immò quid de Nabuchodonosor ad instar Satanæ, dicat per Isaiam magnus, & admirabilis conditor vester. Quomodò (inquit) cecidisti de cœlo, Lucifer? id est quomodò in te potuit esse tanta ingratitudo, tanta superbia, tanta iniquitas, vt subitò de cœlo caderes, omnipotenti virtute præcipitatus? Qui manè oriebaris, id est, qui in tuæ conditionis exordio instar syderis matutini, atque pulcherrimi cœperas in mundo rutilare. Corruisti in terram: scilicet infernalem, atque sulphuream, qui vulnerabas gentes, id est qui tyrannorum instar gentes vulnerantium ambiebas principatum, & in reliquos spiritus superbam tyrannidem exercebas. Corruisti, inquam, tu, qui tua pulchritudine, delectatus, dicebas in corde tuo, tuum scilicet blasphemando conditorem, vnde laudare debuisses. In cœlum conscendam, id est, supernaturalem fœlicitatem mea virtute nanciscar: super astra cœli, id est super omnes cœlestes spiritus exaltabo solium meum: volens scilicet reliquis spiritibus Angelicis inesse gratuito, atque fœlici principatui. Sedebo in monte testamenti, id est in cœlesti Hierusalem: in lateribus Aquilonis, id est in medio Templi, siue Ecclesiæ cœlestis: propterea quòd in materiali Hierusalem Templum esset in lateribus Aquilonis montis Sion. Ascendam super altitudinem nubium, id est omnes creatos spiritus dignitate, & potestate transcendam. Similis ero altissimo Deo, scilicet omnipotenti, qui propria, non aliena virtute, beatus est, omnes beatos spiritus beatificans. O verbum totius temeritatis: & cui meritò per magnum, & admirabilem Adonay justissimè respondeatur. Veruntamen, ô spiritus

Ezech. 31.

Esa. 11.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

ingrate, atque ſuperbiſſime, ad infernum detraheris, in profundum
Ibidem. laci: quia nihil æquius, quàm humiliare ſuperbum. Qui te viderint poſt tantam dignitatem obſidentem corpora humana, & infra inteſtina ſtercorea latitantem, beſtiales geſtus, rugitúſque porcinos cum fœmineis ejulatibus exercentem, ad te contemplandum præ admiratione inclinabuntur, vt videant ad quantam profunditatem, de tanta ſublimitate explosus, ruénſque deſcenderis, dicéntque. Nunquid iſte eſt vir, propter naturale ſcilicet ingenium: reuera autem beſtia propter perfidam voluntatem, & prædo infernalis, qui conturbauit terram: quia perdita charitate, & ſpe ſalutis, in ſuam rebellionem, atque conjurationem genus humanum attrahere ſua fallacia curauit, vndè infinita mala, & perturbationes cunctæ prouenere, adeò vt orbem vniuerſum deſertum cognitione diuina ſtatuerit, dum iſta beſtia ſcabioſa vbique adorari voluit vice ſui conditoris?

Vbi ſupra.

Illud verò, miſerrime, quomodò ſufferre jam potes, quòd omnipotens Deus de ſuperbiſſimo Tyro, ſub tua perſona, qui eum tuo facto docuiſti, per Ezechielem profite-
Cap. 28. tur, & dicit: Et tu Cherub, olim ſcilicet, nunc autem prædo, beſtia, ſerpens, & ſus macra, famelica, & immundiſſima, adeò turpis, vt ſemper vincat omnem ſermonem rei
Ibidem. magnitudo. Signaculum expreſſum, ſcilicet, atque clariſſimum, ſimilitudinis, id eſt ſimilium Deo omnipotenti, plenus ſapientia, naturali, ſcilicet, atque gratuita, nunc autem plenior ſtoliditate, & pleniſſimus iniquitate morali, perfectus decore, ſcilicet gratiæ in deliciis paradiſi Dei fuiſti: quia beatus eras in ſpe habituali, & in arrha ſanctæ charitatis. Omnis lapis pretioſus, id eſt omnis Spiritus Angelicus, operimentum tuum: quia nouem Angelorum agminibus ornabaris. Sardius, Topazius, Iaſpis: ecce vnam Hierarchiam triplicis ordinis: Chryſolitus, Onyx, & Berillus: ecce ſecundam: Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus: ecce tertiam: Aurum quoque decoris tui, id eſt natura ſplendens, atque pulcherrima: & foramina tua, id eſt vires naturales, ingenium ſcilicet, atque voluntas, in quibus, quaſi in foraminibus annuli aurei, includebantur gemmæ ſpiritualium habituum, atque donorum: in die, qua conditus es, præparata ſunt: quia nulla fuit in eis imperfectio nulla indiſpoſitio, & macula nulla. Tu Cherub, ſignifi- *Ibidem.*
catus ſcilicet per Cherub ſancti ſanctorum, extenſus ala duplici, contemplationis videlicet, & amoris, & protegens, id eſt operiens arcam, ſcilicet Domini Sabaoth, id eſt Eccleſiam cœleſtem, vel corpoream creaturam, poſui te in monte ſancto Dei, id eſt ſublimem in templo cœleſti. In medio lapidum ignitorum: *Vbi ſupra.*
id eſt ſanctorum Angelorum, ardentium amore diuino: ambulaſti vno dumtaxat paſſu primæ operationis tuæ: perfectus in viis, id eſt in operationibus tuis: quia, etſi vna fuit tua operatione menſuræ, fuit tamen multiplex ratione potentiæ, cogni- *Vbi ſupra.*
tio videlicet, atque amor: à die conditionis tuæ, id eſt à primo inſtanti tui eſſe, donec inuenta eſt iniquitas in te, in ſecundo ſcilicet tui *Ibidem.*
eſſe inſtanti. In multitudine, id eſt propter multitudinem negotiationis tuæ, id eſt donorum naturalium, & gratuitorum repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, ſcilicet irreparabiliter, propter Deiforme ingenium, quod tibi dedi, & inuiolabilem

bilem meam juſtitiam, quam inſtitui: & eieci te ſuperbum, tumidum, & beſtialem de monte ſancto Dei, id eſt de cœlo Empyreo, ad ſedes infernales: & perdidi te, ô Cherub, protegens olim de medio lapidum ignitorum, quorum conſortio te indignum effeciſti. Perdidiſti ſapientiam (Deo teſte) licèt tu apud mulierculas, & Necromanticos de ſapientia glorieris: & ex Angelo effectus es beſtia teterrima, & ſcabioſa.

Ibidem.

O miſerrime, quo nulla creatura miſerior, vel impudentior eſt, quomodo poſt tantam gloriam audes comparere, & brutales, imò porcinos moliri rugitus? Erubeſce miſelle, & fuge, Dei omnipotentis imperia veritus. Nam ego, Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi indignus Sacerdos, & famulus, auctoritate, & virtute Dei omnipotentis Patris, † & Filij †, & Spiritus † ſancti præcipio tibi, vt Dei templum deſinas occupare. Et ne dicas in die Iudicij, nemo me adjurauit, nemo mihi contradixit. Ecce infœlix, & floccipende de: ego licèt indignus Dei omnipotentis Sacerdos, & famulus Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi: ex parte Dei omnipotentis, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, tibi contradico, & impero fugam: & contra inuoco teſtes, ac punitores cœlum, & terram: contra te inuoco ſanctam Trinitatem, vltricem contumaciæ tuæ: beatam Virginem Mariam: omnes bonorum ſpirituum choros: omnes electos Dei, quos omnes humiliter precor, vt mihi aduerſum te ſint in adjutorio. Omnes autem Tartareas legiones, non quidem inuoco (abſit enim: quia ſuffragio gratiæ diuinæ, omnibus virtutibus infernalibus tàm diuiſim, quàm conjunctim ſimul me exiſtimo fortiorem) ſed conuoco, cito, conjuro, & ex parte Dei omnipotentis præcipiendo, adjuro contra te, vt ſint contumaciæ tuæ punitrices. Fuge, miſerrime, fuge latro: quia judex adeſt iratus: adeſt tortor funeſtus, atque cruentus: qui tanquam latronem, atque prædonem, in furca infernalis patibuli te ſuſpendere feſtinat: adeſt contra te judicium Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi. Qui venturus eſt judicare viuos, &c.

Matth. 26.

Hîc Sacerdos ponat librum ſuper caput obſeſſi, & oſtendendo ei Crucifixum, dicat.

PEr iſtius libri orationes, & conjurationes, & per omnes earum virtutes, & per omnia ſigna, & verba Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & per omnes orationes, quæ fiunt in cœlo, & in terra, & per omnes virtutes cœlorum in virtute, & per virtutem Sanctorum Dei nominum præcipio vobis, vt deinceps hîc manere non debeatis, nec poſſitis: ſed faciatis quæcunque vobis iuſſerimus: alioquin in ſtagnum ignis, & ſulphuris vos præcipitabimus, æternaliter concremandos. In quacunque ergo parte hujus corporis ſitis, ſiue intus, ſiue foris, venite, & videte ſignum ſanctæ crucis † à ſummo Creatore Domino noſtro Ieſu Chriſto conſecratum: quia per virtutem illius nobis obedire tenemini, Et per ipſum vos ligamus, vt coram nobis contra veſtram voluntatem venire debeatis; quoniam verba Dei, quæ de ore noſtro exeunt, ſunt ignes feruentiſſimi, qui vos comburent æternaliter: & hoc eſt ſignum, per quod totus mundus tremit, & omnis creatura contremiſcit: & vos rebelles eſtis noſtro, ac veſtro Creatori? Maledicti ergo, & excommunicati, atque blaſphemi ſitis

Digitized by Google

in pœnâ æternali : & nulla sit vobis requies in aliqua hora, si statim non eritis obedientes præceptis meis vobis factis in virtute Iesu Christi : & verbis, quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit : in cuius nomine, virtute, ac potestate vobis præcipio, vt statim recedatis. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & sæculum per ignem. Amen.

SENTENTIA FERENDA ab Exorcista contra dæmones obsidentes.

QVia verò in hoc iudicio tanquam illius summi Iudicis potestate mihi tradita ab illo, quando Discipulis suis dixit : Quodcunque *Marc.16* ligaueritis super terram, &c. nomine illius inuocato, & beatæ Virginis Mariæ eius matris, necnon beatorum Confessorum Prosperi, Geminiani, & Zenonis, ac sanctorum Cypriani, & Iustinæ martyrum, ac totius Curiæ triumphantis, ratificando, & approbando latam superiùs *Ibidem.* sententiam per summum Creatorem : Ita ego pronuntio tanquam Vicarius, vt suprà & declaro, ac impero, vobis quòd sine mora, ac omni occasione postposita, hanc creaturam Dei N. quam tantùm molestastis, amodò relinquatis suæ pristinæ sanitati, & nunquam deinceps molestare valeatis. Item impero, mando, iubeo, & præcipio auctoritate qua suprà, Lucifero Belzebub, Satanæ, & omnibus furiis infernalibus quòd statim, & sine mora vos in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum inferni præcipitent, vt suprà sententiatum est, & indispensabiliter vos ligent, & affligant omnibus pœnis vsque in diem Iudicij : & quia vestro Creatori rebelles fuistis & nobis, & præceptis suis beatæ Virginis, & dictis Apostolorum, & Euangelistarum, Martyrumque & Confessorum omnium, dicta, lectaque neglexistis, vos omnes condemno ad inferna supplicia : & ignis, qui vos vrat, ex ipsius præsentia Dei exeat, qui vos comburat, ipso iubente. Qui vna cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hîc Exorcista iterùm ostendat dæmoni Crucifixum, conjurando, quòd per illud signum, & nomina Dei debeat exire : Et si spiritus diceret, quòd non possit exire, eò quòd per incantationes, vel Exorcismos, & vincula aliqua sit ligatus super dictam creaturam, tunc conjuretur hoc modo.

SOLVTIO DÆMONVM facienda ab Exorcistis.

EGo coniuro vos, † adiuro, & contestor exorcizo, atque dissolno † omnes spiritus maledictos, qui estis ligati super istam creaturam Dei N. & per omnes supradictas virtutes, miracula, gratias, & potestates Dei, & istius sanctissimæ imaginis Crucifixi, & omnium nominum Dei : & per omnes illas coniurationes orationes, & Exorcismos, quibus in nomine Domini nostri Iesu Chri- *Matth.* sti potestis damnari, cruciari, & con- *29.* stringi : & per potestatem, & gratiam Dei, & per illud tremendum Iudicium Dei, quando omnes vos perpetualiter ligabit in stagno profundo abyssi, & in igne, & sulphure æternali, vobis præcipio, quod debeatis, rebelles Iesu Christi Nazareni, exire, & recedere ab isto corpore humano sine aliquo nocumento & læsione corporis, & animæ, per virtutem Dei viui, & veri. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Exor-

Digitized by Google

Exorciſta exigere poterit ſequens promiſſum à dæmonio vexante corpus, in quocunque loco harum conjurationum ſibi videbitur expedire, & per illud conetur habere veritatem, præceptis, & diris comminationibus.

PROMISSVM DIABOLI ab exorciſtis exigendum ad extorquendam veritatem omnium pertinentium ad liberationem obſeſſi.

EGo promitto tibi Sacerdoti, ſeu miniſtro Chriſti obſeruare omnia illa, quæ præceperis mihi ex parte Dei, & Domini Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, pertinentia ad honorem eius, ad liberationem huius creaturæ, vel ad charitatem proximi tui. Quòd ſi in ullo defecero ex his quæ tibi promitto, ex nunc inuoco ipſum Deum omnipotentem itatum contra me, qui tanquam vltor, & vindex huius meæ promiſſionis mittat ſanctos Angelos ſuos potentes in prælio, qui me eiiciant, & expellant ex hoc corpore. Voco ſimiliter Luciferum vnà cum omnibus aliis principibus, furiis, & pœnis infernalibus, qui omni ſua indignatione, & furore indignati contra me inſurgant, & ducant me in profundiſſimum, & pœnoſiſſimum locum inferni, vbi acriùs & duriùs mille millies magis ſolito omni pœna, dolore, & cruciatu infernali ſim cruciatus, à quibus non poſſim liberari in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quia ſæpè contingit Energumenos non poſſe liberari à ſpiritibus immundis ipſos vexantibus, prima, ſecunda, vel tertia vice: ideo Sacerdos volens finem imponere conjurationi præcipiat ſpiritibus egreſſis è corpore, hoc modo.

PRÆCEPTVM FACIENDVM omnibus ſpiritibus immundis egreſſis è corporibus obſeſſis.

PRæcipio vobis omnibus ſpiritibus immundis, qui egreſſi eſtis ex hoc corpore in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus † ſancti, quòd non habeatis auctoritatem, poteſtatem, ſeu virtutem oſtendendi vos huic creaturæ Dei N. nec faciendi illi aliquam illuſionem tàm phantaſticam, quàm realem, nec poſſitis illam offendere, neque lædere tàm in corpore, quàm etiam in anima, nec denuò poſſitis regredi ad illam vexandam, nec mittere alios dæmones loco veſtrum: ſed ſitis conſtricti ſupradicto præcepto ire ad ſedes infernales, vel ad loca vobis deputata à Deo, vbi nullam creaturam tàm rationalem, quàm irrationalem lædere valeatis. Ecce Crucem † Domini fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Apoc. 5.

Si Energumenus non fuerit liberatus, & tamen (vrgente neceſſitate) dimittenda ſit conjuratio, tunc præcipe omnibus ſpiritibus remanentibus in corpore, eos cogendo, vt recedant à capite, à corde, & à ſtomacho, & deſcendant ad partes inferiores corporis: puta in vngues mortuos pedum: & caue, ne vllo pacto ſinas eos remanere ſurſum: cùm autem illuc deſcenderint, tunc facias illis ſequens præceptum.

PRÆCEPTVM FACIENDVM omnibus ſpiritibus remanentibus in corpore, cùm neceſſe fuerit dimittere conjurationem.

PRæcipio vobis omnibus ſpiritibus immundis, qui eſtis in hoc

Digitized by Google

corpore, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti, & ſub pœna immerſionis in ſtagnum ignis, & ſulphuris per annos mille ſtatim ab exitu veſtro: quatenus non habeatis auctoritatem, ſeu poteſtatem aſcendendi ſuperiùs ad caput vel ad membra huius creaturæ Dei N. & ipſam lædendi: ſed cogamini manere deorſum donec vocati fueritis à me, ſeu ab aliquo alio Exorciſta: vel permiſſi à Deo aſcendere ad honorem ipſius, ad ſalutem hujus creaturæ Dei & ad confuſionem veſtram, vel augmentum pœnarum veſtrarum, & ſinatis ipſam orare, comedere, bibere, quieſcere, & omnia illa agere, quæ ſpectant ad honorem Dei, & ſalutem animæ ſuæ. Et ſicut Chriſtus mortuus eſt, & deſcendens ad inferos, dixit: Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, & ibi ligauit ſuperbiſſimum Luciferum: ita auctoritate, qua fungor, ligo vos in loco vobis aſſignato. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † Sancti. Amen.

Explicit Exorciſmus ſeptimus.

GRATIARVM ACTIONES pro energumeno liberato.

Cùm liberatus fuerit obſeſſus, dic.

Diuus Ambr. & Auguſt.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi cœli, & vniuerſæ poteſtates:
Tibi Cherubin, & Seraphin, inceſſabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli, & terra majeſtatis gloriæ tuæ.
Te glorioſus Apoſtolorum chorus:
Te Prophetarum laudabilis numerus:
Te Martyrum candidatus laudat exercitus:
Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia.
Patrem immenſæ majeſtatis,
Venerandum tuum verum, & vnicum Filium,
Sanctum quoque paraclytum Spiritum.
Tu rex gloriæ Chriſte,
Tu Patris ſempiternus es Filius:
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem: non horruiſti Virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei ſedes: in gloria Patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo, quæſumus, tuis famulis ſubueni: quos pretioſo ſanguine tuo redemiſti.
Æterna fac cum Sanctis tuis gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum.
Per ſingulos dies benedicimus te:
Et laudamus nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.
Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri Domine: miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.
In te Domine ſperaui: non confundar in æternum.

Que

Quo finito, dic ſequentia verba.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. ℟. A templo ſancto ſuo, quod eſt in Hieruſalem. ℣. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

GRatias agimus tibi, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus: gratias agimus tibi Chriſte, verbum æterni Patris, gratias agimus tibi Spiritus alme; gratias agimus Sanctis omnibus, tum Angelis, tum hominibus: quia omnipotenti virtute Dei per noſtras manus eliſus eſt draco. Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſerere famulo tuo N. quem à diabolica poteſtate liberaſti, & in ejus adjutorium ſanctum dirige Michaelem, qui eum protegat, viſitet, atque defendat ab omnibus inimicis ſuis. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus; qui liberare dignatus es hunc famulum tuum N. ab omni vexatione Satanæ, & miniſtrorum ejus: mitte in eum ſeptiformem Spiritum ſanctum tuum paraclytum de cœlis. ℟. Amen. Spiritum ſapientiæ, & intellectus. ℟. Amen. Spiritum conſilij, & fortitudinis. ℟. Amen. Spiritum ſcientiæ, & pietatis. ℟. Amen. Adimple eum Spiritu timoris tui & ſigna eum in vitam propitiatus æternam. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium vnigenitum, te Spiritum ſanctum paraclytum, ſanctam, & indiuiduam Trinitatem toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus tibi gratias agentes, quia tua virtute hodie confuſus, turbatus, verberatus, ac denique expulſus eſt diabolus cum ſociis ſuis de hac creatura tua N. quam per Filium tuum vnigenitum redimere dignatus es. Quæſo igitur te, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, Sancta Trinitas virtus vna, atque indiſcreta majeſtas, Deus noſter omnipotens, vt hanc creaturam tuam N. cuſtodire, & defendere digneris, per ſanctos Angelos tuos ab omni incurſu Satanæ, & miniſtrorum eius: & infunde ſuper eam benedictionem tuam ſanctam. Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen. *Eccleſia Romana.*

Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Ieſus Chriſtus beatiſſimæ Virginis Mariæ Filius, mundi ſalus, & Dominus, qui dixit diſcipulis ſuis: In nomine meo dæmonia eiicient: ipſe impleat verbum ſuum, & ſit tibi propitius, & clemens. Et hoc ſignum ſanctiſſimæ Crucis † *Marc. 16* ſit tibi clypeus, & munimen aduerſus omnes inſidias diaboli. Amen.

Oratio.

SAnctificet te Deus ſignaculo ſanctæ Crucis † ſuæ, vt recedant à te omnes inimici tui. Defendat te Ieſus Chriſtus Filius Dei viui per ſignum ſanctæ † Crucis. Defendat † te Deus ab omnibus malis præſentibus, & futuris, exterioribus, & interioribus. Signo † te ſignaculo ſanctæ Crucis, vt à perſecutionibus diaboli liberet te Deus. Signaculo hujus

Crucis

Crucis † prosternantur ipsi diaboli aduersarij tui, & fugiant à te. Per istius sanctæ crucis † signaculum liberet te Deus à periculis mundi: & mittat sanctos Angelos suos, qui te custodiant. Benedictio Dei Pa†tris & Fi†lij, & Spiritus † sancti sit super te. Benedictio † Iesu Christi sit super te. Virtus sanctæ Crucis † sit super te, intra te, circa te, ante te, post te, & in omnibus partibus tuis. Benedictio † beatæ Mariæ Matris Dei sit super te. Benedictio † Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei sit super te. Amen.

Oratio.

SAncte Michael, defende creaturam istam N. in prælio, vt non pereat in tremendo iudicio: per gratiam quam meruisti, te deprecor, vt eruas eam ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab vniuersis insidiis dæmonum, & custodias eam, vt omnes spiritus maligni non possint nocere ei in quocunque loco fuerit. Per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Amen.

Hîc Sacerdos, seu Exorcista signando obsessum, dicat:

SIgnaculum Domini nostri Iesu Christi † impono in frontem tuam, Signo † oculo tuos, vt viduas claritatem Dei, Signo † aures tuas, vt precipias verba Dei, ac salutis tuæ, Signo † nares tuas vt percipias odorem suauitatis. Signo † cor tuum, vt confiteatis peccata tua. Signaculum Dei Patris † omnipotentis, & Fi†lij, & Spiritus † sancti appono, quod te sanum faciat in omni tempore vitæ tuæ, vt nullam habeat diabolus potestatem in te, nec in aliqua parte tui: sed sancta Trinitas diuina regat te, & perducat in vitam æternam. Amen.

Hîc benedicat eam, dicens:

BEne † dicat tibi Dominus noster Iesus Christus, & custodiat te. ℟. Amen. Ostendat tibi faciem suam Dominus, & misereatur tui. ℟. Amen. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen. Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat tecum in æternum. Amen.

REMEDIA. EFFICACISSIMA AD MALIGNOS SPIRITVS EXPELLENDOS,

Facturáque, & maleficia effugandæ de obsessis corporibus: cum suis benedictionibus.

ORDO AD FACIENDAM AQVAM BENEDICTAM.

Sacerdos indutus Sacerdotalibus indumentis, vel saltem stola, absolutè dicat.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS SALIS.

EXorcizo te, creatura salis, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti

Ecclesia Catholica. 4 Reg. 2.

Digitized by Google

mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Ibidem. IMmensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene† dicere, & sancti†ficare tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omníque impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

EXORCISMVS AQVÆ.

Ibidem. EXorcizo, te creatura aquæ, in nomine Dei Patris † omnipotentis, & in nomine † Iesu Christi Filij ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti, vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis Apostaticis. Per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene† dictionis infunde, vt creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbósque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda respserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Hìc mittat sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel.

Commistio salis, & aquæ pariter fiat: in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te, Domine, trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices, vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrórque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericor-

Digitized by Google

Crucis † prosternantur ipsi diaboli aduersarij tui, & fugiant à te. Per istius sanctæ crucis † signaculum liberet te Deus à periculis mundi: & mittat sanctos Angelos suos, qui te custodiant. Benedictio Dei Pa†tris & Fi†lij, & Spiritus † sancti sit super te. Benedictio † Iesu Christi sit super te. Virtus sanctæ Crucis † sit super te, intra te, circa te, ante te, post te, & in omnibus partibus tuis. Benedictio † beatæ Mariæ Matris Dei sit super te. Benedictio † Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei sit super te. Amen.

Oratio.

SAncte Michael, defende creaturam istam N. in prælio, vt non pereat in tremendo iudicio: per gratiam quam meruisti, te deprecor, vt eruas eam ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab vniuersis insidiis dæmonum, & custodias eam, vt omnes spiritus maligni non possint nocere ei in quocunque loco fuerit. Per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Amen.

Hìc Sacerdos, seu Exorcista signando obsessum, dicat:

SIgnaculum Domini nostri Iesu Christi † impono in frontem tuam, Signo † oculo tuos, vt viduas claritatem Dei, Signo † aures tuas, vt precipias verba Dei, ac saluris tuæ, Signo † nares tuas vt percipias odorem suauitatis. Signo † cor tuum, vt confiteatis peccata tua. Signaculum Dei Patris † omnipotentis, & Fi†lij, & Spiritus † sancti appono, quod te sanum faciat in omni tempore vitæ tuæ, vt nullam habeat diabolus potestatem in te, nec in aliqua parte tui: sed sancta Trinitas diuina regat te, & perducat in vitam æternam. Amen.

Hìc benedicas eam, dicens:

BEne † dicat tibi Dominus noster Iesus Christus, & custodiat te. ℟. Amen. Ostendat tibi faciem suam Dominus, & misereatur tui. ℟. Amen. Conuertat Dominus vultum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen. Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat tecum in æternum. Amen.

REMEDIA. EFFICACISSIMA AD MALIGNOS SPIRITVS EXPELLENDOS,

Facturáſque, & maleficia effugandæ de obsessis corporibus: cum suis benedictionibus.

ORDO AD FACIENDAM AQVAM BENEDICTAM.

Sacerdos indutus Sacerdotalibus indumentis, vel saltem stola, absolutè dicat.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS SALIS.

EXorcizo te, creatura salis, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum, † sanctum, per Deum, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti

Ecclesia Catholica. 4 Reg. 2.

Digitized by Google

mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnísque spiritus immundus adjuratus. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Ibidem. IMmensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene† dicere, & sancti†ficare tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omníque impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

EXORCISMVS AQVÆ.

Ibidem. EXorcizo, te creatura aquæ, in nomine Dei Patris † omnipotentis, & in nomine † Iesu Christi Filij ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti, vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis Apostaticis. Per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene† dictionis infunde, vt creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbósque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda respserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Hic mittat sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel.

Commistio salis, & aquæ pariter fiat: in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te, Domine, trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices, vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrórque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericor-

Digitized by Google

diam tuam poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

BENEDICTIO OLEI

probatiſſima ad expellẽdas omnes facturas, maleficia, ligaturas, & omne opus nefarium diaboli, de humanis corporibus: quæ ab aliquibus aſcribitur ſancto Cypriano.

Modúſque ſumendi dictum oleum.

Sacerdos habeat vas preparatum cum oleo benedicendo, & indutus ſacerdotali ſtola, benedicat ipſum, dicens:

IN nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen *Verſ.* Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cœlum, & terram. *Verſ.* Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis. *Verſ.* Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui libera nos *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Verſ.* Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos. *Reſp.* Quemadmodum ſperauimus in te.

EXORCISMVS.

EXorcizo te immundiſſime ſpiritus omnis incurſio Satanæ, & phantaſma in nomine Dei Pa†tris, in nomine Dei Fi†lij, & in nomine Dei Spiritus † ſancti, vt recedas ab hoc oleo, vt poſſit effici potatio ſpiritualis ad ſanandum infirmos: vt in eis poſſit habitare Spiritus ſanctus, per nomen Dei Patris, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti dilectiſſimi Filij eius. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio

EMitte, Domine, ſeptiformem Spiritum ſanctum paraclitum de cœlis in hanc pinguedinem oliuæ, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionem mentis, & corporis, vt tua benedictione ſit ſemper tangenti tutamentum mentis & corporis ad euacuãdos omnes humores melancholicos, omnes dolores, omnes infirmitates, omnéſque ægritudines mentis, & corporis, vnde vnxiſti Reges, Prophetas, & Martyres vnctione ſãcta tua perfecta. Domine, abs te oſtende nobis, vt benedictum permaneat in viſceribus famulorum tuorum, in nomine Domini Ieſu Chriſti. Qui tecum, & cum Spiritu ſancto viuit, & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *Num. 16.*

Hic Sacerdos habeat vexatum, ſeu maleficiatum præſentem, ſi commodè fieri poteſt, & poſitis manibus ſuper caput eius, adiuret damonem, hoc modo.

ADiuro te, ô Sathanas, & omnes malignos ſpiritus, per nomen Dei viui, veri, † & ſancti, † per nomen, & merita Virginis Mariæ: per poteſtatem omnium ſpirituum cœleſtium: & per nouem ordines cœleſtes, in maledictionem, confuſionem, & augmentum pœnarum tuarum in centuplum de die in diem, vſque ad vltimum tremendum diem finalis Iudicij augmentandam, ſi nunc non recedas, maledicte Satana, ab hoc famulo Dei N. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

CONIVRATIO.

ITerùm coniuro te, ô Satan, qui òd non requieſcas, neque ceſſes à labore continuo de loco, in quo es, penitus remouere ab officio, & ſocietate damnata cuiuſcunque principatus, & tuam, & omnem malignam

Digitized by Google

fascinationem ab hac creatura Dei N. facturas, infirmitates, & dolores animæ, & corporis per verba coniurationis prædictæ: maledicte Satan sit nomen & opus tuum confusum, & maledictum in æternum, & vltra à Deo omnipotente, & à me per potestatem mihi traditam super te, solùm in Baptismate, & aliis Sacramentis, sed etiam per administrationem veri Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, mihi per auctoritatem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli concessam. Et si fueritis rebelles, & contumaces, & mihi inobedientes, coniuro contra te, & contra vos omnes spiritus infernales, qui vos nefarios spiritus cum festinatione, quatenùs per virtutem illius nominis, quod Moyses, nominauit: & tunc absorpti
Exod.15. fuerunt à cauernis abyssi Dathan, & Abyron, & in virtute illius nominis vsque in profundum abyssi, vsque ad vltimum diem vos religent. Amen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

Marc.16 IN illo tempore. Recumbentibus vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient. Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. *Resp.* Laus tibi Christe.

ADIVRATIO.

ADiuro etiam vos † omnes immundos spiritus, per eum, qui erat, qui est, & qui venturus est: qui creauit, & redemit nos suo sanguine, per crucem, mortem, sepulturam, & resurrectionem suam: qui hic præsens, & *Apoc.1.* *Matt.18.* vbique est: qui dixit Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum: & per nomen eiusdem Domini nostri Iesu Christi, vt hinc statim recedatis cum maleficiis, & facturis vestris, nunquàm redituri. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cœlum & terram. *Vers.* Exurge Christe adiuua nos. *Resp.* Et libera nos propter nomen tuum.

Oratio.

OPotestas immensa, ô Trinitas indiuidua, æterne Spiritus sancte, te omnes Christicolæ exoramus vt potentiam, & misericodiam tuam super hanc creaturam tuam N. porrigas, & ab omni spiritu immundo tua pietate liberare digneris Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Hîc Sacerdos reuertatur ad benedictionem Olei, & dicat.

BEnedicat te, creatura olei, † imperialis maiestas: protegat te † regalis diuinitas: defendat te † immensa Trinitas foueat te † gloriosa vnitas

Digitized by Google

dirigat te † inæſtimabilis bonitas: regat te † potentia Dei Patris: viuificet te † ſapientia Dei filij: deducat te † virtus Spiritus ſancti Alpha, & Omega. Deus Sabaoth ſit iſta inuocatio, vt det tibi ad omne malum virtutem, Crux † Chriſti ſaluet te: duodecim Apoſtoli te † cuſtodiant: Sancti martyres te † adiuuent: ſancti Confeſſores te bene † dicant: omnes Sancti Sacerdotes noui, & veteris Teſtamenti te exorci † zent, & ſanctificent, † Sancti Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus & Poteſtates, Virtutes cælorum, Cherubin, & Seraphin te † defendant: virtuoſus Deus trinus, & vnus te bene † dicat, & det tibi ad omne malum, & ad omnes facturas, & maleficia virtutem; vt per te poſſim deſtruere, eradicare, & euellere de animabus, & corporibus humanis omnia maleficia, omnes incantationes, ligationes, facturas, & omne opus nefarium Diaboli. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hîc ſequuntur benedictiones dicti olei ad bibendum, & ad vngendum facturatos.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, creatura olei, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum, vt omnis virtus aduerſarij, omnis exercitus diaboli, omniſque incurſio, & omne phantaſma Satanæ eradicetur à te: ut ſis omnibus, qui te ſumpſerint, medicina ad expellendas omnes facturas, & fuganda omnia maleficia Satanæ, & miniſtrorum ejus; & ipſum inimicum expellere cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis valeas. In nomine Pa†tris omnipotentis, in charitate Ieſu Chriſti Domini noſtri Filij eius, qui viuit, & regnat cum Spiritu ſancto Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

CReaturarum Deus omnium, & Domine Creator, qui per Moyſen famulum tuum, permixtis herbis aromatum, fieri præcepiſti ſanctificationem vnguenti, clementiam tuam ſuppliciter depoſcimus, vt huic oleo, quod oliua, te jubente, produxit, ſpiritualem gratiam largiendo, plenitudinem ſancti†ficationis infundens: ſit, Domine, fuga dæmonum, ac omnium maleficiorum, incantationum, ligationum, facturarum, ac omnium operum Satanæ exterminatio: & præſta nobis, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt quicunque ex hoc oleo biberint, & deuotè vnxerint, ſit eis perfecta medicina contra omnes diabolicas machinationes, facturas, ligationes, & ſignaturas, ac malignos ſpiritus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen. *Exod. 30* *Apocal. 1*

EXORCISMVS.

EXorcizo te, creatura olei, in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus†ſancti: vt per hanc inuocationem individuæ Trinitatis, ac vnius virtute deitatis, omnis nequiſſima virtus aduer

aduersarij, omnis inueterata malitia diaboli, omnis violenta incursio, omne confusum, & cæcum phantasma eradicetur, fugetur, & discedat ab hoc oleo : & omnes, qui ex eo biberint : & deuotè vnxerint, fiat sanitas super eos ab omni maleficio diabolico, vt non possit latere vlla malignorum spirituum nequitia. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

DEus omnipotens, sanctificationum dominator, cujus pietas fine fine sentitur. Deus, qui cœlestia, & terrena simul moderaris, & complecteris, seruans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ. Exaudi, pie Domine, preces seruorum tuorum, & copiosa tua bene † dictio descendat in hoc oleum in honore nominis tui, & victoriosæ Crucis † tuæ : & in honore Sanctorum omnium, & Sanctarum totius cœlestis Curiæ. Tu, ô clementissime Pater, sancti † fica, & misereator illustra, † proprio splendore clarifica, † vt omnis, qui deuotè biberit, & vnxerit, ab omnibus spiritibus immundis ac operibus eorum sanetur & saluetur propter nomen tuum magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum. Et tu, Deus altissime, libenter protege, & dignanter libera eos ab omnibus spiritibus immundis, maleficiis, incantationibus, signaturis, facturis: & ab omni opere Satanæ liberare digneris propter nomen tuum magnum, & admirabile & liberatos æterna redemptione conserua, vt semper fœlices, semperque in tua gratia lætantes, constanter in istam confessionem Trinitatis in fide Catholica perseuerent. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Et aspergatur aqua benedicta super oleum in modum Crucis.

BENEDICTIO PANIS non fermentati, qui vulgò dicitur (*Neuole*) qui propter ejus leuitatem consueuit dari infirmis, antequàm bibant prædictum oleum benedictum.

Sacerdos habeat prædictum panem præparatum, pro vt necesse fuerit infirmo : & illum benedicat sequenti benedictione, dicens:

ADjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *Resp.* Et salutare tuum da nobis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Vers.* Fiat misericordia Domini super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. *Vers.* Nunquid poteris parare nobis mensam in deserto? ℟. Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. *Vers.* Cibauit illos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle saturauit eos. *Vers.* Manducauerunt, & saturati sunt nimis. ℟. Et desiderium eorum attulit eis. *Vers.* Panem Angelorum manducauit homo. ℟. Per gratiam suam misit eis in abundantiam. *Vers.* Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
Vers. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, panis Angelorum, panis viuus æternæ vitæ, bene † dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto, vt omnis, qui ex eo ſuſceperit, & guſtauerit inde corporis, & animæ percipiat ſanitatem, & omnis ſpiritus procellarum, & *Ioan.c.6.* aëreæ poteſtates, facturæ, & omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, & omne opus nefarium Diaboli, dextera tuæ virtutis proſternantur. Deſcendat quæſumus, Domine, deſuper Spiritus ſanctus in iſtum panem, *1.Reg.7.* ſicut Samuele cornigerum holocauſtum tuum mactante, fragor turbam aduerſantem repulit: ita effugatis omnibus virtutibus contrariæ poteſtatis, & omni maleficio Diaboli, ſiue facturis, ligaturis, ac nefariis operibus Satanæ à famulis tuis, incolumes, & ſanatos ab omni infirmitate manus ſeruet Angelica protectione ſuperna: vt in laudis, & ſpiritualis deuotionis, & amoris Dei tranſeat augmentum. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, bene † dicere digneris hanc creaturam panis tua benedictione, vt ſit ſumentibus ſalus mentis, & corporis: atque contra morbos, & vniuerſas inimicorum inſidias, maleficia, facturas, & omne opus nefarium Diaboli, tutamentum, & tua protectione, ac pietate digneris diſſoluere, & annullare, vt alligata poteſtate dæmonum, in hoc creaturæ rationali deſeruiens, deficiat, & tur- *Ioan.6.* betur, ad laudem tui ſanctiſſimi nominis, & omnipotentiſſimæ majeſtatis tuæ. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, vt eſſet hoſtia viua, & daret ſalutem mundo. Qui tecum, & cum Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, deſcendat benedictio Dei Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti ſuper hunc panem: vt quicumque ex eo ſumpſerit, accipiat ſanitatem mentis & corporis, & protectionem, & tutelam ſalutis, integritatem charitatis; conſolationem ſpei, & fidei corroborationem, virtutúmque omnium conſtantem perſeuerantiam, ac Spiritus ſancti viſitationem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio.

PRecamur, Domine Deus noſter, tuæ pietatis clementiam, vt panem iſtum cœleſti benedictione ſanctifices, † & ita ex hoc fugare digneris omnem Diabolicam tentationem maleficij ſpirituum immundorum, facturarum, ligationum, traditurarum, & incurſuum: vt quicunque ex hoc pane comederit, totius virtutis, & ſanitatis dulcedine perfruatur, & tibi ſanctificatori, & ſaluatori omnium, gratias cum gaudio, & lætitia agere mereatur. Te igitur, Domine Deus Pater omnipotens, vna virtus, ſalus infinita, Trinitas ſancta, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſupplices deprecamur, vt bene † dicere, exorci † zare, & ſancti † ficare pro tua pietate digneris, hanc creaturam panis, quem nos miniſtri tui, cum verbis tuis, & in tuo nomine, & dilecti Filij tui, & Spiritus ſancti bene † dicimus, & exorci † zamus

ad

Digitized by Google

ad expellendas omnes facturas Diaboli, incantationes, & ligationes, fascinationes, obstinationes, & omne impedimentum Satanæ, & ministrorum eius, propter amorem vnigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & hic panis à te benedictus, & sanctificatus sit fuga dæmonum, & omnium maleficiorum, operum Satanæ exterminatio: vt omnes, qui ex hoc pane gustauerint, omnia opera Satanæ, & omnem virtutem eius extinguere, & fugare valeant: & si quid veneni, si quid mortiferæ operationis fuerit in illis, clementer eos liberes propter magnum nomen tuum Adonay, vt creatura tua ad te conuertatur. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

Leuit. c. 24. DOmine Deus Pater omnipotens, qui Moysi, & Aaron famulis tuis præcepisti panes propositionis *Ioan. c. 6.* in conspectu tuo semper adesse. Domine Iesu Christe Fili Dei viui, qui satiasti quinque millia hominum ex quinque panibus, & duobus pisci- *Exod. 17.* bus. Domine Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui filios Israël de Ægypto liberasti in manu forti, & brachio extento, & quadraginta annis in deserto eos satiasti pane cœlesti: supplices nos ministri, & famuli tui (licet indigni) benedicentes panem istum, quæsumus, Domine, nobis supplicantibus adsit virtus Spiritus sancti, quæ ita eum sanctificet, vt omnes, qui ex eo sumpserint, in pristinam sanitatem reuertantur: & omnes incantationes, ligationes, signationes, facturas, Diabolica arte factas, cuiuscunque conditionis existant, in virtute verborum tuorum absoluant, & anhilent omnia maleficia Satanæ, & ministrorum eius. Da, Domine, virtu- *Philip. 2.* tem nomini tuo, quod inuocamus super panem istum per magnum nomen tuum Adonay, Tetragrammaton: & per nomen dilectissimi Filij tui Iesu Christi, qui tibi factus est obediens vsque ad mortem Crucis, quod inuocamus super panem istum: habeátque virtutem per inuocationem eiusdem nominis Filij tui, & Spiritus sancti, ad effugandos spiritus malignos, & omnes virtutes eorum, exaltetúrque nomen tuum in nobis, in confusionem omnium inimicorum nostrorum visibilium, & inuisibilium. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine sancte, Pater omnipo- *Num. 11.* tens, æterne Deus, qui Ecclesiam tuam per Filium tuum in sanguine eius plantasti, qui Moysi famulo tuo præcepisti, septuaginta viros iustos de populo Israël segregari, vt præessent populo tuo. Et ita Apostoli Domini nostri Iesu Christi in primitiua Ecclesia septem ministros, per impositionem manuum Apostolicarum ipsos consecrauerunt, & *Act. 6.* erant intenti in oratione, & fractione panis. Exaudi nos, clementissime Domine, quos ad officium sacerdotale non nostris meritis clementer numerasti: & da virtutem verbis tuis, & nomini tuo, quod inuocamus super panem istum, & præsta nobis famulis tuis, vt quicunque hunc panem deuotè sumpserit in nomine tuo benedictum, sanitatem mentis, & corporis recipiat, & ab omnibus maleficiis, incantationibus, signationibus

Digitized by Google

tionibus, faſcinationibus, ſignaturis,
Ioan. 6. facturis, & ab omnibus operibus Satanæ, te propitiante, ſanetur. Domine Ieſu Chriſte, qui in hunc mundum veniens, panem viuum de cœlo eſſe voluiſti: exaudi nos quæſumus, Domine, & præſta nobis famulis tuis bene†dicentibus panem iſtum in nomine Patris tui, & Spiritus ſancti: vt quicunque hunc panem deuotè ſumpſerit, ab omnibus operibus Satanæ mundetur, & ſanetur. Qui cum Deo Patre, & eodem Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DEſcendat, quæſumus, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per amorem vnigeniti Filij tui virtus Spiritus ſancti, quæ ita iſtum panem benedicat, inflammet, † & exorci†zet, vt quicunque ex eo comederit, ſiue guſtauerit in nomine tuo, & dilectiſſimi Filij tui, & Spiritus ſancti, ab omnibus operibus Satanæ ſanetur, & ſaluetur. Da, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt quod rogamus, & exoramus, obtineamus in nomine tuo, & dilecti Filij tui, & Spiritus ſancti. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta in modum Crucis ſuper panem: poſtea dic ſequentem Orationem.

Oratio.

VEni ſancte Spiritus, & clementi bonitate bene†dic, & ſancti†fica panem iſtum, vt omnes, qui ſumpſerint, ſiue guſtauerint ex eo, ab omnibus operibus Satanæ, & miniſtrorum ejus ſanentur, & ſaluentur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Documentum pro Exerciſtis.

ADuertere debet Exerciſta, ne vllo pacto prebeat hoc oleum, vel aliquod aliud remedium potabile alicui infirmo ſine conſilio, & judicio Medicorum: quia cùm complexiones, ſeu natura infirmorum ſint diuerſæ, diuerſimodè etiam illis applicanda ſunt tam iſta, quàm alia remedia: quia quod vni aliquando erit proficuum, alteri poterit eſſe nociuum. Ideò ſtandum eſt judicio illorum: cùm illorum ſit complexiones hominum cognoſcere, & de illis judicare propterea hæc remedia poterunt augeri, & minui ſecundùm eorum judicium.

MODVS SVMENDI OLEVM prædictum, & panem benedictum: necnon vngendi patientem ex dicto oleo benedicto.

His benedictionibus finitis, tu, qui curam habes infirmi, ſeu vexati, accipe vnam, vel duas libras carnis vituli, aut aliam carnem pro opportunitate temporis, & illam tandiu ſine ſale facias bullire in aqua donec decocta fuerit. Poſteà accipe ſex, vel octo vncias ex illo brodio, priùs à Sacerdote benedicto illa benedictione (ad quodcunque volueris) *vel benedictione* (omnium potionum) *poſitâ infrà: & duas vncias prædicti olei benedicti. Et omnia ſimul incorporata, ac tepida dabis patienti ſummo mane. Sed antequam infirmus bibat prædictum oleum ſic diſpoſitum, prabe illi panem benedictum, dicendo:*

Accipe panem iſtum benedictum ad deſtruenda omnia maleficia Satanæ tibi facta. In nomine Pa†tris,

Digitized by Google

† tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Sícque continuabis per octo, vel decem dies. Et vnaquaque die vnge patientem ex predicto oleo in iſtis locis: Ad oculos, ad frontem, ad aures, in pectore, ad cor, ad pulſus manuum, ad manus, ad pulſus pedum, & ad pedes, & vngendo ſingula loca, dicas ſequentia verba:

Ego vngo te N. hoc oleo benedicto, & per iſtam vnctionem abſoluo te † ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis tibi arte Diabolica factis. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

BENEDICTIO AD QVODCVNQVE VOLVERIS.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

BEne † dic, Domine, creaturam iſtam N. vel N. vt ſit remedium ſalutare generi humano, & præſta per inuocationem ſancti tui nominis, vt quicunque ex ea ſumpſerit, vel guſtauerit, corpori ſanitatem, & animæ tutelam accipiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta in domum crucis.

ALIA BENEDICTIO OLEI ad vngendum maleficiatos, moduſque faciendi prædictum oleum.

Recipe { Rutarum, Saluiæ, } Cinas tres. { Anethi, Cinis oliuarum. } Añ. Aquę benedictæ,

Et omnia ſimul fac bullire in oleo: deinde ipſum benedicas ſequenti benedictione.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, ſpiritus immunde, *Gen. 1.* per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: vt omnis virtus aduerſarij, omnis exercitus Diaboli, omnis incurſus, & omne phantaſma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura olei & omnium herbarum, quæ in eo ſunt, vt ſit ignis ardens aduerſus omnes inſidias inimici, vt quicunque vnctus fuerit hac creatura olei, ſit ſanitas, & ſinceritas ſuper eum: & ſpiritus maligni, & phantaſticæ viſiones, vnctione huius olei ſeparentur, & elongentur ab eo. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, quorum ſeruitium ſpirituale cognoſcitur, dignare reſpicere, benedicere † & ſanctificare † hanc

Digitized by Google

creaturam olei, quam ex oliuarum ſucco eduxiſti, & ex eo infirmos inungi mandaſti: quatenus ſanitate percepta, tibi Deo viuo, & vero gratias agerent: Præſta quæſumus, vt hi qui oleo, quod in tuo nomine bene † dicimus, vſi fuerint, ab omni languore, omníque infirmitate, & à cunctis inſidiis inimici liberentur, & cunctæ aduerſitates ſeparentur à plaſmate tuo, quod pretioſo ſanguine Filij tui redemiſti: vt nunquam lædatur à morſu ſerpentis antiqui: Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

Et aſpergatur oleum aqua benedicta, poſteà vnge patientem, ſicut ſupra oſtenſum eſt.

MODVS SOLVENDI maleficia alicui perſonæ facta, in corpore humano exiſtentia.

Priùs aduertere debet Exorciſta, in qua parte corporis maleficium inferat dolorem: quia regulariter in iſtis tribus partibus conſueuerunt maleficia inducere læſionem, ſcilicet in ventre, in ſtomacho, & ad cor. Si dolorem immittat inferiori parti corporis maleficiati, præbe illi oleum benedictum prima benedictione, eo modo quo dictum eſt ſuprà, & omni die, quo infirmus biberit prædictum oleum, debet exorcizari per tres, vel quatuor horas. Si autem dolor reducatur ad ſtomachum, vel ad cor, tunc præbe illi ſequens remedium.

Recipe { Ellebori albi, Perforati, } añ. 3. j. 5.
{ Saccari roſati, Thuris, } 3. 5.

Et omnia ſimul in vino albo optimo, quantitate vnius libræ tamdiu facias bullire, quouſque deueniat ad medietatem: poſteà ipſum vinum colatum, benedictum, atque exorcizatum à Sacerdote propria benedictione poſita infrà, tribus patienti horis competenti, & per tres dies: ſi neceſſe fuerit, ſic continuabis vno die, & alio non. Et vnaquaque die, non obſtante vomitu, infirmus contritus, & confeſſus, atque in ſtatu ſuæ ſalutis exiſtens, exorcizetur ſpatio trium, vel quatuor horarum: quia ſic ſanabitur, fauente gratia Dei.

MEDECINA PRO maleficiatis.

Recipe { Florum Ginceſtræ, Ypericonis, Marrubij, Vrbicæ, aut Iue, Rutæ, } añ. 3. ij.

Et fiat decoctio in aqua ad medietatem: poſteà benedicatur à Sacerdote benedictione ſequenti, & detur Maleficiato horis competenti.

BENEDICTIO SYRVPORVM, atque Medicinæ.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, bene † dicere digneris hanc medicinam: & ſuper eam bene † dictionem tuam effundere digneris, vt per tuam ſanctiſſimam virtutem, & copioſiſſimam benedictionem, Dæmonem hunc famulum tuum N. vexantem, torqueat, fatiget, expellat, ipſúmque famulum tuum N. pretio Gen. 1.

Digitized by Google

1. *Pet.* 1. pretioſiſſimo Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui redemtum ſanguine, ab omni Dæmonum moleſtia liberatum, per tuam bonitatem cuſtodire digneris, ad laudem tui ſanctiſſimi nominis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c.

Et aſpergatur aqua benedicta in modum Crucis.

BENEDICTIO OMNIVM potionum ad deſtruendas facturas, & fugandamaleficia de corporibus humanis.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, medicina, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum, per illum, qui te ad ſalutem humani generis
Luc. 8. creauit. Exorcizo te † per incarnationem Filij Dei viui, per Natiuitatem, & Circunciſionem eius: per Baptiſmum & ſanctum Ieiunium eius per Paſſionem, Mortem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem eius, per Aduentum, & gratiam Spiritus ſancti paraclyti, per beatam Mariam Virginem matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: Per omnes Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, Viduas, & Continentes Dei, & per omnes virtutes eorum, vt in virtute ipſius Dei, deſtruas omnia maleficia, & incurſus Diaboli, ac miniſtrorum eius, omnes incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, Diabolica arte factas: ſeu inuentas contra famulum Dei. N. ita vt ad *Col.* 1. nihilum redigantur, tanquam ſi non eſſent: vt ſicut diuina potentia ſpoliauit infernum, ita expoliare valeas, & poſſis hunc famulum Dei N. & imaginem Chriſti ab omnibus ſpiritibus immundis, ac operibus eorum: & per te extinguantur omnes ardores, calores, & frigiditates, cæteræque peſtilentiæ factæ, ſiue faciendæ contra famulum Dei N. in omnibus facturis. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, *Gen.* 1. qui omnia ex nihilo condidiſti: qui hominem, ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creaſti: & mirabiliùs redemiſti: virtutis tuæ inuictam fortitudinem deprecamur, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & te ſuppliciter exoramus vt medicinam iſtam bene † dicere, exorci † zare, & ſanctificare pro tua pietate digneris: vt ex vultu Diuinæ maieſtatis tuæ, virtutem tuam contra omnes immundos ſpiritus, incantationes, ligationes, ſignaturas, facturas, & omnia maleficia Satanæ poſſit recipere, & expellere à famulo tuo N. quicquid poteſt peſtiferum eſſe, vt exhibeat plenum ſanitatis effectum. Deterreat præſtigia phantaſticáſque viſiones compeſcat, per ſignum ſanctæ Crucis † Filij tui Domini noſtri, tutelam fideliſſimam deſiderantibus præſtet, per hoc tuum, Domine Ieſu Chriſte, ſignaculum, † & quòd nullius dolus, nullius pertinacia deſtinauit. Qui cum Patre & Spiritu

Digitized by Google

ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

BEnedico igitur te, creatura medicinæ, in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti, qui te creauit pro tutela humani generis. Proinde rogamus te, Domine Deus noſter, vt hæc creatura medicinæ famulo tuo N. in nomine ſanctæ Trinitatis efficiatur ſalutare remedium, ſítque perfecta medicina in viſceribus eius. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DEſcendat quæſumus, Domine Sancte Pater omnipotens æternæ Deus, in hanc medicinam virtus Spiritus ſancti: & per hoc ſignum † Crucis fugiant omnes Dæmones: ſiue phantaſmata, vel quodcunque opus Diabolicum ab omni imagine Chriſti, & virtus eorum omninò extinguatur, & annihiletur; ad honorem excelſæ maieſtatis tuæ: & omnis creatura facta ad imaginem, & ſimilitudinem tuam per hanc medicinam, ab omnibus ſpiritibus immundis, ac operibus eorum ſanetur, & ſaluetur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta in modum Crucis.

BENEDICTIO AQVÆ ad expellendas facturas, & fuganda maleficia de obſeſſis corporibus humanis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, † aqua per illum, qui te creauit, & qui in te baptizari voluit: qui quatuor flumina de Paradiſo exire iuſſit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te † per illum, qui Naamam Syrum à lepra mundauit. Exorcizo te, † aqua, per eum, qui te per ſuam poteſtatem in Chana Galileæ conuertit in vinum. Exorcizo te, † per Incarnationem Filij Dei viui, per Natiuitatem, Circunciſionem, per Baptiſmum, & ſanctum jejunium eius: per Paſſionem, mortem, & ſepulturam eius: per Reſurrectionem, & Aſcenſionem eius, per Aduentum, & gratiam Spiritus ſancti Paraclyti: & per beatam Mariam Virginem matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & per lac eiuſdem Virginis Mariæ, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per omnia Sacramenta Eccleſiæ Catholicæ, per ſanctum Ioannem Baptiſtam: per omnes Sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Innocentes, Confeſſores, Virgines, Viduas, & Continentes Dei, & per virtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum eius: vt in virtute Ieſu Chriſti deſtruas omne opus nefarium Diaboli, & miniſtrorum eius, omnéſque incantationes, ligaturas, & faſcinationes, ſignaturas, & facturas, arte Diabolica factas, ſeu inuentas contra famulum Dei N. ita vt ad nihilum redigantur, & ſicut diuina potentia expoliauit Infernum, ita expoliare valeas illum ab omnibus facturis, & per te extinguantur omnes ardores, calores,

Gen. 2. 4. Reg. 5. Ioan. 2.

&

& frigiditates, cæteræque peſtilentiæ factæ, ſiue faciendæ contra famulum Dei N. in omnibus facturis. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

EXORCISMVS.

ITerùm exorcizo te, aqua, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum: per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, vt omnes virtutes auerſarij, omnis exercitus Diaboli, omnis incurſus, & omne phantaſma inimici eradicentur, & effugiant à te: vt ſis ſancta, & ſalutifera, & ignis ardens aduerſus omnes inſidias inimici; vt quicunque te biberint, ſiue guſtauerint, ſis eis ſanitas, & medicina animæ, & corporis; vt in virtute ſanctæ Trinitatis effugiat omnis infirmitas: & omne opus nefarium Diaboli, potatione tui ſeparetur, effugiat, & elongetur. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Initium Sancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

Ioan.1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. *Reſp.* Laus tibi Chriſte.

Oratio.

BEnedicat te, † Aqua, Deus Pater omnipotens, qui te ſuo verbo creauit, & det tibi contra omne malum, & maleficium virtutem, vt quicunque te deuotè ſumpſerit, & guſtauerit, liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis, arte Diabolica factis, & ab omni ſpiritu immundo, & per omnia ſancta nomina tua. Domine Ieſu Chriſte, ſana cor, & omnia membra huius famuli tui N. & ipſum libera ab omnibus malis animæ, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. *Gen.1.*

Hic exſufflatur in aquam dicendo:

Exſufflo te omnis legio Satanæ, in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, creatura aquæ, in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti, ne ſis communis

Digitized by Google

vlli ſpiritui immundo, ad honorem ſanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis viuentis, atque regnantis, vt quicunque te deuotè biberint, & guſtauerint, omnis ſpiritus immundus, cum omnibus facturis ſuis, ab eis recedat. Itaque exorcizo te, † creatura aquæ, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, Filij Dei viui Regis, & Iudicis noſtri vt ſis purgatio omnium maleficiorum, & incantationum factarum huic creaturæ Dei N. quam ipſe ad imaginem & ſimulitudinem ſuam creauit, & ad baptiſmum, & gratiam ſuam *Ibidem.* vocare dignatus eſt. Te ergo inuoco Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt hanc aquam exorcizare, & bene † dicere pro tua pietate digneris, vt omnis immundus ſpiritus locum in ea ampliùs non habeat, ſed in virtute Spiritus ſancti, omnes, qui biberint ex ea, recipiant ſanitatem corporis, & animæ & ab omnibus ſpiritibus immundis ac operibus eorum ſanentur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio.

DIgnare, Domine Ieſu Chriſte, exorci † zare, bene † dicere, & ſancti † ficare aquam iſtam ad liberandum, & ſanandum famulum tuum N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis ſibi arte diabolica factis, vt ad nihilum redigantur. Et ſicut tua potentia infernum ſpoliaſti, ita eadem expoliare digneris ipſum famulum tuum N. ab omni machimento diabolica arte facto, *Coloſſ. 2.* qui redemiſti nos in manu forti, & brachio extento. Da, Domine Ieſu Chriſte vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per te, Ieſu Chriſte ſaluator mundi. Amen.

Oratio.

TE igitur, Domine Ieſu Chriſte qui es fons, & aqua ſalientium *Ioan. 4.* in vita æternam, ſuppliciter exoramus, vt hanc aquam bene † dicere, & exorci † zare pro tua pietate digneris in ſalutem, adiutorium, & liberationem famuli tui N. & ipſum tueri ab omnibus maleficiis, incantationibus, & illuſionibus dæmonum & miniſtrorum eius, & ab ipſis potenter illum defendere per virtutem tuam, de cuius latere fluxerunt ſanguis, & aqua in remedium, & remiſſionem peccatorum noſtrorū: ita nos Domine, famuli tui clementiam tuam, & nomen ſanctum tuum imploramus, vt quicunque ex hac aqua biberint, & deuotè guſtauerint, abluantur ab omnibus ſordibus dæmonum, & reddantur ſuæ incolumitati: nec in eis in futurum nocendi habeat potentiam aduerſa dæmonum & maleficorum poteſtas. Qui ſanctus & pius es, & permane in ſæcula ſęculorum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta in modum Crucis.

BENEDICTIO SALIS, ET Aquæ ad curandum dæmoniacos, ſeu maleficiatos.

Sacerdos curaturus Energumentum vel maleficiatum habeat illum præſentem contritum, & confeſſum habeatque Sal & Aquam præparata, & priùs quàm illa incipiat benedicere, flexis genibus, corde deuoto, & animo humiliato faciat confeſſionem, & abſolutionem ſuper infirmum, & aſſiſtentes hoc modo:

CONfiteor Deo omnipotenti, *totum* Miſereatur veſtri omnipo-

tens

tens Deus. *totum.* Indulgentiam, absolutionem, & remissionem. *totum.* Deinde legat Septem Psalmos Pœnitentiales, & sequentes Litanias super Sal & Aquam.

Litania dicenda super Sal, & Aquam.

Ecclesia Romana. KYrie eleyson.
Christe eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere ei
Fili Redemptor mundi Deus, miserere ei.
Eadem. Spiritus sancte Deus, miserere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere ei.
Sancta Maria, ora pro eo.
Sancta Dei genitrix, ora pro eo.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriël, ora.
Eadem. Sancte Raphaël, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro eo.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro eo,
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Eadem. Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro eo.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Eadem Sancte Vincenti, ora.
Omnes sancti Martyres, orate pro eo.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate pro eo.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte Dominice, ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora pro eo.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis, Domine.
Propitius esto, exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, libera eum, Domine.
Ab omni peccato, lib.
A morte perpetua, lib.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, lib.
Per Aduentum tuum, lib.
Per Natiuitatem tuam, libera eum Domine.
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum, lib.
Per Crucem, & Passionem tuam, libera eum Domine.
Per mortem, & sepulturam tuam, libera eum Domine.
Per sanctam Resurrectionem tuam, libera eum Domine.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera eum Domine,
Per aduentum Spiritus sancti Paracliti, lib.
In die Iudicij, libera nos Domine.
Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt

Digitized by Google

Vt nobis parcas, te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas, te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus audi nos.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt donum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, te rogamus audi nos.
Vt regibus, & principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rogamus audi nos.
Vt hanc aquam bene † dicere digneris, te rogamus audi nos.
Vt hanc aquam bene † dicere, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt hanc aquam bene † dicere ſancti † ficare, & conſe † crare digneris, te rogamus audi nos.
Eadem. Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te
Eadem. rogamus audi nos.
Eadem. Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Eadem. Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,
Eadem. te rogamus audi nos.
Eadem. Vt nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.

Pater noſter. *totum.* ℣. Et ne nos *Eadem.* inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. *Verſ.* Saluum fac ſeruum tuum. *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens: qui 1. Tim. 1.
omnes homines vis ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ſuſcipe orationem meam, quam ante conſpectum clementiæ tuæ fundo pro famulo tuo N. qui à Dæmonio vexatur, & ad miſericordiam tuam confugit. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EXORCISMVS SALIS.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXorcizo te, creatura Salis, per Gen. 2.
Deum † creatorem, & creaturarum omnium auctorem, qui inter reliqua ſua opera dignatus eſt adiuvare virtutem Salis: Tu itaque armata per virtutem ſuam cœleſtem grauiſſimum inimicum ſuum perſequere.

Digitized by Google

quere. Tu nunc creatura Salis in præsenti opere implicata, in sancta virtute Domini nostri Iesu Christi, persequere Diabolum, & omnes eius insidias, & à visceribus omnium vbicunque fueris aspersus, absque vlla molestia omnes infirmitates expelle, & omni animæ accipienti profuturus ad salutem perpetuam fias, & perniciem perpetuæ vltionis excludas. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Matth. c.5. BEnedic, † Domine, hanc creaturam Salis, quam bene † dicimus in nomine sancto tuo, & Filij tui Christi Domini nostri, & Spiritus sancti, vt sit ignis ardens aduersus insidias Diaboli, & sanitatem præstet patienti contra omnem dolorem. Per Dominum nostrum Ipsum Christum, &c. Amen.

Oratio.

PRæsta quæsumus, Domine, salutare remedium per hanc benedictionem, qua bene † dicimus hanc creaturam Salis, vt vbicunque affuerit, ad sanitatem corporis, & animæ proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Oratio.

2. Cor. c.1. DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, bene † dicere digneris hanc creaturam Salis in tuo nomine, Deus omnipotens, Deus cœlorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus Sanctorum omnium, quem in vsum humani generis bene † dicimus. Bene † dic igitur, Domine, hanc creaturam salis, sicut benedixisti Sal, quem dedisti in manu Helisei prophetæ, ex quo Sanatæ sunt aquæ, vt quicunque gustauerint ex eo, sanitatem corporis, integritatémque mentis, & tutelam salutis, atque corroborationem fidei accipiant, sanétque, atque custodiat animas, & omnia membra eorum à languore pessimo, & ab insidiis Diaboli, & proficiat ad salutem animæ, & corporis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Oratio.

GRatias agimus tibi, & nomini tuo, omnipotens Deus, qui mittere dignatus es Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, qui dedit nobis virtutem suam vnde resistere Diabolo, & insidiis eius *Gal c.4.* possimus: benedic † ergo hanc creaturam salis, & Spiritu sancto tuo illam illustra, vt si quis ex ea susceperit per virtutem nominis tui, proficiat ei aduersus omnia tela, & iacula nequissimi inimici tui. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

EXORCISMVS AQVÆ.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXorcizo te, creatura aquæ, per *Ecclesia Romana.* Deum viuum † creatorem tuum, & omnium creaturarum auctorem, qui te ab initio, suo verbo ab arida terra separauit, & ad potandum, atque abluendum omne, quod sordidum est, destinauit, vt sicut retines naturalem, & insitam tibi à Deo virtutem & palpabiles abluis sordes, ita addita virtute, per inuocationem diuini nominis, inuisibiles, si quæ *Ioel.c.1.* in eo loco sunt, sordes, aspersione tua, Christo iubente, in nomine

Digitized by Google

eius expurges. Per eundem Chriſtum, &c. Amen.

Oratio.

Eccleſ. Rom. BEne † dic, Domine, hanc creaturam aquæ, vt ſit remedium ſalutare generi humano, & præſta per inuocationem tui nominis, corporis ſanitatem, & animæ tutelam, atque defenſionem mentis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & cætera. Amen.

Oratio.

Eccleſ. Rom. BEne † dic, Domine, hanc aquam aduerſus humani generis inimicum, & mitte Spiritum ſanctum tuum ſuper eam, vt armata defenſione cœleſtis virtutis, cunctis percipientibus proficiat ad ſalutem. Per Dominum noſtrum, &c. Amen.

Oratio.

Ioan c 3. BEne † dic, omnipotens Deus, hanc aquam, qui ad vſum humani generis ab abluendum omnium peccatorum crimina præſtitiſti, vt inuocato ſuper eam nomine tuo ſancto, quicunque in ea lotus fuerit, ſeu à qualibet creatura rationali potata, ſalutaris tui munus inuiſibile per hanc aquam tribuatur, vt omne quod ſordidum eſt effugetur, & tuæ pietatis beneficium omnibus conualeſcat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Amen.

Oratio.

Exod. cap. 14. DOmine ſancte Pater æterne Deus, exaudi preces noſtras, ſicut exaudire dignatus es famulum tuum Moyſem in mari rubro, propter hoc, quia Pharao in populo tuo cor ſuum exarcerbauit, vt ipſum manu ſui exercitus necaret: & ſicut Heliſeus Prophera, cùm populus tuus aquam guſtare non poſſet, ſal accepit, & proiecit ad exitus aquarum, & benedixit eas, & dixit: Sanauit Dominus aquas iſtas, & non erit in eis mors, neque infirmitas, & ſanatæ ſunt aquæ: ita tu Domine, ſana aquam iſtam, vt vbicunque aſperſa fuerit per domos, ſiue angulos domorum, & vbicunque maleficium diabolicum fuerit ſtatim confuſum, & increpatum abſcedat, & fugiat: & ſit nobis, Domine, hæc aqua aſperſa, aqua omnis virtutis, aqua refrigerans, & diaboli interitus, & liberatus hic famulus tuus N. laudes, & gratias tibi, Domine ſancte Pater omnipotens, agat ſempiternas. Per Dominum noſtrum, &c. Amen. *Eccleſ. Rom.*

Hic Sacerdos mittat Salem in Aquam in modum Crucis, dicendo. *Eadem.*

Commixtio Salis, & Aquæ pariter fiat in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † Sancti. Amen.

Oratio

DEus, qui ad ſalutem humani generis maxima quæque ſacramenta in quarumdam rerum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, † vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens: ad eiiciendos dæmones, morbóſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus, vel locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici, & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuideat, aut quietis, aſperſione huius aquæ fugiat: vt ſalubritas per inuocationem *Eadem.*

Digitized by Google

cationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum Ieſum. &c. Amen.

Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor,& inſuperabilis imperij rex ac ſemper magnificus triumphator,qui omnem diaboli ſæuitiam reprimis, qui inimici rugientis iracundiã frangis, qui hoſtiles nequitias potenter
Eadem. expugnas, te, Domine,trementes,& ſupplicantes deprecamur, ac petimus,vt hanc creaturam ſalis,& aquæ, dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ more ſanctifices,
Eadem. vt vbicunque fuerit aſperſa per inuocationem tui ſanctiſſimi nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abiiciatur, terrórque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia Sancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Amen.

Oratio.

DEſcendat quæſumus, omnipotens Deus, bene † dictio tua ſuper hanc creaturam ſalis & aquæ, & ea cunctam familiam tuam protege,atque defende,& corporibus medicinam tribue: & diabolo ignis inextinguibilis potatione, ſeu ablutione huius aquæ infligatur. Per Dominum noſtrum,&c. Amen.

Oratio.

Geneſ. cap. 2. MAgnitudinem tuæ potentiæ interpellamus, omnipotens Deus, qui ex vno fonte Paradiſi quatuor flumina produxiſti, qui per Angelum tuum Agar fontem oſtendiſti, & ex eo Iſmaëlem ſitientem potaſti, qui preces pueri Abrahæ in Meſopotamia ad fontem exaudiſti, & omne eius deſiderium adimpleſti, qui famulo tuo Moyſi petram percutere iuſſiſti & populum tuum in deſerto ex aqua de petra educta potaſti, qui aquam amaram, immiſſo ligno dulcoraſti: te ſupplices exoramus, vt ſimilis benedictio † deſcendat à te ſuper hanc creaturam ſalis, & aquæ, vt quicunque in ea lotus fuerit,& vbicunque aſperſa fuerit, vel potata in nomine maieſtatis tuæ, ſanetur,& omnes incantationes inimici impugnet, atque repellat. Iterum etiam rogamus, & petimus, vt ſicut Angelum tuum Raphaëlem ad domum Raguelis mittere dignatus es, vt Aſmodæum ligaret, ita ſimile ſit beneficiũ huic creaturæ tuæ N. & vbicunque hæc aqua aſperſa fuerit, propitius habitatoribus ſit, nec illis inimicus ſuggeſtionibus inanibus nocere poſſit: ſed te propitiante fugatus abſcedat. Per Dominum noſtrum, &c. Amen.

4. Reg. cap. 2. *Tob. cap. 9.*

Oratio.

TE inuocamus, Domine ſancte Pater omnipotens ſempiterne Deus, vt hanc creaturam ſalis, & aquæ exor † cizare, & bene † dicere pro tua pietate digneris, vt omnis ſpiritus immundus in ea vltra non habeat poteſtatem, ſed vbicunque fuerit aſperſa, Angelorum tuorum ibi auxilium deſcendat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium, &c. Amen.

1. Cor. cap. 1.

Hic Sacerdos aſpergat demoniacum hac aqua benedicta, deinde dicat.

Oratio.

DEus,qui es medicus ſalutaris,ad te ferenda ſunt iugiter noſtra obſequia.

Eccleſ. Rom.

Digitized by Google

obſequia, tribue nobis tam corporis, quàm mentis ſanitatem. Per Dominum noſtrum, &c. Amen.

Hîc præbe potum patienti vel quando tibi placuerit, ex aqua. Et notæ quòd aqua ingrediens potiones, ſemper priùs hac benedictione eſt benedicenda.

BENEDICTIO VINI AD ſanandum maleficiatos, & ad expellendas facturas, & omnia maleficia de corporibus humanis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Ier. 17. DOmine Deus Pater omnipotens, qui ſcis omnia antequam fiant, ſiue bona ſiue mala, & omnes cogitationes hominum tibi manifeſtæ ſunt: tuam exoro piiſſimam clementiam, vt ab vniuerſis peccatis ſuis, & malis, ac malignis ſpiritibus hic famulus tuus N. mereatur liberari: ſed tu, clementiſſime, & piiſſime, atque amantiſſime Deus, oculos cordis eius illuminare digneris. Tu, Domine, meditationem cordis eius tibi fac placitam: amor tuus eius deſiderium inflammet. Exaudi, omnipotens Domine, preces ſeruorum tuorum: clementiſſime Deus, per inuocationem ſancti tui nominis, & per inuocationem omnium ſanctorum tuorum, & per omnia ſancta tua nomina bene † dic, & ſancti † fica in virtute tua vinum iſtud, vt omnes ex eo guſtantes, recipiant ſanitatem mentis, & corporis. Domine Deus Pater omnipotens, ne derelinquas famulum tuum N. nec proiicias eum in tempore neceſſitatis cùm defecerit virtus eius. Domine ſi forte peccauit contra voluntatem, & mandata tua, & præcepta tua non cuſtodiuit, tamen non te negauit eſſe verum Deum ſolum: peccauit enim coram te, & angelis tuis contra omnes iuſtificationes tuas. Igitur per interceſſionem beatiſſimæ Virginis Mariæ matris Filij tui Domini noſtri, Ieſu Chriſti, ei parcere digneris: quia tu ſcis, quæ ei ſunt neceſſaria animæ, & corpori. Tu, *Ez. ech. 18.* Domine, dixiſti: nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat: & ſicut Cananæam, & Publicanum vocaſti ad pœnitentiam ita famulum tuum N. ad pœnitentiam vocare digneris, & ſicut beatæ Mariæ Magdalenæ à te dimiſſa fuerunt peccata multa propter pœnitentiam, *Luc 17.* & contritionem eius: ita piiſſime Domine, famulo tuo N. per potentiam diuinitatis tuæ ei parcere digneris. Domine Deus Pater omnipotens, adeſto ſupplicationibus noſtris: & ſicut conuertiſti aquam in vinum in Chana Galileæ, ita *Ioan. 2.* bene † dicere, exorci†zare, & ſancti † ficare pro tua pietate digneris vinum iſtud, vt ſit remedium efficax contra omnem poteſtatem omnium inimicorum noſtrorum, ac etiam contra omnes facturas, quæ factæ fuerunt vel factæ erunt: & nullus ſpiritus malus, cuiuſcunque generis, aut conditionis exiſtat, poſſit latere, vel diu permanere in quacunque creatura, quæ guſtauerit, & deuotè ſumpſerit ex hoc vino benedicto. Rogamus ergo te, Domine, vt benedicendo bene†dicas, & ſanctificando ſancti†fices hoc vinum in honorem omnium Sanctorum, & Sanctarum totius cœleſtis Curiæ: vt totaliter deſtruat omnem

Digitized by Google

omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum tuum per potentiam tuam extinguere, & fugare valeat: ac etiam contra omne impedimentum Satanæ ipſum vinum ſit remedium, vt quicunque ex eo biberit, liberetur ab infirmitate ſua, & tecum ſaluetur: quia tu, Domine dixiſti: Omnis quicunque inuocauerit me, exaudiam eum. Rogo ergo te, Domine Ieſu Chriſte, per immenſam clementiam tuam, & per illud ſanctum dictum tuum, vt ſalues illum, ne pereat, Domine ad honorem tuum: & in nomine tuo, ô Trinitas beata, fiat iſta benedictio, & ſuper vinum iſtud deſcendat, & ſit purgatio omnium maleficiorum, quæ in corpore, vel extra corpus iſtud ſunt facta, & deſtruantur per virtutem tuam, & per virtutem iſtius vini, quod eſt benedictum, & ſanctificatum in tuo nomine. Trinitas ſancta, & indiuidua, audi, & exaudi preces ſeruorum tuorum. Et benedictum ſit nomen tuum in æternum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioelis 2.

Oratio.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per Filium tuum vnigenitum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, redimere dignatus es mũdũ: & ipſe benedictus Filius tuus, vt memoriam ſui relinqueret nobis, corpus ſuum ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſuum ſub ſpecie vini relinquere dignatus eſt: quæſumus immenſam clementiam tuam, vt nobis miniſtris tuis bene † dicentibus hoc vinum in nomine tuo & in nomine eiuſdem dilecti Filij tui, & Spiritus ſancti, ipſum ſit remedium efficax ad ſalutem famuli tuſ N. & præſta, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, per intercessionem omnium Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Sanctarum Virginum, atque Continentium, & totius cæleſtis Curiæ: vt quicunque ex eo biberit, & deuotè guſtauerit, nullus maligmus ſpiritus, nulla maleficia facta, vel fienda poſſint latitare, vel ſtare in aliqua parte corporis ſui: ſed mox ad laudem, & gloriam nominis tui, & ad honorem omnium ſanctorum tuorum, ſi ſunt in corpore, ſtatim ſe manifeſtent & exeant per virtutem tuam. Et ſi ſunt extra, confringantur, tanquam ſi non eſſent. Da, Domine, virtutem nomini tuo, quod inuocamus ſuper hoc vinum per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Mat. 26

Oratio.

DIgnare Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, bene † dicere, exorciza † re, & ſancti † ficare vinum hoc per tuam clementiſſimam bonitatem, vt omnis, qui in nomine tuo, & dilecti Filij tui, & Spiritus ſancti, ex eo biberit, & guſtauerit, mundetur ab omni maleficio diabolico, & ab eo recedat omnis diabolica legio, omnis ſpiritus immundus, & omnis virtus diaboli exterminetur: & poteſtas tua, Domine, in virtute verborum tuorum prævaleat, & in memoria admirabilis, & altiſſimi ſacrificij illius, qui ſe voluntariè obtulit tibi Deo Patri omnipotenti, bene † dic, & ſancti † fica vinum iſtud, per memoriam ſacrificij Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Qui tecum cum eodem Spi-

Digitized by Google

ritu ſancto viuit, & regnat, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, adeſto precibus noſtris, & piis famulorum tuorum laboribus, nobíſque miſericordiam tuam poſcentibus. Deſcendat, quæſumus, Domine, Spiritus ſanctus tuus in hoc vinum, quod ſub inuocatione ſancti nominis tui, & in honore ſanctæ Crucis, in qua coæternus tibi Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro redemptione mũdi pati dignatus eſt, & in honore omnium ſanctorum tuorum bene † dicimus, & exorci † zamus: vt omnes creaturæ, quæ vexatæ fuerint à ſpiritibus immundis, ſiue maleficiatæ quocunque modo operibus Satanæ, & miniſtrorum eius, ex hoc vino biberint, ſanentur, & ſaluentur: atque ab eis diſcedant omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, facturæ, & omne opus nefarium diaboli dextera potentiæ tuæ confringantur. Nullúſque ſpiritus immundus, nulla phantaſmata, nulla ars inimici poſſit contra famulos tuos habere virtutem, & non poſſit latere in illis, à quibus hoc vinum deguſtatum fuerit: ſed confeſtim diſcedant à plaſmate tuo, nunquam reuerſuri. O beata, & ſancta manus Dei, quæ omnia ſanctificas, omnia benedicis, omnia locupleras, ô beata, ſancta, & benedicta Trinitas, quæ omnia purificas, omnia mundas, omnia perornas: ô beata majeſtas, quæ cuncta contines, cuncta reples, cunctáque diſponis. O ſancte ſanctorum Deus, tuam clementiam, humillima deuotione depoſcimus: vt hoc vinum per noſtræ humilitatis famulatum in honore victorioſiſſimi nominis tui puri † ficare, bene † dicere, exor † cizare, ſancti † ficare digneris. Per hoc ergo vinum, quæſumus Domine, gratia Spiritus ſancti exorcizatum, ægroti ſanentur, infirmi curentur, dæmones eiiciantur, cunctáque maleficia, te propitiante, expellantur, & omnes dæmoniaci, & maleficiati, qui ex hoc vino biberint, & deuotè guſtauerint, ſanitate mentis, & corporis conceſſa, miſericordiam, quam precantur, perpetuò miſerationis tuæ munere ſe obtinuiſſe glorientur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta in modum Crucis.

Nota, quod vinum ingrediens potiones, ſemper prius hac benedictione eſt benedicendum.

BENEDICTIO RVTÆ.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

BEne † dic, Domine Ieſu Chriſte, hanc Rutam, & infunde ei per tuam virtutem tuam ſanctam bene † dictionem cæleſtem: vt quicunque ex ea ſuffumigatus fuerit, vel ſupra ſe eam habuerit, nullus inimicus ei nocere poſſit, & in quibuſcunque locis aperſa fuerit, vel poſita, recedat, & contremiſcat diabolus, & fugiat pauore, & non præſumat ampliùs inquietare, vel illudere creaturas tuas. Inde ſupplico, Domine, vt mittas ſanctum Angelum tuum Raphaëlem, qui euulſit, & expulit à Sara, & à Tobia dæmonem

Digitized by Google

monem mortiferum, & fœtentem, & illum conterat, & perdat de cunctis animabus colentibus Deum: de scamnis de angulis, de lectis, & de omnibus locis in quibuscunque habitet, requiescat, vigilet, & consistat: nec valeat ampliùs inquietare, vel pauores immittere in illos, quos sancta vnctio muniuit Bene † dicaris igitur, Ruta, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Trinitatis, vt sis exterminatio diaboli, & omnium contubernalium eius. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

BENEDICTIO IGNIS AD Comburenda instrumenta maleficialia.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

BEnedicat te, creatura ignis, qui creauit te: qui famulo suo Moysi apparuit in igne flammæ rubi: qui in columna ignis per noctis tenebras suum populum antecessit in desertum, qui iudicaturus orbem, te iudicis faciem præire iubebit, qui te suæ iustitiæ instrumentum in spiri-
Dan. 3. tus contumaces delegit: vt qui tres pueros majestatis suæ cultores in te seruauit illæsos, etiam per te excruciet, & explodat omnes spiritus apostaticos. Bene † dico te, & exor † cizo, atque coniu † ro te creatura ignis, & per illum, qui facit orbem tremere, & qui omnia potest, vt aduersus infernales prædones sis mihi adiutorium, eos in virtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi affligens, excrucians, & exurens plus centuplo, quàm gehenna sulphurea: vt abs te sentiant pœnas importabiles, quæ per singula momenta suæ proteruæ obstinationis suscipiant incrementa. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

O Adonay magne, & admirabilis, qui vniuersa de nihilo tua potenti virtute creasti: & qui huius mundi corporeis elementis tantam adeò potes communicare virtutem, vt non solùm inuisibiles spiritus pro sua temeritate perpetuò excrucient, verùm etiam, vt possint rerum trãsmutare naturas: obsecramus humiliter tuam omnipotentem, pietatem, vt huic tuæ creaturæ, eam virtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus non solùm infernalium pœnarum amaram recordationem efficiat: verùm etiam eos pro sua in te, & in nos ministros tuos contumacia excruciet, exterminet, & expellat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta, quo facto, proijce instrumenta maleficialia in ignem, in dicendo Psalmum.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores

peccatores à facie Dei.

Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia:

Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi.

Exultate in conſpectu eius, turbabuntur à facie eius: patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco ſancto ſuo, Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

Deus cùm egredereris in conſpectu populi tui, cùm pertranſires in deſerto,

Terra mota eſt: etenim cœli diſtillauerunt à facie Dei Synai: à facie Dei Iſraël.

Pluuiam voluntariam ſegregabis, Deus, hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu verò perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa.

Rex virtutum dilecti, dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.

Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Syna in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem; accepiſti dona in hominibus.

Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die, quotidie: proſperum iter faciet nobis, Deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perãbulatiũ in delictis ſuis.

Dixit Dominus: ex Baſan conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos, Deus: ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.

Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuenculatum tympaniſtriarum.

In Eccleſiis benedicite Deo Domino, de fontibus Iſraël.

Ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, & principes Nephthali.

Manda Deus virtuti tuæ confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Hieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati ſunt argento,

Diſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino:

Pſallite

Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

BENEDICTIO INCENSI AD profumigandum dæmoniacos.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, dignare bene † dicere, & sancti † ficare hanc creaturam incensi, vt omnes languores, & spiritus maligni odorem incensi huius sentientes, fugiant procul, & separentur ab hac creatura tua N. quam redemisti pretioso sanguine tuo: vt de cætero non lædatur à morsu antiqui serpentis. Per te, Iesu Christe Saluator mundi, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Et Aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

PROFVMIGATIONES contra dæmones.

Recipe { Galbani, Sulphuris, } { Assæ fœtidæ, Aristolochiæ, } Aã. ʒ.
{ Ypericonis, Rutæ, }

Et omnia simul coniurata, ac benedicta sequenti benedictione (nominibus mutatis) proijce in ignem, & vexatum, velit, nolit, diu facias super dictum ignem suffumigari.

BENEDICTIO HORRIBILIS contra Spiritus malignos.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, creatura incensi, vel sulphuris, vel myrrhæ, vel ligni aloes, vel camphoræ, vel assæ fœtidæ, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per sanctissimam Trinitatem, Pa†trem, Fi†lium, & Spiritum † sanctum, & per Deum, qui omnia creauit ex nihilo, per eum, qui expulit prauos Angelos de cœlo ad ista inferiora: per Iesum † Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum, qui dabit prædestinatis fœlicissimè regnũ æternum, & reprobatis regnum infernale perpetuum: & per omnia nomina sancta ipsius Dei te coniu†ro, exor † cizo, & per omnia suprà dicta, vt sis in defensionem nostram, & efficiaris perpetua fumigatio exor-† cizata, bene † dicta, & conse † crata in salutem nostram, & omnium fidelium Christianorum, & perpetua pœna sis omnib. malignis spiritibus, & fortissimus, ac infinitus ignis eorum, & magis, quàm sit infernalibus, spiritibus sulphur, & ignis infernalis, & omnis pœna: & omnia suprà dicta sint nobis defensio, & perpetua expulsio, & suffumigatio omnium spi-

Genes. 1.

Matt 25

Digitized by Google

rituum, ac ſolutio omnium ligaminum, facturarum, & præſtigiorum: ita vt nihil prædictorum nos, nec hanc creaturam Dei N. neque locum iſtum modo aliquo offendere & impedire valeat. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

De ſum. Trin. cap. Firmiter.

INeffabilem clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt ſicut tu es vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, ſcilicet Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus ita bene † dicere, & cõſe†crare per immenſam clementiam, & pietatem tuam digneris hanc creaturam ſuffumigationis, ſic, vt ſit omnibus Chriſtianis ipſam ſumentibus odor, & defenſio perpetua contra omnes ſpiritus malignos, & omnes incantationes, & præſtigia, ac maleficia, ſitque perpetua expulſio malignorum ſpirituum, & omnium incantationum, facturarum, & præſtigiorum, & annihilatio, ac ſolutio perpetua omnium ligationum & diſſolutio omnium maleficiorum, & in quocunque loco odor eius venerit, ſiue affuerit, nullus ſpiritus, nullaque incantatio, nulla ligatio diabolorum, nulla faſcinatio, nullum maleficium, nullaque moleſtia maligni ſpiritus poſſit durare, neque ſtare modo aliquo, ſed ſtatim tua immenſa virtute, & potentia fugiãt perpetuò, & procul expellantur omnes inſidiæ latentis inimici, ac eorum habitationes diſſoluantur, & annihilentur per ſignum ſanctæ Crucis † Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta ſuper incenſum.

CONIVRATIO CHARTÆ, in qua debent ſcribi breuia applicanda, ſeu appendenda collo vexati, vel ſecum deferenda.

CONIVRATIO.

COniuro te, † charta, per verba illa tituli triumphalis Saluatoris Domini Ieſu Chriſti: & per omnia alia verba, quæ dicuntur de creatore omnium creaturarum: & per illum, qui poteſt tribuere, & facere, quòd tantam obtineas virtutem, vt omnia, quæ ſuper te ſcribentur, ad effectum ſalutis æternæ perducere valeas: & vt omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta ſine mora. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta.

AD COGNOSCENDVM SI aliquis vexetur à ſpiritibus immundis, ſcribe hæc nomina ſancta Dei in charta benedicta, vt ſuprà; & pone illa ſuper patientem, ipſo neſciente.

D. Hier.

IN nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen. † Hel † Heloym † Sother † Emmanuel † Sabaot † Agla † Tetragrammaton † Agios † Otheos † Iſchyros † Athanatos † Iehoua † Ya † Adonay † Saday † Homouſion † Meſſias † Eſereheie † Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus † ſanctus † Ieſus Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat. † Si diabolus ligauit, vel tentauit te N. ſuo effectu, vel per ſua opera, Chriſtus Filius Dei viui per ſuam miſericordiam liberet te ab omnibus ſpiritibus immundis,

Digitized by Google

immundis, qui venit de cœlo, & incarnatus est in vtero beatissimæ Virginis Mariæ causa humanæ salutis,& eiiciendi diabolum, & omnem malignum spiritum à te in profundum
Apoc. 9. inferni, & abyssi. Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ,vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

BENEDICTIO DOMVS à spiritibus immundis molestatæ, ex antiquis Exorcismis excerpta.

Antequàm Sacerdos ingrediatur domum, dicat sequentem Orationem.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotib. tuis præ ceteris tantam gratiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectéq; ab eis agitur,à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites: & quicquid benedicturi, bene † dicas, & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas, sintque ad nostræ humilitatis ingressum, & introitum, sanctorum tuorum meritis fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. Amẽ.

ORATIO DICENDA CVM perueneris ad locum molestatum.

ADesto, Domine, supplicationibus nostris, & hanc domum serenis oculis tuæ pietatis illustra, & descendat super habitantes in ea gratiæ tuæ bene † dictio, vt in his factis habitaculis cum salubritate manẽtes, ipsi tuum semper sint habitaculum Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

BEne † dic, Domine, domum istam: bene † dic, Domine, introitum nostrum, bene † dic, Domine, ingressus pedum nostrorum sicut dignatus es domum patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Iacob benedicere. Quæsumus, Domine Iesu Christe, qui discipulis tuis dixisti: In quamcunque domum intraueritis salutate eam, dicentes:Pax huic domui: vt veniat pax illa super domum istam, & omnes famulos, & famulas tuas, & eos, Domine, ab omni infirmitate eripere, & liberare digneris,& reple eos centesimo fructu vini, & olei, & frumenti, & in futuro illis æternam concede gloriam. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.
Gen. 12, & 22.

Oratio.

BEne † dic, quæsumus, Domine Deus omnipotens, locum istum cum ædificiis suis, vt sit ibi sanitas, sanctitas, virtus, & gloria, atque humilitas, bonitas, & mansuetudo, lenitas, & plenitudo legis, obedientiáque Deo Patri, & Filio,& Spiritui sancto. Hæc benedictio sit super hunc locum, & super omnes habitãtes in eo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

TE Deum Patrem omnipotentem oramus pro hac domo, & pro dæmoniacis hanc habitantibus, hac spe, vt sanctificare digneris: vt sint promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, tribue eis de rore cœli abundantiam: & de pinguedine vitæ substantiam, & desiderium cordis, & vota eorum ad effectum tuæ miserationis perducas: introitum verò bene † dicere digneris, vt benedicere dignatus es Abraham, Isaac, & Iacob: & infra parietes domus istius Angelus lucis inhabitet. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Gen. 6.

Digitized by Google

Oratio.

PRotector in te ſperantium Deus, & ſubditorum trementium cuſtos, habitantibus in hac domo famulis, & famulabus tuis propitius adeſſe digneris: & veniat ſuper eos ſemper tuæ benedictionis infuſio, vt pietati tuæ tunc repleti muneribus, tua gratia ſemper in tuo nomine læti exultent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

EXaudi nos, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, vt ſi qua aduerſa, & ſi qua contraria ſunt in hac domo, auctoritate maieſtatis tuæ expellantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde aſpergendo loca domus aqua benedicta, dic Pſalmos ſequentes.

Pſalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine, libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua doloſa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?
Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea.
Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſraël.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.
Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: in atriis tuis Hieruſalem.
Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſraël: ad confitendum nomini Domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.
Rogate, quæ ad pacem ſunt Hieruſalem: & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in veritate tua: & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.
Propter domum Domini Dei noſtri, quæſiui bona tibi.

Pſalmus 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum

Digitized by Google

minum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri: quia multùm repleti ſumus deſpectione.

Quia multùm repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Pſalmus 123.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: niſi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutiſſent nos.

Cùm iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorũ.

Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmum tuam, Domine, clementer ingredere, & in eorum tibi corda fidelium perpetuam conſtrue manſionem: & præſta, vt in hac domo nulla malignorum ſpirituum dominetur nequitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amẽ.

Deinde cum aſperſione aquæ, modo ſupradicto, dic Pſalmos ſequentes.

Pſalmus 124.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac, Domine, bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui, &c.

Pſalmus 125.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Conuerte, Domine, captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Digitized by Google

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite, poſtquàm ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 127.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit.

Vxor tua, ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hieruſalem, omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 128.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus juſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorum, quod, priuſquam euellatur, exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam, qui metet: & ſinum ſuum, qui manipulos colliget.

Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. *totum.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, *Hier.* 23. qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, totúſque operaris: adeſto ſupplicationibus noſtris, vt hujus domus ædificatæ ſis protector: & nulla hîc nequitia contrariæ poteſtatis aſſiſtat, ſed virtute Spiritus ſancti, & operatione ejus fiat tibi hîc primum ſeruitium, & deuota libertas exiſtat. Per Chriſtum noſtrum. Amen.

Deinde

Digitized by Google

Deinde dic Pſalmos ſequentes cum aſperſione aquæ, vt ſuprà.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te, Domine, Domine, exaudi orationem meam:
Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris, Domine, quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te, Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſraël in Domino;
Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 130.

DOmine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.
Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 131.

MEmento, Domine Dauid, & omnis manſuetudinis ejus.
Sicut iurauit Domino votum vouit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge, Domine, in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & ſancti tui exultent.
Propter Danid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſque in ſæculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producant cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſal

Digitized by Google

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite, poſtquàm ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 127.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit.

Vxor tua, ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hieruſalem, omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 128.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus juſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorum, quod, priuſquam euellatur, exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam, qui metet: & ſinum ſuum, qui manipulos colliget.

Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. *totum.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, totúſque operaris: adeſto ſupplicationibus noſtris, vt hujus domus ædificatæ ſis protector: & nulla hîc nequitia contrariæ poteſtatis aſſiſtat, ſed virtute Spiritus ſancti, & operatione ejus fiat tibi hîc primum ſeruitium, & deuota libertas exiſtat. Per Chriſtum noſtrum. Amen. *Hier.* 23.

Deinde

Digitized by Google

Deinde dic Pſalmos ſequentes cum aſperſione aqua, vt ſuprà.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te, Domine, Domine, exaudi orationem meam:
Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris, Domine, quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te, Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſraël in Domino;
Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 130.

DOmine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.
Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 131.

MEmento, Domine Dauid, & omnis manſuetudinis ejus.
Sicut iurauit Domino votum vouit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge, Domine, in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & ſancti tui exultent.
Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſque in ſæculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producant cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſal

Digitized by Google

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus: benedictionem & vitam vſque in ſæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum, omnes ſerui Domini.

Qui ſtatis in domo Domini: in atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: qui fecit cœlum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Pater noſter. *totum.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ dedicatos aſſiſtis: exaudi nos, quæſumus, vt inuiolabilis hujus domus permaneat benedictio: & beneficia tui muneris vbiuerſitas, quæ ſupplicat, mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſteà in principaliori loco domus lege ſequentia Euangelia.

Initium Sancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus, per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quoquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. ℟. Laus tibi Chriſte. *Cap.* 1.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

CVm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis Regis ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum; Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiés autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis

Hiero

Digitized by Google

Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptũ est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cùm Maria matre eius. Et procidentes, adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. ℣. Laus tibi Christe.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco; Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: Et ecce Elisabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. ℣. Laus tibi Christe.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore. Ingressus Iesus perambulabat Iericò. Et ecce vir nomine Zacchæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et quærebat Iesum videre quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret illum, quia inde erat transiturus. Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zacchæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens in domum suam. Et cùm vidissent omnes, murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacchæus dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meo-

Digitized by Google

rum, Domine, do pauperibus, & ſi quid defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.

℟. Laus tibi Chriſte.

Deinde benedic incenſum hoc modo, & poſt benedictionem pone ipſum ſuper ignem,

BENEDICTIO.

PEr interceſſionem beati Michaëlis Archangeli, ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud dignetur Dominus bene†dicere, & in odorem ſuauitatis accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

℣. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

VIſita, quæſumus, Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle, & Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum, &c.

Poſteà facias ſignum crucis ſuper domum, & in ea habitantes, dicendo:

SIgnum ſalutis impone, Domine, ſuper hanc domum; & non permittas introire in eam Angelum percutientem. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

Deinde dic benedictionem iſtam.

BEnedictio Dei omnipotentis, Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti deſcendat ſuper vos, & domum iſtam, & maneat ſemper. Amen.

BENEDICTIO AVRI, thuris, & Myrrhæ aduerſus dæmones incubos, & ſuccubos, & contra inſultus Maleficorum, quæ conſueuit fieri in feſto Epiphaniæ: extracta ex Sacerdotali.

Habeas Aurum, Thus, & Myrrham preparata, & illa benedic ſequenti benedictione.

Verſ. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Poſteà dicas ſequentes Pſalmos.

Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me: & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo, Domine quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri, &c.

Pſal

Digitized by Google

Psalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio Regis.
Iudica populum tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.
Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.
Iudicabit pauperes populi: & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum Sole, & ante Lunam: in generatione, & generationem.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.
Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Æthyopes: & inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberauit pauperem à potente: & pauperem, cui non erat adiutor.
Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei.
Erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper libanum fructus ejus: & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.
Sit nomen ejus benedictum in ſæcula: ante Solem permanet nomen ejus.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus Dominus Deus Iſraël: qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen majeſtatis ejus in æternum: & replebitur majeſtate ejus omnis terra, fiat, fiat.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.
Vt cognoſcamus in terra viam tuam; in omnibus gentibus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur, & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.
Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. *Antiph.* Apertis theſauris ſuis, obtulerunt Magi Domino Aurum, Thus, & Myrrham. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. *totum*, Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. *Verſ.* Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
Verſ. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Digitized by Google

Oratio.

Matth. 2 OMnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur, vt ſicut has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ à tribus regibus tibi tanquam ſummo regi, & Deo vero, & homini vero oblatas recepiſti: ita bene†dicere, conſe†crare, & ſanctiſ†ficare digneris, & eis tuæ donum benedictionis infundere: vt quicunque eas guſtauerit, ab omni periculo animæ, & corporis ſaluus ſemper exiſtat. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas, &c.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui nobis Sacerdotibus, non noſtris meritis, ſed ſola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam contuliſti, vt quiquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri credatur. Adeſto quæſumus noſtræ officio ſeruitutis, bene†dicere, ac ſancti†ficare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas nos in nomine ſancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui viuis, & regnas cum Patre, & Spiritu ſancto Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Ibidem.

Oratio.

BEne†dic itaque, Domine Ieſu Chriſte, in titulum omnipotentiæ tuæ, & ſpem ſalutis fidelium vrentium, has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, vt ſicut beatos tres Magos Gaſpar, Balthaſar, & Melchior tibi eas offerentes, ad myſteria tua cognoſcenda illuminare, & ad te deuotè adorandum accendere: atque ab inſidiis, & periculis cuſtodire dignatus es: ita fideles tuos in tua miſericordia ſperantes, qui eiſdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrha in tuo nomine vſi fuerint, lumine tuo illuſtrare, amore tuo inflammare, & à cunctis aduerſitatibus, ab omnibúſque inſidiis, & nocumentis diabolicis præſeruare digneris. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et aſpergantur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, ſi quis vexetur à dæmone incubo, vel ſuccubo, accipiat iſta tria, vnà cum Rua benedicta, propria benedictione poſita ſuprà fol. 118. *Et faciat ſibi breue, & ad collum deferat cum Dei timore, & reuerentia.*

Faciat etiam ex iſtis quatuor partes, & ponat in quatuor angulos lecti, & liberabitur, Deo fauente.

REMEDIVM LIBERATIVVM, & præſertiuum ab infeſtationibus dæmonum vexantium homines, iumenta, & habitacula eorum, & ab inſultibus Maleficorum.

Accipe chartam, & ipſam benedic propria benedictione poſita ſuprà fol. 122. *Poſteà aſperge ipſam aqua benedicta: deinde ſcribe ſuper eam hæc verba in modum Crucis.*

IN†R I QVia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, Ioan. 1.

I naſcens ex Maria virgine, per ineffabilem pietatem, & miſericordiam ſuam piiſſimam, & per interceſſionem eiuſdem beatæ Mariæ virginis, & Angelorum, Sanctorúmque omnium, & maximè Apoſtolorum, & Euangeliſtarum ſuorum Ioannis, & Matthæi, Marci,

Digitized by Google

ci, & Lucæ, ipsum quæso, vt dignetur me liberare, & conseruare ab omni infestatione Satanæ & ministrorum eius. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde accipe sal exorcizatum, & benedictum, ceram cerei Paschalis, vel aliam benedictam, & Rutam benedictam propria benedictione posita suprà fol. 118. *omnia aspersa aqua benedicta: & omnia simul pone in chartam supradictam: & in modum breui suspende omnia ad collum patientis, vel in loco vexato, & liberabitur, seu conseruabitur gratia Dei.*

CONIVRATIO CONTRA grandines seu tempestates à dæmonibus excitatas.

In modum Crucis extende manus tuas contra nubes, & dic,

Pater noster. Aue Maria, Credo in Deum, & Symbolum.

Symbolum. Athanasij.

QVicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatámque seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

De sum. Tri. cap. Firmiter.

Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, Immensus Filius, Immensus Spiritus sanctus. *Ibidem.*

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus. *Ibidem.*

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus.

Quia sicut singillatim vnamquamque personam Deum, ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. *Ioan. 1.*

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate, nihil priùs, aut posteriùs, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. *Ibidem.*

Ita vt per omnia, sicut iam suprà dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Digitized by Google

Oratio.

Matth.2 OMnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur, vt ſicut has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ à tribus regibus tibi tanquam ſummo regi, & Deo vero, & homini vero oblatas recepiſti: ita bene†dicere, conſe†crare, & ſancti†ficare digneris, & eis tuæ donum benedictionis infundere: vt quicunque eas guſtauerit, ab omni periculo animæ, & corporis ſalutis ſemper exiſtat. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas, &c.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui nobis Sacerdotibus, non noſtris meritis, ſed ſola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam contuliſti, vt quiquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri credatur. Adeſto quæſumus noſtræ officio ſeruitutis, bene†dicere, ac ſancti†ficare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas nos in nomine ſancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui viuis, & regnas cum Patre, & Spiritu ſancto Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Ibidem.

Oratio.

BEne†dic itaque, Domine Ieſu Chriſte, in titulum omnipotentiæ tuæ, & ſpem ſalutis fidelium vrentium, has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, vt ſicut beatos tres Magos Gaſpar, Balthaſar, & Melchior tibi eas offerentes, ad myſteria tua cognoſcenda illuminare, & ad te deuotè adorandum accendere: atque ab inſidiis, & periculis cuſtodire dignatus es: ita fideles tuos in tua miſericordia ſperantes, qui eiſdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrha in tuo nomine vſi fuerint, lumine tuo illuſtrare, amore tuo inflammare, & à cunctis aduerſitatibus, ab omnibúſque inſidiis, & nocumentis diabolicis præſeruare digneris. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et aſpergantur aqua benedicta.

Hac benedictione completa, ſi quis vexetur à damone incubo, vel ſuccubo, accipiat iſta tria, vnà cum Ruta benedicta, propria benedictione poſita ſuprà fol. 118. Et faciat ſibi breue, & ad collum deferat cum Dei timore, & reuerentia.

Faciat etiam ex iſtis quatuor partes, & ponat in quatuor angulos lecti, & liberabitur, Deo fauente.

REMEDIVM LIBERATIVVM, & præſertiuum ab infeſtationibus dæmonum vexantium homines, iumenta, & habitacula eorum, & ab inſultibus Maleficorum.

Accipe chartam, & ipſam benedic propria benedictione poſita ſuprà fol. 122. Poſteà aſperge ipſam aqua benedicta: deinde ſcribe ſuper eam hæc verba in modum Crucis.

I N†R I QVia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, *Ioan.1.*

natſcens ex Maria virgine, per ineffabilem pietatem, & miſericordiam ſuam piiſſimam, & per interceſſionem eiuſdem beatæ Mariæ virginis, & Angelorum, Sanctorúmque omnium, & maximè Apoſtolorum, & Euangeliſtarum ſuorum Ioannis, & Matthæi, Marci,

Digitized by Google

ci, & Lucæ, ipsum quæso, vt dignetur me liberare, & conseruare ab omni infestatione Satanæ & ministrorum eius. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde accipe sal exorcizatum, & benedictum, ceram cerei Paschalis, vel aliam benedictam, & Rutam benedictam propria benedictione posita suprà fol. 118. *omnia aspersa aqua benedicta: & omnia simul pone in chartam supradictam: & in modum breui suspende omnia ad collum patientis, vel in loco vexato, & liberabitur, seu conseruabitur gratia Dei.*

CONIVRATIO CONTRA grandines seu tempestates à dæmonibus excitatas.

In modum Crucis extende manus tuas contra nubes, & dic,

Pater noster. Aue Maria, Credo in Deum, & Symbolum.

Symbolum. Athanasij.

QVicunque vult saluus esse: ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatámque seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

De sum. Tri. cap. Firmiter.

Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, Immensus Filius, Immensus Spiritus sanctus. *Ibidem.*

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus. *Ibidem.*

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus.

Quia sicut singillatim vnamquamque personam Deum, ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. *Ioan. 1.*

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate, nihil priùs, aut posteriùs, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. *Ibidem.*

Ita vt per omnia, sicut iam suprà dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Digitized by Google

Qui vult ergo ſaluus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt Incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus, & homo eſt.

Ibidem. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & homo ex ſubſtantia Matris in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum diuinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit, & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ: ſed vnitate perſonæ.

Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides Catholica: quam niſi quiſque fideliter, firmitérque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

CONIVRATIO.

Ex antiquis Exorciſmis.

COniuro vos, nubes, & grandines, ſeu tempeſtates, ac vobis præcipio per Deum Patrem, † per Deum Fi † lium, & per Deum Spiritum † ſanctum, qui ſunt in ſubſtantia vnus Deus: per potentiam Patris, per ſapientiam Filij, per amorem Spiritus ſancti procedentis ab vtroque, per ſacram obedientiam Ieſu Chriſti, per ſacram humilitatem virginis Mariæ dominæ noſtræ, per virtutes Apoſtolorum, per paſſiones terribiles Martyrum Chriſti, per nouem choros ſpirituum cœleſtium, per fidelem, & ſacram vitam Confeſſorum, per omnes ſanctas Mulieres, famulas, & Martyres Chriſti, per omnes animas beatas cœli: per ſacram obumbrationem, quam fecit virtus altiſſimi B. virgini Mariæ dominæ noſtræ, per imperiale verbum, quod fecit Chriſtus ventis, vt ceſſarent, per diuiſionem mirabilem maris rubri, quam fecit potentia diuina populo Iudaico, per omnia iſta ſuprà ſcripta coniuro, † & præcipio vobis, ô nubes, ſeu grando, quòd in ſigno huius ſacræ Crucis, † quam contra vos facio, indiuiſæ repentè recedatis à nobis, & ab hoc loco ſine læſione alicuius hominis, ſiue loci, ſiue nauis, ſiue terræ, delcamini per aërem. Amen. *Luc. 8.*

Ex Malleo Maleficorum.

Iterum adiuro † vos, grandines, & ventos per quinque vulnera Chriſti, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, vt in aquam reſoluti deſcendatis. In nomine Pa † tris, & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Digitized by Google

Oratio.

Ex antiquis Exorcismis.

DOmine Ieſu Chriſte, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, quíque flumini Iordani benedixiſti, atque in eo baptizari voluiſti, & tuas ſanctiſſimas manus, & brachia ſacratiſſima in Cruce extendiſti; quibus aërem ſanctificaſti, obſecramus immenſam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenùs has nubes, quas ante me, & poſt me, & ſuprà me à dextris, & à ſiniſtris video aërem perturbare, diſſoluere & annihilare digneris, vt alligata poteſtas dæmonum impiè deſæuiens, deficiat, & turbetur ad laudem tui ſanctiſſimi nominis, & omnipotentiſſimæ maieſtatis tuæ. Qui viuis, &c.

Poſteà conuerſus ad nubes, & eas ſigno Crucis ſignans, dicas.

Ibidem.

CIrcundet te Deus Pater: Circundet te Deus Fi † lius: Circundet te Deus Spiritus † ſanctus: Benedicat te Deus Pa † ter. Benedicat te Deus Fi † lius. Benedicat te Deus Spiritus † ſanctus. Diuidat te Deus Pa † ter. Diuidat te Deus Fi † lius. Diuidat te Deus Spirit. ſãctus. Deſtruat te Deus Pa † ter. Deſtruat te Deus Fi † lius. Deſtruat te Deus Spiritus † ſanctus. Annihilet te Deus Pa † ter. Annihilet te Deus Fi † lius. Annihilet te Deus Spiritus † ſanctus. In nomine. Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

ADIVRATIO.

SAnctus Matthæus, † ſanctus Marcus, † ſanctus Lucas, † ſanctus Ioannes Euangeliſta, † qui Chriſti Euangelium per quatuor mundi partes diuulgauerunt: ipſi ſuis meritis, & precibus hanc tempeſtatem ab omnibus Chriſtianorum finibus, ab eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto obtineant effugari, & depelli. Et egò peccator, & Chriſti Sacerdos (licèt indignus) auctoritate, & virtute eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſummi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confiſus, vobis præcipio, immundiſſimi ſpíritus, qui has nebulas concitatis, in virtutem eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per tremendum eius Iudicium, & per ſanctiſſimam Crucem † ſuam, quam contra vos facio, & per merita intemeratæ, ſempérque beatiſſimæ virginis Mariæ Dei genitricis, & per merita omnium Sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas diſpergatis in locis ſyluęſtribus, quatenùs nocere non pòſſint homini, vel iumento, aut volucri, ſeu fructibus: aut quibuſcunque rebus humano vſui deputatis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui venturus eſt iudicare vìuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

IPſe vobis imperat, † dæmones, qui has nubes commouetis, qui de nube lucida dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipſe vobis imperat, † qui principem veſtrum deuicit, & ligauit. Ipſe vobis imperat † qui ſua ſacratiſſima Cruce, & corporis ſui ſanctiſſimi in ea extentione aërem purgauit. Ipſe vobis imperat, † qui inferno ſpoliato, reſurgèns à mortuis, poſt quadraginta dies à nube ſuſceptus, aſcendit in cœlum. Ipſe vobis imperat, † qui vos æternæ gehennæ *Matt. 18.* *Act. 2.*

Digitized by Google

Qui vult ergo ſaluus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt Incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus, & homo eſt.

Ibidem. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & homo ex ſubſtantia Matris in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum diuinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit, & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ: ſed vnitate perſonæ.

Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & hõmo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides Catholica: quam niſi quiſque fideliter, firmitérque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

CONIVRATIO.

Ex antiquis Exorciſmis.

COniuro vos, nubes, & grandines, ſeu tempeſtates, ac vobis præcipio per Deum Patrem, † per Deum Fi † lium, & per Deum Spiritum † ſanctum, qui ſunt in ſubſtantia vnus Deus: per potentiam Patris, per ſapientiam Filij, per amorem Spiritus ſancti procedentis ab vtroque, per ſacram obedientiam Ieſu Chriſti, per ſacram humilitatem virginis Mariæ dominæ noſtræ, per virtutes Apoſtolorum, per paſſiones terribiles Martyrum Chriſti, per nouem choros ſpirituum cœleſtium, per fidelem, & ſacram vitam Confeſſorum, per omnes ſanctas Mulieres, famulas, & Martyres Chriſti, per omnes animas beatas cœli: per ſacram obumbrationem, quam fecit virtus altiſſimi B. virgini Mariæ dominæ noſtræ, per imperiale verbum, quod fecit Chriſtus ventis, vt ceſſarent, per diuiſionem mirabilem maris rubri, quam fecit potentia diuina populo Iudaico, per omnia iſta ſuprà ſcripta coniuro, † & præcipio vobis, ô nubes, ſeu grando, quòd in ſigno huius ſacræ Crucis, † quam contra vos facio, indiuiſæ repentè recedatis à nobis, & ab hoc loco ſine læſione alicuius hominis, ſiue loci, ſiue nauis, ſiue terræ, delcamini per aërem. Amen. *Luc. 8.*

Ex Malleo Maleficorum.

Iterum adiuro † vos, grandines, & ventos per quinque vulnera Chriſti, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, vt in aquam reſoluti deſcendatis. In nomine Pa † tris, & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

Digitized by Google

Oratio.

Ex antiquis Exorcismis.

DOmine Ieſu Chriſte, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, quíque flumini Iordani benedixiſti, atque in eo baptizari voluiſti, & tuas ſanctiſſimas manus, & brachia ſacratiſſima in Cruce extendiſti; quibus aërem ſanctificaſti, obſecramus immenſam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenùs has nubes, quas ante me, & poſt me, & ſuprà me à dextris, & à ſiniſtris video aërem perturbare, diſſoluere & annihilare digneris, vt alligata poteſtas dæmonum impiè deſæuiens, deficiat, & turbetur ad laudem tui ſanctiſſimi nominis, & omnipotentiſſimæ maieſtatis tuæ. Qui viuis, &c.

Poſteà conuerſus ad nubes, & eas ſigno Crucis ſignans, dicas.

Idem.

CIrcundet te Deus Pater: Circundet te Deus Fi † lius: Circundet te Deus Spiritus † ſanctus: Benedicat te Deus Pa † ter. Benedicat te Deus Fi † lius. Benedicat te Deus Spiritus † ſanctus. Diuidat te Deus Pa † ter. Diuidat te Deus Fi † lius. Diuidat te Deus Spirit. ſãctus. Deſtruat te Deus Pa † ter. Deſtruat te Deus Fi † lius. Deſtruat te Deus Spiritus † ſanctus. Annihilet te Deus Pa † ter. Annihilet te Deus Fi † lius. Annihilet te Deus Spiritus † ſanctus. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † ſancti. Amen.

ADIVRATIO.

SAnctus Matthæus, † ſanctus Marcus, † ſanctus Lucas, † ſanctus Ioannes Euangeliſta, † qui Chriſti Euangelium per quatuor mundi partes diuulgauerunt: ipſi ſuis meritis, & precibus hanc tempeſtatem ab omnibus Chriſtianorum finibus, ab eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto obtineant effugari, & depelli. Et egò peccator, & Chriſti Sacerdos (licèt indignus) auctoritate, & virtute eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſummi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confiſus, vobis præcipio, immundiſſimi ſpíritus, qui has nebulas concitatis, in virtutem eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per tremendum eius Iudicium, & per ſanctiſſimam Crucem † ſuam, quam contra vos facio, & per merita intemeratæ, ſempérque beatiſſimæ virginis Mariæ Dei genitricis, & per merita omnium Sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas diſpergatis in locis ſylueſtribus, quatenùs nocere non poſſint homini, vel iumento, aut volucri, ſeu fructibus: aut quibuſcunque rebus humano vſui deputatis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

IPſe vobis imperat, † dæmones, qui has nubes commouetis, qui de nube lucida dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipſe vobis imperat, † qui principem veſtrum deuicit, & ligauit. Ipſe vobis imperat † qui ſua ſacratiſſima Cruce, & corporis ſui ſanctiſſimi in ea extentione aërem purgauit. Ipſe vobis imperat, † qui inferno ſpoliato, reſurgens à mortuis, poſt quadraginta dies à nube ſuſceptus, aſcendit in cœlum. Ipſe vobis imperat, † qui vos æternæ gehennæ *Matt. 18.* *Act. 2.*

Digitized by Google

gehennæ mancipauit ignibus. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

Poſteà oſtendat Crucem in aëre à quatuor lateribus, dicens.

ECce ſignum ſanctiſſimæ Crucis, fugite partes aduerſæ : vicit enim vos, & mundum Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei, ſummus imperator, qui eſt leo de tribu Iuda, radix Dauid. Apoc. 5.

Poſtea aſpergat aquam benedictam in modum Crucis per quatuor latera. Et ſi adhuc perſeuerauerit tempus tempeſtuoſum, dicendæ ſunt Litaniæ ſequentes.

LITANIÆ DICENDÆ contra tempeſtatem à dæmonibus excitatam.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere ei.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus, miſerere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere ei.
Sancta Maria. ora pro eo.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriël, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli. orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orat.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orat.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane, orat.
Sancti Ioannes, & Paule, orat.
Sancti Coſma, & Damiane, orat.
Sancti Geruaſi & Protaſi, orat.
Omnes ſancti Martyres, orat.
Sancte Sylueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores. orat.
Omnes ſancti Doctores, orat.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate.

Omnes

Digitized by Google

Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ. orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis Domine,
Propitius eſto, exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, libera nos, Domine.
Ab omni peccato, lib.
Ab ira tua, lib.
A ſubitanea, & improuiſa morte,
Ab inſidiis diaboli, lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, lib.
A ſpiritu fornicationis, lib.
A fulgure, & tempeſtate, lib.
A morte perpetua, lib.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, lib. nos Domine.
Per Aduentum tuum, lib.
Per Natiuitatem tuam, lib.
Per Baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum, lib.
Per Crucem, & Paſſionem tuam, lib.
Per mortem, & ſepulturam tuam, lib.
Per ſanctam Reſurrectionem tuam, lib.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, lib.
Per aduentum Spiritus ſancti Paraclyti, lib.
In die Iudicij, lib.
Peccatores, te rog.
Vt nobis parcas, te rog.
Vt nobis indulgeas, te rog. audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare dign. te rog.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rog. audi nos.
Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rog.
Vt has grandines à dæmonibus excitatas in aquam reſoluere digneris. te rog.
Vt has gradines diſſoluere digneris, te rog.
Vt has grandines annihilare, & à partibus fidelium depellere, & effugare digneris, te rog.
Vt has grandines benedicere, & diuidere digneris, te rog.
Vt has grandines diſperdere, & deſtruere digneris, te rog.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.
Vt nos exaudire digneris. te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Pater noſter *totum*. Amen.

Digitized by Google

INDEX OMNIVM RERVM NOTABILIVM,

quæ continentur in libello remediorum contra malignos spiritus.

A

AD cognoscendum si aliquis à diabolo vexetur. 122
Ad Dominum cùm tribularer clamaui. 124
Ad te leuaui oculos meos, ibid.
Aquæ benedictio contra spiritus malignos. 108

B

BEati omnes qui timent Dominum. 126
Bened. olei ad maleficia destruēda, 98
Bened. Panis ad destruenda maleficia, 101
Benedictio ad quodcunque volueris. 105
Bened. Olei ad vngendum maleficiatos. ib.
Benedictio syruporū, atque medicinæ: 106
Benedictio omnium potionum ad fuganda maleficia. 107
Benedictio Aquæ ad facturas, & maleficia fuganda. 108
Benedictio Salis, & Aquæ ad curandum dæmoniacos, seu maleficiatos. 110
Bened. Vini ad sanandū maleficiatos. 116
Bened Rutæ contra spiritus malignos. 118
Benedictio Ignis ad comburenda instrumenta maleficialia. 119
Benedictio Incensi ad profumigandum dæmoniacos. 121
Benedictio horribilis contra spiritus malignos. ibid.
Benedictio Domus à spiritibus immundis vexatæ. 123
Benedictio Auri, thuris, & myrrhæ. 130

C

COniuratio chartæ pro breuibus scribendis. 122
Coniuratio grandinis à dæmonibus excitatæ. 133. & 134.

D

DE profundis clamaui ad te Domine. 127
Deus in nomine tuo saluū me fac. 130
Deus iudicium tuum regi da. 131
Deus misereatur nostri, & benedicat nobis. ibid.
Domine non est exaltatum cor meum. 127
Documentum valdè necessarium Exorcistis ad præbenda remedia potabilia maleficiatis. 104

E

ECce quàm bonū, & quàm iucundū. 128
Ecce nunc benedicite Dominum. ibid.
Eu. Recumbentibus vndecim discipulis 99
Eu. Missus est Angelus Gabriel à Deo. 119
Euang. Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ. 128
Eu. Ihgressus Iesus perābulabat Hierico. 129
Exorcismus Aquæ benedicendæ secundum morem Romanæ Ecclesiæ. 97
Alius Exorcismus Aquæ. 109
Exorcismus salis secundum morem Ecclesiæ Romanæ. 96
alius Exorcismus Salis. 112
Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. 119

G

GRandinis coniuratio à dæmonibus excitatæ. 133 & 134

I

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion. 125
In principio erat verbum. 109 & 128

L

LEuaui oculos meos in montes. 124
Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. ibid.
Litaniæ dicendæ super sal & aquam. 111
Litaniæ dicendæ contra tempestatem à dæmonibus excitatam. 136

M

MEdicina pro maleficato, vel à dæmonibus obsessis. 106
Memento Domine Dauid: 127
Modus sumendi oleum, & panem benedictum. 104
Modus vngendi maleficiatos, vel à dæmonibus vexatos 105
Modus soluendi maleficia in corpore humano existentia. 106

N

NIsi quia. Domin. erat in nobis. 125
Nisi Dominus ædificauerit domū. 126

O

ORatio dicenda cùm perueneris ad locum molestatum 123
Ordo ad faciendā aquam benedictā. 96

P

PAnis benedictio ad maleficia fugandā de obsessis corporibus. 101
Profumigationes contra dæmones obsidentes corpora humana. 121

Q

QVi confidunt in domino sicut mons sion. 125
Quicunque vult saluus esse 135

R

REmedium contra dęmones incubos. 132
Remedium liberatiuū, & conseruatiuū ab infestationibus dæmonum, ibid.

S

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea. 126

FLAGEL

FLAGELLVM MALEFICORVM.

AVTHORE

M. PETRO MAMORIS
LEMOVICENSI,

CANONICO ECCLESIÆ BEATI
Petri Xanton. & in alma Vniuersitate
Pictauiensi Sacræ Theologiæ olim
Professore eximio.

CVM INDICIBVS.

Digitized by Google



INDEX CAPITVM.

CAP. I. *INgressus ad rem.*

II. *VAriorum maleficiorum inducta narratio.*

III. *Circa præmissa variarum opinionum expressio.*

IV. *Inserit quædam magica artis exordia.*

V. *De naturalibus & dæmoniacis delusionibus sensuum humanorum.*

VI. *Dæmones posse mouere corpora de loco ad locum.*

VII. *Quomodo dæmon possit potentiarum animæ actiones impedire.*

VIII. *Modus delusionis dæmoniacæ, ex præmissis eruitur, & in particulari explicatur. Ac primùm quoad sensus exteriores.*

IX. *Modus delusionis sensuum internorum.*

X. *Modus quo dæmon virtutum naturalium actiones inhibet ac præsertim generatiuas.*

Digitized by Google

XI. *Expreſsio variorum modorum in ipſis maleficiis & interuenientium in ſingulis damoniacarum deluſionum expoſitio.*

XII. *Diſtinctio artium magicarum in varias ſpecies.*

XIII. *Vnde magica artes vim & poteſtatem habeant.*

XIV. *Remedia contra maleficia.*

XV. *De ſomniis & viſionibus.*

XVI. *De grauitate criminis maleficorum.*

XVII. *Ad argumenta ſuperius initio capitis tertij facta reſponſio.*

PROOEMIVM.

SVpra vires, etiam exploratas, arduum opus conſidero, R. Pater, & Domine honorandiſſime, Domine Ludouice de Rupe Cauardi, inſignis moribus ab Ephebis, & claro ſanguine generoſe: quem ſcientiæ titulis, eloquentiæ dotibus, ſapientiæ donis, & totius probitatis in omni virtute & laudibus commendatum per orbem, Romam videlicet, Venetias & Ieruſalem vſque, vbi primum primæ Miſſæ ſacrificium Deo Patri in memoriam paſſi Domini cum deuotionis lacrymis latè & amplius fuſis obtuliſti, pius Dominus Eccleſiæ ſanctæ ſuæ cuſtos & ſponſus Ieſus Chriſtus; voce Spiritus ſancti in Epiſcopum Xantonen. elegit, atque vocauit, gregem ſuum verbo doctrinæ, ſubſidiis, & exemplo vitæ paſcere. Veſtro rogatu, quem vt facere teneor ex priùs ad amplum beneficiis receptis à vobis pro mandato recipio, inuiolabilique præcepto iuſſiſti, vt tractatum contra maleficos, quorum peſtis nunc ſerpit amara nimis in regno, componerem, atque dubiorum, quæ de poteſtate actibuſque eorum apud plures modo vario decidenda recipiuntur, quã poſſem patefacerem veritatẽ. Sed quia nec volo ne-

Digitized by Google

que possum vestris non obedire præceptis, quoniam scio, & verè scio & pluries experimento didici, certusque sum vos Dei, virtutum, scientiæ proborúmque dilectorem, imò cultum Dei & salutem animarum cum zelo gerere cordi, atque superstitiones singulas ab Ecclesia vellicare, & virtutes vt satius est inserere cupientem: pro posse conabor vestra præcepta humiliter adimplere, de Dei auxilio confisus, & misericordia, & vestris precibus ad Deum pro me, si placet, & cæteris peccatoribus cum deuotione oblatis, quidquid scripsero, & opusculum istud sapientiæ vestræ corrigendum, approbandum, concedendum, vel in melius commutandum, vt expediens videbitur esse, submitto, quatenus vestri fauore munitum ex vobis, non ex alio, sub Deo fonte sapientiæ acceptius à legentibus excipiatur, nec quidquam in eo deuium à veritate censeatur, vel correctione dignum, vbi ipsum examinationis vestræ lima omnem tollens rubiginem mundauerit, in honorem Dei, Ecclesiæ sanctæ auctoritatem, in agnitionem veritatis, & sinceritatis fidei: in laudem bonorum, & correctionem reproborum, in cultum & gloriam Sactorum, in confessionem hominum peruersorum, & in reprobationem malefieorum, exaltationem verò iustorum, præstante Domino Iesu Christo per omnia sæcula victore glorioso. Amen.

CAP. I.

Ingressus ad rem.

Regnum Francia vastatum multipliciter ab Anglis.

QVoniam tempore multo nimis Anglorum inuasionibus nobile & omni sapientia plenum, Deo permittente, multipliciter vastatum regnum Franciæ fuit, atque depopulatum, nobili multorum sanguine in bellis effuso proborum, atque pro parte vtraque, scilicet Francorum & Anglorum exteræ gentes & barbaræ, causa magis villas depopulandi & agros, quàm alias armatæ venerunt, quarum ignota lingua & mores extranei erant: hæ siquidem bellicosæ gentes carminationes varias & artium magicarum multa præstigia, imò incantationes & maleficia, quibus legimus in oratoribus & poëtis vsos fuisse ab antiquo gentiles multos, è populo Francorum docuere perniciter, qui priùs talia sortilegia vel maleficia nescie-

Origo incantationum in Francia.

Opiniones diuersæ circa maleficia.

bant: ex quo factum est, vt plures in regno Franciæ vtriusque sexus homines indicibilia nefandáque mala quasi à sæculo Christianis inaudita machinati fuerunt, super quibus nefandis prodigiis dum ad notitiam veniebat, quidam quasi hebetes opinabantur talia maleficia nihil esse: alij asserebant huiusmodi delusiones phantasticas tantùm, nec alia extra phantasiam habere vigorem: alij autem docti magis, qui scripturas & Gentilium & Christicolarum legerent, dicta maleficia

fieri

Digitized by Google

fieri posse firma ratione astruebant. Vt igitur horum omnium clariùs veritatem videant, qui ista impossibilia credunt, quam ex scripturis didici, ad veritatem istorum enucleandam calamum stilúmque aptaui, vbi ex veteri testamento apud Exodum, & in nouo ex sanctis & inclytis Doctoribus, Augustino, Beda, Plinio, Alberto, sancto Thoma, Bonauentura, Petro de Tarantasia, Geraldo Odonis. Vincentio de Bertoris., Guillelmo Parisiensi, authore libri de apibus, Gerualio, Virgilio, Lucano, Ouidio, Galeno, & Auicenna Medicis, & eis quæ à famosis viris audiui, & auctoritate Ecclesiæ fultis decretalibus, & canonicorum librorum Bibliæ glosis, & ex eis quæ ex ratione verisimilia esse videntur inducenda, fulcimentum accipere dispositi veritatis.

Authores diuersi qui ex hac re tractarunt.

CAPVT II.

Variorum maleficiorum inducta narratio.

Coniuges odio sese habentes celebratis nuptiis: etiamsi antea se diligerent.

AD aures sæpè venit iudicum Ecclesiæ in Aquitania, vtriusque sexus coniuges vel impotentem alterum & maleficiatum, vtrumque ad actus coniugales, vel alterum alteram ex iam celebratis nuptiis odio habere, & è contra, cùm se tamen ante nuptias & diligerent & coniuges fieri adinuicem peroptarent qui ab appositio maleficio, quo impediti erant, soluebantur: alios autem dissoluendos esse per Ecclesiasticum iudicem, iustè sæpius fuit iudicatum. Compertúmque pluries est homines ac mulieres apud Ecclesiasticos iudices & sæculares fore accusatos ex maleficiis suis, quosdam homines vel mulieres in infirmitatibus variis detinere per pulueres quos à dæmonibus acceperant, aut per circulos quos in terra figurabant, aut ex simulacris de cera vel de alia materia factis, vel ex sola incantatione verborum vel alias, & quandóque occidere quos volebant. At idem de bestiis & arboribus & pueris in vteris matrum accusabantur, & hæc omnia & plura alia se fecisse fatebantur. Compertum est præterea apud iudices quosdam homines cum dæmonibus ac mulieres die ac nocte, aliquando sub forma hominis religiosi, aliquando pecoris, vt puta tauri, vulpis, cerui, lupi, canis, vel alterius animalis fuisse locutos, & realiter se dicebát nocte ad loca remota deferri à dæmone, vbi cum magna multitudine aliorum maleficorum, suáque vocant sabbata nocte choreando, cantando, comedendo, & bibendo celebrant, vbi homagium dæmoni sub figura hominis, vel bestiæ, de corpore, veste, vel aliis bonis exterioribus faciebant, & postea homines ibidem mulieribus, quibus volebant commiscebantur, quas etiam dæmon cùm volebat ad libidinem sibi supponebat, quandoque coram dæmone fidem catholicam eo instigante negabant, & se multa mala facturos aliis qui de sua secta non erant, dæmoni promittebant, & ad hæc sabbata compertum est, licèt rarò Ecclesiasticos viros & religiosos venisse, quibus omnibus diabolus pulueres de carnibus mortuorum, vel rubeta, quæ est rana in rubis manens, de quibus rubetis malefici faciunt pulueres rubetarum, ad animalium confectas, vel ad sua maleficia facienda tradebat, & pecunias multas offerebat, quæ citò in inutilem materiam resolutæ inueniebantur.

De multis modis maleficiorum & homagio dæmonum.

Dæmon vt alloquatur homines sub diuersis formis apparet.

Malefici in suis sabbatis homagium dæmoni faciunt.

Diabolus diuersos pulueres dat maleficis pecuniasque offert quæ in inutilem materiã resoluuntur.

Compertum est etiam aliquos pastores animalium in montanis, ab alienis pecoribus pascentibus in remotis

motis quæ non videbant, lac extraxisse, & in suis vasis receptum ad caseos conficiendos reseruauisse.

Vini historia mirabilis.

Ad idem vel simile est, quòd quidam vinum à dolio in cauea alicuius reposito faciendo foramen in ligno aliquo, & inde trahendo ferrum quo foramen factum est, quantum volunt eliciunt, donec cum ducillo illud obstruunt, siue claudunt. Narrauit mihi Lemouicis venerandus & vita probatus & generosus dominus & primus Abbas Benauenti Lemouicen, diœcesis, quòd audiuerat nobilem virum Perseuandum de Riperia, dicentem quòd eo tempore quo regnum Francorum exteris gentibus bellicosis occupabatur, quidam ex illis eidem Perseuando, qui eum ad prandendum secum inuitauerat, dixit, faciam si velitis afferri inter vina de meliori, cauea tamen vestra vbi vinum est, nullo modo aperta, & nemine apportante, sed perforabo lignum aliquod, & ex foramine vinum elicietur. Perseuandus hoc impossibile reputauit, sed facto foramine in ligno quodam exinde videntibus cunctis est vinum eliquatum, & in vase receptum, tunc missum est ad caueam, & de eodem vase per famulum vinum allatum, & repertum est idem esse vinum cum eo quod à foramine ligni fuerat extractum: dixit tamen quòd pœnitebat eum hoc fecisse, quoniam arte dæmonis factum erat. Quidam in Bituria hoc me docere voluit, sed illud ego scire contempsi.

Equi clauati sanantur prolatione verborum.

Notandum etiam est, quod quidam sola prolatione verborum clauatos equos sanabant, dum tamen sub vmbra crucis alicuius, vel sub testitudine non transirent, quoniam tunc prior redibat infirmitas. Carminationibus etiam vulnera læsorum in bellis non omnia, sed multa sanabant, quo tempore non volebant secum chirurgicos habere, quia plus operabatur in eis carminatio quàm medicina: dum tamē equi ossa fracta habebāt, nullo modo carminationibus curari poterant, vel sanari. Hoc idem vidi ego fieri in eis qui à serpentibus vel à canibus rabidis morsi erant, qui per carminationes quas nobilis quidam genere, in hoc tamen ignobilis, super illos faciebat, & sanabantur. Alij per coniurationes sanguinem fluentem à corpore hominis à quacunque parte exiret sistere compellebant. Alij canes quos volebant secum habere per coniurationes à propriis domibus ad se educebant: fuerunt alij qui mures à domo vna, vel à tota aliqua villa per coniurationes fugabant. Ibidem de lupis à patria de columbis à columbario, vel à nemoribus, dum glandes erant, vel cuniculos à garenis fugabant, nunquam ad eadem loca reuersuros. Fertur hoc tempore nostro quòd cùm Pictauis multitudo coruorum & potissimé in locis macellorum vicinis esset, quos ego pluries vidi, barbarus quidam nobilis homo infirmitate detentus cum ex crocitate eorum tædio afficeretur, illos per coniurationem à tota ciuitate fecit exaptores, vt nulli, si domestici non essent, amplius in ea visi fuerint. Dicunt alij quòd balistarij villæ coruos plures in ciuitate cum balistis occiderunt, ex quò alij corui indignati à villa discesserunt, quòd aliquo modo verisimile videtur, quoniam magnæ sunt memoriæ in odiosis. Habui enim ego domesticum mihi coruum allatum à nido, quem ne volando discederet ab aliis deplumaui, ex quo tantum contra me concepit odiū, vt cùm ab aliis omnibus se scalpi & palpari permitteret, me

Vulnera læsorum in bellis carminationibus sanantur.

Coniurationibus quidam sanguinem fluentem sistunt & vtuntur ipsis aduersus diuersa animalia.

Corui diuersum de iniuriis memoriam habent.

Digitized by Google

me tamen quandiu vixit fugiebat,& mordere me,cùm ad eũ accederẽ conabatur, ex quo de coruis agnoui quòd diuturnam de iniuriis memoriam gerant. At tamen si de antiquis coruis verum sit quod ex balistariis iniuriam passi villam fugiant qui eo tempore, quo alij corui occisi sunt erant. Vnde est quòd corui qui circa dies illos nati sunt ad ciuitatem non veniant, quia iniuriam primorum non sensérunt: ex hoc credo quòd per coniurationẽ sint expulsi, quæ primis & posterioribus redeundi viam claudit; quoniam iam sex vel plures anni sunt vbi corui Pictauiensem non inhabitant ciuitatem.

Historia monedula vulgo choeta.

Relatum est mihi à magistro Lamberto, magistro in artibus, & baccalaureo in Theologia viro magnæ honestatis & scientiæ quòd cùm in quadam Abbatia diœcesis Xantonen. monedulæ ex garritu frequenti homines illius loci tædio prægrauarent, vulgariter modula dicitur *choëte*, & dicitur quasi monetam diligens. Hispanus quidam, qui cum nauigio illuc appulerat, clauum fixit in ligno quodam,ex quo incontinenti monedulæ cunctæ recesserunt:expleto anno rediit idem Hispanus, quæsiuítque vtrùm monedulæ ibidem visæ fuerint: & cùm audisset non venisse, abstulit clauum ab eo ligno vbi posuerat, quo remoto sine dilatione copiosa rediit multitudo monedularum, & vt priùs suum garritum eodem in loco fecerunt.

Tonitrua tempestates & grandines à maleficis commotæ.

Fuerunt alij malefici qui tẽpestates, tonitrua & grandines in aëre cõmouisse se dicebant, & blada & vineas destruebant, quantùm & vbi volebant, & dicebant etiam se homines quos odio habebant ictu fulminis occidisse. Confessi sunt alij se eorum quos odio habebant pecudes nocte in suis sabbatis comedisse? asserunt

Diuersa mala à maleficis facta.

& pueros iuxta latera matrum iugulasse, & à lecto proprio traxisse, & torruisse ad ignem, qui in crastino veraciter mortui subitò reperti erant: & vltrà, se vinum à caueis multorum hausisse, per caminum à domib. propriis clausis ianuis exisse & fuisse ad sabbata, intrare in caueas ad hauriendũ vinũ ianuis clausis, & exire, & multa talia asserebant se fecisse, quæ omnino impossibilia videbantur. Fuerunt alij plures qui de rebus amissis vel per furtum clam acceptis variis modis diuinabant, dicentes & nominantes eos qui res illas amissas acceperant. Quidam per cuspides gladiorum, alij per circulos descriptos in terra: Reliqui per coniurationes dæmonum, per periuria, vel per scripta nomina eorum quos suspectos de furto habebant.

Imagines & simulachra regum in speculo vel in aqua ministerio dæmonum aspiciũt.

Compertum est alios, qui in speculo vel in aqua aspicientes ministerio dæmonum aspiciebant, & aspicere volentibus monstrabant imagines & simulacra regum, vel magnarum personarum, ex quorum aspectu veraciter iudicabant de statu & dispositione illorum, ita quòd poterat ille magicus in Francia iudicare de statu & dispositione regis Anglię, vel Soldani in Ægypto, & mulieres tali arte vtẽtes apud gẽtiles Sigolas vocabant. Fuerunt alij qui à diuersis infirmitatibus se dicerent sanare ægrotos. Et quidẽ eorũ non immediatè de infirmitatib. quibus modis auferendæ essent, super quibus remedium quærebatur respondebant. Sed vnius noctis inducias vt cum dæmone loquerentur, à quo expectabant infirmitatis remedia, requirebant. Quidam per campos nocere vagantes sibillando dæmones ad se vocabant, à quibus responsa de interrogatis exquirebant.

De infirmitatibus.

De aqua benedicta.

Multi aquam benedictam, & ali-

Ita & aliis rebus sacris.

quid de cereo Paschali acceptum,& chrisma sãctum,vel alia Sacramenta Ecclesiæ, cum vnguibus, vel barba suspensorum, cum ranis super quas fuerant dicta Euangelia atque lecta, cum acubus, quarum vnius cuspis in foramine alterius infixa erat, ad hæc mala pernicioſa accipiebant. Alij solo sermone homines ad actus maritales impedientes faciebant mulieribus odiosos. Quidam etiam manum alicuius mortui hominis secum habebant. Cui Sacramenta Ecclesiæ adhibuerant cum qua signum crucis super aliquem dormientem modo retrouerso faciebant,& eum dormire cogebant per diem naturalem absque euigilando, vt liberiùs res à domo dormientis secum asportarent. Compertum est propterea aliquos qui ventum vendant in pyxide, à qua dum cauilla ex foramine trahitur ventus exit, à quo nauis in mari quo nauta vult eleuato velo producitur. De quodam audiui quòd in ciuitate Cathalanensi se inuisibilem faciebat,& tunc discurrens per domos quæ poterat rapiebat: rarissimè istud accidere legi: Fertur à nonnullis quòd quidam homines certis temporibus vertuntur in lupos, qui discurrentes per villas pueros occiderunt, occisósque comederunt, & demùm post certos dies ad statum reducuntur humanum.

De Dormitione.

De Vento.

De inuisibili.

Homines vertuntur in lupos.

Hoc nuper accidit in Sabaudia in montibus patriæ Bugesij, qui homines substantialiter in lupos non sunt conuersi: Sed, vt dicit Boëtius, relicta fide qui adhærent figmentis diaboli, versi sunt in belluam,& per vnguenta à dæmone accepta vngunt se, & lupi apparent, qui veraciter sunt homines, & duntaxat in pueros, puellásque sæuiunt, Deo permittente.

De Cor-

Sunt præterea quidam qui ad sua damnata maleficia peragenda corpus Christi quod in Pascha recipiunt reseruatum ex ore expuunt, vel euomunt,& coctum ex patella cum aqua vel vrina ipsum deturpare nituntur, quòd piis fidelibus audire triste est, & horrendum. Innumeris aliis modis per magicam artem talia maleficia fieri dicuntur, quos causa breuitatis hîc taceo, vt ad veritatem omnium prædictorum & similium breuius accedere valeamus.

pore Christi.

CAPVT III.

Circa præmissa variarum opinionum expressio.

QVid ergo de istis sit an verè talia maleficia possibilia sint, vel fabulosè & mendaciter dicta, nunc restat indagare. Quidam enim dicunt omnia talia prædicta nihil esse, sed omnia mendaciter à mentientibus ficta, & nihil in re esse talium, sed in sola imaginatione vel phantasia apparere, fulcimentum accipientes ab vno decreto quod *xxvj. quæst. v. habetur. c. Episcopi.* vbi circa finem ponitur; Quoniam de Domino nostro scriptum est, *omnia per ipsum facta sunt:* quisquis ergo credit possibile fieri aliquam creaturam, aut in melius vel in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est,& pagano deterior. Item ibid. quæst. vltima inducitur dictum Augustini. *Admoneant fideles Sacerdotes populos, vt nouerint magicas artes incantationésque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre, vel animalibus languentibus & claudicantibus, atque etiam moribundis quicquam mederi, sed hoc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.*

Quidam

Digitized by Google

Quidam igitur ex istis decretis & similibus aliis credunt sortilegia, præstigias & maleficia huiusmodi nihil esse, nec aliquo modo vim habere, imò, sicut de quibusdam Philosophus *in fin. secundi Metaphysicæ* dicit quòd nunquam de talibus aliquid concederent, nisi proponeretur eis aliquod grossum exemplum sensibile, tales multum habent de sensu, & parum de intellectu: sicut contingit in illis qui in artibus liberalibus & in Philosophia naturali & in Methaphysica non fuerunt instructi, hi tales præter corporalia existimant esse nihil. Et cùm obiicitur contra illos per illud *c. 33. q. 1. c. vlt.* vbi dicitur, quod ij quib. ista eueniũt corde contrito & spiritu humiliato, Deo & Sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciunt: & profusis lacrymis & largitoribus eleemosynis & orationibus atque ieiuniis Domino satisfaciant, & per exorcismos & cætera Ecclesiasticæ disciplinæ & medicinæ munimina ministri Ecclesiæ tales quantum annuerit Dominus, qui Abimelech & domum eius saluauit, Abrahę orationibus sanauit, sanare procurẽt.

Sorciaria mala inferunt aliquibus.

Ex isto decreto manifestè habetur quòd per sorciarias mala inferuntur quandoque aliquibus. Ad quod respondent prædicti quòd hoc est ex permissione diuina: Sed sic respondere ridiculum est, quoniam nihil fit in mundo quod Deus fieri non permittat, siue bonum sit, siue malum.

Opinio quorundam circa delusiones.

Sunt alij qui dicunt quòd huiusmodi delusiones phãtasticæ tantùm sunt in phantasia apparentes, & de eis nihil extrà est: sicut traditur in prædicto decreto Episcopi de mulieribus quæ iudicant se ambulare cum Diana siue Minerua, & tamen hæc ambulatio in imaginatione, non in gressu pedum est, vt ibidem scribitur. Sed contra eos experientia multorum est, & multa dicta Scripturæ canonicæ, & auctoritates Sanctorum Doctorum & poëtarũ, & multa miracula Sanctorum, de quibus suis dicetur in locis, & respondebitur ad prædictum decretum, & ad similia. Sunt & alij quidam magni Theologi qui altius veritatem speculantes, dicunt huiusmodi figmenta & incantationes per magicos arte dæmonis posse fieri & habere efficaciam, nec mirum apud intelligentes quoniam maiora faciunt Dæmones in inferno, & tempore antichristi maiora facient in aëre & in terra.

Alia opinio.

CAPVT IV.

Inserit quadam magicæ artis exordia.

PRo quo sciendum est quòd sicut dicunt *Augustin. de ciuit. Dei, lib. 21. & Isidor. lib. 8. etymol. & Vincentius in speculo historiali, lib. 2. cap. 100.* Primus inuentor artis magicæ fuit Zoroastes rex Bactrianorum, qui fuit tempore Abrahæ, & Nini regis Assyriorum, de quo Zoroaste dicit Solinus quòd risit quando nascebatur, & idcirco dicit Augustinus vbi suprà quòd ille risus quia monstruosus fuit, risit enim vbi plorare debuit, sicut plorant cæteri, nihil boni portendit: quod patuit, quia inuentor artis magicæ fuit, sed sua eum ars non in bona fortuna seruauit, sed ad infœlicem terminum sicut & cæteros magicos duxit, quoniam in prælio Ninus eum superauit, & demùm ictu fulguris occubuit, hoc non obstante quòd magus & astrologus esset, propter quod dicitur Zoroastes quasi viuẽs astrum de ζωὴ, quod est vita, & astrum, quia Assyrij, apud quos inuenta fuit ars magica, dicebant eum translatum ad astra. Vnde Lucanus in vj.

Zoroastes magicæ artis primus inuentor.

Risus monstruosus.

Digitized by Google

Quis noscere fibra fata queat: quis probat aues.
Quis fulgura cali & Assyria scrutetur sidera cura :
Aut si quid tacitum, sed fas erat ille supernis.
Detestanda aliis seuerum arcana magorum.
Nouerat & testes sacris feralibus aras
Vndarum dictisque fidem, &c.

Democritus & Orpheus artem magicam ampliauerunt.

Pòst Democritus & Orpheus hanc artem magicam ampliauerunt. Plinius tamen dicit quod à medicis hæc ars magica initium habuit, ex quo est quod medici quidam apud Salernum empericis vtuntur, & malum est quod vtantur, quoniam sicut primus magus miserabiliter dies suos terminauit: sic vt in pluribus contingit quod sortilegi miserè viuentes in hoc mundo infœlici morte terminant vitam, cuius oppositum euenit rarò; sic enim deceptor animarum diabolus eos deludit, quos ex suis figmentis mendaciter exaltare promittit, & eos in paupertate viuentes ad finem perducit deteriorem. Caueat igitur quilibet ne cum dæmone habere consortia quærat, cuius est voluntas per mendacia stultos perducere ad æterna supplicia. Vtinam dictum Euangelij Matth. 7. ad sortilegos conuertamus, dicendo: *A fructibus eorum cognoscetis eos:* quoniam miseri sunt in vita, & penuria prægrauati & paupertate, hinc transierunt, timendum est, ad pœnas æternas inferni.

CAPVT V.

De naturalibus & damoniacis delusionibus sensuum humanorum.

NVnc veniamus ad præmissum intentum, declarantes vtrùm deluſiones quas ingerit dæmon, vel tantum in imaginatiua virtute resideant, vel de veritate reali ad extra aliquid existãt. Pro quo primo Medicos in hac materia videtur esse consulendum: de turbatione enim cerebri ait Galenus *de interioribus*, quòd deluſi quidam arbitrantur se esse vas de vitro vel de argilla, ideò se elongant ab hominibus, ne fortè rumpantur ab eis. Alij se gallum esse existimant, & alas agitare, caput mouere, & ad modum galli cantare se imaginantur. Nonnulli semper pauent ne angelus tenens cœlum fatigatus dimittat ipsum cadere, & omnia pereant, ij semper fugiunt vt mundum exeant. Sunt & alia decem millia ab his dissimilia; hæc Galenus. Item Galenus *lib. 3. de morbo & accidenti cap. 3.* vbi loquitur de nocumentis regitiuæ actionis, dicit, quòd aliquoties lædituꝛ imaginatiua memoria existente sana: aliquoties è contra, & aliquoties ambæ læduntur simul, &c.

De turbatione cerebri & imaginatione.

Memoria leditur morbo.

In actione verò memoratiua, quæ in anima consistit, quædam hora infirmitate curata, quædam accidentalia fiunt, quòd testatur sermo Rusi, dicit enim in quodam libro suo, quòd in pluribus hominibus transacta pestilentia, tanta fuerat obliuio, quòd parentes & amicos tradiderunt obliuioni, & etiam ipsi seipsos. Item Auicenna *in 3. fen. prima* de melancolica loquens, dicit, quibusdam Medicis visum est, quòd melancolia contingit à dæmonio, sed nos non curamus, cùm physicam doceamus, si illud contingat à dæmonio aut non contingat: quoniam si contingat à dæmonio, sufficit nobis vt conuertat complexionem ad coletam nigram, & si causa eius scilicet infirmitatis, de qua superiùs locutus est, est colera nigra: deinde sit causa illius

Melancolia diuersæ opiniones.

Digitized by Google

illius coleræ nigræ dæmonium aut non dæmonium.

Deluſiones fiunt ex turbatione cerebri.

Ex iſtis & multis aliis quæ Medici determinant, patet quòd multæ & variæ deluſiones fiunt ex turbatione cerebri in aliqua cellula ſui: quod ſatis patet in lunaticis, arreptitiis & maniacis, qui ex turbatione imaginatiuæ vel phantaſiæ multa ſe videre videntur extra ſe, quæ tamen intra ſe omnia poſita ſunt, & non extra: & ſi hæc ex naturali actione & complexione qualitatum prouenire poſſunt, quæ mentem vel ſenſum hominis turbant: quanto magis tales deluſiones phantaſticæ à dæmonibus poſſunt euenire, qui multa poſſunt plus quàm naturalis operatio poſſit, ſicut dicit ſanctus Thomas in quæſtionibus diſputatis de dæmonibus. Item *prima parte qu.* 110. *artic.* 3.

Diabolus quomodo poteſt deludere phantaſiam.

De modo autem quo poteſt diabolus phantaſiam hominis immutare, & immutando deludere, vt Sanctus Thom. in prædictis quæſt. de dæmonibus ait, tenendum eſt quòd dæmon non poteſt nouam ſpeciem in phantaſia vel in intellectu formare, hoc ſibi Deus proprium reſeruauit: neque poteſt affectum vel voluntatem ad libitum immutare, neque illabendo, neque obiectum nouum formando: hæc enim eſt ſententia Theologorum, qui clariùs in iſta materia locuti ſunt: Poteſt tamen interiores vires cognitiuas immutare per tranſſituationem ſanguinis & humorum in cellulis capitis, ad quorum mutationem ſequitur diuerſorum phantaſmatum repræſentatio. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus de ſomno & vigilia: de ſomnis cauſam aſſignans, dicit quòd deſcendente plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuum, ſimul deſcendunt motus, id eſt impreſſiones relictæ ex ſenſibilium motionibus quæ in ſpiritibus ſenſualibus conſeruantur, & mouent principium ſenſitiuum. Ita quòd ſit quædã apparitio ac ſi principium ſenſitiuum à rebus ipſis exterioribus immutaretur: & tanta poſſet eſſe commotio ſpirituum & humorum, quòd huiuſmodi apparitiones etiam vigilantibus fierent, ſicut patet in freneticis vel maniacis. Cùm igitur dæmon faciliter poſſit ſpiritus in corpore humano & ſanguinem tranſmutare ſine vi ſuæ ſuperioris naturæ poteſt corpora ſibi proportionata mouere ad locum, & nunquam ad formam: ſic facile eſt & phantaſmata modo nouo demonſtrare imaginationi, & per ea deludendo, & ex fumis aſcendentibus ad cerebrum interius hominem decipere veluti & magis quàm in ſomniis vel in phreneſi quã patitur aliquis ex infirmitate, vbi multa ſimulacra apparent interius, quæ extra non ſunt. Poteſt etiam dæmon aliqua obiecta ſenſibus præſentare motu locali, & deferendo vel componendo quantum ad motum localem pertinet, non ad formam, ex quibus noua phantaſmata imaginatiuæ imprimuntur. Et iſtis duobus modis deludmntur faciliter ſenſus humani. Appetitum autem diabolus mouere non poteſt directè illabendo, vt dictum eſt, neque formando nouum obiectum ſua virtute ineſſe. Sed duobus modis aliis poteſt dæmon hominis mouere affectum. Primò ſicut dictum eſt, noua phantaſmata per eductionem humorum conuenientia vel inconuenientia appetitui preſentando, vel ab extra, vt dictum eſt, oſtendendo. Secundò tranſmutationem ſanguinis & humorum nouum affectum excitando, ſicut expertum habent Medici de grauidatis mulieribus, quæ aliquoties

Diabolus duobus modis poteſt mouere affectũ.

De grauidis mulieribus.

Digitized by Google

ex mutatione humorum in diuersos prolabuntur affectus. Ex quo fit vt quædam appetant stiptica, & ea quæ sunt acris saporis. Aliæ vero carbones appetunt comedere: & sic de aliis variis multiplici modo est iudicandum. Sic faciliter potest dæmon qui secreta corporis humani nouit, humanos affectus ad hoc vel ad illud excitare, & multa imaginatiuæ virtuti præsentare, quæ iudicat homo extra se videre & facere, quæ, tamen extra non sunt, sed sunt tantum intra. De quibus veraciter decretum prædictum Episcopi facit mentionem, & de illis loquitur verum.

CAP. VI.

Dæmones posse mouere corpora de loco ad locum.

De fraude diaboli. SEd pro majori intelligentia diabolicæ fraudis, est cordi tenendum quòd sicut S. Thomas de Aquino, Bonauentura de Tarantasia, Durandus, Herueus, Beraldus Odonis, & alij Doctores qui hanc materiam tractant in *secundo sententiarum, distinct.* 8. dicunt quòd diabolus potest mouere corpora de loco ad locum ex virtute suæ naturæ, non omnia tamen. Non enim cœlum vel aliquod totum elementum mouere posset, quia destrueretur ordo Vniuersi, quem Deus instituit: Sed potest mouere corpora sibi proportionata: vt major diabolus superioris ordinis maiora corpora: minor verò minora mouere possit: & major Diabolus minorem alligare in lapide vel annulo, vel alio corpore potest, vt confessus est quidam vir nobilis, qui habebat dæmonem familiarem nomine Dragon. Aduenientе alio eo fortiore alligabat eum in modica cera vel annulo, & ponebat illum retro ostium vel in aliquo foramine quoaduſque alius fortior Dæmon de illa domo exiret vel à camera. Sunt enim diaboli superioris naturæ ad animam rationalem, quæ non potest mouere corpus, nisi illud cujus est forma & actus, vel aliud illo mediante, vt baculum, vel lapidem, mediante manu: quia proprium est corporis motum mouere: Dæmon verò quia est superioris naturæ, potest corpus proportionatum sibi mouere absque hoc quod sit eius actus siue forma ad locum, sed non ad formam. Et ad hoc ostendendum accipit sanctus Thomas auctoritatem *Dionisij 7. capitulo de diuinis nominibus* dicentis, quod diuina sapientia conjungit fines primorum principiis secundorum: ex quo patet quod natura inferior in sui supremo accingitur à natura superiori: Natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes motus corporeos, perfectior est motus localis, vt probatur 8. *Physicorum*: Cujus ratio est, quia mobile secundum locum, non est in potentia ad aliquid intrinsecum inquantum hujusmodi: sed solùm ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum, & ideo natura corporalis nata est moueri immediatè à natura spirituali secundum locum, & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritualibus substantiis, hæc de prima parte S. Thomæ sumpta sunt *q.* 110. *art.* 3. *in corpore articuli.* Ad formam autem Diabolus mouere non potest materiam, sed compositum ex forma & materia, hoc facere potest: quoniam inter producens & productum, & faciens & factum, est similitudo. Quia omne agens agit sibi simile: & ideò illud quod facit res naturales, habet similitudinem cum composito: vel quia est

Diabolus major potest alligare minorem in annulo.

Inter motus corporeos, motus localis est perfectior.

compoſi

compositum, sicut ignis generat ignem, vel quia totum compositum & quantum ad materiam & ad formam est in virtute ipsius quod est proprium Dei. Sic omnis informatio materiæ, vel est à Deo creante immediatè, vel ab aliquo agente corporali & nunquam immediatè ab Angelo siue bono siue malo, quod compositum nec quantum ad materiam, nec quantum ad formam est in virtute Angeli boni vel mali cum non eius, sed solius Dei sit omnem rem subsistentem vel inhærentem quæ alio modo non producitur naturaliter quàm per motum localem tantum in esse producere immediatè. *Durandus* 8. *lib.* 2. assignat aliam causam, dicendo quod res corporeæ habent principia naturalia, à quibus producuntur ipsæ res in esse sub formis earum, & determinatæ res à determinatis principiis, extra quorum ordinem sunt substantiæ spirituales, quibus non est à Deo data virtus res producendi in esse, & maximè substantiali, quia sufficienter producuntur per principia naturalia, & frustrà fit per plura, quod potest fieri per pauciora: ad motum localem non sic sunt determinatæ, idcircò à pluribus localiter moueri possunt: tamen agentia naturalia per motum localem ad effectus aliquos producendos applicare: vel materiam ad causas agentes naturales apportare, vt aliquos effectus naturaliter exinde consequatur: quamuis applicatio effectus ad causam sit supernaturalis, sicut mollificatio ferri ab igne vt sic, est naturalis: sed applicatio ignis ad ferrum, vel è contra, est ab homine: ita tamen quod causæ naturaliter agentes, quando sunt sub dominio seu applicatione substantiæ spiritualis, fortius agunt quàm agunt solo naturali regimine ductæ: sicut ignis applicatus lignis quæ sunt cibus eius, citiùs escas coquit gustui humano conuenientes quod per se non facit: & per hunc modum Dæmones possunt multa facere quæ miracula non sunt, sed miranda, & ex istis lectis & intellectis poterit quicunque qui sanum habet intellectum, faciliter intelligere quid Dæmon possit & faciat per incantationes & magicas artes.

Et ista conclusio quam dico quod Dæmones possunt corpora ad loca mouere si non sit articulus fidei, ex articulis tamen fidei demonstratiuè syllogizatur, quam si quis negauerit, necessariò habet omnes articulos fidei negare: quia qui in vno offendit, omnium factus est reus: & qui vnum fidei discredit articulum, nullum formaliter credit: qui hæc ignorat videat sanctum Thom *in* 2. 2. *vbi de articulis fidei tractat*. qui eam negat conclusionem debitè illatam, negat principia ex quibus infertur, quoniam sicut se habet finis in agilibus, sic se habet principium in speculabilibus & è contra: sed remotis mediis, finis non attingitur: sic remota conclusione principia vera esse negantur. Ex quo sequitur quòd fideliter tenendũ est Dæmonẽ corpora posse mouere ad locum, non ad formam.

Dæmon potest mouere corpora.

Sed restat probandum auctoritatibus sacræ Scripturæ, quamuis probatum sit ratione, Dæmonem mouere posse corpus ad locum. De quo habetur *Gen.* 3. quòd serpens Euam decepit & impulit in peccatum: quod arte Diaboli constat esse factum, qui linguam serpentis mouit ad proferendum verba similia humanis: ergo Dæmon corpus mouere potest. Item de lingua asinæ Balaam, vt patet *Numeri* 22. argui potest, quoniam ministerio Angeli hoc factum est Item de subuersione Sodomæ & Gomorræ,

Digitized by Google

Gomorræ, *Geneſis* 19. facta per angelos malos. Item de angelis qui Abrahæ locuti ſunt, & cum eo comederunt. *Geneſis* 17. Item de angelis ſubuertentibus domum in qua comedebant filij Iob vt patet *Iob* 1. Item de angelo Tobiæ, vt patet *Tob.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Item de angelo qui detulit Abacuc ad Danielem *Daniel.* 14. *& vltimo c.* Item de ſathan qui portauit Chriſtum ad pinaculum & in montem, vt dicitur *Matth.* 4. Item portabunt dæmones poſt diem iudicij corpora damnatorum ad inferos: ergo mouere poſſunt corpora ad locum deportatione *Matth.* 13. Item non eſt minus portare corpora quàm animas *Luc.* 16. Portatus eſt per angelos Lazarus ad Paradiſum: Dives verò ad Infernum per dæmones. Item legimus Epiſcopum Biſuntinen. portatum Romam à dæmone. Item de Comite Maſticonenſi quem dæmon viſibiliter per aëra deportauit nec vltra comparuit. Item Sathanas ſe transfigurat in angelum lucis, vbi lux in aliquo corpore eſt: ergo dæmon tale corpus portat & mouet. Item in vitis Patrum in multis paſſibus legimus diabolum ſub diuerſis figuris apparuiſſe, quæ ſine corpore nõ ſunt. In multis præterea hiſtoriis legitur quòd dæmon lapides per viuos & domos aliquas iecerit, vtẽ ſilia domos & pãnos in lectis mutauerit, quòd ſonos & ſibillationes ad terrẽdũ homines fecerit, ita quòd aliquæ domus remanſerunt inhabitabiles: & multoties à Sanctis & probis viris ab illis domib. dæmones fuerũt expulſi per exorciſmos Eccleſiæ, & per aſperſionem aquæ benedictæ, & per irriſiones factas contra dæmones vt dicit Guillelmus Pariſien. anno Domini 1447. Pictauis in Parrochia ſancti Pauli, quidam ſpiritus lapides iaciebat, vtẽ ſilia in domo illa tranſmutabat, vitrinas & vitra cum lapidibus iactis frangebat, gentes percutiebat, leui tamen percuſſione, nihil præter lapides iactatos videbatur: tunc erat ibi Curatus, litteris & probitate plenus Dominus Ioannes de Lorme, qui ſecum accepit quos voluit, ad illam domum venit, benedictis candelis accenſis cum aqua benedicta & aqua Gregoriana, & omnes cameras domus, aquam benedictam aſpergendo viſitauit & exorciſauit. Exorciſmus eſt increpatio vel coniuratio aduerſus diabolum, vt recedat ab obſeſſis vel à locis & domibus fidelium: Et talis exorciſmus debet fieri per aliquem ſanctum benè viuentem, irreprehenſibilem, in gratia Dei exiſtentem: alioquin ſi non eſſet talis, poſſet accidere quòd exorciſtis accidit, qui præſumpſerunt inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ieſu dicentes, *Adiuro vos per Ieſum quem Paulus predicat, &c.* Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis, Ieſum noui & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos dęmoniũ dominatus eſt amborum, & inualuit cõtra eos, *Actor.* 19. Ibidem decenter fecit, & in præſentia eius nullus ſpiritus comparuit, quamuis timerent aliqui qui aſſiſtebant, nec vltra impediuit illam domum ſpiritus ille nequam, & qui iſta vidit & præſens erat, teſtimonium perhibet veritatis.

De lapidibus iactis per dæmonem.

Periculoſum eſt adiurare dæmonem.

De apparitionibus Angelorum & dæmonum.

Apud Confollentum ſuper Vigennam Anno Domini 1458. in domo cuiuſdam Caylandi cognomine dicti, ſpiritus quidam auditus eſt planctus emittens multos & gemitus, qui interrogatus dixit ſe eſſe animam antiquæ cuiuſdam mulieris dominæ domus, qui quidem ſpiritus audientibus multis die & nocte, & nihil tamen videntibus, multa in tempore

Digitized by Google

tempore præterito facta reuelauit quæ fuere cognita vera fuisse, & ad multa bona facienda gentes domus admonebat : quibus tamen quædam superstitiosa interponebat, quo cognito consilio proborum virorum habito, dictum est ei per quendam Sacerdotem, si vis vt te credamus illum spiritum esse quem te dicis, dicas mecum verba quæ proferam & credemus te esse quod dicis : dicam spiritus ait, tunc cœpit dicere, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam* : quòd spiritus se dicere nescire professus est, nec voluit proferre verbum : cognito ex illo quod malus spiritus esset, cœperunt assistentes illum irridere : ex quo quasi verecundia expulsus surrando discessit, & quia se reuelatum agnouit vltra non comparuit. Similia talia multa pluries in multis euenerũt quæ à plurib. vel visa, vel audita fuerunt, & nulla possunt tergiuersatione celari: vnde luce clarius manifestum est, benè intelligentibus, Dæmones non tantum in assumptis corporibus, sed etiam in motis ad locum huiusmodi corpora mouere.

CAPVT VII.

Quomodo dæmon possit potentiarum animæ actiones impedire.

Dæmon sensus deludit humanos.

COgnito igitur & habito pro verò quod Dæmon potest corpora mouere ad locum, restat nunc specialiter aliquid dicere de modo quo Dæmon sensus deludit humanos, provt à Sanctis Doctoribus sumus edocti. Ad quod primò videndum est de potentiis animæ, vt sciatur quomodo Diabolus potest eas in suis actibus impedire. Prima igitur potentia consideratur ipsa vegetatiua, quæ duplex est, videlicet vegetatiua principalis, & vegetatiua subseruiens : Vegetatiua principalis triplex est, nutritiua, augmentatiua & generatiua. Nutritiua data est, vt viuens conseruetur in esse per nutrimentum, cùm restaurauit illud quod calore naturali consumptum est. Augmentatiua verò data est animali, vt per ipsam ducatur animal in parua quantitate à natura productum ad perfectam quantitatem, sub qua possit anima suas exercere operationes. Generatiua virtus data est animali perfecto propter conseruationẽ suæ speciei: quia enim indiuiduũ est corruptibile, species desineret esse, nisi per generationem indiuidua multiplicarentur. Est enim ordo inter istas potentias, quia nutritiua seruit vegetatiuæ, & vegetatiua generatiuæ, vt patet consideranti.

Potentiæ deseruientes vegetatiuæ virtuti sunt quatuor.

Potentiæ deseruientes vegetatiuæ virtuti sunt quatuor. Prima est appetetiua cibi & potus, quæ fames vel sitis dicitur, vt patet 2. *de Anima*, & hæc potentia appetit cibum ad restaurationem deperditi, & hæc eadem est attractiua, quia attrahit cibum ad locum digestionis vbicunque digestio fiat. Secunda est retentiua, quia retinet cibum vsquequo fiat perfecta digestio. Tertia est potentia digestiua, quæ digerit cibum & conuertit in sanguinem: & prima fit in ore, masticando : secunda in stomacho, vbi digeratur massa tisinaria, & superfluitates sunt feces & stercora. Tertia in Epate, vbi generatur sanguis & immittitur ad singula membra, cuius superfluitas est residentia quæ apparet in vrina. Quarta potentia subseruiens vegetatiuæ est expulsiua, quæ omnes superfluitates expellit, cuius instrumentum est fumositas : quia vbicunque spiritus est vehiculum virtutis, fumositas est instrumentum ad omnem

ſuperfluitatem expellendam : & hæ potentiæ dicuntur naturales. Præter iſtas eſt alia potentia quæ dicitur vitalis , quæ habet principium in corde ſecundum ſyſtolen & diaſtolen: hæc ſanctus Thomas in opuſculis ſuis.

Potentia verò generatiua duplex eſt, quædam eſt in generatione,quædam in ſemine. Prima dirigit ſemen mediantibus ſuis inſtrumentis , ſcilicet ſpiritus qui eſt vehiculum virtutis , & calore digerente & reſoluente, & ventoſitate erigente virgam & propellente ſperma ad locum debitum , qui eſt matrix mulieris. Quod ventoſitas adſit, Albertus declarat in tractatu de animalibus,quia ſperma deſcendit à viro in mulierem cum interruptione deſcenſus , quam ventoſitas media facit:quando igitur homo coire cogitat , venit ad virgam ventoſitas per pulſum qui ſibi à corde jungitur per neruum concauum , quem inflat & erigit , cujus erectio à corde venit , vt Conſtantinus dicit , quia cor mandat toti corpori ventum ſpiritualem ; virga recipit ſperma à cerebro , & deſiderium coëundi ab Epate. Quidam ventum habent multum & non humorem , hi erigunt & nihil emittunt. Quidam ſpiritum habent & ſperma ſatis ſine ventoſitate , à quibus ſperma fluit ſine erectione. Alij habent concupiſcentiam , qui nec eriguntur nec ſperma emittunt. Secunda virtus generatiua , eſt in ſemine , quæ eſt formatiua membrorum mediante calore & ſpiritu , & habet duas materias ſubjectiuas , ſperma & menſtruum,& duos actus : ſcilicet formare membra & ea ordinare , & habet generatiua virtus organa determinata , vel vaſa ſeminaria, ſcilicet teſticulos & virgam , qui abſtrahunt ſanguinem,ex quo fit ſperma à toto corpore, ſicut ventoſa attrahit ſanguinem , idcirco caſtrati frigidi ſunt , & non habent barbas , pulſum tenuem habent & non ſunt coitiui:hæc omnia conſtituit Deus in humanis corporibus ad conſeruationem humanæ ſpeciei.

Potentiæ ſenſitiuæ ſunt duplices , quædam ſunt apprehenſiuæ & quædam motiuæ. Apprehenſiuæ paſſiuæ ſunt , quia ſentire eſt quoddam pati : non abiiciendo aliquid, ſed ſecundum receptionem paſſiuæ dicuntur:quia recipere eſt quoddam pati : Et hæ duplices ſunt , quædam ſunt intrinſecæ , & quædam extrinſecæ. Extrinſecæ, ſunt quinque ſenſus particulares, qui ſunt viſus , auditus, olfactus , guſtus & tactus, qui ſunt ianuæ intellectus , & quilibet horum ſenſuum habet ſuum organum & medium per quod fit præſente obiecto in actu : organa horum ſenſuum ſatis nota ſunt. In guſtu eſt duplex medium , ſcilicet, quantum ad eſſe : vltima caro linguæ & palati & partium vicinarum,& ad bene eſſe medium eſt humidum ſaliuale. In tactu eſt pariter duplex medium,ſcilicet neceſſitatis vt ipſa caro tegens vndique neruum , & medium interpoſitum , ſicut clypeus inter clypeatum & percutientem : organum autem horum duorum ſenſuum , eſt neruus diffuſus per totum corpus. vt eſt ipſius tactus in lingua & in vicinis partibus , vt eſt ipſius guſtus:organum odoratus eſt naris : organum viſus pupilla , id eſt qui eſt quaſi aqua congelata ad recipiendum colores:organum auditus eſt auris tortuoſa:viſus,auditus & odoratus fiunt per medium extraneum,vt per aërem & aquam : & recipiunt ſua obiecta intentionaliter ſine materia:alij duo per medium intraneum & realiter

Potentiæ ſenſitiuæ ſunt duplices.

ſecun

Digitized by Google

ſecundum aliquam qualitatem realem concomitantem ſpeciem ſenſibilem.

Potentiæ ſenſitiuæ interiores ſunt quinque.

Potentiæ vero ſenſitiuę interiores ſunt quinque, ſcilicet ſenſus communis, imaginatio, phantaſia, æſtimatio, & memoria. Nam cerebrum diuiditur in tres cellulas, ſcilicet anteriorem, poſteriorem & mediam, & quælibet iſtarum habet duas partes, quas Medici vocant ventriculos cerebri. Prima pars cellulæ eſt organum ſenſus communis, cuius duplex eſt operatio. Prima eſt iudicare de obiectis ſenſuum exteriorum & aſſignare conuenientiam & differentiam inter ea, & cognoſcere eorum operationes: Eſt enim ſicut rex, & ſenſus particulares ſicut miniſtri eius. Secunda operatio eſt reperire formas ſenſibiles in imaginatiua potentia, vbi tanquam in theſauro reſeruantur. Secunda pars primæ cellulæ eſt organum imaginatiuæ, cuius duplex eſt operatio. Prima reſeruare formas ſenſibiles in ea repoſitas: Secunda eſt, repræſentare eas phantaſiæ. Prima pars ſecundæ cellulæ eſt organum phantaſiæ, quæ ſita eſt in medio ſenſuum interiorum. Secunda pars ſecundæ cellulæ eſt organum æſtimatiuæ, quæ apprehendit particulares intentiones, vt ouis lupum eſſe inimicum, & canem amicum, & hæc eſt ſua prima operatio. Secunda eſt intentiones iſtas particulares reponere in memoria, ſicut ſenſus communis reponit formas ſenſibiles particulares in imaginatiua. Prima pars tertiæ cellulæ eſt organum memoriæ, cuius eſt duplex operatio: prima eſt reſeruare impreſſiones ſibi impreſſas ab æſtimatiua, ſecunda eſt eas phantaſiæ repræſentare: rectè enim ſicut ſe habent ſenſus communis & imaginatiua, reſpectu formarum ſenſibilium, ſic ſe habent phantaſia & memoria reſpectu intentionum, licet non cadant directè ſub ſenſu, tamen cum ſenſibilibus accipiuntur, vt cum ouis videt animal ſic villoſum, æſtimat eum lupum, & ſimiliter canem habent tanquam amicum, lupum verò inimicum. Vltima pars tertiæ cellulæ eſt organum virtutis motiuæ, quæ mouet membra propter vtile vel delectabile potentiis præcedentibus apprehenſiuis ad perſequendum vel fugiendum. De phantaſia ſciendum eſt, quod ipſa eſt vltima & nobilior potentia inter duas ſenſitiuas, & hanc immediatè reſpicit intellectus, & ipſa eſt media inter ſenſum communem, & imaginationem ex vna parte, & æſtimatiuam & memoriam ex alia: cuius duplex eſt operatio. Prima eſt componere formas ſenſibiles cum aliis formis ſenſibilibus quas repræſentat ſibi Imaginatiua virtus, & componere intentiones cum intentionibus, quas repræſentat ſibi memoria: & componere formam quam repræſentat ſibi imaginatio cum intentione quam repræſentat ſibi memoria, & hæc eſt illa quæ negotiatur in ſomnis. Secunda eius operatio eſt phantaſmata operari: ſicut hirundo facit nidum, componit & diuidit, ſic etiam per ſomnia, vbi aliquando phantaſmata ordinatè eueniunt, ſæpiùs tamen ordinatè, nam ſomniat homo ſe habere equum & apparet illi quod equus eius cornutus eſt, & ſic de aliis inordinatis phantaſmatibus, &c. hæc de potentiis animæ hic inſerere volui, vt facilius in ſequentibus videatur, quomodo dæmon multiplici modo intra & extra poteſt hominem deludere, & quandoque deludit hominem vno modo, & alium hominem vel eundem alio, & alio modo prout vnam vel plures potentias

Phantaſia quid ſit.

Quomodo dæmon poteſt homine eludere.

animæ turbat, & hoc in prima vel ſecunda operatione: vel in vtraque.

CAP. VIII.

Modus deluſionis dæmoniacæ, ex præmiſſis eruitur, & in particulari explicatur, ac primum quoad ſenſus exteriores.

NVnc ad præmiſſa reuertentes præſuponimus, quod Dæmon corporalem ſubſtantiam mouere poteſt ad locum, & potentiæ animæ ſenſitiuæ organicæ ſunt, & corporeo organo vtuntur, & ab obiectis corporeis ſpecies ſenſibiles recipiunt: ex quo eſt quod Dæmon ſupra obiecta, ſpecies & organa operari poteſt, tranſmutando, figurando & alienando, condenſando vel rarefaciendo, prout talia per motum localem poſſunt expleri, & in his ſtant Dæmonum deluſiones. Primo dicamus de deluſione quam Dæmon hominum vel beſtiarum oculis facit: poteſt Dæmon ex aëre, fumis, vaporibus mixto, vt *Bonauentura tradit in ſecundo ſententiarum diſtinct.* 8. formare corpus, cujuſcunque alteri conformare, ita quod illud corpus non erit corpus hominis vel aſini, ſed illis conforme, inſpiciendo magis in vna præterquam in alia: poteſt diuerſos colores in eodem corpore exhibere, & quam vult figuram induere, & apparere cui vult, & aliis ſe occultare: poteſt etiam lumen ad tale corpus exhibere per applicationem alicuius corporis luminoſi, vel lapidis, vel luminis calcati, corporis ignei, ita vt aliquando clariùs, aliquando minus clarum corpus illud appareat: ſicut patet de vitro ocularium, quod applicatum ad lumen candelæ radios diuerſos cauſat in pariete, prout magis vel minus ad candelam accedit, & etiam ſecundum alium & alium colorem exiſtentem in muro. Poteſt etiam Dæmon ſpecies diffuſas in aëre diuertere vt ad oculum veniant, vel eas per actionem alicuius lapidis quam quidem Achatem vocant, vel alias deſtruere, & tunc illud corpus remanet, inuiſibile: eſt etiam Dæmoni corpus album nigro colore perfundere vel è contra, vt quod nigrum eſt, judicetur album, & ſic de aliis coloribus ſuo modo, & ſic fieri poteſt, quod homo judicetur eſſe capra, propter applicationem figuræ & coloris: & ita de aliis apparitionibus fictis aliorum. Eodem modo eſt, vt vnum aliud eſſe appareat quod non eſt. Legitur enim quod parentes vnius iuuenculæ credentes eam eſſe equam adduxerunt illam ad quendam probum Patrem, qui non vt equam, ſed vt filiam eſſe agnouit, & maleficium parentibus dixerit, & ſimulacrum abiecit ab ea, ex quo parentes filiam ſuam eſſe agnouerunt facilè. Præterea facilè eſt Dæmonibus humorem ſanguineum ad organum oculi deriuare, vel alium humorem nigrum ex quo judicat quis omnia rubea vel alterius coloris. Vidi ego hominem febricitantem, qui vna die aſſeruit omnia quæ viderat ſibi rubea apparere: Fieri poteſt etiam, vt ab imaginatiua ad ſenſum communem viſibiles ſpiritus reducantur vſque ad viſum, vel ex forti imaginatione alicuius rei credit homo ſe videre, extra quod tantum eſt in phantaſia intra, & tunc judicat viſus ſe videre ab extra, quæ ſolum ſunt intra. Quamuis Bonauentura videtur faciliter tamen dicere, quod à ſenſibus prioribus ad poſteriores eſt progreſſus, & non è contra, tamen cum philoſopho &

De deluſione dæmonum.

Corpus album apparet nigrum.

Iuuencula quædam credebatur à parentibus eſſe equam.

Sancto

S. Thoma à primis ad posteriores, & à postremis ad priores possunt sensibiles spiritus derivari, & sic deluditur visus ab extra & ab intra, quia vt multi dicunt, decipitur sensus circa proprium sensibile ex indispositione organi medij, vel obiecti aliàs nonnunquam postquam euenit à memoria excidit, quòd adolescens ego cum aliis pastoribus custos pecorum eo affectus, quòd frequenter fama referebat, vt quidam thesaurus sub terra vel lapidibus in vasis aliquibus reperissent, cum circa pecora per campos deambularem, & in quandam viam antiquam tunc plenam dumis cui via aptior noua adjacebat declinassem: apparuit mihi ferrea catena terræ plantata penè consumpta rubigine, quàm accipiens duabus manibus euellere tentaui, & dum quantum potui extrahere, cœpit tumescere terra, quasi si aliquod lignum rotundum, lapis, vel aliud intus esset, quod trahebam extractu catenæ pro certo mihi visa est: cùmque plus & magis trahere conarer, & dum ferre vt mihi videbatur aliquid quod sperabam, argentum esse vel aurum in mente, in sursum terra exilire deberet. Acclamauerunt pastores dicentes ad me, vade vade ad vaccam quæ messem vastat & comedit: ad voces eorum pulsus, ego catenam dimisi, & baculum vt illam signarem posui propè catenam, tui ad vaccam, expuli eam à messe, redij ad locum, baculum reperij, catenam vlterius non vidi quacunque indagine adhibita. An intus forti imaginatione per motum phantasma catenæ fuit, vel ad extra arte maligni spiritus fuit catena ostensa: nescio, certus sum quod deceptio fuit: sed modum deceptionis ignoro, & sicut oculus deludi potest à Dæmone, qui perspectatiuam artem nouit ad plenum vt diuersas in coloribus lineas visuales inter se diuersis sitibus conjungat, ex quibus varios colores sub diuersis figuris ostendit: sic de aliis sensibus exterioribus est dicendum suo modo. Quod apparet satis in gustu, qui in febricitantibus dulcia iudicat amara, & secundum ista vim magnam habent.

Præstigium est quædam species magicæ artis, videlicet humanorum sensuum illusio, & dicitur præstigium à præstringendo, quòd acies oculorum præstringit. Et per præstigium moderabiles rerum mutationes videntur fieri: exempli gratia, vt terræ cumulus videnti castrum, lapillus, talentum, seges, cohors militum galeata: Et ideo præstigium est aciem oculorum obscurare. Et Papias dicit, præstigium est dolus, fraus, mendacium, fallacia, maleficium, præstigia maleficorum, quoniam potest Dæmon diuersos suos odores, sapores & qualitates tangibiles sensibus præsentare, quos deludit. *Præstigium quid sit.*

CAPVT IX.

Modus delusionis sensuum internorum.

NVnc ad modum per quam sensus interiores decipi possunt, vt Dominus donabit procedamus, sanctum Thom. Bonauent. & alios Doctores in sua doctrina sequentes. Dictum est superius, quod prima operatio sensus communis, est iudicare de obiectis quinque sensuum exteriorum, & ponere conuenientiam & differentiam inter ea: Secunda operatio eius est, reponet formas sensibiles in imaginatiua, ex

Digitized by Google

quibus ſequitur quod poteſt deludi ſenſus communis in ordine ad ſenſus exteriores, à quibus recipit ſpecies, vt ſcilicet aliter iudicet quàm recipiat, propter deceptionem cauſatam in ipſo ſenſu exteriori, vel in ſpeciebus: poteſt etiam decipi in communicatione ſpecierum quas reponit in imaginatiua vt in ordine reponat. Vel inordinatè ab ipſa iterum recipiat ex tranſituatione phantaſmatum, ex quibus multæ & diuerſæ deluſiones & peruerſa iudicia fiant in ſenſu communi: ex perturbatione etiam organi eius poteſt multipliciter à recto iudicio peruerti.

De imaginatiua ſimiliter dictum eſt, quod duplex eſt eius operatio: prima eſt conſeruare ſpecies ſenſibiles in ea repoſitas: ſecũda eas præſentare phantaſiæ. Et in hoc ſimiliter poteſt multiplex error contingere, ſicut dictum eſt de ſenſu communi ſuo modo: Alia tamen eſt deluſio in ſenſu communi & alia in imaginatiua, & diuerſimodè iudicat læſus in iſta, & læſus in illa: Phantaſiæ, ſimiliter duo ſunt actus, vt dictum eſt. Primus eſt componere formas ſenſibiles cum aliis formis ſenſibilibus, quas præſentat ſibi imaginatio, & componere intentiones cum intentionibus, quas repræſentat ei memoria, & componere formam quam præſentat ſibi imaginatio cum intentione quã præſtat ei memoria, & ſecundum hæc in multa ſomnia venit. Secunda operatio eſt phantaſmata operari, & ſic fabricat caſtra in Hiſpania, & alia multa ſimilia, & in hac potentia ſicut in aliis quidam acutiores & alij ebetes magis, inde venit quod quidam phantaſmata plura componunt, alij pauca, & quòd phantaſia ſubſeruit intellectui, & eſt ſuprema potentia inter ſenſibiles potentias: idcircò circa ipſã maximas contingit fieri deluſionès, & ea deluſa turbatur intellectus in actu ſuo intelligendi.

Phantaſiam ſicut & alios ſenſus dicunt quidam poſſe tribus modis deludi. Primo quia cùm Dæmon ſit ſuperioris naturæ quã anima, poteſt ex vi ſuæ naturæ phantaſmata quæ vult in phantaſia imprimere & influere: Secundo modo ab interiori phantaſmata mouendo & ea adducendo vſque ad ſenſum communem, ſuper quem conuertunt ſenſus ſuas intentiones, & iudicant ita eſſe in re, ſicut eis apparet in phantaſmate: & ſic poſt ſomnium quandoque neſcit homo vtrum rẽ aliquam de qua ſomniauit, per ſomnium tamen vel in re extra phanſiam viderit, apparent quandoque in ſomniis terribilia ex aſcenſu melancoliæ ad cerebrum, vel inflammationes ex aſcẽſu choleræ, vel fluuij ex diuerſitate flegmatis, vel aliqua iocunda ex commutatione congrui ſanguinis, & alia multa dormiente animali fiunt quæ phantaſiæ præſentantur. Tertio modo poteſt fieri deluſio in ſenſibus, ex eo quod Dæmon multarum rerum ſpecies proꝛt vult ſenſibus ſiue exterioribus ſiue interioribus offert, quas pro veritate aliquis recipiens decipitur. Et iſto tertio modo viſum eſt aliquibus quod caſtra magna in nemoribus facta per ſiluarios Dæmones de nouo eſſe: vel flumina de nouo eſſe producta quæ timebant: vel gallum trahere trabem, qui feſtucam verè trahebat: vel homo videbatur alteri lupus, vel iumentum: nec iſtud vt mihi videtur Diabolo eſt impoſſibile, qui perfectè cognoſcit virtutem rerum naturalium: quoniam naturaliter fit, vt ad lumen candelæ ex certis rebus factæ, appareat domus plena ſerpentibus vel hominibus mortuis, ſiue racemis

Dæmon eſt ſuperioris naturæ quam anima.

Digitized by Google

racemis, quæ omnia fiunt ex diuersis speciebus latentibus in oleo vel in candela, sed Dæmon vt dictum est, ex applicatione actiuorum & passiuorum plus operatur quam natura.

Deluſio quæ ſit tribus modis.

Inter istos modos Bonauentura elicit secundū qui ei possibilior esse videtur: & ista deluſio fit tribus modis à Dæmone: Primo ostendendo præsens esse quod non est: secundo ostendendo quod est: tertio modo, abscondendo quod præsens est. Primum quidem facit, offerendo: secundum, sensum vel obiectum deriuando: tertium verò facit impedimentum adducendo. Primum intelligi potest quando phantasmata existentia interius offeruntur forti oblatione ipsi virtuti interiori, vel quando virtus interior fortiter illis intendit, adeo quod similitudo rei videatur ipsa res esse: hæc in aliis manifestantur: nam phreneticis propter ascensum fumorum ad cerebrum, videtur quod videant multa quæ nō sunt sibi præsentia, vel quòd audiant quæ intra sunt & ea tamen extra esse credunt, sicut Augustin. exemplificat in *lib. de Trinitate* de quodam qui tanta intentione cogitabat de cuiusdam mulieris imagine, quod ei carnaliter commiscerī videbatur etiam vigilando: & hoc modo potest Dæmon multa facere hominibus apparere, siue ad imaginationem, incitando intentionem, siue fumos aliquos immutando, vel spiritum naturalem immutando, vel phantasmata diuersimodè variando: & his modis frequentissimè vtitur Dæmon & sæpius & subtilius quàm homo excogitet, à quo specialiter cauendum, & huius signum est, quia nunquam facit hominem aliquid sentire, cuius imaginem non habeat in interiori organo virtutis imaginatiuæ, nunquam enim naturaliter cæcos facit somniare de coloribus, nec surdos de sonis, nec ei talia repræsentat in vigilia vel in somnis.

Potest dæmon multa facere apparere hominibus.

Secundum mundum possumus intelligere, quod res alio modo vel sub alia dispositione appareat sensui quàm sit: nam aliter potest contingere propter variationem aliquam ex parte organi, sicut quando humor sanguinis vel vapor igneus descendit ad oculos, videtur quod ea quæ exterius sunt, rubea sunt, vel propter variationem aliquam ex parte obiecti: sicut contingit aliquando vt dictum est ex dispositione candelæ, & palearum, videntur ipsæ candelæ, vel paleæ serpentes esse, & etiam operatione naturali. Et iste modus & omnia alia secreta naturæ non latent Dæmones, qui sunt veloces ministri, agentes multa in tempore nobis imperceptibili, ideo multifariè nos deludunt, ostendentes rem aliter esse quàm sit, dum eam faciunt aliter quàm se habeat apparere, quod fit per variationem circa organum vel obiectum factam, quæ est vt passio, non vt passibilis qualitas.

Tertium modum sic possumus intelligere, quod res si quidem quæ præstò est, sensum nostrum sicut præsenti obstaculo dupliciter potest latere: aut quia impeditur virtus sensus, ne conuertatur ad sensibile, aut quia impeditur species sensibilis ne perueniat ad sensum: Et vtroque modo impeditur sensus, ne percipiant quòd ei præstò est: vtrumque autem eorum est possibile virtuti Dæmonis, & ideò dicitur posse facere per hanc viam vt hominem reddat inuisibilem. Ex istis omnibus modis prædictis potest Dæmon illudere humanam phantasiam, & alias vires animæ interiores, & virtutem

Digitized by Google

virtutem motiuam, vt hominem reddat immobilem, ita, ſcilicet, vt ſe mouere non poſſit.

CAPVT X.

Modus quo dæmon virtutum naturalium actiones inhibet, ac præſertim generatiua.

Naturales vires ſunt duplices.

NVnc ad virtutes naturales quomodo impediantur in ſuis actibus à Dæmone reſtat veniendum. Dictum eſt ſupra, quod vires naturales ſunt duplices, quædam principales, aliæ ſubſeruientes. Principales ſunt potentia nutritiua, augmentatiua & generatiua, quarum obiectum circa quod operantur eſt nutrimentum tale in potentia, quale nutritum in actu, & eſt quantum, & aliquando de illo aliquid remanet ſuperfluum reſpectu indiuidui quod ordinatur ad generationem, & habet huiuſmodi alimentum diuerſa receptacula in corpore animalis ſecundum diuerſas eius diſpoſitiones & digeſtiones, vt ſupra dictum eſt. Subſeruientes ſunt virtus appetitiua, abſtractiua, receptiua & digeſtiua quadruplex, vt dictum eſt, & expulſiua, & omnes iſtæ potentiæ circa obiectum corporeorum verſantur, ſicut patet conſideranti, & in parte corporea ſunt, idcirco & ratione eius in quo ſunt, & ratione ſuorum obiectorum corporeorum à Dæmone & ex parte vtriuſque poſſunt impediri. Generatiua tamen per quam peccatum originale à parentibus contrahitur, magis maleficiis Diaboli quàm aliæ ſubiicitur: ſicut quia ſerpens primi hominis cauſa peccati fuit, ſerpentes magis quàm alia animalia incantationi ſubduntur.

Generatiua potentia duplici-

Impeditur potentia generatiua dupliciter. Primò in ſe: Secundò in aliis potentiis primis, illa enim potentia generatiua cum calore, ſpiritu, humore & ventoſitate vtatur, poteſt Dæmon calorem, ſpiritum, humorem & ventoſitatem vel aliquem ipſorum dominantem à proprio loco ad aliam partem corporis diuertere, ex quo remanet homo impotens ad actus coniugales. Aliquando homo appetitum habet coëundi & poſſe non habet, quia in maleficiatis talibus, Dæmon aufert humorem & nó calorem. Aliquando virga erigitur & nihil emittitur, quia calor & ventoſitas adſunt, ſed deficit humor: aliquando eſt appetitus, ſed virga non erigitur, quia Dæmon ſubtraxit ventum calore remanente: aliquando fluit humor ſine erectione virgæ, quia remanente humore ventoſitas deficit, & ſic variis modis impeditur homo per maleficium in virtute generatiua. In aliis præcedentibus potentiis impeditur generatiua, quia virtus digeſtiua, vel nutritiua, vel aliqua cæterarum turbatur, quæ generatiuæ deſeruit: quod ſi non fiat degeſtio alimenti, deficit virtus generandi, & iſta impedimenta fiunt ſæpè cum quadam anxietate & exinanitione corporis, quia vbi virtutes naturales turbantur & corpus infirmatur, aliquoties ſentit maleficiatus puncturas in carne ſicut in Ouidio narratur, vt poſtea dicetur, & macerſcit & triſtis in nullo complacet: & quandoque coniugem odioſam habet, nec illi placet: quandoque videtur alteri coniugum de altero quod ſit aliquid Diabolicum latens in eo, & propter hoc non poteſt ipſum amare, quandoque vterque odit vtrumque, & alias alter alteram diligit & non diligitur ab illa, quãdoque econuerſo.

ter impeditur.

Maleficiatus aliquãdo ſentit punduras in carne.

Vidi ego Pictauis tempore Domini Iacobi Iuuenelli Pictauen. Epiſcopi, mulierem maritatam, quam prædictus

Digitized by Google

prædictus Episcopus, quia maleficiata erat cuidam probæ mulieri tradidit nutriendam in sancta Martha Pictauen. quæ mihi dixit quod pluribus quàm decem annis cum marito steterat sua semper salua virginitate, & erat 25. annorum vel vltra: quoniam maritus eius odiosus illi erat supra modum, nec illum quouis modo diligere poterat, ille illam diligebat quamuis impotens: hanc ego secretè interrogaui, vt magis de ea cognoscerem veritatem, si nocte sola in nemore aliquo esset, & in vna parte lupus eam expectaret ad deuorandum, & in alia parte maritus expectans eam esset vt illam à lupo defenderet, ad quem illorûm ire mallet: quæ in veritate mihi respondit, quod iret ad lupum vel ad leonem. At idem interrogaui eam de Sarraceno & de marito, dixit quod iret ad Sarracenum: Interrogaui de marito & de diabolo, respondit mihi quod non iret ad diabolum sed ad maritum, finaliter ruptum est maleficium & fuit inter eos amor & procreatio liberorum. Huiusmodi maleficia fiunt per pulueres positos vel in lecto, vel ad limen hostij, vel supra coniuges, vel ex acubus colligatis, aliquotiens verò sola verborum prolatione, vel alias dæmone per omnia operante, & est hoc maleficium temporale quandoque: aliquando perpetuum, aliquando contingit quod maleficium factum per aliquem maleficum per alium dissoluitur: quandoque dissolui non potest per alium, quia maleficium virtute superioris Dæmonis factum, per alium maleficum qui pactum habet cum Dæmone inferiori, dissolui quandoque non potest sed è contra, quamuis etiam dissolui quandoque non possit occulto Dei judicio repugnante: Est etiam

Mulier maritata quæ erat maleficiata, manfit per plures annos cũ marito, sua salua virginitate.

sciendum quod aliquoties maleficium procuratur contra aliquos quibus omnino non nocet: Impedit enim diuina clementia vbi placet tela dæmonis & artes maleficorum.

Et si quæratur quare pius noster Dominus illa permittit: Bonauentura respondet, quod Deus hoc permittit propter suæ gloriæ ostensionem: si enim vt Aug. ait diabolus ista facit, hoc ipsum ostendit quod Deus illa destruere & maiora facere potest. Item propter peccantis punitionem qui ex aliquo peccato meruit huiusmodi maleficiis extorqueri. Item propter peccantis correctionem: contingit quandoque quod hujusmodi maleficiati dum se vident punitos de suis peccatis, pœnitentiam agunt, & in fide magis roborantur, quoniam plurimum hoc contingit illis ex aliqua vana credulitate, ex qua se artibus Dæmonis subdunt. Item propter nostram eruditionem: eruditur enim in fide dum ista videmus: quoniam sunt aliqui vt sanctus Tho. dicit in 4. sententiarum: qui ex quadam radice infidelitatis ista maleficia posse fieri negant: quia non credunt Dæmones aliquid esse, vel non habere potestatem ad ista maleficia: quod contra decretum est: si quis per sortiarias: & contra Iob 41. dicentem. *Non est super terram potestas quæ comparetur ei qui factus est vt nullum timeret, &c.* Sed qua istarum causarum ista fiant ignoramus, quoniam occulta sunt Dei judicia nobis.

Deus impedit dæmones quando vult & sibi placet: & aliquando permittit propter peccati punitionem.

Et si quæratur vtrum licitum sit talibus maleficiatis maleficorum auxilium quærere. Dicitur, quod dupliciter contingit maleficorum auxilium implorare. Vno modo vt ipsi destruant quod fecerunt, auferendo tamen pulueres, vel acus, vel paleas à pluma lecti, vel clauum

Vtrum licitum sit maleficorũ auxiliũ implorare.

Digitized by Google

fixionis, & ſic de aliis modis quos non noui, & ſic nullum videtur eſſe peccatum, quia ſic nulla eſt Dæmonum inuocatio neque pactum. Nam ſi alius auferret huiuſmodi res quæ ſunt Diabolicæ fraudis inſtrumenta, deſtrueretur maleficium. Secundo modo, vt noua maleficij arte vtantur, vt ſi per aliqua verba fecerunt maleficij, per alia verba oppoſita deſtruantur, vel ſi per pulueres factum eſt, per alios pulueres deſtruatur: & ſicut Chryſoſtomus ſuper Matth. & ſanctus Thom. in quarto, dicunt nullo modo eſt auxilium à maleficis exquirendum, & nihil à Dæmone qui hoſtis eſt Dei & hominis, ſiue bonum ſiue malum ſit, eſt requirendũ.

CAPVT XI.

Expreſſio variorum modorum in ipſis maleficijs, & interuenientium in ſingulis damoniacarum deluſionum expoſitio.

Dæmon corpora mutare poteſt ad locum non ad formam.

EX prædictis ſupponitur manifeſtum, quod Dæmon corpora mutare poteſt ad locum non ad formam: quoniam vt Geneſ. patet; dedit Deus animatis virtutem producere illis in ſpecie ſuppoſita ſimilia, dedit virtutem elementis, vt conuenientia ſibi producant animata; ſtellis virtutem alias ſtellas generandi non dedit, neque bonis Angelis, ſiue malis dixit, *creſcite & multiplicamini*: idcirco virtutem mouendi materiam ad formam non acceperunt: Sed vt ſuperioris ſuæ naturæ ad locum, vt dictum eſt, mouere poſſunt. Inde repetendum eſt, quod ex corpore aëreo mixto vaporibus, quaſi ſi materia nobis eſſet, Dæmon multa ſub diuerſis figuris corpora formare poteſt, quatuor faciendo: primò condenſando: ſecundò figurando: tertiò colorando: quartò conſeruando in eſſe, & hæc corpora ad tempus paernt, & ad tempus diſparent, prout Dæmon ea vult conſeruare, poſſuntque gladio truncari, ſed imperceptibiliter, ſicut aër, vt Durandus ait, reüniuntur, & in iſtis corporibus ſub diuerſis figuris beſtiarum vel hominum aliquibus apparent, & humanas quærunt conuerſationes cum eis, quos agnoſcunt in his qui fidei ſunt decipiendos. Alios autem verẽtur & fugiunt, & ibi maximè apparent vbi ſunt gentes minus eruditæ in fide, & hi qui talibus ſimulacris credunt aliquid numinis eſſe, quod ſordidus & malignus ſpiritus ſuperbúſque fallax Diabolus, ſicut à principio voluit Diuinum honorem ſibi vſurpare, vt patet *Iſaiæ* 14. ſic adhuc nititur facere apud ſtultos, vt ab illis aliquid deitatis habere credatur: & ſic multos fallit ſimplices & idiotas, & aberrare facit in fide, quoniam aliquando in ſpecie terribilis animalis, ſicut ipſe terribilis eſt, apparet: aliquando vt Paulus ait 2. *ad Cor.* 11. ipſe Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis; vbi Beda, id eſt, in bonum Angelum, ad tentandum eos quos ita vel eruditi opus eſt, vel decipiuſtum, qui ſi fingens ſe bonum, ſenſus corporis fallit, & mentem non mouet: nullum eſt in religione periculum, & ſi bonus eſſe credatur dum facit, vel dicit, quæ Angelis bonis conueniunt.

Diabolus fallit ſimplices & idiotas.

Cùm verò per hæc aliena ad ſua ducere incipit; ne quis eat poſt eum, opus eſt vigilantia, quæ nonniſi ex Deo eſt, in ipſo eſt reuera totius malitiæ principium, fomes & origo, crudelior enim eſt leone, vel quocunque ſerpente & cane rabido; tygridem ſuperat in feritate, & lamiam in crudelitate: lamia eſt animal furibundum, & de lamia, quaſi lania, à laniando pueros, habet enim faciem hominis & corpus beſtiarum, eſt crudelior ſuis ſetis quàm cæteræ beſtiæ,

Lamia quid ſit.

Digitized by Google

stiæ, quia catulos suos fertur laniare, & non sine magno fructu spirituali hanc bestiam Actor in medium adduxit: intelliguntur namque per istam bestiam omnes hæretici, malefici & hypochritæ, qui vt ait Gregorius in 34. *moralium*, in prima facie se ostendunt habere pulchram faciem ex ratione sanctitatis & deuotionis: sed bestiale valde est corpus ipsorum propter mala opera, & vitam infamam, turpem & abominabilem, quia valdè iniqua, & illa faciunt sub specie boni. Et hoc modo lamia, id est, Diabolus, omnes filios suos dilaniat, producendo faciliter ad pœnas æternas, & omnibus quibus blanditur ad æterna supplicia ducere cupit. Idcirco magnæ opus est pietatis in ipsis Prælatis, dum solicitè prædicant huiusmodi versutias sathanæ detegentes, ne quis per debilitatem fidei se malefi is Diaboli irritari facilem reddat, & nullus per sortiarias proximum lædat.

Coniuges ex maleficiis in actu matrimonij perturbantur.

Ex decreto & canonicis libris Ecclesiæ, & ex sæpè notatis multis experientia firmè tenetur, coniuges ad inuicem ex maleficiis in actu matrimonij & congruo more viuendi quãdoque nimium perturbari, quo vt laqueos Dæmonum euadere possint, auxilio Ecclesiæ sanctæ Dei sunt adiuuandi, & eius exorcismis sunt Dæmones arcendi, de quo in fine erit huiusmodi specialis tractatus. Attende lector, quod iste Actor in pluribus locis multum conqueritur de maleficiis, qui inter coniuges actus matrimoniales impediunt, & credo firmiter quod, plebanus vel curatus in gratia Dei existens, per exorcismos, & deuotas orationes supra virum & mulierem dictans omne figmentum Diaboli fugaretur.

Malefici quidam multos

De eo quod compertum est quosdam maleficos homines multos in infirmitatibus detinere, ex arte sua per pulueres, circulos, vel per ea simulacra quæ vota appellant, vel per solam incantationem homines in bestias conuerti, vel etiam arbores facere mori, non dubium in scripturis reputatur. Ad exemplum adducitur Simon Magus, qui sola incantatione pecus mori cogebat: Magi in Æthiopia Matthæo præsente pecora sua arte interimebant. Hermogenes contra Iacobum maiorem hæc eadem se facere gloriabatur: Sed ad canonicam scripturam recurramus, perhibet Paulus *ad Galat. 5.* necem per artem magicam procuratam dicens, *manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia luxuria, dolorum seruitus, veneficia, &c.* vbi Beda per veneficia exponit mortem procuratam per incantationem, hoc idem Augustinus affirmat de Ciuitate Dei. Iterum Paulus ad Galat. 3. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit.* Ergo fascinatio vbi est: vt dam glo. sicut in regnorum libris vallis Titanorum: in Isaia Syrenæ & Onocẽtauri: in Iob Arturus & Orion & Pleiades: sic in hoc loco fascinari de communi opinione & quotidiana sermocinatione sumptum est, & paulo pòst, dicuntur enim quorumdam oculi visum vrentes, & hic eorum actus fascinatio dicitur, & potest fieri vt huic peccato inseruiant Dæmones. Iannes Mambres magi Pharaonis arte magica non dubium vtebantur, vt *Exod. 6.* scribitur, & maga suscitauit Samuẽlem, vt patet. Virg. in Buccolicis. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Lucanus in 6. fascinationes multas enumerat dicẽs.

homines in infirmitatibus detinent.

Simon Magus sola incantatione pecus mori cogebat.

Iannes & Mambres arte magica vtebantur.

Mẽs hausti nulla sanie polluta veneni.
Incantata perit, quos non concordia mixti.
Alligat vlla thori, blandaque potentia forma.

Digitized by Google

Traxerunt magici forti vertigine filj.

Et hæc vsque ad finem sexti prosequitur de veneficatricibus, inter quas ponitur Eritho summa in arte incantationis, quæ à suspensis pilos radebat, & intestina extrahebat, & ex illis cum cæteris figmentis multos homines languere cogebat & occidebat, & infinita mala arte sua magica faciebat, quæ ibi narrantur ad longum.

Eritho multa mala arte incantationis faciebat.

Ab antiquo ergo tempore est, vt mulieres maleficæ à suspensis vngues & pilos accipiant ad sua exercenda maleficia, quod huc vsque apud maleficos damnabiliter obseruatur: agebat præterea Eritho maga per herbas & lapides, vt accitis Dæmonibus turbaret aërem, clarum diem conuertebat in tenebrosum, pluuias, grandines, tonitrua præter intentionem Iouis & planetarum excitabat: longum nimis esset cuncta narrare, quæ sua arte maleficia Eritho operabatur, de quibus vel similibus dicit sanctus Thomas ista Dæmonibus esse facilia, & quia Pompejus magarum sortibus contra Iulium Cæsarum intendebat, malum exinde in exitum venit: quoniam victus in campis Thessaliæ fugit in Ægyptum, vbi capite truncatus interiit. De Medea loquens Ouidius in epistolis Heroidum dicit.

Pompejus Magarum sortibus contra Iulium Cæsarē intendebat.

Illa reluctantem cursu deducere lunam.
Nititur & tenebris addere solis equos.
Illa refrenat aquas obliquaque flumina sistit.
Illa loco siluas duráque saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis deducta capillis,
Certáque de tepidis colligit ossa rogis.
Dæmon & absentem simulacráque cerea fingit;
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Hæc ego à pluribus audiui, quod illi quidem qui in actu matrimonij impediti, punctura quasi acus in corpore infixas haberent patiebantur. Ad idem Virgilius loquitur verba Didonis de maga quadam ista loquentis.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit, ac alius duras immittere curas,
Sistere aquam fluuiis & vertere sidera retro.
Nocturnóque ciet manes, mugire videbis.
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Hæc *Æneidos* 4. *lib.* scribuntur. Sed diceret aliquis? isti sunt Poëtæ de quibus Philosophus ait, quod multa mentiuntur Poëtæ. Cato etiam dicit.

Nam miranda canunt, sed non credenda Poëtæ.

Lactantius tamen ait. Vera igitur canunt Poëtæ obtentu quodam relata. Dicendum quod vbi poëtæ Poëticè loquuntur multa mentiuntur: Sed vbi historias narrant vera loqui creduntur: Nam Paulus Apostolus dicta Poëtarum allegare non erubescit, & sanctus August. & alij sancti Doctores Ecclesiæ, multas historias à poëtis recipiunt, & sic possibilem esse non dubium est, magicos prædicta mala inferre hominibus, pecoribus, arboribus, tonitrua

&c

Digitized by Google

& aërias turbationes, & multa talia in elementis machinamenta tractare, quæ ſingula omnia faciunt aliquando : quandoque verò deluſa phantaſia hæc videntur facere, quorum faciunt nihil.

Quapropter ſumma cum diligentia iudex debet talium cauſas ſubtiliter examinare, & vtrum intra deluſi tantum, vel etiam extra malè operati fuerint, debet cautè indagare : Et ſunt docti in Theologia probíque viri magiſtri ad hæc ſpeculabilia conuocandi, qui in Philoſophia eruditi ſunt, & in Theologia docti ſpeculatiui, qui doctrinam gentilium in oratoribus & fidelium orthodoxorum in ſanctis Doctoribus didicerunt, & eſt etiam conueniens, vt periti Medici ad inſpiciendas tales perſonas conuocentur, vt per inſpectionem complexionis & ex iudicio ſomniorum & aſpectu corporis indicent, an phantaſia læſa ſigna portendat falſitatis : ſi læſi tantum in cerebro inueniantur illis ſubueniendum eſt per medicinam : & debent admoneri ſalubriter per ſuos confeſſores vt talibus apparitionibus non credant : debent de his confiteri & pœnitentiam agere ſalutarem, & eſt ſubueniendum illis per exorciſmos Eccleſiæ, & per orationes proborum debent ſummopere edoceri in fide, & oſtendendum eſt illis quanta cautela Dæmon nititur deludere cunctos.

Quibus remediis ſubueniendum eſt illis qui in cerebro læſi ſunt.

Debent etiam habere aquam benedictam, & ſe & ſuam domum aſpergere ſæpè, & in nullo articulorum fidei dubitare recurrere etiam debent ad ſanctos, & ſine fictione & hipocryſi Miſſam audire, & Sacramenta Eccleſiæ cum mente munda & deuota ſuſcipere, & proteſtari quod in nullo volunt cum Dæmonibus pactum expreſſum vel tacitum habere. Scire etiã debent. *Pater noſter, & Aue Maria, Credo in Deum, & Credo in Spiritum ſanctum*, & ſæpè debent etiam Diabolo & eius operibus abrenunciare, ſigno crucis deuotè ſe munire, Diabolum in ſuis operibus non inuocare, nomen Ieſu reuerenter proferre: his enim & talibus catholicis actibus poterit Diabolus per bonum Angelum effugari ab illis. Debent etiam mulieres quæ ſuos maritos per incantationem habent exoſos: & pariter mariti earum, vel etiã ſi per maleficia impotẽtes ſint, admoneri, vt tale odium deponant, & eſt eis oſtendendum quod Dæmon iſta facit inter eos odia, vt perturbet ſanctum Sacramentum matrimonij, quod eſt notabile valdè, & debet cõfeſſor dicere quod oportet vt vincant per fidem, adhærendo Ieſu Chriſto Domino noſtro, inimicum qui eos nititur perturbare.

Debet etiam eos allicere ad amorem filiorum, quos generabunt ſi ſimul conueniant, & debet dicere quod eſt illis magnum pudoris & verecundię opprobrium, vbi permittunt ſe turpiter à Dæmone vinci, & ſi alter eorum dicat quòd non poſſet ad mulierem accedere propter odiũ quod habet ad illam, vel illa idem dicat de marito : tunc dicat eis confeſſor, vos biberetis libenter poculum amarum ſi grauem haberetis infirmitatem, & per ipſum ſpem haberetis recuperandæ ſanitatis, quamuis multum diſplicet ori, tamen pro habendo ſanitatem cogeretis vos ad bibendum contra inclinationem veſtræ affectionis: ſic faciatis hic, & dicatis in cordibus veſtris: *Diabole inimice Chriſtianorum, tu vis in Sacramento quod Deus ordinauit nos turbare, ne prolem habeamus, vt ſemper nos teneas in tuis vnguis & dominerij nobis, ſed in deſpectum tui nego te,*

Preſatio facienda à coniugibus ad habendum prolem.

Digitized by Google

te, & vado ad legem Dei mei Iesu Christi, qui ordinauit sanctum matrimonium ad generandum pueros, erudiendos in lege Dei, & obediam marito meo in actu matrimonij; & idem dicat maritus, & faciat confessor quod mulier osculetur maritum amplexando, & econtra: & obediat illi ad actum conjugalem, quanquam fortassis ei displiceat, & vincat semetipsam, & tunc victus Dæmon qui eos impediebat abscedet ab illis, & rupta erunt vincula fascinationis, priùs tamen vt dictum est ex decreto, se purget vterque in confessione per lacrymas compunctionis, & per jeiunia, orationes, & eleemosynas, & tunc animam à laqueis Diaboli vterque liberabit: Per hæc talia documenta magister Guillel. Meriti, de ordine Prædicatorum Pictauis Magister in Theologia, reduxit quandam mulierem, quæ longo tempore odiosum suum maritum habebat, nec eam ipse cognouerat ad amorem eius, & factus est eodem die inter eos placidè nexus coniugalis amoris.

Mulierũ quarundam fallacia.

Contingit tamen pluries & notum est, quod cum suæ sibi vxores displicent, se fingunt mariti circa eas impotentes esse, vt ab illis separentur, & aliis quas plus cupiunt copulentur mulieres, etiam sua ex parte cum eis sui displicent viri, mendaciter se fingunt incantatas esse, & suos maritos diligere non posse, quia ad alios qui magis placent illis in cordibus dixerunt nexus amoris: idcirco per omnia & in singulis, quia incerta est materia eorum, necesse est judices, qui talia examinant discretos esse, circunspectos atque sagaces.

Delusio phantasia à Dæmone.

De his autem, qui ad Dæmoniaca sabbata nocte vadunt, vel deportantur à Dæmonio, vbi multitudo magna quandoque conuenit, & homagium faciunt Diabolo, & cætera quæ in prima parte tacta sunt, nunc videre restat veritatem, ad quam indagandam ea sunt recolligenda quæ prius dicta sunt de illusione, quam in sensu Dæmon facit interiori, vnde sæpè est, & credo sæpius, quod tales sic delusi se existimant ire nocte cum Dæmone choreare, cum mulieribus commisceri, bibere & manducare, aliquos lædere vel occidere, intrare caueas ad hauriendum vinum, Diabolum sub aliqua figura in posteriori dato osculo venerari, & alia huiusmodi, quorum omnium nihil in re extra faciunt: sed istorum habent phantasiam delusam à Dæmone, eis tales spiritus & phantasmata offerendo, quòd facere potest Dæmon faciliter.

Et quando arguitur, quia ipsi talia se fecisse confitentur, & plures fecisse. Respondendum est quòd delusi interius, non semel tantùm, sed pluries se existimant fecisse multoties, quod solum in phantasia receperunt. Et quando replicatur quod plures se hoc fecisse confitentur: Dicendum est quod stultorum infinitus est numerus, & ideò confitentur, quia pluries delusi sunt. Et quando replicatur secundo, quod plures sunt qui dicunt se adinuicem vidisse choreasse, carnaliter commisceri, & vnus de alio & econtra se vidisse testatur, & plures de vno & de pluribus hoc idem testimonium probent: Respondendum est quod possunt plures Dæmones multorum simul phantasias sic decipere, vt verum videatur quod alios in sabbato Dæmones viderit, & aliis videatur de illo, & quilibet de quolibet altero hoc verum esse asserunt, quoniam eodem tempore simili illusione plures illuduntur. Sed replica-

Dæmones plures possũt multorum phantasias decipere

tur

tur tertio, quoniam tales delusi dicunt se bibisse vinum alicuius hominis, & verum est, quod in vase illo cuius dicunt vinum se traxisse nullum vinum inuenitur. Respondendum est, quod vinum effluxit à vase per aliquam rimam malè iunctam, hora quam æstimabant se illi sic delusi, illud in Dæmonis bibisse conuiuiis, & sic per accidens, & à casu venit quod simul vinum fluxerit à vase ex defectu dolij, & illi decipiantur in phantasia. Sed quarto replicatur, quia dicunt quandoque tales quòd pueros à lateribus matrum acceperunt, torruerunt, & reportauerunt ad suas matres, qui in crastino rubei in pelle, & corpore calidi graui infirmitate vexati moriebantur. Similiter dixerunt alij quod comederunt pecora suorum vicinorum cocta in aqua, & aquam calidam in qua pecus coxerant in faciem jecerunt cuiusdam sui inimici, cuius facies cancroso morbo læsa nunquam potuit sanari, & multa talia se iactitant effecisse, quæ in re facta inueniuntur, sicut ex grandine vineas & segetes destruere, quod verum esse reperitur, & aliquos ictu fulguris occidisse, & realiter occisi fulgure sunt.

Respondendum est, quod assati pueri, quos se dicunt torruisse ad ignem, & pecora, & ille qui læsus in vultu erat: grandines & fulgur, ex naturali causa venerunt, & quòd puer infirmetur, pecus moriatur, cancer vultum inficiat, & tempestas segetes destruat, occidat homines: aut morbo naturali puer aliquis, siue pecus moriatur, &c. dicta simul fiant, & eodem tempore, horum omnium phantasmata Dæmon phantasiis talium obiicit, ex quibus se judicant fecisse quod per phantasma viderunt, neque propter ista possunt tales personæ manifestè illorum facinorum argui, neque pactum cum Dæmone habuisse, tacitè vel occultè deprehendi. Hoc replicatur quod tales homines vel mulieres dicunt, se talia mala supradicta fecisse, quæ realiter euenerunt per pulueres, liquores, pilos, vngues, rubetas, vel per simulacra, quæ apud illos reposita inueniuntur. Ex omnibus istis supradictis purè confitentur se fecisse mala, super quibus interrogati sunt testes, asserentes hoc idem realiter esse verum, & est vox communis quod hæc mala fecerunt, & mala illa in re esse reperiuntur, & instrumenta maleficorum reseruata ab illis in secretis suis inueniuntur. Ex quibus omnibus colligitur quod rei sunt maleficiorū de quibus accusantur; & legalibus pœnis sunt adiiciendi, ita quod magnum iudex illè Deo & legi Catholicæ præstat obsequium, qui incantatores illos segregat à fidelibus viris, quos legalis pœna condemnat. *C. de malefic.*

Iudex qui maleficos & incantatores punit Magnū obsequiū Deo & legi præstat.

Sed tunc duæ oriuntur quæstiones. Prima vnde est quod malefici, pauperes sunt & miseri: quare à Dæmone non postulant pecunias multas, ex quibus magni efficiantur in mundo, cùm ita sit quod familiare habent pactum cum Dæmonibus. Secundò quæritur, quare in talibus maleficiis vtuntur malefici quandoque rebus inhonestis, vt dictum est, & aliàs rebus sacratis, vtputà aqua Benedicta, Chrismate, sacro Baptismo, vel Euangelio. Respondetur ad primam, quod hoc ex misericordia Dei est, qui vult tales miseros reducere ad agnitionem veritatis, quia Dæmon illis multa promittit facere bona quæ non facit, quia mendax est, ex quo cognoscere possunt delusi per illum, quod nullus mendaci creaturæ cuius studium est

Cur malefici pauperes sint, & cur vtantur rebus inhonestis quandoque rebus sacris.

Digitized by Google

eſt decipere, debet adhærere, neque permittit Deus vt Diabolus eos locupletes faciat: quod ſi permitteret & Dæmon illos locupletaret, inordinata auaritia multos à lege Dei detraheret, quos Dæmon per diuitias ſibi vendicaret, ſed eſt occaſio Dæmonem abnegandi, cùm eum audiunt permittere multa & ex promiſſis tradere nulla bona. Ad ſecundum quæſitum dicendum eſſe videtur, quod Diabolus terribilis eſt & horribilis, idcirco terribilibus & rebus inhoneſtis gaudet decipere ſtultos, vel etiam ad deteſtationem peccati illa horribilia ad hæc præſtigia Deus adhiberi permittit rebus ſacris & ſacramentis, etiam quandoque vtuntur ad infamandum ritum Eccleſiæ, quæ illa conſueuit venerari: dicit enim ſanctus Thom. quod Dæmon lunaticos communiter vexat in nouiluniis, vel in plena luna, ad infamandum creaturam Dei: & etiam, quia cerebrum hominis humidum eſt, & in pleniluniō & noua luna augmentantur humida, & tunc humore mediante turbat Dæmon humanam phantaſiam.

Dæmon lunaticos vexat in nouiluniis, vel in plena luna.

Sed ad inuocationem Dæmonum, lapidibus, herbis, caracteribus, figuris & verbis ſolent inuocatores Dæmonum vti: vtuntur etiam figuris in lapidibus vel in alia materia factis & ſculptis, aliqua verba ignota, aliquando non ignota miſcendo. Quæritur vtrum iſta vim naturalem habeant ad arcendum Dæmones euocatos: Dicendum quod lapides, herbæ & verba, tripliciter applicari ad Dæmones intelliguntur. Primo ad arcendum illos per lapides aliquos & herbas, & verba ſacrata, & hoc fieri poteſt. De verbis, cauſa eſt ordinatio & auctoritas Eccleſiæ quæ originem habet à Chriſto dicente, *Data eſt vobis poteſtas ſuper omnia dæmonia.* Luc. 9. De herbis & lapidibus dicunt quidam Theologi habere virtutem coërcendi libidinem: nam de camphora dicitur:

Lapides, herba & verba vim habent ad arcendū Dæmones.

Camphora per nares; caſtrat odore mares.

Idcirco illos lapides & herbas habent exoſas, quæ ſunt cohibitiui pacti, vnde Marbedus de adamante dicit:

Et noctis lemures & ſomnia vana repellit.

Quantum verò ad inuocationes vtuntur talibus malefici, vno modo quia Dæmones volunt, vt malefici credunt quod in herbis & lapidibus ſit virtus qua poſſunt Dæmones compelli ad reſpondendum his à quibus inuocantur, quod eſt error. Alio modo vtuntur, quia poſſunt etiam minores Dæmones per maiores compelli vt obediant maleficis dum euocantur, quod faciunt ſemper ad decipiendum. Guillermus Pariſien. dicit, quòd quia Dæmones peccauerunt per appetitum ſe eleuandi ad ſuperiora, juſtè à Deo puniti ſunt vt inferioribus rebus ſubiiciantur, & per lapides & herbas aliquas effugentur. Pythagorici tamen dicunt vt Albertus recitat in libro de mineralibus, quod lapides ſunt animati, & quod anima egreditur aliquando à ſuo corpore & intrat alienum, & faſcinat ipſum, propter quod præcipiunt declinare oculum faſcinantis: & hanc opinionem ſecutus eſt Democritus, qui lapides dicit habere animas, & omnia plena diis dogmatiſat, & hoc tractat Orpheus in ſuis carminibus: ſed iſta abſurda ſunt & falſa, & à fide Catholica aliena. Sigilla autem & figuras in lapidibus vel in metallo ad imaginem aſtrorum ſub diſtinctis punctis & lineis ad diuinationes

Pythagoricorum opinio circa lapides.

rerum

Digitized by Google

rerum occultarum. Caligrecus, & Gemina Babilonicus, & Hermes Ægyptius in primis inuenerunt, postea effluxit mirabiliter in illa arte Ptolomæus Ægyptius, & Geber, Hiſpalenſis, Thebith autem plenè tradidit artem. Credebant enim iſti quòd iſtæ figuræ ſculptæ ad imaginem aliquorum planetarum, virtutem ad diuinationem aſſumerent ex planetis, & ſicut aliquo tempore manet determinata virtus planetarum ex aſpectu vel conjunctione ad ſignum determinatum, ſic & non plus durat illa virtus figurarum, quibus Geomantici vtebantur. Vidi ego Pictauis magnum virum in fama & ſcientia, qui Geomanticæ ſtudens ex talibus figuris experiri voluit artem diuinandi, qui die vno dum pulſaret quidam ad oſtium ſuæ domus, præcepit famulo vt modicum differret oſtium aperire: interim fecit figuram, vt virtute illius diuinaret quid quærebat ad oſtium pulſans, qua facta & inſpecta dicit, Hic qui venit ad nos aliquid rubeum affert perforatum, & aperto oſtio veniens, birrum rubeum obtulit, quem ille accipiens cum gratiarum actione & ipſum perſpiciens inuenit in eo foramen à muribus factum in illo, ex quo admiratus timuit vt aliquod malignum lateret in illa arte, & ſpreuit artem & artis librum combuſſit, ſcio quia mihi ipſe iſta narrauit.

Conſtat enim vt ſanctus Thomas deduxit ad longum in ſumma contra gentiles, lib. 3. art. 103. 104. & 105. quòd hujuſmodi figuræ nullam poſſunt ex ſe habere virtutem, cùm ſint de quarta ſpecie qualitatis, quæ tantum eſt terminus quantitatis, nec poſſunt eſſe principium actionis, nec ponunt ſubiectum in potentia ad actum, quia figura eſt ens metaphyſicum: nec accipiunt virtutem à corporibus cœleſtibus, quia per has figuras adjunctis eis vanis verbis, fiunt aliqua quæ operationem cœleſtium corporum excedunt, vt reperire theſaurum ſubfoſſum in terra, & diuinare de futuris, & manifeſtare occulta facta hominum. Dicendum ergo eſt, quod à malis ſpiritibus iſta figmenta accipiunt fulcimentum: nam per hanc artem committuntur adulteria, decipiendo mulieres, furta, homicidia, quæ & cætera mala talia à Dæmonibus procurantur, qui quibuſdam mendaciis à maleficis perſonis ad ſua maleficia alliciuntur. Dicunt enim qui Dæmones inuocant quod niſi inuocati Dæmones ea faciant ad quæ ſunt euocati, facient ipſi inuocatores cœlum comminui & eadem aſtra, vt narrat Porphirius in epiſtola ad Anebantem. A Dæmonibus ergo omnia maleficia ſuam vim accipiunt, quæ ad malos vſus & fines applicantur idcirco.

Omnia maleficia à Dæmonibus vim accipiunt.

Ex iſtis & aliis multis pro certo tenendum eſt, quod deportantur aliqui nocte, vel die à Dæmone, ad loca remota atque propinqua, & ibi choreas facere poſſunt, Dæmonem adorare, homines cum mulieribus coire, & Dæmones eas ſupponere, comedere & bibere verè vel apparenter, mortem & infirmitates ſuper aliquos inducere, caueas intrare, vinum trahere, & ad remota loca portare poſſunt, ſopire homines, pueros à lateribus matrum abſtrahere & aſſare, diuinare de futuris euentibus aliquibus, tonitrua & grandines excitare, ictu fulguris percutere & occidere, ſegetes deſtruere, & plura alia mala perpetrare auxilio Dæmonum quando iſta permittuntur illis à domino propter cauſam ignoratam à nobis. Narratur in I. de Apibus, quod in Prouincia prouinciæ, die una tanta

arbores deiicerentur in terram, necarentur aues, & totus aër magno fragore resonaret, tunc custos quidam vinearum in suum tugurium se recepit, & audiuit vocem in aëre dicentem caue, caue, cui responsum est, quid cauebo, & dictum est vineam Petri Richardi. Postea excussa tempestate, destructis aliis, sola vinea Petri remansit illæsa, & tamen Petrus Richardus malus vsurarius & publicus erat; occulta sunt Dei iudicia multa, sed iniusta nulla. Ex quibus admirantes timere debentes, & Deum refugium nostrum & protectorem inuocare docemur. Quòd autem deportentur miseræ personæ hæsitantes in fide & in doctrina diuinæ legis dubiæ: satis notum ex relatu multorum, & ex effectibus inde secutis. Nam aliquoties viri aliqui litterati qui huiusmodi maleficiis præsentes fuerunt, imo hæc nefanda, quæ Diabolus imperabat assistente Dæmone in talibus congregationibus prædicabant, fidele testimonium perhibuerunt, & pœnitentiam egerunt vtinam salutarem. Quòd autem Dæmon illos possit portare vel die vel nocte, nulli in dubium venit, quoniam Matth. 4. & Luc. 4. iuxta Chrysostomi & Guillelmi de Alcona, & Nicolai de Lyra glos. portauit Dæmon Christum supra pinaculum Templi, quod non creditur impossibile fuisse, sed facilè multum: Itē potest vt patet ex prædictis, Dæmō corpora deferre ad locū.

Sola vinea vnius ex cussa tempestate remanet illæsa.

Sortiarij choreas faciunt, & Dæmonem adorant.

Nota sunt ista omnibus qui scientes deputantur in clero, quod choreas faciant & Dæmonem adorent sanis mentibus possibile iudicatur. Sed quod Dæmon cum mulieribus coëundi gratia permisceatur non est dubium reputandum, quoniam vt ait, *August. 15. de ciuit. Dei*, apparuisse Angelos in talibus corporibus, vt non solum videri, verum etiam tangi possent eadem verissima scriptura testatur; & quoniam creberrima fama est, multique se expertes, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, syluanos & fannos quos vulgò incubos vocant, improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum: Et quosdam Dæmones quos Drusios Galli nuncupant hanc assiduè immundiciam, & tentare & efficere plures asseuerant, vt hæc negare imprudentiæ videatur.

Patet ergo hoc possibile esse, quoniam etiam omnes Theologi incubos & succubos esse concedunt: Et ad hoc adduci potest mater Merlini, quæ interrogata à Vortunigerio Rege Angliæ, quomodo virgo filium concepisset, ait. Viuit anima tua Domine mi rex, quod neminem agnoui, qui in me illum generauerit, vnum autem scio, quod cum essem inter consocias nostras in thalamis nostris, apparebat mihi quidā in specie pulcherrimus iuuenis & sæpissimè amplexans strictis brachiis deosculabatur: & cum aliquantulum mecū moram feciisset subitò euanescebat, *ita* vt nihil ex eo viderem, multoties alloquebar eum dum secreto federem. Cùm me diu in hunc modum frequentasset coiuit mecum sub specie hominis sæpius, atque grauidam in aluo deseruit. Tunc rex consultis Philosophis responsum habuit ab illis, quod inter lunam & terram habitant spiritus, qui partim habēt naturam hominum, partim verò Angelorum, & cum volunt assumunt sibi humanas figuras & cum mulieribus coëunt: & sic genitus est Merlinus, hos autem spiritus incubos & succubos Dæmones vocamus. Nec est dicendum quod sic geniti sint fi-

Historia matris Merlini quæ virgo filium concepit.

Digitized by Google

hij Dæmonũ qui ſemen non habent: Sed Dæmon fit ſuccubus viro à quo ſuſcepit ſemen, & pòſt incubus mulieri in cuius matricem ſemẽ effúdit, conſeruans ipſum in debito & proportionato calore, quod ſi non faceret nulla generatio fieret. Nam dicit Auicenna quod homines longas virgas habentes, nullius vel paucæ ſunt generationis, & ſic geniti fuerunt gigantes, qui fuerunt viri robuſti & famoſi: quoniam vt doctor quidam Theologus ait, ſcit Diabolus complexiones hominum, vt virum à quo ſemen ſuſcipit, & mulierem in quam fundit, vt in complexione proportionatos eligat, & congruam conſtellationem ad bonam generationem adaptet: Quòd autem Dæmones talia quę ſabbata vocant conſtituerint, principium non accepit à tempore noſtro, quoniam ab antiquo feſta Dæmoniaca apud aliquos frequentata leguntur. Ait enim *Aug. de ciuit. Dei* 18. *lib.* per immundos Dæmones bacchanalia ſacra vel potius ſacrilegia ſunt inſtituta, de quorum rabioſa turpitudine poſt tam multos annos ſic Senatus erubuit, vt in vrbe Romana eſſe prohiberet: Facilia ſunt igitur apud Dæmones iſta fieri. Vnde ſcribitur in vita beati Bernardi, quod Dæmon quidam in territorio Natenen. mulierem opprimebat ipſa inuita & renitente, quæ acceſſit ad beatum Bernardum qui in partibus illis monaſteria viſitabat, & conquæſta eſt à Dæmone eam violante, cui Bernardus tradidit baculum, & exinde non tetigit eam Dæmon: ſed deridens illam quaſi cachinando à longè minabatur illi poſt diſceſſum beati Bernardi ſe maiora damna facturum. Cui beatus Bernardus plebe vocata præcipit ſub pœna excommunicationis ne eam vlterius infeſtaret, quod nec fecit, & volens ſiue nolens præcepto beati Bernardi obediuit. Beda in hiſtoriis Britonum genitos multos ab incubis Dæmonibus narrat. In lib. 8. de apibus ſcribitur, incubos cum Religioſis mulieribus concubuiſſe, & de quadam filia Comitis in Theuton. Albert. Pariſius in quęſtionibus quæ de raptu mulierũ diſputabãtur in præſentia epiſcopi Pariſien.

Tempore S. Bernardi Dæmon quidam mulierem opprimebat ipſa inuita.

Admirationem habet apud aliquos intrare maleficos caueas & exire ianuis clauſis, ſed reuera non ita eſt, ſed poteſt Dæmon ianuas aperire taliter vt hoc lateat eos qui per illas portas & ingrediuntur & exeunt, qui quia hoc non percipiunt, credunt ianuis clauſis intra caueas eſſe immiſſos, quod ſi ſic eſſet, eſſent duo corpora ſimul quod impoſſibile apud Theologos dæmonibus eſſe perhibetur. Facilè eſt etiam dæmonibus vapores & exhalationes ad mediam regionẽ aëris portare & præſentare planetis quos ſciunt ad hæc virtutẽ habere, à quibus omnes impreſſiones ignitæ & aqueæ generãtur poſsũt etiã hominẽ detinere in ſomno per magnum tempus. Audiui ab homine quod viderat mulierem duci ad ignem quæ manum mortui hominis ſuſpenſam habebat ad collum, cum qua homines detinebat in ſomno, faciendo cũ manu mortua ſignũ crucis retrouersũ.

Dæmones vapores & exhalationes ad mediam regionem aeris portare poſſunt.

Mulier ad ignem d. ſta cum manu mortui hominis ad collum ſuſpenſa.

Primi malefici qui artem hanc inuenerunt, & ſequentes qui ampliauerunt pactum tale cum Dæmonibus habuerunt, vt dum quilibet tali ſigno determinato vteretur, vt putà ſcopam inter tibias poneret aut vnguentis certis in aliqua ſui parte vngeret, vel vaginam ſuam eodem vnguento liniret, vel aliquid tale faceret, dæmon illi adeſſet, qui quo vellet maleficus homo, Diabolus eum portaret: aliquoties per verba vt dictum eſt & herbas & lapides dæmones euocabantur: qui hos primo

Malefici pactum diuerſum habent vt diuerſa opera agant.

Digitized by Google

inuenerunt, pactum expreſſum habuerunt cum Dæmone : qui verò pòſt talibus vtuntur, cùm Dæmone pactum habent tacitum.

Sunt alij cuſtodes pecorum, qui relicta pecora in campis aliis ad tecta venientibus ne nocte à lupis comedantur quibuſdam carminibus faſcinantur, & tunc Dæmon ea vexat excurrendo tota nocte, quæ in manè vexata multum reperiuntur, cuſtodita tamē à lupis. Tricant etiam quandoque Dæmones crines equorum, quibus ſi aqua benedicta fundatur ad eos, illa nocte Dæmon non accedat. Satis arbitror etiam ex Virgilio in Buccolicis, paſtores veraciter alienis pecoribus obeſſe, & hac arte Dæmonis ab eis elicere. Apud multos enim ſic fieri compertum eſt, ſicut de vino exhauſto à dolio extitit ſuprà dictum. Satis etiam notum eſt, quod ex prolatione verborum in animum elauati equi, & vulnera multorum, per carminationes ſunt viſa ſanari, dum tamen infirmitas in equis vel in hominibus tanta non ſit, quod extra vim virtutis naturalis proceſſerit, quia non poteſt tunc carminibus curari. Nam hoc facere, eſſet miraculum, quod dæmon facere non poteſt nec quouis modo ſanare, niſi applicando vires naturales, vel diſgregando vel reprimendo nociua, ideo quando læſio eſt vltra vires naturæ, non poteſt Dæmon talibus ſubuenire, ſicut equus ſi os tibiæ fractum habeat, quia medelam non habet, Dæmon illud conſolidare non poteſt, quod de homine vel boue faceret : & eſt eiuſdem rationis de morſu ſerpentis vel canis rabidi carminationibus, dum vltra modum læſus ille non fuerit, ſanari. Quod mures, columbi & aues expellantur à ſuis habitationibus exemplum tradit Eritho, de quo ſuprà dictum eſt, & Lucanus in 6. proſequitur amplè, & nos diebus noſtris de cuniculis & coruis fieri vidimus & columbis. De ductu tempeſtatis & fulgurum ſatis narratur in libro de apibus circa finem : de pueris acceptis à lateribus matrum : de vino extracto à caueis : de exeuntibus per caminum, & intrantib. domos ianuis clauſis, patet ex prædictis : de his qui diuerſis modis res amiſſas inueniūt, ſatis eſt ſuperius tactum : de his qui curant morbos, ſicut de carminationibus eſt dicendum : de his etiam dictum eſt quæ ſacra Eccleſiæ vel mortuam manum maleficiis addunt. Frater Petrus de Bercorio in libro de mirabilibus mundi, dicit quod aliqui vendunt ventum nautis in pyxide, à qua aperto foramine ventus validus exit : nam Diaboli concitant aërem, cuius opere nauigat quò vult nauigare nauta, ſed communiter antequam ad portum veniat ſua nauis, mergitur vndis æquoris, cō quaſſata, & nauigantes pereunt. Satis dictum eſt, de quodam qui in ciuitate Cathalanenſi inuiſibilis erat, quod vt quidem perhibent, virtute quorundam lapidum fieri poteſt : maiori ratione virtute Dæmonis creditur hoc poſſibilè fieri.

Dæmones quàdoque crines equorum tricant.

Aliqui vendunt nautis ventum in pyxide.

De transformatis nunc libet eloqui. Dicit ſupradictus magiſter Petrus de Bercorio in allegato libro, quod Nabuchodonoſor realiter tēpore ſuæ pœnitentiæ verſus eſt quātum ad corpus in figuram beſtialem, & ita dicit de quibuſdam conuerſis in lupos, quos quidam galones, alij berones vocant, & quamuis Deus formam hominis ex occulta cauſa nobis in formam alterius ſpeciei poſſit mutare, Dæmon tamen hoc facere non poteſt, vt tradit Auguſt. 18. *de ciuitate Dei.* Sed gratia amplioris doctrinæ quæritur quid cenſendum

Digitized by Google

ſendum eſt de iis, qui apud Arcades tranſnatando fluuium mutabantur in lupos. Demenetus etiam mutatus legitur fuiſſe, & quia carnes humanas non comedit poſt 9. annos, rediit ad figuram quam prius habuit humanam. Apuleius fatetur in libro de aſino aureo, ſe fuiſſe mutatum in equum, intelligentia remanente humana, annonam inter alios equos portaſſe militibus: ſic narrat Auguſt. vbi ſuprà, quod in Italia mulieres ſtabulariæ dato veneno homines in iumenta mutabant. Circes famoſiſſima ſocios Vliſſis mutauit in beſtias: Socij Diomedis mutati leguntur in aues, quæ Græcigenis dum ad templum veniunt blandiri videntur? Trojanos verò vnguibus infeſtare conabantur. Simile ferè ſcribitur in libro de apibus circa finem, quod in diebus Alberti magni in Brabantia fuit puella quam iuuenis quidam volebat habere vxorem, ſed pater nolebat, pauco poſt tempore infirmata puella mortua quaſi viſa à parentibus plangitur: eo die ambulans iuuenis, qui eam cupiebat, extra villam, audiuit vocem plangentis filiæ: ad quam diuertens, eam inueniſſet, admiratus ait; quomodo tu quę mortua dicebaris huc veniſti? cui puella ait, homo quidam qui præcedit huc me adduxit; tunc iuuenis filiam accepit & abſcondit in ſua domo ſecretè, venítque ad domum patris filiæ parantis exequias eius, cui iuuenis ait, Vis Domine mihi filiam tuam quam quæſiui dare in vxorem mihi? cui triſtis pater ait, nunquid tu Deus es, vt filiam meam defunctam ſuſcites? Tunc iuuene inſtanter quærente illam ſibi dari, peter firmato pacto conceſſit eam, ille tunc pannum quo putabatur filia mortua tegi eleuauit, & apparuit hic horrendum ſimulacrum quaſi lignum putridum pelle tenui circunductum, quo viſo iuuenis ad filiam pergens eam ſanam ad patrem duxit, cui in matrimonio copulatur, & vixit vterque ad tempora auctoris de Apibus qui iſta enarrat.

Demenetus in lupum mutatus, & poſt nouem annos rediit ad ſuam priſtinã figuram.

Hiſtoria mirabilis de puella mortua quaſi viſa à parentibus.

In confinio Flandriæ, filia vna infirmitate nimis oppreſſa ab omnibus eſt exiſtimata defuncta, ſed antequam ſepelienda portaretur ad terram, inuenit eam frater eius viuam extra domum inter arundinetum, quam in ſua domo clàm depoſuit, venitque ad domum patris, & ſimulacrum quod credebant defunctam filiam, in fruſta gladio mediante diuiſit, cunctis ſtupentibus, eo quòd ad corpus ſororis tam ſeuerus eſſet, quibus reſpondit, non eſt hoc corpus ſororis meæ: pòſt pergens ad propriam domum, ſororem ſuam ad eius patrem viuam ſanámque reduxit, & vſque ad tempora huius auctoris de Apibus, vt ipſe ait, qui Albertum Magnum quomodo ſic Dæmon ludificare poſſit interrogat: ſed Albertus quaſi diſſimulans nihil voluit definire.

Hiſtoria ſtupenda de filia mortua credita.

Conformiter Auguſt. exponit de his qui in equos in Italia mutari videbantur, & de his qui apud Archades mutati aſſeruntur in lupos: de ſociis Vliſſis quos Circes in beſtias vertit, qui omnes tales alicubi diabolica arte abſcondi tenebantur, & aliunde lupos, equos vel beſtias alias Dæmon adducebat, in quos credebant ſimplices gentes ſupradictos eſſe conuerſos, & ipſi etiam ex turbata ſua phantaſia ſe lupos vel alias beſtias eſſe æſtimabant: quoniam Apuleius in libro de aſino aureo ſcribit, ſe veneno ſumpto fuiſſe per aliquot dies conuerſum in equum, mente ſemper in eo vigente humana. Et ibidem narrat Aug. de Preſtancio, qui ſuum patrem plus ſolito per plures

Digitized by Google

dies dormisse testatur,& cum fuisset euigilatus,dixit se factum equum & annonam portasse inter alios , & equus inter alios de nouo repertus annonam ferés militibus cum aliis, quorũ se præstãtissimũ credebat esse qui tamen jacebat in sua domo , sopitus extenso corpore totus.De auibus autem in quas Diomedis gentes creduntur esse mutatæ , dicit idem sanctus Augustinus , quod potuit Dæmon, ex quo gentes illæ subitò disparuerunt ab aliqua terra vbi aues illæ abundant,eas in magno numero adducere , & quia socij Diomedis nunquã comparueunt vltra , & aues insolitæ de nouo venerunt,creditum fuit eos in illas volucres fuisse mutatos,quas vt græcigenis blandirentur, & trojanas persequerentur ipse Dæmon dietin animabat.

Dæmon intrat corpus lupi, & ideireo plurima mala perpetrat.

De lupis verò quos vt dictum est berones siue galones vulgus vocat, videtur esse dicendum , quod Dæmon homines illos quos mutari in lupos asserunt, multi alicubi secretò retinent absconsos,& intrans corpus lupi alicuius,eum educit à siluis quem per villas & agros discurrere cogit, & mala plurima facit, occidit homines, pueros comedit , pecora deuorat & fugat , & plurimos homines terret , nec mirum si terreat , quoniam duo maligni & crudeles simul ad malum operandum sunt conjuncti in vnum, quorum alter solus per se timeretur , multo magis cum duo sunt, lupus scilicet & Dæmon , in simul adunati videntur esse timendi.

Historia de homine cuius fama erat verti in lupum.

Legi tamen in historiis , quod cum quædam mulier in partibus Lothoringiæ caput sui mariti lauaret , de quo fama erat quod quibusdam temporibus verteretur in lupum,brachium cum manu pueri quem comedisse credebatur in vase vbi aqua erat qua abluebatur , sua hoc vidente muliere , euomit , quod ego credo phantasticè fuisse monstratum Dæmone operante : quoniam non videtur possibile , quod posset homo manum & brachium simul alicuius pueri quatuncunque parui sine suffocatione posse per os euomere. Tamen magister Petrus de Bercorio qui fuit homo magnæ scientiæ & expertus in mundi mirabilibus,multum asserit possibile quantum ad corpus hominem mutari in lupum realiter , figura humana dimissa & lupina assumpta : magis tamen arbitror Augustino credendum : quoniam in prædictis legis historiis quod cum lupus quidam per campos inter pecora discurreret in quem dicebatur homo quidam esse , referente fama mutatus , is idem homo cum discurreret lupus inter oues in agris , in dumo quodam absconsus, in extasi positus , est inuentus , qui consonat sententiæ August. iusta prædicta : nam Iphigenia Agamemnonis filia, quæ mutata esse credebatur in ceruam , post aliquod tempus de occulto venit in manifestum, ex quo asserit August. quod cerua supposita fuit vbi Iphigenia esse solebat, sublata filia ab intuentium oculorum aspectu.

Dæmon Ecclesiæ Sacramenta nititur enerua-re.

De his autem qui Corpus Christi in Sacramento ad maleficia applicare perniciter comperti sunt. Vbi Dæmon Ecclesiæ Sacramenta & fidei Catholicæ robur nititur enerua re. Quemadmodum de illo qui in Francia Corpus Domini communicabat buffonibus , quos in arca nutriebat , & secretas Missas lupo , capráque præsentibus per superstitiosum Sacerdotem dici faciebat , vbi ipse sub fictione Papæ, vel Regis vel Principis alicuius assistebat , non sunt toleranda super terram sua maleficia , quoniam qui talem

Digitized by Google

talem illatam Deo & Sacramento dignissimo iniuriam vlcisci non properat, diuinæ legis præuaricator, testante scriptura creditur, quia tacet.

Opinio Auicennæ circa incubos.

Quamuis de incubo *Auicenna sent. 50. lib. 3.* de incubo dicat, quod incubus est ægritudo, in qua homo sentit cum in somnum ingreditur phantasma graue super se cadere, & comprimit ipsum, & angustat eius spiritus, & intrinsecantur vox ipsius & motus eius, & fortassè suffocatur propter pororum opilationes: & cum ab ipso separatur, excitat ipsum subitò & est antecessor vnius trium ægritudinum, aut apoplexiæ, aut epilepsiæ, aut maniæ: differunt hæ infirmitates, quia mania est infectio anterioris cellulæ capitis cum priuatione imaginationis: amentia est infectio mediæ cellulæ capitis cum priuatione rationis: apoplexia verò est omnium ventriculorum cerebri opilantia cum priuatione rationis & indiminutione sensus & motus: epilepsia autem est non omnium sed principalium ventriculorum cerebri impeditiua. vnde quod parum ad se inuicem differunt hæ quatuor passiones, videlicet amentia, mania, apoplexia, & epilepsia: nam & omnes vno verbo communi clauduntur, appellatione videlicet phrenesis, quia patiētes dicūtur phrenetici. De remedio singulari quære apud bonos & probatos physicos medicinam: eius verò causa secundum philosophos: est vapor materiarum grossarum sanguinearum aut phlegmaticarum aut melancholicarū eleuatus ad cerebrum subito, ex quo patet quod in cerebro est huiusmodi compressio non in pectore vt quidam imaginantur: & quamuis verum dicat Auicenna & cum eo medici cæteri plures: tamen Guill. Paris. hoc asserit ab incubo Dæmone quandoque cor hominis supprimente procedere, idcirco dicit se aqua benedicta dum ad somnum vadit aspergere, signo crucis munire, orationibus se vallare, & bono Angelo defensori suo, ne incubo Dæmone percussus, mortis iaculo repentè feriatur.

Quid sit mania.

Quid sit amentia

Quid apoplexia.

CAP. XII.

Distinctio artium magicarum in varias species.

DE distinctione harum artium magicarum, quæ vt Vincentius in speculo doctrinali dicit, inter artes liberales ponendæ non sunt quia earum Diabolus principium est. Beraldus Odonis in 2. sentent. ad longum scribit, & ex scripturis multis recitat veritatem, dicens quod experientia nos docet, & ex multis passibus sacræ Scripturæ instruimur, quod 30. sunt modi artium magicarum quos Dæmon inuenit, quarum modi sic distinguuntur: quia omnis ars magica aut ordinatur ad solam notitiam vel ad efficaciam, & hoc secundo modo dicūtur. 9. modi; quia aliquæ sunt artes quæ vtuntur solo visu, aliquæ vtuntur verbo, aliquæ scripto, aliquæ nodo, aliquæ veneno, aliquæ sacrificio, aliquæ caractere, aliquæ imagine, aliquæ phantasia. Ars magica quæ vtitur solo visu dicitur fascinatio, & qui vtitur illa, dicitur fascinarius. De hac arte dicit Algazel in primo metaphysicæ suæ quod potest fieri naturaliter, cuius veritas dicetur in sequentibus. Ars verò quæ vtitur verbo vocatur incantatio, de qua Psalm. Aspidis surdæ, quæ non exaudiet vocem incantantium vt venefici incantantis sapienter. De incantatione loquitur Augustinus.

Triginta sunt modi artium magicarum.

Fascinatio.

Incantatio.

Digitized by Google

Auguſt. & habetur in decreto 26. q. 5. nec mirum, quidam magi nullo veneno, ſed ſola violentia carminum inficiunt hominem. Plinius & Lucanus expreſsè loquuntur. Ars verò vtens ſcripto vocatur breuiaria, quando breue ſcriptum ponitur in collo mulieris vel inter mamillas mulieris, vel alibi ſuper hominem, ex quo ſopitur homo per longum tempus, vt euigilari non poſſit, niſi breue immoueatur, & aliquotiens dum nudus homo tangitur tali breui, non poteſt ille mori donec breue comburatur, Ars vtens nodo vocatur ligatura, & eſt modus alicuius ligationis impediens profectum eius contra quem fit, & vbi ligatus nodus ponitur in aliqua domo, nihil in ea venit ad profectum, ſed omnia decreſcunt & conſumuntur: per modum etiam fili vel cordulæ trahunt mulieres ad amorem alicuius cui obediunt ad venereos actus, vnde Lucanus in 6.

Breuiaria.

Ligatura.

Traxerunt forti magici vertigine fili.

Ars verò vtens veneno non ad intoxicationem, ſed mutationem effigiei humanæ vocatur veneficium, de qua loquitur Auguſt. 18. *de ciuit. Dei*, vbi introduxit eos qui transformati fuerunt in lupos, in volucres, & in equos, de quibus dictum eſt ſupra. In arte verò vtenti ſacrificio expreſſius apparet cultus Dæmonum, de quo loquitur Auguſt. *de ciuit. lib. ſupradicto*, vbi ponit quod apud Archades, ij qui comedebant de ſacrificio Lithei mutati ſunt in lupos. Ars verò vtens charactere vocatur characteria: ſicut cùm aliqui malefici proiiciunt plumbum liquidum in aquam frigidam, & iudicant & faciunt ſua maleficia ex inſpectione figuræ, quæ reſultat in plumbo, vel etiam ex impreſſione quorundam characterum qui quandoque apparent in lebetibus vel patellis æreis de quibus loquitur Greg. Turonen. in ſuis chronicis. Ars verò vtens imagine vocatur imaginaria, quando ad ſimilitudinem alicuius fit imago de cera vel de lapide, ſiue de metallo aliquo: deinde baptizatur & imponitur ei nomen alicuius cui vult maleficus aliquis homo nocere: & iſta imagine vtuntur hodie multi malefici contra eos quos odio habent. Alij habent mandragoras figuratas ad modum viri, & quandoque mulieris, & eas tenent, quaſi ſi reliquiæ ſanctorum eſſent in loco honeſto, ſuperſtitiosè vtuntur illis, ex quo multifariè decipiuntur à Dæmone & ſperant arte ſua diuites fieri, & pauperes efficiuntur, & miſerabili fine ſua tempora claudunt.

Veneficium.

Characteria.

Imaginaria.

Mandragora.

Sed vnde procedat figura mandragoræ ſimilis humanæ figuræ: dubitant quidam, ad quorum dubitationem ſoluendam ſciendum, quod ſicut dicitur in libro qui dicitur circa inſtans. Mandragora eſt herba ferens poma limonibus ſimilia, radix eius groſſa eſt, & in terra profundè affixa, certo tempore cum vanga eradicatur & adaptatur ad conformem figuram viri vel mulieris per omnia membra etiam genitalia, & cum ſubtili ferro eriguntur tenues portiones quaſi pili à capite, ſuperciliis, palpebris, aſſelis & pudibundis, & iterum radix ſic figurata plantatur in terra, quæ cum fertilis, corticem tenuem per totum ſui producit: & tunc euellitur à terra, purgatur & abluitur & ad faſcinandum reſeruatur in arca; & ſic mandragora artificialis eſt non naturalis, quantum ſaltem ad figuram.

Ars verò vtens phantaſmate & ſimilitu

Præstigium. similitudine rei, vocatur præstigium, vbi Dæmon aspectui, auditui vel sensui interiori se ingerit ad futura reuelanda, & ille qui hoc vtitur, præstigiosus vocatur. Et ad istam speciem maleficij omnes aliæ nouem reducuntur: idcirco communi nomine maleficium nominatur & vtentes communi vocabulo maleficij dicuntur: eo quod ad maleficiendum Diabolus eos per illas artes inducit. Si verò ars sit ordinata ad sciẽtiam hoc fit dupliciter: vel quia talis petit scientiam à Dæmonibus mediatè vel immediatè: si immediatè hoc potest fieri septem modis: quatuor manifestis & tribus occultis. Si manifestis, aut per disciplinam, & sic vocatur ars notoria, quæ ordinatur ad sciendum omnes scientias per quædam signa & figuras, quæ ad hoc vim vel efficaciam ex se non habuit sed à Dæmone. Aliquando quæritur scientia per cultum & vocatur ariola: & inde dicuntur arioli. Vnde ariola est cultus idolorum, & arioli idolorum cultores dicuntur, & ista ars fuit prima & maior omnium: tales quærunt responsa à Dæmonibus, quod antiquitus fieri consuetum est per idololatriã, cuius inuentor dicitur fuisse Nemroth in secunda ætate qui cogebat homines adorare ignẽ. Alij dicunt quod Ninus qui imaginẽ patris sui Beli fecit adorari, vt Isidorus dicit quod apud Græcos primus idololatra fuit Prometeus, qui simulacrum hominis de luto finxit: Iudæi tamen dicunt quod Ismaël primum simulacrum de luto composuit, & cessauit idololatria pro maiori parte in 6. ætate. Aliquando totalis scientia habetur per pactum, & tunc dicitur necromantia à νεκρὸς quod est mors, & μαντεία quod est diuinatio, quia fit per pactum cum Dæmone, obligando animam ad mortem, in cuius signum habent sanguinem mortui quando volunt operari, & ideò principium illius artis est, & incipit mors animæ: aliquando fit per coniunctum quando Dæmon est familiaris alicui quem tamen non possidet: & ista ars dicitur pythonica, à qua dicta est mulier pythonissa de qua habetur. 1. *Regum* 27. quæ videtur suscitasse Samuelem.: vtrum autem verè fuerit suscitatus vel fuerit spiritus malignus, Dei iudicio relinquatur. Si autem petatur scientia à Dæmonibus occultè, hoc potest fieri tripliciter: vno modo per instinctum vigilando, & sic vocatur diuinatio, alio modo per instinctum somniando, & sic vocatur somnium: alio modo per instinctum in raptu, & sic contingit in energumenis & lunaticis, qui rapiuntur & addiscunt multa à diabolo, & sic sunt 16. species, 9. ordinatæ ad efficientiã, vel efficaciam & septem ad scientiã. Aliquando autem mediatè operatur hæc ars, & hoc tripliciter, quia vel talia signa sunt naturalia, vel artificialia, vel casualia: si naturalia hoc contingit quinque modis secundum quinque scientias fundatas super quinque signa. Quarum prima dicitur Mathesis, de qua dicitur:

Ariola. *Necromantia.* *Pythonica.*

Scire facit mathesis, sed diuinare mathesis.

Et per hanc artem quis diuinationes facit in astris, & est ars vocata astrimantia, à qua dicuntur astrimantici, & apud aliquos dicuntur geomantici, & sunt diuinatores de vita hominum & de natiuitate: & alio nomine dicuntur fatidici, hi enim coniunctionem quærunt per astra alio modo quàm per signa naturalia quod de se non esset malum, immò est scientia vtilis multum be-

Digitized by Google

nè judicantibus, vt Albertus ait lib. de mineralibus, ſed illæ ſcientiæ quæ de aſtris habentur malas ſuperſtitiones addicunt, quod eſt diuina lege prohibitum. Secunda eſt horiſpicium vel horoſtopium, hoc eſt inſpectio horarum, non quod tales reſpiciant horam natiuitatis ſed horam & punctum negotiorum ſuorum: putà quando volunt ire ad mercationes vel peregrinationes vel tranſire mare. Sed tertia eſt chiromantia quæ eſt diuinatio facta in manibus ſecundum lineationem & diſpoſitionem manuum, & iſte tertius modus apud multos adhuc viget. Quarta eſt ornimantia quæ eſt diuinatio facta in cantu gallinarum, ornix enim Græcè, eſt gallina latinè. Quinta eſt armomantia, & eſt diuinatio in armo vel ſpatula beſtiarum, & iſta maximè vtuntur homines bellicoſi, vt Geraldus Odonis ait. Sed ſigna artificialia ſunt alia quinque, ſcilicet diuinatio facta in terra quæ vocatur geomantia, quæ eſt quando per figuras factas in terra fit diuinatio. In aquam hydromantia, In aëre aërimantia, In igne pyromancia, ſi in alia re fiat diuinatio vocatur ſortilegium, quod apud vulgares eſt nomen commune, ſicut maleficium. Sed ſigna caſualia ſunt ſcilicet auſpicium quod eſt diuinatio in volatu auium, augurium diuinatio ex garritu auium, de hoc augurio audiui tempore quo armigeræ gentes de villa ad villam diſcurrerent in Francia loquentem quendam & dicentem, quod ſæpè contingebat aues quas picas vocamus præcedere & pronunciare aduentum gentium armorum in villis ad quas erant gentes illæ venturæ, ex quo incolæ villæ vtenſilia à domibus ad fortalitia aſportabant, ne à prædonibus caperentur. Vidi ego in Bituria in villa quam Gloſis ſuperiores vocant, picam garrientem modo diſſueto feriendo terram, & trahendo caudam ſuper humum per ſaltus incompoſitos, ex cuius aſpectu dixit quidam quod illo die gentes armorum venturæ eſſent ad villam, cuius dicta ego cum pluribus aliis deſpeximus, tamen circa finem illius diei inſperatæ armigeræ gentes ad prædictam villam venerunt, quæ damna multa pluribus intulerunt. Vtrum aues illæ à bono ſpiritu ductæ aduentum prædantium armigerorum vt caueret populus annuntiarent, vel maligni ſpiritus in deceptionem ſimplicium aues illas impellerent ad ſic garriendum ſapientum judicio pro præſenti remitto, ſed veraciter narro quæ vidi. Alia eſt ſcientia de occurſu hominum ſiue beſtiarum qui proprium nomen habere non inuenitur. Alia eſt ſcientia quæ dicitur oraculum, quod fit in verbo, quando ſcilicet aliquis audit aliquod verbum quod interpretatur ad aliud, ad quod ex intentione dicentis non fuit prolatum, ſiue ad bonum, ſiue ad malum. Quod aliquis ex verbo aliquo nititur diuinando prænunciare & hoc prænunciatum dicitur omen, & de iſtis ſuperſtitionibus dicitur ab Aug. *in 2. de doctrina Chriſtiana*, quòd ad pacta cum Dæmonibus inita, pertinent millia obſeruationum genera, putà ſi membrum aliquod inſilierit, ſi cunctis ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius interuenerit, limen calcare, cum antè domum ſuam aliquis tranſit, redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat ſternutauerit, redire ad domum, ſi procidens offenderit, cùm veſtis à ſoricibus roditur plus timere ſuperſtitionem

Horiſpicium.

Chiromantia.

Ornimantia.

Geomantia, Hydromantia, Aërimantia, Pyromantia, Sortilegium, Auſpicium, Auguriũ de pica.

De Occurſu Oraculum.

Diabolus interpretes 30. *mirabilium magicæ artis.*

perſtitionem mali futuri quàm præſens damnum dolere: omnium iſtorum & plurium aliorum, Diabolus inuentor fuit, & ſic patent triginta modi magicæ artis, quos ex dictis ſancti Thomæ in 2. 2. & Geraldi Odonis *in 2. ſent. diſtinct. 9. & 10.* elicui, & breuiter hic inſerui.

CAP. XIII.

Vnde magicæ artes vim & poteſtatem habeant.

NVnc reſtat videre vtrum effectus modorum magicæ artis vim & efficaciam à natura aſtrorum, vel rerum quibus vtuntur magici, ſiue à Dæmonibus accipiant. Et primo videndum eſt de opinione Arabum Philoſophorum: ſecundo de opinione ſanctorum Doctorum Catholicorum, Auicennæ, Algazelis, Alpharabij & multorum Arabum Philoſophorum fuit, quod prædictæ artes magicæ efficaciam habent non à Dæmonibus ſed à naturalibus cauſis & hoc introducit Algazel. 5. *Metaphyſicæ ſuæ*, vbi dicit quod artes magicæ cauſas habent naturales, ex quibus vera ſcientia magica ſcientiæ nomen habet. Vltra dicit quod poſſibile eſt per naturam facere miracula, quia anima humana poteſt mutare materiam per ſe & tranſmutare Yle mundi, hoc eſt materiam elementorum. Et hoc ipſe probat tripliciter. Primo ſic; quæcunque ſunt cauſæ eiuſdem rationis, anima cœli & anima hominis, ſunt eiuſdem rationis quantum ad ſubſtantiam, quia vtrobique eſt appellatiua, motiua, & intellectiua, & anima cœli agit in Yle mundi materiam elementorum, calefaciendo, frigefaciendo & multipliciter tranſmutando, ergo anima humana poteſt eadem ratione Yle mundi multipliciter tranſmutare.

Artes Magicæ à naturalibus cauſis procedunt.

Yle quid ſit.

Secundo arguit ſic; anima humana poteſt mutare corpus proprium, ergo & alienum: concluſio probatur, quia anima alterat corpus, quia ipſum informat, vel quia ipſum mouet, non quia ipſum informat, quia informare non largitur poſſibilitatem alterandi, ſed largitur corpori ſuo tranſmutationem, ergo quia mouet. Item ſequeretur quod nihil poſſint tranſmutare corpus alienum, vel agere in ipſum, quod tamen eſt falſum: quia ſi corpus poteſt agere in animam, multo magis anima in corpus, ſed corpus agit in animam, quia anima mutatur per diuerſas affectiones gaudij vel doloris ſecundum præſentiam multorum corporum, ſicut corpus filij mouet animam matris ad affectionem, ergo multo fortius anima mouet corpus.

Corpus agit in animam & è contra.

Tertio arguitur ſic, non plus poteſt oculus animalis in corpus alterius animalis quàm tota anima, ſed oculus animalis inficit corpus animalis, ſcilicet, hominis vel cameli, vt intuitus hominis malitioſi proſpicit hominem in foueam & camelum, quod à multis conceditur, & in pluribus locis hoc idem legitur: ergo anima agit in Yle mundi, & confirmatur ſententia Algazelis, quod oculus mulieris menſtruoſæ inficit ſpeculum, & oculus reguli inficit hominem, & ſic videtur quod faſcinatio quæ eſt vna magicarum artium eſt à cauſa naturali. Et idem probatur de incantatione ſic. Nullum animal brutum poteſt præuidere virtutem incantationis provt eſt virtus ſubſtantiæ ſeparatæ, ſcilicet, Angeli, vel Dæmo-

Oculus mulieris menſtruoſa inficit ſpeculū & hæc fiunt à cauſa naturali.

nis, sed serpens præuidet virtutem incantatorum, vt patet in psalmo, ergo virtus non est à substantia separata: probatur maior, quia nihil cadit in æstimationem animalis, nisi quod cadit in proprio sensu: minor probatur quia serpens ante effectum incantationis præsentit vim incantatoris: ergo incantatio quæ est ars magica, habet efficaciam à causa naturali.

De anima rationali alias rationes adducunt, dicentes quod anima rationalis potest auerti à phantasmatibus & coniungi substantiis separatis, & ab illis accipere cognitionem secundum exigentiam suæ dispositionis, & cum dicit Philosophus. 3. *de Anima* quod necesse est quemcunque intelligentem phantasmata speculari: dicunt quod verum est de communi lege sub qua non clauditur iste modus, & fit iste ascensus animæ dictus ex triplici causa, scilicet ex feruenti studio, ex magna quiete somnij, & ex acri vexatione morbi: potest enim aliquis habere vt dicunt, tam fortem animam quod vehementer studendo de substantiis separatis traheretur supra phantasmata, & tunc contemplabitur absque phantasmatibus. Item ex quiete somnij potest tantum homo quietari à sensibilibus exterioribus, quod quietabitur etiam à sensibilibus interioribus, sic quod phantasmata non mouebunt intellectum, & tunc speculatur anima non conuertendo se ad phantasmata. Item ex acri vexatione morbi contingit quod phantasmata inferunt dolorem & tristitiam, & tunc anima conuertit se ad spiritualia, dicendo à phantasmatibus, & intelligit sine ipsis.

Necesse est quecunque intelligentem phantasmata speculari.

Ascensus animæ ex triplici causa.

Omnis effectus potest naturaliter tolli & vinci.

Causa autem omnium istorum generalis est, quia omnis effectus potest naturaliter tolli & vinci, ergo & effectus eius, qui est eligere mediante phantasmate: minor patet, quia causa cognitionis ad phantasmata, est dilectio animæ ad corpus, sed illa dilectio est finita in certo gradu, vltra quem potest fieri alia dilectio: ergo si anima inflammetur per dilectionem ab aliquo speculabili, tantum poterit inflammari & studere circa illud, quod huiusmodi dilectio vincet dilectionem naturalem, & sapiet eam quam habet anima ad corpus per somnum, etiam quia vbi sensus interiores & exteriores sunt ligati, phantasma non mouet intellectum, & tunc potest se animam auertere à phantasmatibus, & conuertere se ad spiritualia. Aliquando contingit idem ex nimio dolore, quando corpus infirmatur grauissima infirmitate & magnis doloribus, quia tunc vincitur dilectio naturalis, & odio superueniente auertitur anima dilectione corporis & à speculatione phantasmatum, & potest anima sine phantasmate speculari. Sed quod anima sic auersa coniungatur substantiis separatis, patet, quia sicut se habet visus ad visibilia, sic intellectus ad intelligibilia. Sed visus non prohibitus videt actu omnia visibilia: ergo intellectus non impeditus & auersus à phantasmatibus intelligit omnia intelligibilia: sed substantiæ separatæ sunt intelligibiles, ergo eas intelligit intellectus. Sed quod anima accipiat scientiam à substantiis separatis secundum exigentiam suæ dispositionis videtur, quia sicut se habet terra ad influxum cæleſtem, sic anima se habet ad cælum substantiarum separatarū: sed terra secundum exigentiam suæ dispositionis recipit influentiam cœlestem, vt germinet herbam vel arborem, & similia: ergo anima separata à

Anima accipit scientiam à substantiis separatis.

phantas

phantaſmatibus & coniuncta ſubſtantiis ſeparatis poteſt ſuſcipere de ſcientiis illarum ſecundum diſpoſitionem ſuam.

De ſomno in quo quãdoque anima ſcientiã intelligit.

Hæc autem diſpoſitio eſt duplex, vna ſecundum intellectum, ſcilicet ſi anima fortiter eſt imaginata de aliqua re, tunc ſcientia recipit à ſubſtantiis ſeparatis de illa re, quia diſpoſita erat ad illam: ſed ſi fiunt diſpoſita per affectum ad aliquid ad quod vehementer afficitur de illa, recipiet ſcientiam à ſubſtantiis ſeparatis; & per hæc dicunt quod aliquotiens in ſomno videt homo ſomniando aliquam ſubtilem vel difficilem materiam, clarè eam intelligit, quam vigilando intelligere non potuit. Recordatur etiam anima quandoque huiuſmodi ſcientiæ vel rerum acceptarum in ſomno vel ægritudine: quoniam dum redit anima ad ſenſus, imprimit de ſcientiis vel rebus, caracteres in phantaſmatibus, vel in ipſa phantaſia, ſicut anima prophetæ ſecundum iſtos imprimit iuxta ſuam diſpoſitionem in phantaſia illud quod accepit in ſomno vel alias, & ſic formant imagines corporales ſimiles rebus præſentatis intellectui, vel phantaſiæ quantum poteſt: quod contingit dupliciter, quia aut phantaſia eſt multum fortis & anima debilis, vel è conuerſo: ſi phantaſia ſit multum fortis, & anima debilis, ſtatim phãtaſia remouet illas imagines & imprimit alias & mutat ſpecies in ſpecies, & homines in arbores, vel lapidem in equum, & talia huiuſmodi, ſicut apparet in ſomniantibus, vbi ſpecies inordinate veniunt, & ſic modò ſomniat homo de boue qui ſi prius bos appareat, aliquando poſtea in eodem ſomnio eſſe apparet aſinus, & ſic de aliis ſicut phantaſmata inordinate de rebus diuerſis præſentantur phantaſiæ. Si autem anima ſit multum fortis, & phantaſia debilis, retines tunc illas imagines, & ſic tales qui ſic retinent imagines habent gratiam interpretandi, & ſunt veri prophetæ, quam ſi non habent, egent alio interpretante, ſicut patuit de Pharaone & Ioſeph in Ægypto, & cum aliquibus iſtorum in aliqua opinione eorum videtur quodammodo Auguſt. concordari, qui dicit. 12. *ſuper Geneſim ad literam*: anima auerti à corporibus & phantaſmatibus, & ſic auerſa intelligit iuxta modum ſubſtantiæ ſeparatæ, & de hoc ponit exemplum, quod in ciuitate de qua ipſe erat, narratur euenisſe, vbi quidam iuuenis paſſus fuit dolorem in genitalibus vſque ad mortem: & quod fuit viſus mortuus à circunſtantibus, quia non erat ei vox neque ſenſus ſiue motus, mitigato autem dolore & anima ad corpus conuerſa primum verbum quod locutus eſt dixit circunſtantibus talis iuuenis mortuus eſt, & portatus ad ſepulcrum & illi qui portant eum ſunt modo in tali quadrimio: circunſtantes autem ignorantes de morte illius iuuenis, & mirantes vnde iſte quem credebant quaſi mortuum ſciret quæ dicebat de mortuo iuuene, miſerunt famulum ad comperiendum vtrum ſic eſſet: & comperta veritate mirati ſunt quam plurimum per quem modum iſte iuuenis ſcire potuit illa; propter quod viſum eſt aliquibus quod habuit modum intelligendi ſubſtantiarum ſeparatarum.

Anima cuiuſdã habuit modum intelligendi ſubſtantiis ſeparatis.

Verum quia iſta à maiori parte Doctorum Theologiæ reputantur impoſſibilia, omiſſis rationibus illorum eorum cauſa breuitatis ſtandum eſt & firmiter permanendum cum opinione ſanctorum, ſcilicet Hilarij, Auguſtini, Ambroſij, Anſelmi, ſancti Thomæ, & aliorum do-

Opinio vera de artibus magicis.

Digitized by Google

ctorum Catholicæ legis, ſtandum eſt etiam ſententiæ ſacrorum canonum, dicentium cum prædictis doctoribus Catholicis artes magicas à Dæmonibus efficaciam & vim accipere, ex quo eſt, vt per artes magicas omnia mala de quibus dictum eſt, & multa alia malefici, Deo permittente, procurent.

CAP. XIV.

Remedia contra maleficia.

Diabolus in quibus nullam habet efficaciam.

DE remediis contra maleficia, præſupponendo quæ de eis dicta ſunt ſuperiùs, eſt menti tenendum, quod Diabolus non poteſt habere efficaciam artis magicæ, niſi ſupra hominem minus de Deo confidentem. Item nihil poteſt ſuper hominem Diabolicis figmentis non credentem. Primum ponit Auguſt. & habetur *in decreto 25. quæſt. 5. c. nec mirum.* Secundum probatur ſic: non plus ſunt operatiua nec maioris efficaciæ figmenta Diabolica quàm ſacramenta Chriſti, ſed Sacramenta Chriſti non operantur aliud vt habeant efficaciam aliquam, niſi in virtute fidei: ergo nec execrationes Diabolicæ; & huius veritatis ſignum eſt, quoniam ante aduentum Chriſti multi erant obſeſſi à Dæmonibus, & nocturni lemures & phantaſmata plura apparebant, quæ nunc reuelata fide & malitia Dæmonum agnita, ita aſſiduè non apparent: quoniam ex fidei virtute & charitate ad Chriſtum, tales deluſiones vt plurimum propulſatæ ſunt: ita quòd ſi apud aliquos appareant, ibi error vel defectus fidei inuenitur: nam apud illos Diabolicæ execrationes efficaciam habent qui credunt vel adhærent talibus execratis machinationibus Diabolicis, vel dubitant & formidant in articulo fidei, vel experiri nequiter volunt, vel ex quadam admiratione ſeu curioſitate volunt hæc maleficia tentare, ſiue videre, vel facientibus aſſiſtere: quæ omnia ſunt periculoſa in fide: Vitet ergo hæc prædicta, & firmetur in fide Chriſti quilibet bonus homo Chriſtianus, abrenunciet Satanæ & omnibus operibus eius, ſicut in baptiſmo profeſſus eſt, & maleficorum verſutias non timebit: notandum quod hæc fides de Domino Deo, eſt murus inexpugnabilis aduerſus Dæmones & maleficos eius.

Quare ante aduentum Chriſti multi erant obſeſſi à Dæmonibus.

Contra faſcinationes animum.

Albertus tamen *in lib. de animalibus contra faſcinationes animum* tradit remedia naturalia, per quæ vt ipſe aſſerit facinati faſcinationes excutiunt, quæ cuicunque placeant, mihi autem non placent: ſed cum conſilio decreti. 33. *quæſt. prima, capitulo ſi quis per Sortiarias* arbitror in talibus ad auxilium Dei recurrendum per orationes, eleemoſynas, per jejunia & per confeſſionem à peccatis quoniam ſic poterit auxiliante Deo liberari. Credendum enim eſt, quod ea quæ per ſubſtantias ſpirituales fiunt, per virtutem naturæ diſſolui non poſſint, quia maior eſt poteſtas Dæmonum quàm corporum animalium, non enim eſt poteſtas ſub cœlo comparabilis poteſtati Dæmonum, vt ſcribitur *Iob.* 41. Poteſt tamen diſſolui maleficium factum Dæmone procurante per alium maleficum qui arte Dæmonis ordinis ſuperioris vtitur, vel per bonum Angelum, & per exorciſmos Eccleſiæ, qui ex virtute paſſionis Chriſti efficaciam habent.

De poteſtate Dæmonum.

Poſſet etiam maleficium deſtrui quod factum eſt aliquibus corporalibus rebus adhibitis, ſine quibus non fieret res illas diſſipando: ſicut aliquis

Digitized by Google

quis redditur impotens ad actus nubiles per maleficium excitatum mediantibus acubus inter se foramine & cuspide copulatis, quæ dum disjunguntur tollitur maleficium, & ex affixo clauo in ligno fugantur anes, quo eunſo tollitur maleficium & anes fugatæ reuertuntur, & ſic de multis aliis maleficiis quæ iſto modo deſtruuntur. Sed quod maleficium factum à Dæmone per vim naturæ, vt quidam aſſerunt deſtruatur, videtur irrationabiliter dictum, quamuis aliqui ex eis quæ *Thobiæ ſexto* ſcribuntur, vbi dicitur quod pars jecoris accepti à piſce carbonibus ſuppoſita fumum fecit, qui omne genus Dæmoniorum extricauit, hoc idem affirmare videantur.

De fumo iecoris.

Item volunt aſtruere, quod Dæmones in pœnam ſui peccati ſubiiciuntur rebus corporalibus, ex quo eſt quod per aliquas res corporales maleficia Diaboli ex naturali virtute earum deſtruuntur. Verbi gratia dicunt quod homo maleficiatus & impotens ad actus conjugales, ſi cum oleribus Iouis barbam comederit, omne maleficium tolletur ab eo, & erit potens ad ſuam mulierem, quum Iouis barba quia frigida in tertio gradu ad actus mulierbres magis quam vtilis videtur eſſe nociua. Aſſerunt etiam quod fel canis nigri applicatum cuilibet maleficiato tollit maleficium. Alij cum bucella panis intincta in ſanguine tracto à digito eius qui maleficiatus eſt, & comeſta ab eo, tollit, vt dicunt, maleficium. Alij oleo perfundi dicunt debere maleficiatum vt ſanetur. Dicunt quidam quod per lotium tollitur omne maleficium. Multi alia multa aſſerunt vtilia ad tollendum maleficia, ſed

Maleficiatus ad actus conjugales liberatur.

quia in decretis 33. *quæſt. prima* docetur ſuper talibus maleficijs ad Deum habere recurſum: nec eſt aliquis Doctor famoſus qui iſta prædicta remedia probet. Veriſimile mihi videtur prædicta remedia quæ dicta ſunt ſuperſtitioſa, vana & vitanda eſſe tanquam maleficia, cum Dæmon per vnum maleficium deſtruat reliquum, quorum vtrunque eſt damnabile, & talibus remediis ad alia maleficia vti eſt vulnus vulneri iungere, & venenum veneno expelli tentare, & maleficium per maleficium diſſoluere, & qui hoc facit, Decidit in ſcyllam cupiens vitare carybdim. Nec eſt idem vel ſimile de fumo jecoris, quoniam vt ſolemnes Doctores dicunt in illo paſſu, Angelus Raphaël Dæmonem expulit ad partes ſuperioris Ægypti, quod fumus non fecit, ſed combuſtio jecoris aliquem ſenſum myſticum potuit deſignare in quo inſtruendus erat Tobias, vt Doctores ibidem exponunt: Narrat Turpinus in chronica de bello Caroli Magni apud Hiſpanos, quod Carolus Magnus aliqua caſtra reperit in Hiſpania vbi tanta erat multitudo Dæmonum, quod ad ea exercitus Caroli nullo modo potuit accedere, & ſic imperuaſa remanſerunt. Leguntur etiam aliqui theſauri abſconditi in terra, quorum cuſtodes ſunt Dæmones, qui prohibent ne ab aliquo deportentur, legitur de campo Marciano apud Romanos: & iſta ſic fatata nulla re naturali diſſolui poſſunt. Ad Chriſtum igitur & ad beatam virginem, & ad ſanctos, & ad preces & exorciſmos Eccleſiæ in talibus maleficiis cum ſinceritate fidei recurſum habeamus: apertè enim Ieſus Saluator noſter,

In maleficiis recurſus ad Deū.

Caſtra Dæmonum.

Dæmones ſunt cuſtodes theſaurorum in terra abſconditorum.

Digitized by Google

ctorum Catholicæ legis, ſtandum eſt etiam ſententiæ ſacrorum canonum, dicentium cum prædictis doctoribus Catholicis artes magicas à Dæmonibus efficaciam & vim accipere, ex quo eſt, vt per artes magicas omnia mala de quibus dictum eſt, & multa alia malefici, Deo permittente, procurent.

CAP. XIV.

Remedia contra maleficia.

Diabolus in quibus nullam habet efficaciam.

DE remediis contra maleficia, præſupponendo quæ de eis dicta ſunt ſuperiùs, eſt menti tenendum, quod Diabolus non poteſt habere efficaciam artis magicæ, niſi ſupra hominem minus de Deo confidentem. Item nihil poteſt ſuper hominem Diabolicis figmentis non credentem. Primum ponit Auguſt. & habetur *in decreto 25. queſt. 5. c. nec mirum.* Secundum probatur ſic: non plus ſunt operatiua nec maioris efficaciæ figmenta Diabolica quàm ſacramenta Chriſti, ſed Sacramenta Chriſti non operantur aliud vt habeant efficaciam aliquam, niſi in virtute fidei: ergo nec execrationes Diabolicæ; & huius veritatis ſignum eſt, quoniam ante aduentum Chriſti multi erant obſeſſi à Dæmonibus, & nocturni lemures & phantaſmata plura apparebant, quæ nunc reuelata fide & malitia Dæmonum agnita, ita aſſiduè non apparent: quoniam ex fidei virtute & charitate ad Chriſtum, tales deluſiones vt plurimum propulſatæ ſunt: ita quòd ſi apud aliquos appareant, ibi error vel defectus fidei inuenitur: nam apud illos Diabolicæ execrationes efficaciam habent qui credunt vel adhærent talibus execratis machinationibus Diabolicis, vel dubitant & formidant in articulo fidei, vel experiri nequiter volunt, vel ex quadam admiratione ſeu curioſitate volunt hæc maleficia tentare, ſiue videre, vel facientibus aſſiſtere: quæ omnia ſunt periculoſa in fide: Vitet ergo hæc prædicta, & firmetur in fide Chriſti quilibet bonus homo Chriſtianus, abrenunciet Satanæ & omnibus operibus eius, ſicut in baptiſmo profeſſus eſt, & maleficorum verſutias non timebit: notandum quod hæc fides de Domino Deo, eſt murus inexpugnabilis aduerſus Dæmones & maleficos eius.

Quare ante aduentum Chriſti multi erant obſeſſi à Dæmonibus.

Albertus tamen *in lib. de animalibus contra faſcinationes animum* tradit remedia naturalia, per quæ vt ipſe aſſerit facinati faſcinationes excutiunt, quæ cuicunque placeant, mihi autem non placent: ſed cum conſilio decreti. 33. *queſt. prima, capitulo ſi quis per Sortiarios* arbitror in talibus ad auxilium Dei recurrendum per orationes, eleemoſynas, per jejunia & per confeſſionem à peccatis quoniam ſic poterit auxiliante Deo liberari. Credendum enim eſt, quod ea quæ per ſubſtantias ſpirituales fiunt, per virtutem naturæ diſſolui non poſſint, quia maior eſt poteſtas Dæmonum quàm corporum animalium, non enim eſt poteſtas ſub cœlo comparabilis poteſtati Dæmonum, vt ſcribitur *Iob.* 41. Poteſt tamen diſſolui maleficium factum Dæmone procurante per alium maleficum qui arte Dæmonis ordinis ſuperioris vtitur, vel per bonum Angelum, & per exorciſmos Eccleſiæ, qui ex virtute paſſionis Chriſti efficaciam habent.

Contra faſcinationes animum.

De poteſtate Dæmonum.

Poſſet etiam maleficium deſtrui quod factum eſt aliquibus corporalibus rebus adhibitis, ſine quibus non fieret res illas diſſipando: ſicut aliquis

Digitized by Google

quis redditur impotens ad actus nubiles per maleficium excitatum mediantibus acubus inter se foramine & cuspide copulatis, quæ dum disjunguntur tollitur maleficium, & ex affixo clauo in ligno fugantur anes, quo eunlso tollitur maleficium & anes fugatæ reuertuntur, & sic de multis aliis maleficiis quæ isto modo destruuntur. Sed quod maleficium factum à Dæmone per vim naturæ, vt quidam asserunt destruatur, videtur irrationabiliter dictum, quamuis aliqui ex eis quæ *Thobiæ sexto* scribuntur, vbi dicitur quod pars jecoris accepti à pisce carbonibus suppositæ fumum fecit, qui omne genus Dæmoniorum extricauit, hoc idem affirmare videantur.

De fumo iecoris.

Item volunt astruere, quod Dæmones in pœnam sui peccati subiiciuntur rebus corporalibus, ex quo est quod per aliquas res corporales maleficia Diaboli ex naturali virtute earum destruuntur. Verbi gratia dicunt quod homo maleficiatus & impotens ad actus conjugales, si cum oleribus Iouis barbam comederit, omne maleficium tolletur ab eo, & erit potens ad suam mulierem, quum Iouis barba quia frigida in tertio gradu ad actus muliebres magis quam vtilis videtur esse nociua. Asserunt etiam quod fel canis nigri applicatum cuilibet maleficiato tollit maleficium. Alij cum bucella panis intincta in sanguine tracto à digito eius qui maleficiatus est, & comesta ab eo, tollit, vt dicunt, maleficium. Alij oleo perfundi dicunt debere maleficiatum vt sanetur. Dicunt quidam quod per lotium tollitur omne maleficium. Multi alia multa asserunt vtilia ad tollendum maleficia, sed

Maleficiatus ad actus conjugales liberatur.

quia in decretis 33. *quæst. primo* docetur super talibus maleficiis ad Deum habere recursum: nec est aliquis Doctor famosus qui ista prædicta remedia probet. Verisimile mihi videtur prædicta remedia quæ dicta sunt superstitiosa, vana & vitanda esse tanquam maleficia, cum Dæmon per vnum maleficium destruat reliquum, quorum vtrunque est damnabile, & talibus remediis ad alia maleficia vti est vulnus vulneri iungere, & venenum veneno expelli tentare, & maleficium per maleficium dissoluere, & qui hoc facit, Decidit in scyllam cupiens vitare carybdim. Nec est idem vel simile de fumo jecoris, quoniam vt solemnes Doctores dicunt in illo passu, Angelus Raphaël Dæmonem expulit ad partes superioris Ægypti, quod fumus non fecit, sed combustio jecoris aliquem sensum mysticum potuit designare in quo instruendus erat Tobias, vt Doctores ibidem exponunt: Narrat Turpinus in chronica de bello Caroli Magni apud Hispanos, quod Carolus Magnus aliqua castra reperit in Hispania vbi tanta erat multitudo Dæmonum, quod ad ea exercitus Caroli nullo modo potuit accedere, & sic imperuasa remanserunt. Leguntur etiam aliqui thesauri absconditi in terra, quorum custodes sunt Dæmones, qui prohibent ne ab aliquo deportentur, legitur de campo Marciano apud Romanos: & ista sic fatata nulla re naturali dissolui possunt. Ad Christum igitur & ad beatam virginem, & ad sanctos, & ad preces & exorcismos Ecclesiæ in talibus maleficiis cum sinceritate fidei recursum habeamus: apertè enim Iesus Saluator noster,

In maleficiis recursus ad Deū.

Castra Dæmonum.

Dæmones sunt custodes thesaurorum in terra absconditorum.

Digitized by Google

noſter, qui Diabolum vicit in cruce, nos ſuper omnia maleficia faciet eſſe victores. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit per omnia ſæcula Deus benedictus. Amen.

CAPVT XV.

De ſomnis & viſionibus.

Cauſa ſomniorum interiores,

SEd ſæpius contingit, vt aliqui per ſomnia de rebus futuris quærant cognitionẽ, pro quo ne deceptio illis contingat, aliquid de ſomnis dicendũ reſtat. Sunt enim ſomniorum cauſæ quãdoque interiores quãdoque verò exteriores: Interiores verò duplices, quædam ſunt per modum quaſi habitus, quando ſcilicet affectio eſt inclinata ad aliquid dum homo vigilat, & tunc phantaſia negotiatur, quandoque circa illud in dormiendo & iſta cauſa non eſt cauſa per ſe euentus ſomniorum, ſed ſi prouiſus euentus in ſomno in tali cauſa eueniat per accidens ſe habet ad illam. Aliquando eſt cauſa interior ſe tenens ex parte corporis: nam ex interiori diſpoſitione corporis formatur motus in phantaſia correſpondens tali diſpoſitioni. Sicut homini qui habet frigidos humores in capite occurrit in ſomnis quod ſit in aqua vel in niue: & propter hoc Medici dicunt intendendum eſſe ſomniis ad cognoſcendum interiores diſpoſitiones. Legitur de quodam qui ſomniabat quod pix liquefacta fundebatur in ore eius, & cum euigilatus eſt, reperit ſe profuſum cholera nigra, quam per os euomuerat & illa erat cauſa ſomnij eius. Cauſa verò extrinſeca ſomniorum duplex eſt, quædam eſt corporalis, alia ſpiritualis, corporalis inquantum imaginatio dormientis immutatur ab aëre continenti, vel ab impreſſione cæleſtis corporis, & ſic apparent dormienti aliquotiens quædam phantaſmata conformia vel diſpoſitioni aëris ſecundum quod calidus eſt, ſiccus, frigidus vel humidus, vel diſpoſitioni cœleſti, cui inferiora corpora ſubiiciuntur. Quòd autem homo in ſomnis terribilia phantaſmata videat, plurimum contingit ex mala complexione ſomniantis, vel ex horrido fumo groſſi cibi, ſicut ſũt fabæ, vel olera & cibi melancholici. Spiritualis quidẽ cauſa quãdoque eſt à Deo qui miniſterio Angelorum aliqua hominibus reuelat in ſomniis ſecundum illud. *Numer.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Quandoque verò ex operatione Dæmonum aliquæ phantaſiæ dormientibus apparent, ſicut legitur de vxore Pilati, ex quibus futura reuelauit, his cum eis habent peccata illicita. Sic ergo dicendum, quod ſi quis vtatur ſomniis ad præcognoſcendum futura ſecundum quæ ſomnia procedunt ex reuelatione diuina vel ex cauſa naturali intrinſeca, ſiue extrinſeca, quantum poteſt ſe virtus talis extendere, non erit illicita diuinatio. Si verò huiuſmodi diuinatio cauſetur ex reuelatione Dæmonum cum quibus pacta habentur expreſſa, quando ad hæc reuocantur: vel tacita, quando huiuſmodi diuinatio extenditur ad quæ ſe non poteſt extẽdere, erit illicita diuinatio & ſuperſtitioſa, & per Eccleſiam reprobata.

Cauſa exterior.

Cur homo in ſomniis terribilia videat.

Diuinatio per ſomnia licita vel illicita.

Dubitatum eſt apud me ſuper ſomniationem, quoniam ſcio in vrbe Pictauenſi familiarem mihi probam mulierem deuotam, de fide per omnia rectè credentem, quæ pluries ſomniauit quod dentes ab ore excidebant: citò poſt aliquis amicorum eius diſcedebat ab hoc mundo. Vice quadam poſtquam de caſu dentium

Somnia de caſu dentium quid ſignificet.

Digitized by Google

tium somniauit, cùm iuuenis quidam cognatus eius æger decumberet in lecto, dixit, morietur iste iuuenis, nec euadet, quod ita euenit sicut dixit. Nocte quadam labenti post tempore, per somnium visum illi fuit quod magna pars dentium anteriorum ab ore eius euulsa ceciderat & in crastino mane nunciatum est illi quod maritus eius graui morbo repentè peruasus esset: ex quo cogitauit somnium, memorando quòd ille infirmitate absque humano remedio mortuus esset, & sicut excogitauit, sic est mors subsecuta mariti. Cùm igitur plures sapientes dicant quod somnium de casu dentium mortem significat amicorum, justum & serioſum esse videtur, vt quæ sit causa talium somniorum, requiratur; ad quod in promptu non est responsio à me requirenda quandoque latens est apud me huiusmodi somniorum causa. Saluo tamen sapientum judicio probabiliter tenendum videtur, quod si hujusmodi somniorum finis vel circunstantia euentus vtilis: & Catholica eueniat, à Deo tale somnium euenire, quod de prædicta muliere euenisse videtur, quoniam agnita infirmitate mariti sollicitè confessorem mandauit, & de confessione maritum admonuit, & suæ domui prudenter consuluit, & somnium à Deo gratias agendo æstimabat humiliter esse. Si verò finis talium somniorum superstitioſus sit, vel ei aliquid annexum quod in malum vergat exemplum, vel per hoc ille qui somniat in errorem mentis vel elationem veniat, vel aliàs circunstantia aliqua vitioſa proueniat, quia finis vt Ambroſ. ait nomen imponit, à malo spiritu videtur tale somnium processisse.

Prudenter tamen & cautè homo se debet habere circa talia somnia, nec nimis insistere debet, quia cum à bono vel à malo spiritu procedere possint, discernere à quo procedant à Deo est, non ab homine. Vnde magister Ioan. Gerſonis Cancellarius Parisien. in noſtra Domina, in tractatu quem fecit de veris reuelationibus, dicit quod non est humanitus regula generalis, vel ars dabilis, ad discernendum semper & infalibiliter quæ veræ sunt, & quæ falsæ aut illuſoriæ sunt reuelationes. Tunc enim de prophetiis non haberetur fides, sed euidentiæ certitudo. Tenendum est igitur medium cum Apoſtolo Ioanne, vt non credamus omni spiritui, sed probemus spiritus si ex Deo sunt, & quod bonum est teneamus. Sunt enim aliqui qui per superbiam, curioſitatem, & vanam laudem, atque præsumptionem sanctitatis cupidi sunt sic habere reuelationes insolitas, & ij se dignos reputant habere reuelationes & gloriabundi delectantur in talibus: tales reuera merentur illudi à Dæmonibus, quia humilitatem non habent in animo, quæ est saluberrimum consilium contra illuſiones Dæmonis: ille igitur cui tales reuelationes fiunt, redeat ad humilitatem, timeat ne propter enormitatem peccatorum suorum detur in reprobum sensum, reputet se indignum vltra alios reuelationes habere, & nihil plus cæteris habere meriti apud Deum: tunc si à Diabolo sint ex huiusmodi humilitate, euaneſcent omnia talia machinamenta, vel si velit Deus quòd talibus illuſionibus exerceatur, non eum deiicient à suo sano proposito, dum tamen semper recurrat ad humilitatem. Si verò tales reuelationes à Deo sint per humilitatem, magis præparabitur locus

Prudentia circa somnia.

Humilitas est remedium contra reuelationes somniorum.

Digitized by Google

ad ſuſceptionem earum, vt mereatur ille qui ad humilitatem confugit audire : Amice aſcende ſuperius, quia quanto in loco inferiori recumbit per humilitatem, tanto altius aſcendere meretur per illuſtrationem diuinæ reuelationis : & iſtam viam humilitatis in ſuis reuelationibus tenuerunt Moyſes, Ieremias, Ioann. Baptiſta, & Apoſtolus Paulus : Debent etiam illi cui tales reuelationes offeruntur, conſilium quærere à viris prudentibus & doctis, quorum conſilio acquieſcant abſque pertinacitate, quoniam pertinacibus qui de ſe nimis ſperant & ambulant in mirabilibus, ſupra ſe viſum eſt quandoque, quòd maiori videbantur Deum timere deuotione quàm cæteri, & colere : plus jejunare, plus in eſſentia ſtare orationibus inſiſtentes, eleemoſynas dare, nunquam turpia verba dicere, prædicationes cupidè auſcultare, & tamen quia in corde eorum non erat humilitas, ſuggerente Diabolo ſuperba & vana opinione ducebantur, vt crederent ſe digniores cæteris, & æſtimarent ex meritis reuelationes ſibi oſtendi debere à Domino, ex quo cum reuelationes quas à Deo prætendebant non obtinerent, impellente Diabolo in deſperationem auxilij diuini prolapſi : ita vt quidam maniaci dementes facti ſint, quidam verò ſeipſos ſuſpenderint, aut merſerint in flumine, & miſerabiliter finem vitæ terminauerint : humilitas igitur & donum conſilij in talibus reuelationibus factis vel fieri ſperatis, maximè debent adhiberi : quatuor præterea conditiones aſpiciendæ ſunt ad hoc vt ſciatur an reuelationes quæ aliquando offeruntur à bono Angelo ſint, ſiue malo.

Cui reuelationes fiũt, conſilium quarat & ſe humiliet.

Suggerente Diabolo credunt ſe digniores cæteris.

Prima conditio eſt, quod Angelus, ſiue Propheta, diuina inſpiratione Prophetans, aliquid futurum denunciat quod veraciter non eueniat in ſenſum, quem ipſe vel Spiritus ſanctus intendebat, ſed reuelatio Dæmonum ſemper fallax eſt, nam ipſi fallaces ſunt, & falluntur, & accipitur hæc conditio in *Deuter.* 16. cum dicitur, ſi tacita cogitatione reſponderis quomodo poſſum intelligere verbum quod locutus eſt Dominus, & ſequitur reſponſio : hoc habebis ſignum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit non eueniit : hoc Dominus non locutus eſt, ſed per timorem animi ſui Propheta confixit.

Quatuor conditiones in reuelationibus.

Secunda conditio, ſi illud quod Angelus vel Propheta prædixit, non eo modo quo vocaliter proferebatur eueniat priùs, ſuper *hoc* reuelationem à Spiritu ſancto recipiet de Prophetia aut reuelatione, quomodo ſit intelligenda, vel conditionaliter vel myſticè, vel literaliter, & ſic factum eſt in Iona prædicente deſtructionem Niniuitarum, & in Iſaia prædicente mortem Ezechiæ, aliter debuiſſet ſecundum legem lapidari, Deuteron. 6. ſcriptam.

Tertia conditio nihil bonis moribus aut fidei contrarium, ſancti Angeli aut ſancti Prophetæ præcipiunt aut prædicant, non ſic eſt de Dæmonibus, quorum ſigna dicuntur ſigna mendacij, quia ad mendacium credendum inducunt, & hæc conditio accipitur ex Deuter. 16.

Quarta conditio eſt, quod reuelatio Angelica, ſiue Prophetica ſuper aliquo, quod bonis moribus obuiaret, niſi diuina interueniret iuſſio, ſiue diſpenſatio quæ totaliter circunſtantionata eſt, aut eſſe debet, quod

Digitized by Google

quod de ea reuelatione accipienti, vel eius pro quibus fit reuelatio, dubitare non liceat, & clarè cognoscatur hujusmodi reuelatio à Deo esse, quod donum discretionis facit: nam agit vt sapore quodam intimo & illuminatione quadam experimentali, homo sentiat differentias inter reuelationes veras & illusiones Diabolicas, & hoc beatus Bernardus dicit de seipso: sentiebat enim quodam interno afflatu quando ad faciendum miracula diuina virtus aderat: & Christus in Euangelio dicit, dum sanata est mulier ex contactu fimbriæ vestimenti eius se sensisse, virtutem ex illo exiisse. Sic igitur de somniis non est leuiter iudicandum, sed vtendum est discretione cum humilitate & consilio justorum, & hæc de somniis panca sufficiant.

De somnis non est leuiter iudicandum.

CAPVT XVI.

De grauitate criminis maleficorum.

SEquitur nunc videre de grauitate & magnitudine peccati, quod committunt malefici & sortilegi, qui Dæmonis arte & versutia prædicta mala & plurima alia operantur. Vt sciatur quàm detestabilis & enormis sit eorum vita, & quantum fugienda sit eorum conuersatio & vitanda consortia, immo & periculosa eorum colloquia, quoniam pestiferè intoxicationes à Dæmone intoxicante venenum contagiosum & longè latè euomunt, quo cæteri plures sauciati pereunt, quia abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum Dæmonis. Et hæc primo ex dictis Bonauenturæ in 2. *sentent. distinct.* 33. in exponendo litteram, quæ ponit modos & qualitates quibus peccata aggrauantur. Et primò aggrauatur peccatum ex causalitate, & sic peccatum Diaboli fuit graue, quia fuit causa omnium aliorum. Secundo dicitur grauari peccatum ratione generalitatis, sicut fuit peccatum Adæ, quod est generale omnibus successoribus. Tertio ratione enormitatis sicut peccatum Iudæ. Quarto ratione ingratitudinis, sicut est peccatum eius qui magna beneficia à Deo susceptit, quia qui ingratus est magis peccat. Quinto ratione maioris periculi sicut peccatum ignorantiæ. Sexto ratione maioris adhæsionis & firmitatis, & sic est peccatum auaritiæ quod crescit in senibus, vbi alia diminuuntur: Septimo ratione maioris pronitatis vt luxuria. Octauo ratione importunitatis, sicut est superbia quæ oritur ex benefactis. Nono ratione impugnationis maioris, vt peccatum in Spiritum sanctum. Decimo ratione maioris facilitatis, vt peccatum Adæ & luxuriæ in senibus, quod facilè potest vitari. Vndecimo ratione maioris offensæ, sicut idololatria. Duodecimo ratione maioris libidinis, & hæc grauitas potest reperiri in quolibet peccato, vnde habentur versus.

Conuersatio maleficorum & sortilegum est vitanda.

S. Bonauentura exponit modos & qualitates quibus peccata aggrauantur.

Causa, genus, norma, gratisque pericula firmant.
Pronus & importus impugnat cum facit offensam,
Atque libido facit major peccata grauari.

Prosequendo igitur per singula prædicta, grauissima probantur maleficorum & sortilegorum peccata, illis applicando prædictas circunstantias aggrauantes. Possunt etiam maleficorum peccata multum grauia demonstrari ex aliis causis, &

Peccata maleficorum possunt grauia demonstrari ex multis causis.

Digitized by Google

primò ratione infidelitatis, quæ in maleficiis continetur, vel præsumitur contineri per infidelitatem maximè homo elongatur, siue auertitur à Deo, & in auersione à Deo consistit peccatum formaliter: vbi est maxima auersio, ibi est maximum peccatum: patet ergo in maleficio maximum esse peccatum. Item tales malefici sabbata nocte celebrantes cum dæmonibus, sunt blasphemi diuini nominis & honoris, & sic blasphemia claudit in se infidelitatem, & addit supra infidelitatem detestationem prorumpentem in verba contumelioſa quòd aggrauat peccatum infidelitatis.

Item hoc idem ostenditur ex odio quod malefici habent ad Deum, adhærendo dæmonibus: odium verò causa est infidelitatis. Causa potior est suo effectu, idcircò odium est grauius infidelitate, sic est maximum peccatum. Item malefici qui peccatum expressum habent cum dæmonibus, vt in pluribus, sunt idololatræ, & sacrificiũ offerunt dæmonibus: idololatria præsupponit infidelitatem & maximum blasphemiam & odium, & adiicit exterius indebitum cultum, qui si sit sine interiori infidelitate, sic additur culpa falsitatis: & ex istis aggrauantur peccata maleficorum prædictorum. Potest etiam grauitas maleficorum aliunde pensari vt patet ex versibus.

Causa potior est suo effectu.

Aggrauat ordo, locus, peccata
Scientia, tempus.
Ætas, conditio, numerus,
mora, propria causa.

Horum vsuum singulæ rationes possunt iuxta qualitates suas peccatis maleficorum concorditer applicari, ex quibus apparet quod grauitas ipsorum augetur.

Possunt etiam maleficia in suis peccatis censeri grauia aliunde, & primo ratione obiecti, quia malefici à Deo recedentes, & diabolo adhærentes à summo bono quantum in ipsis est, recedunt & obiecto maximè malo adhærent, & ex obiecto à quo recedunt, & cui adhærent iudicatur peccatum maleficorum pessimum & grauissimum. Item peccatum eorum optimis virtutibus opponitur, scilicet, fidei, charitati & latriæ, ergo est maximum: tenet consequentia per Philosophum. 8. *Ethicorum*, dicentem, pessimum optimo contrarium est, & intelligitur vbi virtus vitio opponitur directè & non secundum extensionem virtutis maiorem quia tunc parua peccata magnis virtutibus opponuntur. Item grauissimum peccatum est, vbi voluntas ex intentione pessimi finis inclinatur *ad* peccandum, sic est in peccato maleficorum, vt sæpè auditum est ex confessionibus eorum, est ergo grauissimum peccatum eorum. Item ex circumstantiis quæ continentur in hoc versu.

Malefitia in suis peccatis possunt aliunde conferi grauia.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis
cur, quomodo, quando.

Si istæ circunstantiæ applicentur peccato maleficorum multum videntur ipsum aggrauare. Item aggrauatur eorum peccatum ex nocumento intento atque præuiso, & ex damno quod incurrunt, vt frequenter præuiso ab illis. Item in dignitate personarum in quas peccant, & quibus nocere cupiunt nocerent enim si possent Regi, Papæ, Prælatis, & Iudicibus, si permissum esset illis. Item grauatur peccatum eorum ex qualitate personarum peccantium, quæ vt in plurimum

sunt

sunt antiquæ gentes, in quibus est maius peccatum quàm in cæteris, & adhuc maius, si sint Ecclesiastici viri, propter quod dicit Isidorus *libro secundo de summo bono. Tanto maius cognoscitur esse peccatum, quanto qui peccat maior habetur.*

Maleficiuribus omnibus sunt puniendi.

Idcirco tales malefici ex termino vitæ ab humanis iuribus censentur puniendi. *Exod. 22. Maleficos non patiaris vivere.* Item prohibentur magi & arioli. *Levit. 19. & Deuteron. 13.* Iubentur idololatræ, Prophetæ, Diaboli, somniorum fictores, & tales huiusmodi, etiam si parentes & amici sint, irremediabiliter occidi. Si igitur in lege veteri tales morte plectebantur, quid de illis in lege Christi immaculata fieri debet: cùm dicat Beda; Pudeat Ecclesiam quod pudeat Synagogam, sapientis igitur judicis Ecclesiæ arbitrio relinquatur: quoniam sicut oculis nostris vidimus tales malefici, vbi per justitiam non puniuntur, miserabili morte frequenter justo Dei judicio defunguntur, sicut etiam narrat Vincentius *in speculo historiali libro 26. cap. 27.* de muliere maleficain Anglia & in villa dicta Berthelia, quæ habebat cornicem crocitantem, ex cuius garritu augurata est sibi mortem imminere, & statim vt post mortem cauatis lapidibus corpus eius clauderetur, lapidibus dico ligatis tribus catenis ferreis, quibus ruptis à Dæmonibus tertia nocte ablatum est, & deportatum per aëra cum magnis clamoribus, quasi per quatuor milliaria nec vltra comparuit.

Historia horrenda de muliere.

CAPVT XVII.

Ad argumenta superius initio capitis tertij facta responsiones.

REstat nunc ad decreta superiùs allegata respondere, quæ maleficorum figmenta nihil esse in re extra, sed tantum intra dicere videntur. Et primò ad illud quod habetur. *26. quæst. 5. Episcopi*, ad quod dicendum, quod decretum illud insertum est à Gratiano in suo libro, & acceptum ex consilio Acquinen. siue Acquiritano, quod Vitalis Anthiochenus Episcopus celebrauit cum quibusdam paucis Ecclesiasticis viris, quod etiam præcessit quatuor magna consilia, ex quibus constat quod non fuit tantæ auctoritatis sicut vnum quatuor prædictorum consiliorum, quæ auctoritate Summi Pontificis fuerunt roborata, vel sicut statuta summorum Pontificum vel sanctorum dicta Doctorum.

Idcircò quædam capitula decreti dicuntur paleæ, id est habenda pro palea, quia non sunt alicuius momenti, quia non fulciuntur tanta authoritate sicut quædam alia. Idcirco Gratianus prudenter in multis ostendit, ex quibus consiliis sua decreta accipiat, ad ostendendum quod non omnia sunt paris vel eiusdem auctoritatis siue ponderis & reputationis. Ex quo vlterius dicitur quod in prædicto consilio minus benè digestum fuit decretum illud Episcopi, & apud multos qui indiscretè & tenaciter & incautè nimis adhærent est periculosum: per hoc enim parant impedimentum & obices, ne maleficia sorceriorum cognita extirpentur, quod viam parat non modicam ad cultum idololatriæ, & ad multos contra fidem

Digitized by Google

errores, immò vt iterum Sathanas princeps mundi constituatur. Si igitur decretum allegatum, mulieres quas exprimit dicat decipi tantum in phantasia, & idem de aliis concludere velit, fallacia est consequentis vel accidentis: Idcirco non concludit verum, quoniam oppositum in multis luce clariùs patet, pro quo res gesta diebus nostris adducatur in medium magister Guillelmus de Lure aliàs Hameline, monachus de Ordine Beati Benedicti, magister in Theologia, prædicator magnus in verbis, plus quàm in scientia, quem sæpè Pictauis vidi, & cum eo frequenter sum locutus, pro quo supplicatum fuit, vt in consortio magistrorum & in facultate Theologiæ Pictauis reciperetur, receptúsque fuit, parúmque profecit in facultate, quoniam de maleficio accusatus fuit & conuictus, & anno Domini 1453. die 12. mensis Decembris in capella Domini Episcopi Ebriocen. judicialiter in præsentia suorum judicum confessus fuit, quod ipse cum complicibus eius realiter & pluries ad nocturnum cultum Dæmonis iuit, ibíque Dæmonem coluit, qui aliquando in forma hominis, aliquando in forma hirci apparebat, & ad instantiam Dæmonis Christum & Mariam virginem, sanctam Crucem & articulos fidei negauit, & prostrando in terram, plorando exhibuit judicibus suis quandam cedulam vbi inter cætera continebatur, quòd dum introductus fuit in sectam Dæmonis, præcepit illi Dæmon, qui jusserat illi magistro, quod vocaret Dominum suum, & quod prædicaret in populo, quod huiusmodi secta non erat nisi illusio phantasiæ: & sic prædicando augebatur secta illa nefanda, quia sic prædicando reddebantur malefici audaciores ad introducendum alios in suam sectam, & judices Ecclesiæ per hoc, ad inquirendum de maleficiis, erant remissiores, ex quibus dictus magister Guill. de Lure aliàs Hameline condemnatus ad carceres perpetuos, pauco tempore post in carceribus obiit, ex quo patet quòd adhærere indiscretè illi decreto Episcopi periculosum est.

Historia stupenda Guillelmi de Lure, monachi ordinis S. Benedicti.

Consequenter adduntur in prædicto capite duo exempla. Primum Ezechielis Prophetæ, secundum Pauli Apostoli: primum scribitur Ezechielis 8. cap. 2. scribitur 2. ad Cor. 12. sed hæc exempla non probant quod prædictæ mulieres corporaliter non possint deferri, vel etiam quod realiter non deferuntur, quoniam si Ezechiel tantum in spiritu delatus fuit in cincinno de Chaldea in Ierusalem ad videndum abominationes Templi: potuit etiam deferri corporaliter sicut Abacue qui fuit translatus ministerio Angeli de Iudæa in Chaldæam ad Danielem in lacu leonum, & iterum reductus in Iudæam vt scribitur Danielis 14. cap. Et legitur etiam de Philippo, qui postquam in via baptizauit Eunuchum Candacis reginæ, à loco vbi baptizauit eum, portatus est à spiritu in Azotum, vt patet Act. 8.

Abacue ministerio Angeli translatus de Iudæa in Chaldæã.

Possunt ergo tales apparitiones & visiones fieri in solo spiritu, aliquando in corpore. Exemplum etiam Pauli inefficaciter hic ponitur, quoniam quartodecimo anno post raptum, loquitur Paulus de suo raptu, vbi non dubitat se non fuisse raptum ad Paradisum in corpore: quoniam illis tribus diebus in quibus, vidit diuinam Essentiam, & audiuit arcana verba, erat corporaliter in Damasco in vico, qui dicitur rectus, & in domo Iudæ, vbi tribus diebus

Apparitiones & visiones possunt fieri in solo spiritu, aliquando in corpore.

non

Digitized by Google

non bibit, neque manducauit, & hoc notum erat Iudæ, & ſuis domeſticis, & etiam Ananiæ, quem Deus miſit ad Paulum exiſtentem in raptu: nec iſta Paulus ignorauit, ſed dubitabat vtrum ipſo exiſtente in raptu, anima eius fuerit à corpore educta, & ducta ad cœlos, vel vtrum anima manente in corpore fuerit ei oſtenſa viſio Dei per eſſentiam, quæ dicitur raptus, quoniam vſque ad tertium cœlum fuit raptus, & ſic patet quod indiſcretè & impertinenter in dicto cap. *Epiſcopi*, ad probandum quod ſortilegi corporaliter non deferuntur à Dæmonibus duo prædicta exempla Ezechielis & Pauli ponuntur. Laudandi tamen ſunt Eccleſiaſtici Patres, qui huic conſilio interfuerunt: quia ſi non ex toto de prædictis apparitionibus veritatem agnouerunt, partem cognoſcentes, ad vlterius inueſtigandum, de veritate ampliori in hac materia, ſuos ſequaces excitauerunt. Primò tamen in eodem capitulo ante duo prædicta exempla ad aſſerendum prædictas mulieres ſolum deceptas ab intra, & non fieri ab extra præmiſſum eſt, allegando Paulum, quod ſathanas ſe transfigurat in Angelum lucis, &c. Sed hoc magis probat mulieres maleficas ferri ad loca remota quàm deludi ſolùm in phantaſia. Conſequenter poſt prædicta ponitur in eodem prædicto capitulo; *Omnibus itaque publicè denunciatum eſt, quod qui talia credit & his ſimilia, fidem perdit.* Finaliter ſubiungitur ibidem *proculdubio infidelis eſt & pagano deterior*: Hæc enim verba ſatis crudè hic poſita ſunt, qui enim credit quòd Diana vel Herodias aliquid muneris vel deitatis habeat ſicut tempore Pompei & Iulij Cæſaris gentiles credebant de Phemonoë & Trithone, vt patet in Lucano 5. & 6. libris, propter quod cultus diuinus illis debeat exhiberi in obſequium: ſicut illæ mulieres ambulantes cum Diana credebant, ille pro certo fidem perdit, & ſi Chriſtianus eſt, efficitur pagano deterior. Sed qui credit Dæmones poſſe ſenſibus corporeis extra apparere ad tentandum, vel qui credit quod Dæmones poſſunt homines & multa alia corpora de loco ad locum transferre, ille non perdit fidem; ſcilicet ex fide hoc debet credere, qui ſi non crederet, fidei derogaret vel articulis, vel concluſionibus elicitis de neceſſitate ex articulis. Quòd etiam dicitur in prædicto capitulo *Epiſcopi*, quiſquis igitur credit poſſe fieri aliquam creaturam aut in melius aut in deterius, mutari aut transformari in aliam ſpeciem, niſi ab ipſo creatore, &c. infidelis eſt, & pagano deterior: hæc omnia informiter & crudè dicta ſunt, & contra hoc quod priùs dictum eſt, quod ſathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Qualiter autem Dæmon poſſit formare corpora & non formare, ſcilicet, mouendo ad formam vel ad locum, ſatis arbitror ex ſupradictis eſſe notum & periculoſum eſt ſimplicibus circa hoc decretum inſiſtere, qui non nouerunt vel Philoſophiæ, vel Theologiæ principia, & vim ſpiritualium ſubſtantiarum ſupra corpora ex dictis Sanctorum & Doctorum non agnoſcunt.

Mulieres maleficæ ferri ad loca remota.

Credere quibuſdam rebus quas Dæmones poſſunt agere non eſt perdere fidem.

Vltimò nunc reſtat ſumptas rationes ex altero decreto ſoluere, dicitur enim 26. q. 7. c. Admoneant: *Admoneant fideles Sacerdotes populos, vt nouerint magicas artes & incantationes quibuſcunque infirmitatibus hominum nihil poſſe remedij conferre, non animalibus languentibus claudicantibúſque & moribundis quicquam*

Digitized by Google

quicquam mederi : ſed hæc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur, &c. Ad hoc dicendum eſt, quod fatendum, quod artes magicæ & incantationes nihil in ſe virtutis habent, quo poſſint infirmitatibus hominum vel animalium languentium vel claudicantium aliquid conferre remedij, ſicut credebant quidam magici, & ſicut credunt fideles Catholici de Sacramentis, quæ virtutem ſpiritualem habent, ad efficiendum quod ſignant : Sed Dæmones aſſiſtunt hujuſmodi incantationibus, & maleficiis qui operantur cum eis permittitur ea ad quæ per maleficos inſtingantur, fingendo quòd per huiuſmodi verba vel ſigna ex ſua virtute cogantur, & ſic inducunt homines ad credendum magicas artes ex ſe virtutem habere, per quam perfidus hoſtis mala ſemper operatur : quæ quidem virtus non magicarum artium eſt, ſed Dæmonum, à quibus nos & populum ſuum Chriſtianum protegat Dominus firmos in fide, & ei in charitate acceptos, Ieſus Chriſtus.

Artes magicæ & incantationes nihil in ſe virtutis habent.

Finis Flagelli Maleficorum.



TRACTA

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
SVPERSTITIOSIS
QVIBVSDAM CASIBVS:

Compilatus in alma Vniuerſitate Colonienſi ; Per Egregium ſacræ Theologiæ Profeſſorem Magiſtrum

HENRICVM DE GORCHEN.

PROOEMIVM.

IN lectione nouiſſima, veſtris me obligaui dilectionibus, reſponſurum quibuſdam mihi præſentatis caſibus ſuperſtitionis ritum concernentibus, quos abſoluendo ſimul repetere intendo, gratia autem dicendorum præmittendum eſt, tanquam principium ſequentium,& eſt B. Aug. 20. *de ciuit. Dei*,& Doctoris ſancti *in* 2.2.*q.*95.96.97. Homines peccatum committunt quicquid agunt Dæmonum auxilio, vel conſilio per aliqua pacta,cum eis inita, tacita vel expreſſa. Hoc autem contingit quotieſcunque homines in ſuis operationibus, ex falſa & vana opinione,ad aliquid tendunt. Falſa verò & vana eſt omnis opinio,qua quis ex aliquibus mediis nititur obtinere aliquem effectum,qui ex eis non eſt natus prouenire, v. g. aliquis iturus ad pugnam,ſtans in biuio,& conſiderans motum ſeu volatũ auium, & garritus,aut quoſcunque geſtus earum,poteſt ex eis coniectare ſuper diſpoſitione futura aëris, quæ ad ſerenitatem vel pluuiam, aut tranquillitatem ſeu tempeſtatem. Nam corpora brutorum animalium ſubiacent diſpoſitioni corporum

Digitized by Google

cœleſtium, & ideò nihil prohibet aliquas eorum operationes eſſe quorundam futurorum ſigna, in quantum conformantur diſpoſitioni cœleſti, & ſic quando cornicula frequenter crocitat, eſt argumentum futuræ pluuiæ, quod ſi dicto modo ſtans æſtimet ex ſignis auium potiùs ſibi per vnam viam ambulandum quàm per aliam, vel quod pugnando obtinebit victoriam, talis opinio falſa eſt & vana, quæ extendit motus & voces auium, ad ea quæ nullo modo ad ipſas aues pertinent, & quærit cognitionem per medium, per quod haberi non poteſt. Ac per hoc Dæmones præter petitionem hominis ſe occultè ingerunt ad cooperandum, & contrahitur quoddam pactum occultum hominis cum Dæmone. Vel ſi quis ſcribat cedulam litteris notis, & eam mittat ſcienti legere dictam ſcripturam, poteſt ipſe ſcribens ex hoc hunc effectum conſequi, vt alteri ſuam mentem manifeſtet. Sed ſi per aliquam cedulam inſignatam nominibus ignotis, & per caracteres inſolitos credat animum alicuius allicere in ſuum amorem, talis opinio falſa eſt & friuola, & conceditur Dæmoni licentia ſe immiſcendi, ac per hoc fit actio illi & ſuperſtitio. Pari modo licet nautæ volenti pertranſire mare aduertere diſpoſitionem cœli, vt præconiectet ſuper diſpoſitione maris quo ad tranquillitatem vel tempeſtatem, quod ſi cæteris paribus eligat potiùs vnam horam vel diem quàm aliam. Aut ſi velit ex præmiſſis ſignis concludere aliquod infortunium ex occurſu aliquorum hominum ſupra mare, vel eo ipſo aliquid conſequi per media, ex quibus conſequi non poteſt, ac per hoc illicitis intendit. Fit igitur vt Dæmones ſe immiſceant, & *fit* homo ſuperſtitioſus, & ſic de aliis. Ratio autem prædictorum eſt, quia aduerſarius noſter Diabolus intendit inceſſanter perditionem hominum, & ſic ſtudet inducere in errores ſaluti generis humani nociuos, quandocumque ſibi permittitur. Hæc autem permiſſio ſibi conceditur ex demerito eius, qui vanis & illicitis ſeu falſis inſiſtit, aut ſuperſtitioſis vacat, ad friuola ſe conuertendo, quemadmodum in exemplis præmiſſis & ſimilibus, quo tanquam principali præmiſſo reſpondendum eſt caſibus oblatis per aliquas propoſitiones.

PROPOSITIO I.

Cereis in die Purificationis benedictis in die Agathæ, dum peraguntur Miſſarum ſolemnia, inſcribere hæc verba, Mentem ſanctam ſpontaneam, &c. *Ac per hoc intendere conſequi liberationem incendij, habenda ſolam fiduciam ad Dei honorem*

Digitized by Google

honorem & beatæ Agathæ, & ex eorum pietate auxilium expectando, non videtur illicitum neque superstitiosum.

HÆc propositio patet: nam diuina bonitas, volens sanctos suos tanquam chariſſimos amicos in honorem haberi, distribuit eis diuersa dona ad diuersos effectus in subuentionem contra varias necessitates hominibus occurrentes, quatenus ex talibus animus alliciatur ad Sanctorum suorum veneretionem. Sic enim legitur, quod Deus frequenter operatur diuersa miracula circa Reliquias Sanctorum, & in eorum apparitionibus. Nec derogat pietati, alios & alios Sanctos institutos esse tanquam patronos circa alios & alios morbos, vel alia & alia hominum vota, vt sanctus Antonius circa membrorum incendia, sanctus Cornelius circa morbum caducum. Teste autem Doctore Sancto, licitum est portare circa collum Reliquias Sanctorum, & ex fiducia Dei & ipsorum Sanctorum, ex tali veneratione amplius piè præsumere de ipsorum auxilio: Et sic dicitur in decret. 26. q. 6. quia licitum est penes se habere cedulas conscriptas symbolo aut oratione Dominica, vt tantum creator omnium honoretur Deus. Legitur autem quod ad commendationem beatissimæ Virginis Agathæ, Angelus in tabulis lapideis sc ipsit illa verba *Mentem sanctam spontaneam ho. de. & pa. libe.* Legitur secundo, quod paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum eius contra ignem, vt comprobaret Dominus quod à periculis incendij meritis Agathæ martyris suæ eos liberaret. Si igitur ad reuerentiam diuini officij dum Missarum solemnia celebrantur, scribantur prædicta verba secundum modificationem, provt dicit propositio, non videtur in aliquo committi aliqua superstitionis nota, cum ex miraculis præuiis assurgat animus ad piè præsumendum consolationem Virginis ipsius veneratione assumpta, quasi quodam intercessore.

PROPOSITIO II.

Credere ipsa verba sic scripta, habere eo ipso intra se virtutem vniuersaliter præseruandi contra incendium, & ex tali opinione procedere ad aliquas operationes, est omninò illicitum & superstitiosum.

HÆc propositio apparet ex principio prælibato. Nam secundùm Philosophum 1. *Perihermē.* Voces & scripturæ vsque ad hoc subjacent humanæ potestati, quod per eas tanquam per signa possumus conceptus nostros explicare. Quòd si ex eis vigore potestatis eis collatæ à nobis, attentemus aliquid ampliùs expetere seu extorquere, constat quod aliquid obtinere quærimus per illud per quod non est natum haberi, & per consequens ex falsa opinione & vana procedentes æquiualenter paciscimur cum Dæmonibus. Est autem notum, quod hujusmodi verba ex tali scriptione non accipiunt aliquam virtutem ex diuina institutione eis coëssentialem ad talem effectum, quemadmodum verbis sacramentalibus collata est virtus ad effectus sacramentales perficiendos. Vnde friuolum est, dicere ipsis verbis inesse talem virtutem intraneam, sicut herba habet virtutem propriam ad aliquem effectum naturalem suæ formæ proportionatam.

Digitized by Google

Præterea quæ diuinitùs dantur, non dantur quibuſcunque, neque cum obſeruatione, ſed ſecundum arbitrium Spiritus Sancti, ſecundum illud. 1. *Corint.* 9. *Alij quidem datur per Spiritum Sanctum ſermo ſapientiæ, &c.* Et poſtea ſubditur, *Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus diuidens ſingulis prout vult.* Non eſt igitur imaginandum quod indifferenter omnibus candelis, & ſemper illo die, & eadem Miſſarum hora, conferatur à Deo regulariter talis virtus immanens, cuius eſt præſeruare ædificia ab incendiis: quinimò contra tales obſeruationes ſtudiosè inuehunt Doctores. Nam & ipſe Apoſtolus *Galat* 4. dicit *Obſeruatis tempora, dies, horas & annos,* vbi protinùs ſubiungitur, *timeo fortè ne ſine cauſa laborauerim.* Ex hac radice gloſ. Guillelmi ſuper loco præallegato in decretis, ait, contra quoſdam portantes ſuper ſe quædam breuia videlicet. *Quicunque portauerit ſuper ſe iſtud breue non periclitabitur ſic vel ſic, aut illud bonum, vel illud ſibi continget*, vbi conſequenter ſubdit: *Proculdubio reprobandum eſt nec portandum.* Scribuntur enim quædam breuia cum quibuſdam verbis ſanctis & caracteribus aliquibus, ex quibus quorundam error credit illis cedulis ineſſe virtutem ad tales effectus conſequendos, ſed totum eſt vanum ad talem intentionem.

PROPOSITIO III.

Deferre ad Eccleſiam ſcapulas porcinas, vel alias eſcas, aut pocula, hac intentione, vt ſuper eas fiat diuini nominis inuocatio, & per quaſdam certas orationes benedictio: deinde eis vti reuerentius & in principio cameſtionis ex intentione præcircumſtantionata, neque illicitum videtur, neque ſuperſtitioſum.

HÆc propoſitio patet. Nam dicit Apoſtolus 1. *Corint.* 4. *Nihil eſt reiiciendum quod cum gratiarum actione accipitur*, cauſam ſtatim ſubiungens ait, *ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Vnde Nicolaus de Lira amplius dicit, quod ſicut aqua benedicta confert ad delendum venialia, pari modo cibus verbo Dei ſignatus, valet contra peccata venialia. Quemadmodum igitur indubitanter laudabile eſt præmittere benedictionem principiis prandiorum, & quarumcunque comeſtionum per orationes præcipuas, ſimiliter videtur commendabile, vt quadam vniuerſali benedictione, per determinatas orationes, huic rei propitias, ſanctificentur, ſicut & ſemel victualia ex diuerſis domibus illata, ne miniſter Eccleſiæ grauetur per ſingulas domos diſcurrendo: Vnde hoſtiæ pacificæ per oblationem conſecrabantur: deinde in tres partes diſtribuebantur, quarum vna incendebatur ad honorem Dei: alia *pars* erat Sacerdotis: tertia erat offerentium, & ea veſcebantur in eodem loco vel in Hieruſalem tanquam cibo conſecrato, vt habetur *Leuitici* 7. Huic etiam atteſtatur conſuetudo valdè vniuerſalis in diuerſis diœceſibus, vbi ſpecialiter circa feſtum Paſchæ ob reuerentiam communicationis ſpiritualis cibi, conſecrantur alia eſculenta, quatenus occupatio magis aſſidua, ſic circa ciborum ſumptionem, & omnia participant quandam ſpiritualitatem: ſicut etiam ea conſecrantur quæ deſeruiunt Euchariſtiæ Sacramento, vt Altare, vaſa, mappæ, & huiuſmodi.

PRO

Digitized by Google

PROPOSITIO IV.

Secunda obseruantia practica, si eo modo fiat, quo exposita est, est illicita, vana & superstitiosa.

HÆc propositio apparet ex principio in capite huius materiæ præmisso: Nam ea sunt vana & illicita quæ ex falsa phantasia alicuius procedunt, secundum quam prætendimus aliquid consequi per aliqua media tanquam per causas, ex quibus talis effectus non est natus prouenire: Sic autem accidit in practica huius secundæ obseruantiæ. Dicit enim quod in pœnali Septimana, ponuntur scapulæ porcinæ ad Altaria, vel includuntur in Altaribus, & leguntur super ea quatuor Passiones, 4 Euangelia, scilicet in die Palmarum, Feria 3. Feria 4. & bona Feria 6. sequentibus, quibus sic lectis creditur quod huiusmodi scapulis acquiratur virtus talis, quod cruces factæ de craneis illarum scapularum habeant virtutem præseruandi homines à periculis maris, & ab inimicis corporalibus, scilicet raptoribus, & ab omnibus infortuniis. Hanc autem practicam esse superstitiosam videre facile est discurrenti per eius particulas. Vnde ipsa crucis signacula possunt considerari, vno modo, prout sunt quædam formæ artificiales: corporum autem artificialium formæ procedunt ex conceptione artificis, & cùm nihil aliud sint quàm conceptio, ordo & figura, vt dicitur primo physicorum, non possunt habere naturalem virtutem ad agendum: inde est etiam quod corpora artificialia ex impressione cœlestium corporum, nullam virtutem sortiuntur inquantum sunt artificialia, sed solùm secundum materiam naturalem; propter quod August. 10. *de ciuit. Dei* reprobat Porphyrium quendam ponentem, quod quædam imagines sub certis constellationibus fabricatæ ratione figuræ, obsequerentur similem virtutem cum rebus quarum forent imagines. Non igitur cruces secundum quod sunt quædam formæ artificiales, sortiuntur aliquam virtutem: Si verò crux consideretur in ratione signi veræ crucis, sic prædicatur suæ virtutis præconium contra potestates spiritales nequitiæ in cœlestibus: sed tunc non refert in qua materia sit tale signum, neque ex lectura alicuius Euangelij sibi confertur virtus quam habuit ex hora Passionis. Neque ipsi Cruci sic factæ inest aliqua virtus permanens quemadmodum magneti, inest virtus attractiua ferri, quamuis, ob reuerentiam veræ Crucis, immo verò potius ipsius Crucifixi ex intuitu deuotionis fidelium, Deus interdum mira per signum Crucis operatur. Sicut enim securi non inest virtus permanens ipsius artis, nisi quando artifex actu mouet securim; sic neque Sacramentis, neque Reliquiis, neque signo Crucis aut verbis inest virtus in actu, nisi motus summi artificis ad illos effectus ad quos determinatæ sunt, tunc specialiter concurrat. Rursus nunc ipsa lectio Passionum est instituta, ad conferendam talem virtutem contra quæcunque pericula: Velle igitur verba sacra extendere ad virtutem, quæ neque immediatè à Christo ipsius est collata, neque per auctoritatem Ecclesiæ, est superstitiosum & vanum. Sic enim quidam Parisius putabat verba consecrationis Eucharistiæ posse sanare Regem, eo quòd transferunt panem in Corpus Christi,

Digitized by Google

non attendens hujuſmodi verba ad certum effectum eſſe determinata, ex virtute per miniſtrum Eccleſiæ à Deo decollata.

Relinquitur igitur friuolum eſſe, quod ratione lectionis dictorum Euangeliorum, adueniat Crucis ſignaculis tunc factis, quædam vniuerſalis virtus, quæ eis intrinſeretur, & per quam inexiſtentem & permanentem eorum portatio liberet indifferenter ab omni periculo: Non enim Deus contulit rebus ſacris quicquid & quantum potuit, ſed quantum placuit: Velle autem ad vlteriora eas extorquere, eſt extra ordinem diuinitùs inſtitutum exorbitare.

PROPOSITIO V.

In aliquibus cedulis ſcribere nomina trium Regum, & collo ſuſpendere ob reuerentiam Dei, & ipſorum Regum, & eorum fiducia ſperare auxilium, non eſt illicitum: Credere autem ipſis verbis ſcriptis ineſſe aliquam virtutem ſanandi quaſlibet infirmitates, eſt vanum & ſuperſtitioſum.

HÆc propoſitio patet conformiter ex ſupradictis. Nam ob reuerentiam Dei & Sanctorum, licet portare in collo Reliquias Sanctorum, Euangelia, orationem Dominicalem & ſimilia, & ob reuerentiam in tali portatione exhibitam, pium eſt fiduciam concipere de adjutorio Dei & Sanctorum. Sed quia ipſis verbis, nec à Deo, neque ab Eccleſia quaſi ex auctoritate Dei, eſt collata virtus ſanatiua: ſi quis per talia verba intendat conſequi quaſcunque ſanitates, talis ex falſa opinione procedit, & fit contractus quidam tacitus cum antiquo aduerſario, cum quo ſemper nobis bellum eſt indictum, & nullius ſocietatis pactum: igitur & pari modo reſponderi poſſet ad obſeruantiam ſcripturarum, quibus ſcribitur. *Lutum fecit Dominus ex ſputo, & Ieſus autem per medium illorum ibat.* Verum, quia diligenter obſeruantibus tempus & horam ſcribendi ſuſpicio ſatis apparens eſt, quod opinantur illis verbis tunc acquiri aliquam virtutem ſpecialem, quæ operatur effectus per eos affectatos. Quo circa per ſuos paſtores deberent informari, ne talibus phantaſiis fiduciam adhiberent, eo quod eſſent friuolæ, & à malignis ſpiritibus procuratæ quæ ſub ſpecie boni nouerunt verſutiam ſuam palliare, & diuerſis laqueis animi non reſiſtentem implicare.

PROPOSITIO VI.

In die Palmarum Cruces facere iuxta tenorem quarta obſeruantiæ, penitùs ſuperſtitioſum eſt, procedens ex ludificata mente.

HÆc propoſitio patet, quia *licet* poſſit piè interpretando concedi, quod tales Cruces ob reuerentiam Dei & ſuæ amariſſimæ Paſſionis, ad ſui memoriam ponerentur in agris, & concipere fiduciam præſeruationis ex diuino munere gratuitè exhibito, tamen credere quod ipſis crucibus inquantum ſic & tali tempore compoſitis, inſit virtus, per quam præſeruent ſegetes contra grandines & tempeſtates, in peris aut burſa delatæ præſeruent ſuos portatores ab aura mala, & aliis tempeſtatibus, eſt ex eis velle conſequi effectus, qui ex eis non ſunt nati haberi, & qui non ſunt ſui offi-

cij.

Digitized by Google

cij. Vnde ſicut in rebus naturalibus diuina ſapientia præfixit rebus determinatam virtutem ad determinatos effectus, & ad tales licitum eſt applicare tales virtutes, & non amplius extendere: pari modo eadem ipſa diuina ſapientia determinatam virtutem impoſuit myſticis rebus, & ſecundum tales virtutes licet procedere: amplius autem extendere procedit ex phantaſtica opinione mentium ludificatorum ex Diabolica illuſione; v. g. Miſſa ordinata eſt in memoriam Paſſionis Chriſti, conferens viuis & defunctis pro relaxione culpæ, & impetratione gratiæ. Si quis autem volens eam vlteriùs trahere, credat ſibi ineſſe virtutem ad ſanandum ægritudines corporales, aut ad fructuum vberrates, tanquam ex virtute in Miſſa exiſtente, cum illud non ſit officium Miſſæ, neque talis virtus collata legitur ineſſe: incurrit ſic credens vitium ſuperſtitionis, procedens ex falſa opinione, imo abutens rebus diuinis. Etenim cum homines ſint variarum affectionum & indeterminatas habeant phantaſias, notorium eſt, quod ſequi tales credulitates, eſt à rebus diuinis auferre ordinem diuinæ ſapientiæ, quæ in omnibus hanc obſeruat regulam, quod indidit rebus à ſe factis determinatas virtutes ad determinatos effectus. Fiunt autem Miſſæ ad impetrandum præmemoratos effectus, non quidem quaſi ipſis Miſſis credatur indicta virtus talium effectuum, ſed ob reuerentiam Dei & Sanctorum, ex fiducia ipſorum, ſperando auxilium provt nouerunt congruere ad ſalutem animarum noſtrarum.

PROPOSITIO VII.

Diuerſas fore obſeruantias ſuperſtitioſas in diuerſis locis, mirandum non eſt, penſatis eorum originalibus radicibus.

HÆc propoſitio apparet: Nam conſtat Chriſtianum populum præceſſiſſe ex gentili quondam populo, qui idololatriæ deditus fuit plenus ritibus ſuperſtitioſis: Et quamuis prædicatio Euangelica idololatriã expulit, & alios errores directè contra fidem obuiantes: tamen fæx eius non fuit ad liquidum exinanita, quin remanerent quædam reliquiæ variarum obſeruationum, ſicut apparet expreſsè in obſeruantiis circa nouilunium, & dierum Ægyptiarum. Et provt multi nolunt in die Lunæ aliquod nouum opus inchoare, vt tunicam nouam induere: & ſic de aliis diuerſis ritibus in diuerſis terris. Præterea homines negligendo bona ſpiritualia immoderatè, inhærent bonis corporalibus circa propria corpora: Et res exteriores propter quod nimia ſolicitudine ſemper ſomniant media perueniendi ad ea quæ diligunt. Sathanas igitur ex demeritis talium hominum nouit ſe transfigurare in Angelum lucis, accipiens permiſſionem ſub ſpecie pietatis fallendi homines ſic ſupercurioſos, generando phantaſiam, quod diuina verba & alia myſtica præter id ad quod diuinitùs ordinantur, habeant virtutes ad tales effectus, qui verſantur in affectibus eorum. Ingerit enim ſe Dæmon affectibus ſic inordinatis, ac per hoc ſibi quodammodo ſubditis, vt multiplicius eos variis erroribus illaqueet. Nec obſtat, quòd in principio in talibus obſeruationibus,

Digitized by Google

uationibus, aliquid veri homines experti sunt: quia cum homines incipiunt huiusmodi obseruantiis animum suum implicare, multà secundum huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem dæmonum, vt huiusmodi obseruationibus homines implicati curiosiores fiant: & sic magis inserant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris, vt Aug. *dicit. 2. de doctrina Christiana.* Vnde & Raz. allegat Aug. dicentem quod sæpè ex præmissis obseruationibus talia inueniuntur accidere ex Dei permissione, vt illi qui hoc audiunt & vident probentur in quali fide sunt apud Deum: in cuius testimonium dicitur. *Deutero. 13. Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & predixerit signum atque portentum, & inuenerit quod locutus est & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis; non audias verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palàm faciat vtrum diligatis eum in toto corde & in tota anima vestra.* Ecce sententiam memoria dignam. Certum est quod homines malum trahunt argumentum ex hoc, quia per tales obseruationes pluries compertum est ita eueniſſe, & nihilominus fides adhibenda non est: tum quia non nunquam ad probationem fidei Deus talia fieri permittit, tum quia nonnunquam vanis affectionibus hominum dæmon occultè se ingerit, illaqueando eos pernicioſis erroribus, vt allegatum est.

PROPOSITIO VIII.

Obseruantia quæ fit post Baptismum in aliquibus locis, potiùs otiosa prima fronte dicitur, quasi illicita, & potest esse pia interpretationis.

HÆc propositio patet. Nam in aliquibus locis post Baptismum, Presbyter baptizans portat corpus Christi in pyxide, & inde recipit vnam hostiam leuans eam duobus digitis, vt patrini videant hostiam, postea abluit illos digitos aqua, & illam ablutionem dat infantulo baptizato, vt bibat eam, qui tamen nondum bibere potest. Dicit igitur propositio quod primo aspectu, talis obseruantia videtur otiosa, quia non videtur alicuius vtilitatis, sed non videtur illicita, quasi aliquod malum contineat, atque prohibitum: quia non datur nisi pura aqua puero, qui si bibat vel non bibat, nihil refert: est enim quasi aliquod indifferens. Et quia Baptismus est ianua Sacramentorum & regenerationis & spiritualis introitus, per quem fit adaptatio ad Eucharistiæ Sacramentum, forsitan ad illius significationem talis obseruantia potuit esse introducta: itaque si ego essem Pastor in aliquo tali loco, vbi ex antiquo talis consuetudo inoleuisset, ego absque scrupulo meipsum contemperarem, nisi aliquid aliud emergeret quod ad præsens possum considerare.

PROPOSITIO IX.

Circa predictas obseruationes, informandus est populus, ne illas faciat sinistra intentione: quod si nolit ab impia intentione supersedere, nihilo

Digitized by Google

nihilominus talis ritus exterminari dicitur pœnali executione, nec hoc rectam deuotionem tollere vel actiuum ſcandalum prabere.

HÆc propoſitio apparet, quia multi ex ignorantia peccant parati ſe ſubmittere informationi ſuorum ſuperiorum. Et ideò tales tanquam benè ſanabiles per informationem ſimplicem reuocantur ad viam rectam: Si verò inniti velit populus ſuo ſenſui, nec deſiſtere ab intentione ſuperſtitioſa, neceſſe erit vti acriori medicina, vt morbus curetur & non inualeſcat. Nec ſub diſſimulatione eſt tranſeundum in his quæ concernunt Chriſtianam religionem. Modus autem in particulari procedendi in punitione talium, potiùs ad iura pertinet quàm ad Theologiam. Et quia nullus animus inordinatus meretur dici deuotus, cum deuotio ſit actus religionis, conſequens eſt quod tales errores pernicioſos eradicare non eſt tollere rectam & veram deuotionem. Vnde in omni ſacrificio legis præceptum eſt, vt ſal apponatur, quo ſignificatur diſcretio debita in cultu diuino: Et prohibebatur mel offerri propter idololatriam & infidelium ritum, né vlla fieret populi Dei cum infidelibus conuerſio, vt patet *Leuit.* 2. Et ex eodem apparet, quòd prohibentes tales ſuperſtitiones non ſuſcitant ex mente ipſorum aliquod ſcandalum. Si autem praui accipiant occaſionem ſcandali, propter hoc veritas religionis non debet prætermitti, exemplo Saluatoris, qui non ceſſauit docere veritatem quamuis phariſæi ſcandaliſabantur vt patet. *Matth.* 15.

FINIS.



INDEX

Digitized by Google



INDEX

OMNIVM RERVM NOTABILIVM, QVÆ continentur in Flagello Maleficorum.

A

ABacuc ad Danielem per angelum fuit delatus. 144. c. 1

Abacuc ministerio Angelis translatus de Iudæa in Chaldæam. 82. c. 2

Aërimantia, quid sit. 170. c. 1

Amentia, quid sit. 167. c. 1

Angeli multoties Regnum Franciæ, vastarunt, Deo permittente. 134. c. 1

Anima accipit scientiam à substantiis separatis. 172 c. 2

Anima in somno quandoque scientiam intelligit. 173. c. 1

Anima cuiusdam habuit modum intelligendi substantiis separatis. ibid. c. 2

Anima rationalis potest auerti à phantasmatibus & coniungi substantiis separatis. 172. c. 1

Apoplexia, quid sit. 167. c. 1

Apparitiones & visiones quomodo possint fieri. 182. c. 2

Ariola, quid sit 169. c. 1

Ars notoria, quid sit. ibid.

Ars breuiaria, quid sit. 168. c. 1

Artis Magicæ opinio vera. 173. c. 2

Artes Magicæ à naturalibus causis procedunt. 171. c. 1

Artes Magicæ & incantationes nihil in se virtutis habent. 184. c. 1

Artium magicarum triginta modi. 167. c. 2

Augurium, quid sit. 170. c. 1

Auicennæ opinio circa incubos. 167. c. 1

Auspicium, quid sit. 170. c. 1

C

CArolus Magnus aliqua reperit castra in Hispania, vni erat multitudo dæmonum, & ad ea exercitus accedere non potuit, & sic imperuasa remanserunt. 175. c. 2

Caracteria, quid sit. 168. c. 1

Castrati frigidi sunt, & non habent barbas, pulsum tenuem habent, & non sunt coitiui. 146. c. 2

Causa potentior est suo effectu. 180. c. 1

Cerebrum in quot cellulas diuidatur. 146. c. 2

Chiromantia, quid sit. 170. c. 1

Comes Matisconensis visibiliter per aëra à dæmone portatus, nec vltra comparuit. 144. c. 1

Coniuges ex maleficiis in actu, matrimonij perturbantur. 155. c. 1

Coniuges odiosè se habentes celebratis nuptiis: etiamsi anteà se diligerent. 135. c. 1

Coniuges qui in actu matrimonij sunt impediti, puncturas in corpore patiuntur. 155. c. 2

Coniura

Coniurationibus quidam vtuntur aduersus diuersa animalia. 136.c.2
Cor mandat toti corpori ventum spiritualem. 146.c.1
Corpus agit in animam, & è contra. 171.c.2
Corporeæ res habent principia naturalia. 142.c.2
Corui per coniurationem à tota ciuitate exaptores fiunt. 136.c.2
Corui de iniuriis diuturnam habet memoriam. ibid.
Credere quibusdam rebus, quas dæmones possunt agere non est perdere fidem. 183.c.2
Cur ante aduentum Christi, multi erant obsessi à dæmonibus. 174.c.1
Cur homo in somniis terribilia videat. 176.c.2

D

DÆmon potest multa facere apparere hominibus. 151.c.1
Dæmon potest spiritus in corpore humano, & sanguinem transmutare sine vi suæ superioris naturæ. 141.c.2
Dæmon corpora mutare potest ad locum non ad formam. 154.c.1
Dæmon quidam mulierem opprimebat ipsa inuita. 163.c.1
Dæmon est superioris naturæ quàm anima. 150.c.2
Dæmon sensus deludit humanos. 145.c.1
Dæmon sensus & vires naturales à reiecta operatione obducere potest. 154.c.1
Dæmon maleficis offert pecunias, quæ in vtilem materiam resoluuntur. 135.c.2
Dæmon Euam decepit. 144.c.2
Dæmon facilè potest humorem sanguineum ad organum oculi deriuare. 148.c.2
Dæmon intrat corpus lupi, & idcircò plurima mala perpetrat. 166.c.1
Dæmon vt alloquatur homines sub diuersis formis apparet. 135.c.2
Dæmon potest aliqua obiecta sensibus præsentare motu locali. 141.c.2
Dæmon potest hominem eludere. 147.c.2.
Dæmon potest mouere corpus ad locum. 143.c.2
Dæmon lunaticos vexat in nouiluniis, vel in plenilunio. 160.c.1
Dæmones vapores & exhalationes ad mediam regionem aëris deferre possunt. 163.c.2
Dæmones multa facere possunt, quæ non sunt miracula, sed miranda. 143.c.2
Dæmones à domibus expulsi per exorcismos. 144.c.2
Dæmones plures, possunt multorum phantasias decipere. 158.c.2
Dæmones sunt custodes thesaurorum in terra absconditorum. 175.c.2
Dæmones adiurare periculosum est. 144.c.2
Dæmones quandoque crines equorum tricant. 164.c.1
Dæmonum homagia. 135.c.1
Dæmonum potestas maior quàm corporum animalium. 174.c.2
Dæmonibus non latent secreta naturæ. 151.c.2
Delusio dæmonum. 148.c.1
Delusionis modus sensuum internorum. 149.c.2
Delusio phantasiæ à dæmone. 158.c.1
Delusiones fiunt ex turbatione cerebri. 141.c.1
Demenetus in lupum mutatus, & postea ad suam pristinam rediit figuram. 165.c.1
Democritus & Orpheus artem Magicam ampliauerunt. 140.c.1
Democritus dicebat lapides habere animas. 160.c.2
Diabolus non potest mouere omnia corpora de loco ad locum. 142.c.1
Diabolus maior potest alligare minorem in annulo. ibid.
Diabolus materiam ad formam mouere

Digitized by Google

non poteſt. ibid.
Diabolus in quibus non habet efficaciam. 174. c.1
Diaboli fraudes. 142. c.1
Diabolus duobus modis poteſt mouere affectum. 141. c.2
Diabolus ſub diuerſis figuris apparet. 144. c.1
Diabolus quomodo poteſt deludere phantaſiam. 141. c.1
Diabolus diuerſos pulueres dat maleficis. 135. c 2
Diabolus fallit ſimplices & idiotas. 154. c. 2
Diuinatio per ſomnia licita vel illicita. 176. c. 2
Diuina ſapientia coniungit fines primorum principiis ſecundorum. 142. c. 2

E

Effectus omnis poteſt naturaliter tolli & vinci. 172. c. 1
Epiſcopus Biſuntinen. Romam portatus per dæmonem. 144. c. 1
Equi clauati ſanantur prolatione verborum. 136. c. 1
Eritho multa mala arte incantationis agebat. 156. c. 1
Euæ deceptio à diabolo facta. 143. c. 2

F

Faſcinatio, quid ſit. 167. c. 2

G

Geomantia, quid ſit. 170. c. 1
Generatiua potentia dupliciter impeditur. 152. c. 1

H

Hiſtoria mirabilis de puella mortua quaſi viſa à parentibus. 165. c. 1
Hiſtoria ſtupenda de filia mortua exiſtimata ab omnibus. ibid. c. 2
Hiſtoria cuiuſdam, qui credebat ſe eſſe equum. ibid.
Hiſtoria de quodam ſpiritu qui Pictauis multa mala faciebat. 144. c. 1
Hiſtoria deluſionis authoris cum eſſet adoleſcens. 149. c. 1
Hiſtoria matris Merlini, quæ virgo filium concepit. 162. c. 2
Hiſtoria mulieris quæ manſit per plures annos cum marito, ſua ſalua virginitate. 153. c. 1.
Hiſtoria iuuenculæ quæ à parentibus credebatur eſſe equa. 148. c. 2
Hiſtoria cuiuſdam magni viri in fama & ſcientia, qui Geomanticæ ſtudebat. 161. c. 1
Hiſtoria monedulæ vulgo *choëte*. 137. c. 1
Hiſtoria de homine cuius fama erat verti in lupum. 166. c. 1
Hiſtoria mirabilis vini. 135. c. 2
Hiſtoria de muliere malefica. 181. c. 1
Hiſtoria cuiuſdam Monachi ordinis S. Benedicti. 182. c. 1
Hiſtoria de quodam ſpiritu emittens planctus & gemitus. 144. c. 2
Hiſtoria cuiuſdam qui tanta intentione cogitabat de mulieris imagine. 151. c. 1
Homines vertuntur in lupos. 138. c. 1
Horiſpitium, quid ſit. 170. c. 1
Humilitas eſt remedium contra reuelationes ſomniorum. 177. c. 2

I

Iannes & Mambres magi Pharaonis arte Magica vtebantur. 155. c. 2
Idromantia, quid ſit. 170. c. 1
Imaginaria, quid ſit. 168. c. 2
Incantatio, quid ſit. 167. c. 2
Iſmaël primum ſimulacrum de *luto* compoſuit. 169. c. 1
Iudex qui maleficos & incantatores punit magnum obſequium Deo & Legi præſtat. 169. c. 1

L

Lamia, quid ſit. 154. c. 2
Lapides, herbæ, & verba vim habent ad arcendum dæmones. 106. c. 1
Ligatura, quid ſit. 168. c. 1

M

Magicæ artis quis fuit primus inuentor. 139. c. 2
Maleficium à dæmone factum per vim naturæ deſtrui poteſt. 167. c. 2
Malefici in ſuis ſabbatis homagium dæmoni faciunt. 155. c. 2

Male

Digitized by Google

Malefici nattis ventum in pyxide vendunt. 163.c.2
Malefici quidam multos homines in infirmitatibus detinent. 155.c.1.2
Malefici cur vtantur rebus sacris, quandoque rebus inhonestis. 159.c.2
Malefici iuribus omnibus sunt puniendi. 168.c.3
Malefici imagines & simulachra regum in speculo vel in aqua ministerio dæmonum aspiciunt. 137.c.2
Malefici cur pauperes sint. 159.c.2
Malefici pacta diuersa cum dæmone habent vt diuersa opera agãt. 163.c.2
à Maleficis diuersa mala facta. 137.c.1
Maleficæ mulieres feruntur ad loca remota. 183.c.1
Maleficiatus & impotens ad actus coniugales, reddetur aptus, & maleficium tolletur, si cum oleribus Iouis Barbam comedat. 175.c.1
Maleficiatus aliquando sentit puncturas in carne. 152.c.2
Maleficorum variorum inducta narratio. 135.c.1
Maleficorum & Sortilegum conuersatio est cauenda. 179 c.1
Maleficorum auxilium implorare an licitum sit. 153.c.2
Maleficia omnia à dæmonibus vim accipiunt. 161.c.1
Maleficia in suis peccatis possunt aliunde censeri grauia. 141.c.2
Mandragora quid sit. 168.c.2
Manus mortui hominis ad quid inseruiat maleficis. 163.c.2
Mania quid sit. 167.c.1
Melancholiæ diuersæ opiniones. 140. c.2
Memoria læditur morbo. ibid.
Modi & qualitates, quibus peccata aggrauantur. 179.c.2
Motus corporeus est perfectus motu locali. 142.c.2
Mulieres aliquæ grauidæ carbones appetunt comedere. 141.c.2
Mulierum quorundam fallacia. 158.c.1
Mulieres maleficæ, à suspensis vngues & pilos accipiunt, ad sua exercenda maleficia. 156.c.1
Mulieris menstruosæ oculus inficit speculum, & hæc fiunt à causa naturali. 171.c.2
Mulieribus grauidis. 141.c.2

N

NAturales vires sunt duplices. 151. c.1
Negromantia quid sit. 169.c.1

O

OPinio quorundam circa delusiones. 139.c.1
Opiniones diuersæ circa maleficia, & diuersi authores qui ex hac re tractarunt. 134.c.2
Omne agens agit sibi simile. 142.c.2
Oraculum, quid sit. 170.c.2
Origo incantationum in Francia. 134. c.1
Organum odoratus est naris. 146.c.2
Organum visus est pupilla. ibid.
Organum auditus est auris tortuosa. ib.
Ornimantia, quid sit. 170.c.1
Orpheus & Dæmocritus artem Magicam applicauerunt. 140.c.1

P

PHantasia quid sit. 147.c.2
Phantasia quibus modis deludatur. 150.c.2
Pythonica, quid sit. 169.c.2
Pyromancia, quid sit. 170.c.1
Poëtæ poëticè loquentes multa mentiuntur. 156.c.2
Poëtæ historias enarrantes, vera loquuntur. ibid.
Pompeius magarum sortibus contra Iulium Cæsarem intendebat. 156.c.1
Potentia generatiua duplex. 145.c.2
Potentia vitalis habet principium in corde secundum systolem & diastolen. 146.c.1
Potentiæ animæ. 145.c.1
Potentiæ sensitiuæ sunt duplices. 146. c.2
Potentiæ deseruientes vegetatiuæ vir-

Digitized by Google

tuti sunt quatuor. 145.c.2
Potentiæ sensitiuæ interiores sunt quinque. 147.c.1
Præstigium quid sit. 169.c.4
Precatio facienda à coniugibus ad habendam prolem. 157.c.2
Promoteus apud Græcos primus fuit idololatra. 169.c.1
Propositiones de quibusdam superstitiosis casibus, à pagina 183. vsque ad finem.
Prudentia circa somnia. 177.c.2
Pythagoricorum opinio circa lapides. 160.c.2

R

REmedia ad subueniendum illis qui in cerebro tantùm læsi sunt. 157.c.1
Remedia naturalia contra fascinationes auium. 174.c.2
Reuelationes cui fiunt, consilium quærat & se humiliet. 178.c.1
in Reuelationibus quatuor conditiones requiruntur. ibid.c.2

S

SAcramenta Ecclesiæ dæmon nititur eneruare. 166.c.2
Sanguis in Epate generatur & immittitur ad singula membra. 145.c.2
Sanguinis fluxus sistitur coniurationibus. 136.c.2
Simon Magus sola incantatione pecus mori cogebat. 155.c.2
Sodomæ & Gomorræ subuersio, per angelos malos fuit facta. 143.c.2. & 144.c.1
Somnium de casu dentium quid significet. 176.c.2
Somniorum causæ. ibid.
Somnia quomodo fiant. 141.c.1
de Somniis non est leuiter iudicandum, 179.c.1
Sorciarij choreas faciunt & dæmonem adorant. 162.c.1
Sorciariæ mala inferunt aliquibus. 139.c.1
Sortilegium, quid sit. 171.c.1
Sperma fit à toto corpore. 146.c.1
Spiritus bonus à malo quomodo discernatur. 145.c.1

T

TOnitrua, tempestates & grandines à maleficis commota. 137.c.1
Tractatus de superstitiosis quibusdam casibus. à pag. 135. vsque ad finem.

V

VAriorum maleficorum inducta narratio. 135.c.1
Veneficium, quid sit. 168.c.1
Vinea sola vnius excussa tempestate remanet illæsa. 162.c.1
Vulnera læsorum in bellis carminationibus sanantur. 136.c.1
Vtrum licitum sit maleficorum auxilium implorare. 153.c.2

Y

YLe, quid sit. 171.c.1

Z

ZOroastes magicæ artis primus inuentor. 139.c.2
Zoroastes risit quando nascebatur. ibid.

FINIS.

IOANNES ANNIBALIS BEDVLLI
I. C. Vitellianensis ad Exorcistas.

EDocuit Mengus mira vos arte Flagellum,
Quo casu damon cedat, & ima petat.
Nunc sacra pandens Scriptura arcana dolauit
Fustem, quo Satanas territus arma dabit.
Quare hostem contra Mengi pugnate Flagello,
Sistat: cogetur Fuste referre pedem.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PRIMVS

OMNIVM CAPITVLORVM, QVÆ continentur in hoc Fuſte dæmonum.

DÆMONIBVS corpora humana obſidentibus, animáſque hominum ſceleratorum ſe eſſe aſſerentibus minimè credendum fore, demonſtratur : vbi etiam quædam hæreſis proſternitur. cap. 1. 209

Conditiones, & naturas dæmonum Exorciſta cognoſcere debet, vt remedia illis oppoſita applicare valeat: vbi nonnulla dæmonum nomina à ſacra Scriptura poſita declarantur. cap. 2. 210

Dæmones corpora humana vexantes : non eſſe animas hominum, nec illas tranſire de corpore in corpus, optimè demonſtratur : vbi quædam hæreſis proſternitur. cap. 3. 211

Animas ante infuſionem corporum non peccaſſe, & in corpora, vt in carcerem in pœnam peccati, incluſas minimè fuiſſe oſtenditur. c. 4. 212

Licitum an ſit aliquo modo pro ſanitate acquirenda, ad ſortilegos recurrere : & quomodo facturæ, ſeu inſtrumenta maleficialia deſtrui poſſint. cap. 5. 213

Exorciſtæ an poſſint, & debeant in nomine Chriſti, aliquem dæmonem in aliorum principem conſtituere, qui alios excruciet : vbi etiam de eorum naturali potentia pulchrè tractatur. cap. 6. 215

Dæmones ad preces maleficorum corpora humana vexare poſſe oſtenditur, & rationes huic arti detrahentium ſoluuntur : vbi etiam agitur de ſcientia bonorum & malorum Angelorum. cap. 7. 216

De apparitionibus, quibus dæmones in variis ſpeciebus, obſeſſis apparere conſueuerunt, & quomodo à bonis diſcerni poſſint. cap. 8. 218

Cur dæmones iniuriis, & opprobriis irritati, aliquando è corporibus obſeſſis abſcedunt, cum corpora non habeant, in quibus pati poſſint. c. 9. 220

Dæmones miracula facere non poſſunt, licèt miranda aliquando operentur. cap. 10. 223

De cauſis, & modis, quibus dæmones corpora humana ingrediuntur : & de ſignis, effectibúſque, quibus quis cognoſcitur dæmoniacus. c. 11. 225

De maleficiis, & ſignis, quibus quis cognoſcitur eſſe dæmoniacus, & maleficiatus. cap. 12. 227

De ſignis, quæ apparere conſueuerunt, quando aliquis dæmoniacus, & maleficiatus coniuratur : & de modo, quem tenet diabolus egrediendo è corporibus obſeſſis. cap. 13. 228

Dæmones in corporibus humanis latere, grauiſſimáſque infirmitates in homines introducere, & illos morte afficere poſſe, probatur : vbi etiam remedium neceſſarium deſcribitur. cap. 14. 229

De quadam aſtutia, qua dæmones è corpo

Digitized by Google

corporibus obſeſſis egredientes vtuntur, cum in Exorciſtas præualere non poſſunt, de remedio contra illam apponendo. cap. 15. 231

Dæmones poſt liberationem obſeſſi, ad maleficia deſtruenda, quandóque in corpora iam vexata reingrediuntur: vbi de remedio illis applicando agitur. cap. 16. 232

De remediis contra dæmones incubos, & ſuccubos applicandis. cap. 17. 233

Inſtrumenta maleficialia à dæmonibus, & maleficis renouari, probatur: vbi etiam de remedio agitur. cap. 18. 234

Finis Indicis Capitulorum.



Digitized by Google

INDEX SECVNDVS

OMNIVM RERVM NOTABILIVM, QVÆ continentur in sequentibus Capitulis huius Fustis.

A

Auditorium à Christo datum hominibus. 221.c.2
Admiratio quorundam contradicentium arti Exorcistæ. 216.c.2
Admiratio vera, qualis esse debeat. 223. c.2
Apparent sub diuersis speciebus horribilibus dæmones. 226.c.1
Astutia quorundam dæmonum egredientium. 231.c.2
Astutia dæmonum obsidentium corpora humana. 217.c.2
Astutiæ dæmonum innumerabiles. 218. c.2

B

Behemot, & Asmodei significata. 210.c.2
Belial, nomen interpretatur. ibid.
Bellum Luciferi contra Christum. 220. c.1
Belzebub, & Satanas declarantur. 210. c.2
Breue ex rebus benedictis fieri iubetur. 234.c.1

C

Casus miserabilis in ciuitate Bononiæ. 230.c.2
Casus mirabilis in ciuitate Rhegij. ibid. c.1
Casus, qui auctori accidit. 232.c.1
Cauere debent fideles ab hac opinione. 213.c.1
Cauenda ab Exorcistis in coniuratione. 208.c.2
Cane ne decipiaris verbis dæmonum. 211.c.2
Causæ admirationis quales sint. 223. c.2
Charitas Auctoris circa proximum. 235.c.1
Censura diui Athanasij. 212.c.1
Censura Concilij Bracharensis. 213 c.2
Christus pugnando, Luciferum captiuauit. 221.c.1
Cognoscere naturas, & conditiones dæmonum debet Exorcista. 210.c.1
Conditiones miraculi declarantur. 224. c.1
Confutatur hæresis Albigensium. 211. c.2

D

Dæmones an excommunicari possint, & quid contra eos excommunicatio operetur. 223.c.1
Dæmones miracula facere quidam asserunt. 223.c.1
Dæmon relinquit hominem mœstum in sua apparitione. 219.c.1
Dæmones quare non loquantur variis linguis temporibus nostris. 217. c.2
Dæmones potiùs mulieres, quàm viros obsident, & quare. 218.c.1
Dæmones quare non manifestant peccata assistentium. ibid.
Dæmones valdè abhorrent memoriam passionis Christi. 221.c.1
Dæmones quare honores appetant. 214.c.2
Dæmones quærunt subuertere artem exorcizandi, & quare. 215.c.1
Dæmones è corporibus egressi reingrediuntur, & quare. 232.c.2
Dæmones incubi quomodo inuitis mulieribus vtantur. 233.c.2
Dæmones possibilitatem vtendi sua scientia perdiderunt. 217.c.1

Digitized by Google

Dæmones contra genus humanum colluctationem habent. 215.c.2
Dæmonis nomen quid significat. 210. c.2
Dæmones obediunt, quando à Deo coguntur. 218.c.1
Dæmon in opprobriis irascitur. 219.c.1
Dæmones è corporibus egredientes quare à circunstantibus non videantur. 219.c.2
Dæmones non esse animas defunctorum, ostenditur. 209.c.2
Deceptio quorundam curiosorum. 218. c.1
Dementia Priscillianistarum. 213.c.1
Destruere instrumenta maleficialia est licitum. 215.c.1
Detegere peccata possunt dæmones. 216.c.2
Detractores coniurationis non desunt. 225.c.2
Detractores artis Exorcisticæ mali. 216. c.1
Detractores artis Exorcizandi. 215. c.1
Diuersa signa, quæ apparent in coniuratione. 228.c.2
Diuersas infirmitates causant dæmones in hominibus. 227.c.1
Diuersos effectus operantur dæmones in corpor. obsessis. 226.c.2
Diuersimodè dæmones corpora humana ingrediuntur. ibid.c.1
Diuersimodè egrediuntur dæmones è corporibus obsessis. 229.c.1
Diuinæ permissionis mirabilis effectus. ibid.c.2
Doctrina Scotica resolutiss. 214.c.2
Documentum perutile Exorcistis hîc describitur. 227.c.1
Dubitatio non frustrà huic accidit. 231.c.1

E

ENergumeni quidam liberari non possunt. 213.c.2
Error Tertulliani circa dæmones. 209. c.2
Error Origenis de peccato animarum. 212.c.1
Esum carnis hœdinæ non continuent Energumeni. 227.c.1.2
Excommunicatio in dæmones quid sit. 233.c.2
Exemplum efficax contra aduersantes. 220.c.1
Exempla posita in Malleo assignantur. 233.c.1
Experimentis credendum est. 218.c.1
Exterminatur hæresis Origenis. 217. c.2

F

FIlios diaboli quare Christus vocat Iudæos. 209.c.1
Fratris Ruffini ordinis Minorum exemplum. 219.c.1
Fructus coniurationis quales sint. 217. c.2
Furiosi efficiuntur Energumeni à dæmon. quandoque. 227.c.1

G

GEnera dæmonum ab auctore posita. 211.c.1
Gratia Sacramenti confessionis quantum valeat contra dæmones. 231. c.1.2
Graue dispendium hominum hîc narratur. 229.c.1
Grauis maleficorum malitia. ibid.
Grauissimas infirmitates introducit diabolus in corpora humana. 231. c.2
Guttur à dæmonibus in coniuratione constringitur. 218.c.2

H

HÆresis Albanensium enarratur. 211.c.2
Homines à dæmonibus præsentialiter, & potestatiuè vexari, quid sit. 229. c.2
Homines quare brutis animalibus comparentur. 209.c.1

I

IGnorantia quorundam dæmonum. 222.c.2

Imago

Digitized by Google

Imago maleficialis inuenitur. 230. c.1
Inconueniens maximum de incarnatione Christi. 213.c.1
Indurat dæmon hominem in sua apparitione. 219.c.1
Innumerabiles artes contra genus humanum habent dæmones. 225. c.2
Instrumentis maleficialibus vtuntur malefici. 214.c.1
Intentio destruentis maleficium qualis esse debet. 215.c.1
In vanum laborant medici circa maleficia. 230.c.2
Inuitis mulieribus dæmones vtuntur. 233.c.1
Irrisiones quare irrogantur dæmonibus. 222.c.2
Irritare debet Exorcista dæmones, & quare. 220.c.1
Iudæos quare Christus vocat filios diaboli. 209.c.1

L

LAcerant dæmones in suo ingressu corpora humana. 226.c.1
Latent dæmones infirmitatibus tecti. 231.c.1
Latet hîc diuinum iudicium. ibid.
Latere quærunt dæmones in capillis. 232.c.1
Leuiatan, nomen exponitur. 210.c.2
Linguam propriam non habent dæmones. 222.c.1
Linguis omnium nationum loquuntur dæmones. ibid.
Loca animabus deputata post mortem, 210.c.1
Loquuntur dæmones quandoque mirabilia in obsessis corporibus. 229. c.1
Lucifer quare dicatur princeps dæmonum. 216.c.2
Lucifer cognouit incarnationem Verbi. 220.c.2

M

MAleficia à dæmonibus deferuntur. 234.c.1
Maleficialia signa quomodo à naturalibus discernantur. 226.c.1
Malitia dæmonum contra genus humanum. 231.c.1
Malitia dæmonum latentium. ibid.
Maleficia interimunt quandoque homines. 230.c.1
Mammona princeps auaritiæ. 211.c.1
Manus attrahens diaboli ante Christi aduentum. 221.c.1
Manus impellens diaboli qualis. ibid. c.2
Minatur quidam spiritui immundo. 222.c.1
Mirabile secundum se quid sit. 223. c.2
Mirabiles effectus operari possunt dæmones. ibid.c.1
Mirabilia facere possunt dæmones, sed non miracula. 224.c.1
Mirabilis casus hic enarratur. 221. c.2
Mirabilis casus hic annotatur. 232. c.2
Miracula præter naturam quæ sunt, & quomodo fiant. 224.c.1.2
Miracula Dei per publicam iustitiam fiunt. 225.c.1
Miracula vera quomodo discerni possint, & in quo à falsis differant. 224.c.2
Miracula vera fiunt ad gloriam Dei, & proximi vtilitatem. 225.c.2
Miracula vera quæ dici possunt. 223. c.2
Miraculum contra naturam quale sit. 224.c.1
Miraculum supra naturam quale dicatur. ibid.
Monialis à dæmonio totaliter liberatur. 232.c.2
Monialis à dæmonio stuprata. 233. c.2

Digitized by Google

Muti quandoque efficiuntur homines à dæmonibus. 226.c.2

N

NOmina dæmonum à diuina scriptura prolata. 210.c.2
Non fabula, sed verum narratur. 234. c. 2
Nota quanta dæmoniaci patiantur. 228. c. 1

O

OBseruantur Lunæ reuolutiones in fabricandis maleficiis. 234. c. 2
Obsessa à dæmonio in ciuitate Rhegij. 231. c. 1
Obstinato animo Saul persequebatur Dauid. 226.c.2
Opera dæmonum quare admiranda apparent. 232.c.2
Opinio ardua, & nimis resoluta. 214. c. 1
Ostenditur diabolus diuersimodè in corpore vexato. 228.c.2

P

PActa maleficorum cum dæmonibus. 214.c.1
Pactum in omni maleficio concurrit inter dæmonem, & maleficum. 227. c. 2
Perficere nituntur malefici, quæ professi sunt. 234.c.1
Perit quod in aliud conuertitur. 209. c. 2
Poculum propinatum animabus ab Auctore reiicitur. 211.c.1
Positio opinantium circa iniurias dæmonibus illatas. 219.c.2
Potestas dæmonum super corpora assumpta qualis. ibid.
Potissima signa maleficiati quæ sint. 228. c. 1
Potissimum signum præsentiæ diaboli quale. ibid.
Potissimum signum dæmoniaci quare. ibid.
Prælatio in dæmonibus inuenitur. 215. c. 2
Prælatio dæmonum est à Deo. ibid.
Prælatio in dæmonibus non est iuridicè exercita. 216.c.1
Presbyter maleficiatus in ciuitate Bononia. 234.c.2
Priuatæ inimicitiæ inter dæmones inueniuntur. 214.c.2
Pulcherrima confutatio erroris Priscillianistarum. 213.c.1.
Proprietates dæmonum enarrantur. 210. c. 1
Pulchra doctrina ab exorcistis scienda. ibid.

Q

QVæ cauenda sint ab exorcistis in coniuratione. 209.c.1
Quibus signis cognoscatur maleficiatus. 228.c.1
Quibus ex causis dæmones corpora humana ingrediantur. 226.c.1
Quod timet, illi aduenit. 230.c.1
Quod vni non prodest, aliis subtrahi non debet. 234.c.1

R

RAtiones contradicentium huic arti. 216.c.2
Rationes notabiles hîc assignantur. 233. c. 1
Rebus materialibus quidam dæmones mancipantur. 222.c.2
Recurrere ad sortilegos an sit licitum. 213.c.2
Remedium contra dæmones, in capillis latentes. 232.c.1
Remedia opponenda dæmonibus obsidentibus. 210.c.1
Remedium contra spiritus latentes in corporibus humanis. 231.c.1
Remedium verum contra maleficia. 114. c.2
Remedium aduersus dæmones. 233. c. 1
Remedia potissima cõtra incubos. 233. c. 2
Remedium contra insultus dæmonum. 234. c. 2
Renouant malefici instrumenta maleficialia.

Digitized by Google

cialia. ibid. c.1
Reſponſio dæmonibus danda ab exorciſtis. 210. c.1.2
Reſponſio dæmonis ad quendam exorciſtam. 232.c.1

S

SAluti humanæ laquei à dæmonibus parantur. 211. c.2
Sanitas repentè hîc introducitur. 230. c. 2
Scientiam acceperunt Angeli in ſua creatione. 217.c.1
Scoti opinio circa recurſum ad ſortilegos. 214.c.1
Senſibilia directè non agunt in ſpiritum. 231. c. 1
Signa certiſſima dæmoniaci deſcribuntur. 227. c.2
Signa ſui receſſus â dæmone quærat exorciſta. 229.c.1
Signa maleficialia poſſunt eſſe communia. 226.c.1
Signa diabolicæ præſentiæ. 228. c.2
Signa efficacia ad diſcernendum apparitiones veras à falſis. 219.c.1
Signum euidens dæmoniaci deſcribitur. 227. c. 2
Spiritualiter dæmones cruciantur. 221. c. 1
Spumant dæmoniaci à dæmonibus coacti. 227. c.1
Stridٍent dentibus ſæpè à dæmonibus vexati. ibid.
Succurrit Auctor cuidam Exorciſtæ. 232. c.1
Subiicit ſe Auctor, ſuáque opera pedibus S. Cath. Eccleſiæ. 235.c.2

T

TEſtimonium Auctoris in quodam caſu. 230.c.1
Timor cum effectu huic aduenit. ibid.
Tot ſunt proprietates, quot dæmones. 211. c.1
Triſtitia dæmonum de victoria Chriſti. 220. c.2

V

VErba diuina quomodo ſint accipienda. 209.c.1
Verba irriſiua conferunt ad liberationem obſeſſi. 222. c.2

X

XPs pugnando Luciferum captiuauit. 221.c.1
Xpi paſſionis memoria valde à dæmonibus abhorretur. ibid.
Xps, quare vocat Iudæos filios diaboli. 209. c. 1

Finis Indicis ſecundi.

Digitized by Google

INDEX TERTIVS

OMNIVM RERVM NOTABILIVM, QVÆ continentur in Exorciſmis huius Fuſtis.

A

ABSOLVTIO ab Exorciſta fienda maleficiatis in matrimonio. 336. c.1

Aquæ benedictio contra maleficium taciturnitatis. 343. c.1

B

BEati omnes, qui timent Dominum. 339.c.1

Benedictio aquæ ad deſtruendum maleficium taciturnitatis. 343.c.1

C

COniuratio ad cohibendas falſas lachrymas. 336.c.2

D

DEprecatio Dauidica contra malignos ſpiritus. 324.c.1

Deſtructio maleficij coniugibus à maleficis illati. 372.c.1

E

EVangelium: In principio erat verbum. 137.c.1

Euang. Recumbentibus vndecim diſcipulis. 256.c.2

Euang. Egreſſus Ieſus ſucceſſit in partes Tyri. 272.c.2

Euang. Reſpondens vnus de turba dixit. 290.c.2

Euang. Erat Ieſus eiiciens dæmonium. 310. c.2

Euang. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ. 337. c.2

Exorciſmus primus contr dæmones. 235. c.2

Exorciſmus ſecundus magnus aduerſus dæmones. 235.c.2

Exorciſmus tertius formidabilis in malignos ſpiritus. 272.c.1

Exorciſmus quartus potentiſſimus contra ſpiritus immundos. 289. c.2

Exorciſmus quintus terribilis contra ſpiritus malignos. 309. c.1

Exorciſmus ſextus potentiſſimus, mirabiliſque efficaciæ ad expellendas facturas, & maleficia, &c. 328. c.1

Exorciſmus ſeptimus pro his qui in matrimonio impediuntur. 336.c.1

Exorciſmus octauus contra maleficium taciturnitatis 227.c.2

Exprobratio prima contra dæmones. 277. c. 2

Exprobratio ſecunda aduerſus dæmones. 281.c.1

Exprobratio tertia contra malignos ſpiritus. 300. c.1

Exprobratio quarta in malignos ſpiritus. 305. c.1

Exprobratio quinta aduerſus dæmones. 321. c.1

I

IMprecatio in ſpiritus malignos opprimentes corpora humana. 271. c.1

Improperia contra dæmones obſidentes corpora humana. 303.c.2

Irriſiones aduerſus ſpiritus vexantes corpora humana. ibid.

Modus

Digitized by Google

M

MOdus ligandi ſtolam ad collum vexati. 236.c.2
Modus ligandi poteſtatem dæmonum obſidentium corpora humana. 328. c. 2
Modus ſoluendi maleficiatum. 253. c.1
Modus vngendi maleficiatos in matrimonio. 335.c.2
Modus bibendi aquam benedictam contra maleficium taciturnitatis. 345 c. 2

O

OPprobria contra malignos ſpiritus opprimentes corpora humana. 304.c.2
Ordo benedicendi aquam contra maleficium taciturnitatis. 345. c.1
Oratio Danidica contra malignos ſpiritus. 324.c.1

P

PRæcepta facienda ſpiritibus fanentibus, & obſidentibus. 236. c.1

Q

QVædam mala damnatorum enarrantur. 191.c.1.312. c.2. 313. c.2. 314.c.2. 315.c.1. 317.c.1

R

REmedium pro his, qui in matrimonio impediuntur. 336.c.1
Remedium contra maleficium tacicurnitatis. 372.c.1

S

SOlutio maleficorum ab Exorciſtis fienda. 253.c.1
Solutio fienda maleficiato in matrimonio. 342.c.1

FINIS.



FVSTIS

Digitized by Google

FVSTIS D. ÆMONVM AD MALIGNOS SPIRITVS EFFVGANDOS DE OPPRESSIS CORPORIBVS, DOCTRINAM pulcherrimam, & valdè neceſſariam Exorciſtis,

CONTINENS.

AVCTORE R. P. F. HIERONYMO MENGO VITELLIANENSI, Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ.

CAPVT PRIMVM.

Dæmonibus corpora humana obſidentibus, animáſque hominum ſceleratorum ſe eſſe aſſerentibus, minimè credendum fore demonſtratur: vbi etiam quædam hæreſis proſternitur.

Cauenda ab Exorciſtis in coniuratione.

DEBET Exorciſta præcauere, ne credat ſpiritui immundo, dicenti ſe eſſe animam alicuius ſcelerati hominis (quod ſæpè ſolent aſſerere) vt inducant homines in illam hæreſim, quæ aſſerit, animas ſceleratorum hominum poſt mortem in dæmones, & in quæcunque animalia bruta, ſuis meritis cõgrua conuerti: quam Auguſtinus libro de hæreſibus, c. 86. Tert. impingit. Quid autem Tertull. mouere potuerit, vt in hunc errorem

Error Tertulliani circa dæmones.

Digitized by Google

rorem laberetur, certè non video, niſi fortè illud, quod Dominus apud Ioannem Iudæis peſſimis loquens, ait: Vos ex patre Diabolo eſtis. Et de tranſmutatione in pecudes, qui eam tutantur, fortè mouentur ex eo, quòd Ioannes Baptiſta ait: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Quæ parùm mouere deberent virum mediocriter doctum: præcipuè ſi conſideraret, non omnia ſacræ Scripturæ verba ſumenda eſſe iuxta ſolam Grammaticæ nudam ſignificationem. Sacra enim Scriptura plena eſt metaphoris, aliiſque figuratis locutionibus, in quibus propter aliquarum rerum inter ſe conuenientiam, nomen vnius pro nomine alterius ponitur; vt cùm Chriſtus vocatur Leo, aut Agnus: non quòd vtrumque horum ſit, immò cùm neutrum eorum ſit, vtrumque tamen dicitur ex quadam ſimilitudine: eò quòd vtrique eorum aliquid ſimile habet. Sic etiam homines aliquando vocantur iumenta, propter eorum mores, quos iumentis ſimiles habent. Progenies ergo viperarum vocantur Iudæi à Ioanne Baptiſta: eò quod ſicut illæ (vt fertur) occidentes matres ſuas naſcuntur: ſic illi, poſtquam patres, hoc eſt, magiſtros, & prophetas occiderunt, tunc pœnitentiam agentes ſpiritualiter naſcuntur. Hoc etiam modo accipiendum eſt verbum Chriſti. Vos ex patre Diabolo eſtis: vt non iuxta naturam, eſſe Diaboli filios intelligantur, ſed iuxta mores, in quibus filij parentes imitantur: Nam cuius opera quiſque facit, eius & filius vocatur. Quod ex eo conuincitur, quòd Iudæis dicentibus patrem ſuum Abraham, Chriſtus reſpondit: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Ad hunc autem errorem conuincendum ſatis eſt efficax illud teſtimonium, *Matth.* 25. vbi Chriſtus hominibus parùm miſericordibus minatur ſe dicturum in die Iudicij: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Ex quibus verbis oſtenditur, diſcrimen eſſe inter animas malorum hominum, & Dæmones. Et in libro Sapientiæ dicitur. Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſt, conſeruaretur? Parcis autem omnibus, quia tua ſunt: quia amas animas, conſeruas. Sed quomodo conſeruaret animas, ſi in Dæmones aliquando conuerterentur? Nam id, quod vertitur in aliud, perire neceſſe eſt, vt vertatur in illud. Sequeretur etiam aliud maximum inconueniens, quòd anima eſſet mortalis: quod tamen Tertulianus ſimul cum fide Catholica negat. Nam id, quod in aliud conuertitur, tunc corrumpitur, cùm vertitur in illud: vt cùm vinum vertitur in acetum, deſinit eſſe vinum: aut aër cùm conuertitur in aquam, deſinit eſſe aër. Si ergo anima in Dæmonem conuertitur, aut in pecudem, neceſſe eſt, vt in hac verſione anima deſinat eſſe: & per conſequens erit mortalis: quod eſſe erroneum, nulli dubium eſt. Conuincitur etiam euidentiſſimè ex præmio bonorum, & malorum, hanc ſententiam eſſe falſam: de quibus loquitur Chriſtus, dicens. Ibunt hi, ſcilicet iuſti, in vitam æternam: illi autem, id eſt, peccatores, in ignem æternum. Æternum autem eſſe non poteſt, quod aliquando finietur. Ex his omnibus patet, quid reſpondendum ſit Dæmonibus hæc aſſerentibus: quòd ſcilicet hoc ſit falſum, & hæreticum, & contra determinationem S. R. E.

Verba diuina quomodo ſint accipienda.

Iudæos quare Chriſtus vocet filios Diaboli.

Dæmones non eſſe animas defunctorum oſtenditur.

Perit quod in aliud conuertitur.

Inconueniens maximum ex opinione Tertulliani.

Digitized by Google

Et prædicare debet Exorciſta circunſtantibus, hoc omnino non eſſe credendum: quinimò fugiendum, & ab omnibus Chriſti fidelibus damnandum, vt hæreticum & quid inuentum à Diabolo. Et nota, quòd hoc dictum: Ego ſum ſpiritus talis, vel talis hominis, poteſt habere duplicem ſenſum: quòd ſcilicet ſpiritus immundus, qui loquitur in corpore vexato, ſit ſpiritus talis hominis, id eſt, quòd ſit anima ipſius: & hoc ſine dubio eſt erroneum: quia quotieſcunque anima per mortem ab aliquo corpore diſcedit, ad aliquem illorum locorum pergit, de quibus locuti ſumus *libro* 2. noſtri Compendij, *capit.* 12. Alio modo poteſt intelligi, quòd ſcilicet ſit ſpiritus malus datus in exercitium illi homini, de quo fit ſermo, & hoc poteſt eſſe verum: quia relicto illo corpore, poteſt ingredi aliquod corpus, cauſa vexandi illud, & loqui iſta verba per os patientis.

Pulchra doctrina ſcienda ab exorciſtis.

Vbi loca animabus poſt mortem deputata, deſcribuntur.

CAP. II.

Conditiones, & naturas Dæmonum Exorciſta cognoſcere debet, vt remedia illis oppoſita applicare valeat: vbi nonnulla Dæmonum nomina à ſacra Scriptura exemplariter poſita declarantur.

Cognoſcere naturas, & conditiones Dæmonum Exorciſta debet.

EXorciſta conari pro poſſe debet, vt in applicando remedia ſpiritualia cuicunque ſpiritui immundo, cognoſcat naturas, ſeu conditiones cuiuſlibet Dæmonis exiſtentis in corporibus vexatis, quantùm poterit, vt cum Dei adjutorio faciliùs Energumenum liberare poſſit. Pro cuius faciliori declaratione eſt ſciendum, vt diximus in noſtro vulgari Compendio, *lib. primo, cap. 5.* quòd ſicut multæ ſunt ſpecies Dæmonum, ſic etiam diuerſæ ſunt conditiones, ſeu proprietates eorum: quia aliqui præſident, ſeu aſſiſtunt peccato ſuperbiæ, quidam peccato gulæ, alij peccato auaritiæ, nonnulli peccato luxuriæ, & ſic de ſingulis peccatis mortalibus. Et, ne hoc tibi videatur voluntariè dictum, afferam in medium aliqua nomina Dæmonum, quæ continentur in ſacra Scriptura: Nam licèt vnum, & idem nomen, ſcilicet Diabolus, multipliciter in Scripturis exprimatur, tamen propter eorum diuerſas proprietates his immundis operibus vnus præſidere dicitur vni vitio: & alius alteri. Diuinæ autem Scripturæ vſus conſueuit quemlibet immundum ſpiritum nominare Diabolum, à dia, quod eſt duo, & bolus, quod eſt morſellus: quia duo occidit, corpus ſcilicet & animam. Nominatur etiam Dæmon, id eſt ſanguinem ſitiens, ſcilicet ſuper peccata, quæ ſitit, & procurat. Quandóque nominatur Belial, quod interpretatur, abſque jugo, vel abſque Domino: quia pro poſſe pugnat contra eum, cui deberet eſſe ſubiectus. Aliquando vocatur Beelzebub, quod interpretatur, vir muſcarum, id eſt animarum peccantium, quæ reliquerunt verum ſponſum Chriſtum. Vocatur etiam Satanas, id eſt aduerſarius: quia ſemper aduerſatur noſtræ ſaluti. Aliquando nominatur Behemot, id eſt beſtia: quia homines beſtiales facit. Vocatur quoque Dæmon fornicationis, & princeps illius ſpurcitiæ Aſmodæus, quod interpretatur, factura judicii: quia propter huiuſmodi vitium factum fuit terribile judicium ſuper Sodomam, & quatuor alias ciuitates. Sic Dæmon ſuperbiæ dicitur Leuiathã: quia tentauit primos parentes de ſuperbia: promit

Proprietates Dæmonũ enarrãtur.

Nomina Dæmonũ à diuina Scriptura prolata.

Beelzebub & Satanas declarantur.

Leuiathæ nomen exponitur.

Digitized by Google

promittens eis additamentum diuinitatis, & ideò interpretatur, additamentum. Denique Dæmon auaritiæ dicitur. Mammona, ſicut expreſſit Chriſtus *Mat.16.* quando dixit. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Sed quia pauca nomina, & propietates hîc ſunt expreſſa, ideò Exorciſta poterit quærere à quolibet Dæmone nomen proprium, & proprietatem ſuam, & cui peccato præſideat, & ſi inuenerit ipſum regnantem ſuper ſuperbiam, opponat illi humilitatem, & orationem, quæ ſpiritum Deo humiliat. Si ſuper auaritiam, opponat eleemoſynam, & liberalitatem. Si ſuper luxuriam, opponat caſtitatem. Si ſuper gulam, opponat abſtinentiam. Si ſuper iram, opponat manſuetudinem: & ſic ſingulis aliis peccatis opponat ſingula, & propria remedia, quæ prudens Exorciſta per ſe inuenire poterit, ſecundùm diuerſas conditiones, & proprietates exiſtentes in Dæmonibus obſidentibus, quas enarrare difficile foret, cum tot ſint proprietates, quot Dæmones. De remediis autem eorum, qui varia maleficia patiuntur, locuti ſumus in Compendio noſtro vulgari, *libr. 3.* ideò hîc ſuperſedebo. Poterit etiam prudens Exorciſta legere totum illud *cap. 5. ſupra allegatum*, vbi inueniet illa genera Dæmonum cum ſuis proprietatibus: & ſingulis ſingula remedia apponere, quoties inuenerit aliquem Dæmonem obſidentem eſſe ex illis generibus: quia de ſingularibus non poteſt dari regula vniuerſalis.

Mammona princeps Auaritia.

Genera Dæmonum ab auctore poſita.

CAP. III.

Dæmones, corpora humana vexantes, non eſſe animas hominum defunctorum: nec illas tranſire de corpore in corpus, optimè demonſtratur. Vbi quædam hæreſis exterminatur.

QVia Dæmones in huius vitæ noſtræ curſu, omnibus modis, nobis aduerſantur, ideò conantur quoquo modo humanæ ſaluti laqueos præparare: quod præcipuè, diſſeminando errores contra immaculatam fidem Catholicam faciunt, vt illis irretiti homines, cadant in immane præcipitium damnationis æternæ. Ideò ne Exorciſtæ decipiantur verbis Dæmonum obſidentium corpora humana, præcauere debent, ne vllo pacto credant illis, quando ex ſe loquuntur, & maximè quando affirmant ſe eſſe animam alicuius hominis defuncti, quod ſæpè aſſerere conſueuerunt, vt homines in illam hæreſim inducant, quæ aſſerit, animas tranſire de corpore in corpus, ita vt poſt vnius hominis mortem, anima illius ad aliud corpus vegetandum, atque fouendum tranſeat. Et hæc fuit ſententia Pythagoræ: cui impij Albanenſes adhæſerunt. Eandem etiam hæreſim poſteà amplexati ſunt Albigenſes hæretici: ſic dicti, quoniam ex Comitatu Albigenſi propè Tholoſam orti ſunt tempore Innocentij Papæ huius nominis tertij. Quam ſententiam, ſecluſa adhuc fide, & ſola naturali ratione ductus facilè quiſque deſeret, ſi conſideret illam aſſerere, animas nihil omninò eorum, quæ antè fuerunt, meminiſſe. Oportebat ſiquidem eos meminiſſe eorum, quæ antè facta ſunt. Neque veriſimile

Saluti humanæ laquei à dæmonibus parantur.

Hæreſis Albanenſium enarratur.

Confutatur hæreſis Albigenſium.

Digitized by Google

Confutatur hæresis Albigensium.

est, vt hoc imputetur corpori, ita vt corporis admixtio vniuersam ipsorum, quæ antè habita erant, in totum extinguat memoriam. Sicut enim, in soporato, & quiescente corpore, quæcunque anima apud se sola videt, horum plura reminiscitur, atque sæpè post multum temporis, ea, quæ per somnium viderat & vigilans annunciat, sic etiam reminiscereturillorum, quæ antequàm in hoc corpus veniret, in alio corpore egerat. Quòd si quis fortè Platonem imitatus, dicat, cùm in aliud corpus animæ transfunduntur, eas obliuionis quoddam poculum à nescio quo dæmone oblatum bibere, quo euenit (vt ait Plato) vt præteritorum non recordentur. Hoc certè magis videtur Poëtarum figmentum, quàm Philosophorum, & multò minùs Theologorum doctrina. Si enim obliuionis poculum anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriam: vnde ergo scit Plato animam suam à dæmone potatam fuisse, cùm anima eius nunc sit in secundo corpore, & per hoc ex illo obliuionis poculo potasse, oportet, vt etiam illius poculi perdiderit memoriam, & per consequens se potatam fuisse non recordetur. Quod si poculi illius obliuiscitur, vnde ergo nunc scit se olim fuisse potatam? Si enim dæmonem, & poculum, & introitum in corpus reminiscitur, cur non etiam reliquorum commemoratur? Ex quo apertè conuincitur, hanc doctrinam non solùm à fide Catholica, sed etiam à vera philosophia esse alienam. Quod manifestè ostendit B. Athanasius in lib. quem edidit de Filio Dei, lib. sexto dicens: Si quis confitetur animas hominum in reuolutione rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus, verti, anathema sit. Propterea Exorcistæ sint cauti, hæc à dæmonibus audientes, ne nimis credentes, in hunc errorem labantur: quinimo omnibus viribus conentur, omnia ista auferre à cordibus fidelium, tanquàm falsa, hæretica, & ab Ecclesia Catholica, ac sanctis Patribus damnata.

Poculum animabus propinatum, reiicitur ab auctore.

Censura diui Athanasij.

CAPVT IV.

Animas ante infusionem corporum non peccasse, & in corpora, vt in carcerem, in pœnam peccati inclusas minimè fuisse, ostenditur.

NEc minus debet Exorcista percauere ab illa hæresi, quæ solet disseminari ab ipsis immundis spiritibus existentibus in corporibus obsessis, quæ asserit, animas ante infusionem corporis peccasse, & in pœnam peccati in corpora, tanquam in carcerem, fuisse inclusas. Huius erroris auctor fuit Origenes, vt illi impingit Epiphanius in epistola ad Ioannem Episcopum Herosolymitanum, quæ reperitur inter opera Diui Hieronymi, tomo quarto, & Theophylus Alexandrinus. Hanc hæresim posteà tutatus est Priscillianus hæreticus, qui ex omnium hæreticorum sentina hæreses hausit, vt dicit Leo Papa in Epistola ad Astoricensem Episcopum. Quæ hæresis multis rationibus prosternitur. Primo ostenditur falsitas illius de anima Christi, quæ nunquam peccauit, nec per consequens dicendum est, eam propter peccatum, in corpus, velut in carcerem, fuisse detrusam. Qualiter enim ipse liberare omnes à peccato poterat, si anima eius peccato obnoxia, in pœnam peccati, carceri fuisset mancipata?

Error Origenis de peccato animarum.

Exterminatur hæresis Origenis.

Præterea

Dementia Priſcillianiſtarum.

Prætereà cum iuxta Apoſtolum, in reſurrectione, mortale hoc corpus induat immortalitatem, vt corpus, ſicut & anima, congruum ſuis meritis præmium accipiat: quæ eſt hæc dementia, dicere, corpus eſſe animæ carcerem, datum illi in pœnam? Tunc enim reſurrectio non eſſet animæ beatæ in requiem, ſed in pœnam, cùm per illam cogeretur iterum redire ad carcerem, vnde ſemel liberata fuerat: & ita fruſtrà eſſet corporum reſurrectio ſi expediret animabus abſque grauitate corporum ad Cœlum leuiùs ſubuolare. Rurſus ſi corpus eſſet animæ in carcerem, & in pœnam, nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo ſeparari doleret, vel vllo modo ad illud redire vellet: quæ omnia experimento probantur eſſe falſa: & horum vltimum improbat Paulus, dicens: Nolumus expoliari: ſed ſuperueſtiri. Vbi corpus magis Paulus appellat veſtem, quàm carcerem. Et naturalem animæ ad illud inclinationem docet, cùm dicit: Nolumus expoliari: ſed ſuperueſtiri. Hoc eſt, refugimus, & horremus corporis miſeram conditionem, non autem ipſum corpus: quapropter nolumus ſimpliciter corpore carere, ſed corporis miſeriis, & calamitatibus: vellemus autem corpore renouato veſtiri, quale erit in reſurrectione. Prætereà ſi animæ peccauerunt extra corpora, & in illa, velut in carcerem, fuerunt incluſæ, oportebat, vt Saluator ipſe, qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non aſſumpſiſſet, cùm animæ ſine corpore peccauerint. Oporteret etiam, vt animas de corporibus liberaret eo tempore, quando in baptiſmate peccata dimittit, ſtatimque baptizatum de carcere corporis liberaret, cùm dicat, corpus ſolum in peccati pœnam fuiſſe productum, animæque datum. Iniuſtum eſt enim, vt anima à peccato liberata, nihilominus adhuc carceri mancipetur. Hæ rationes, & aliæ multæ, quæ poſſent adduci, quas breuitatis cauſa omitto, iſtum, vt pernicioſiſſimum errorem, non ſolum ab Exorciſtis, ſed etiam ab omnibus Chriſtianis eſſe deteſtandum oſtendunt: ſic docet Concilium primum Bracarenſe, *cap.* 6. ſuorum decretorum, dicens: Si quis animas humanas dicit priùs in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro hoc in corpora humana in terras deiectas, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

Pulcherrima confutatio erroris Priſcillianiſtarum.

Inconueniens maximũ de Incarnatione Chriſti ex iſta poſitione oritur.

Cenſura Concilij Bracarenſis.

CAPVT V.

Licitum an ſit aliquo modo pro ſanitate acquirenda, ad ſortilegos recurrere, & quomodo facturæ, ſeu inſtrumenta maleficialia deſtrui poſſint.

QVia ſæpe contingit Exorciſtis habere præ manibus aliquos Energumenos, & maleficiatos, quos (Diuina iubente, ſeu permittente voluntate) non poſſunt liberare: aliquis poſſet quærere, quid in hoc ſit agendum, quando per Exorciſmos non poteſt haberi ſanitas ideò ne Exorciſtæ cæcutientes incidant in errorem, aduertere debent ad illa impedimenta poſita in noſtro Flagello *cap.* 17. & remouere illa, tam ex parte ſua, quàm ex parte patientis. Et ſi his omnibus remotis, adhuc ſanitas non poſſit haberi, adhibeant omnia illa remedia, quæ poſuimus in *tertio lib. noſtri Compendij, cap.* 5. An autem poſt applicationem horum omnium, licitum ſit recurrere ad ſortilegos pro ſanitate habenda:

Energumeni quidam liberari non poſſunt.

Recurrere ad ſortilegos an ſit licitum.

Digitized by Google

diuersi diuersa dixere. Quidam dixerunt, quod sic, dummodò infirmus non inducat sortilegum ad aliquod maleficium peragendum: quia (vt ipsi dicunt) licet mihi vti malo alterius ad bonum meum: & exemplificant de vsurario, qui semper est paratus fœnerari. Hæc opinio, etsi fulciatur aliquibus rationibus, quæ videntur habere aliquam apparentiam: quia, tamen à multis impugnatur, & videtur causa, seu occasio errandi, ideò tanquam periculosa fugienda est, ne sit aliquibus in ruinam. Alij dicunt sine aliqua distinctione, quòd nullo modo possumus habere recursum ad sortilegos pro sanitate habenda, & quod potius omnia mala, etiam mortem sustinere debemus, quàm vti eorum suffragio, cùm nullo modo, sint facienda mala, id est peccata, vt eueniant bona. Quæ opinio, etsi sit ardua, tamen est securior: quia ponit suos sequaces in parte tutiori, ne scilicet exponantur periculo mortalis peccati, & propriæ damnationis. Alia est opinio, & videtur Scotistarum, quæ tenet medium inter prænominatas opiniones, & dicit, quòd licet aliquomodo recurrere ad sortilegos, seu maleficos pro sanitate recuperanda. Pro cuius ampliori declaratione est sciendum, quòd malefici in fabricandis suis maleficiis, vt plurimùm vtuntur aliquo signo maleficiali extrinseco, quod semper est res vilis, & nullius valoris, & vocatur instrumentum maleficiale, eò quòd fabricando maleficia interuenit istud signum. Nam malefici habent dæmones ad malum sibi paratos: & quoties volunt fabricare aliquod maleficium, vocant illos, & habentes pacta, & conuentiones, assignant illis talia in pacto, vt quamdiu durabit tale signum, tamdiu talis, vel talis persona crucietur, tali, seu tali loco: & quod amoto signo, seu instrumento maleficiali, amoueatur etiam læsio facta ab illo dæmone. Consueuerunt etiam malefici abscondere tale signum, ne de facili possit inueniri, & amoueri ab aliquo. Ad propositum, nostrum, quis dubitat, maleficum absque nouo pacto cum dæmone, posse destruere illud signum & remouere læsionem ex pacto à dæmone inflictam? Dico ergo, quòd hoc modo recurrere ad illos, vt scilicet destruant illud signum sine nouo pacto, non esse illicitum. Et hoc est, quod dicit Scotus *in 4. distinct. 34. quæst. vnica*, & hæc sunt verba formalia eius. Secunda impotentia fit per maligños spiritus, qui habentes pactiones cum hominibus, seruant promissa, non quia veraces: sed vt alij eis adhæreant: quia si nulla pacta seruarent, nulli eis seruirent: & vt illi, quibus seruant promissa, eos colant. Nam ex superbia sua præcipuè appetunt honores diuinos. Deus etiam permittit eos exercere potestatem suam ad impediendum aliquos ab aliquibus actibus, quos perficere possent, si non essent impediti: & hoc vel propter peccata eorum, vel propter aliquam aliam causam occultam: & hoc modo Maga habens pactum cum dæmone, procurat ab eo, vt istum impediat à tali actu, cum tali muliere, quamdiu tale maleficium perseuerat, puta acus curuata ab aliqua, & huiusmodi. Et post pauca dicit. Si per orationes Sanctorum impediatur virtus dæmonis, benè fit: si tamen Deus illos non exaudiat, tunc si sciretur maleficium, destrueretur, dæmon non fatigaret eum ampliùs: quia ex pacto non assistit, nisi dum durat aliquod signum. Ex hoc patet, quod trufatica est illa quæstio, an licet tollere maleficium inten

Scoti opinio circa recursum ad sortilegos.

Instrumentis maleficialibus vtuntur malefici.

Pacta maleficorum cum dæmonibus.

Doctrina Scotica resolutissima.

Dæmones quare honores appetant.

Remedium verum contra maleficia.

Digitized by Google

intentione curandi maleficiatum: non enim ſolùm licet, ſed etiam eſt meritorium deſtruere opera diaboli. Nec in hoc eſt aliqua infidelitas: quia deſtruens non acquieſcit operibus malignis, ſed credit dæmonem poſſe, & velle fatigare, dum tale ſignum durat: & deſtructio talis ſigni imponet finem tali vexationi. Ex quibus verbis patet, quòd ire ad maleficos, vt deſtruant talia ſigna cauſa recuperandi perditam ſanitatem, non eſt illicitum, dummodò non fiat aliqua alia ſuperſtitio, aut vana obſeruatio, quando deſtruuntur.

Intentio deſtruendi maleficium qualis eſſe debet.

CAPVT VI.

Exorciſtæ an poſſint, & debeant in nomine Chriſti, aliquem dæmonem in aliorum principem conſtituere, qui alios excruciet: vbi de eorum naturali potentia pulchrè tractatur.

QVia ars, ſeu exercitium adiurandi dæmones obſidentes corpora humana, ſupra modum diſplicet illis, ideò modis omnibus quibus poſſunt, conantur illam ſubuertere, ne illa mediante, obſeſſi liberentur tam à ſpirituali, quàm à corporali eorum vexatione. Et propter hoc quærunt diffamare Exorciſtas, vt tædio, ac tribulationibus affecti, dimittant hoc ſpirituale exercitium. Quod ſæpè euenit propter puſillanimitatem eorum, qui neſcientes fraudes dæmonum, deſtituuntur animo exorcizandi, videntes aliquos deſpicere, & deridere omnia, quæ agunt circa hoc exercitium. Conſueuerunt enim iſta (vt ita dicam) inſtrumenta diaboli impugnare, quod Exorciſtæ in nomine Chriſti conſtituant aliquem dæmonem Principem in corpore vexato, qui ad imperium eorum eiiciat dæmones vexantes illud corpus: & ad inſtar Iudæorum blaſphemantium opera Chriſti Ieſu, dicunt Exorciſtam in Beelzebub virtute eiicere dæmonia: addentes, quòd vnus dæmon non poteſt eiicere alium, cùm non habeat imperium ſuper eum. Pro cuius reſponſione eſt notandum, ſecundum D. Bonauenturam *in 2. diſtinctione 6. quæſtione vltima*, & Richardum de Mediauilla, vbi ſupra, *diſtinctione 9. articulo 3. quæſtione prima*, quod inter dæmones eſt prælatio, ſicut dicit Magiſter Sententiarum *lib. 2. diſt. 6.* qua mediante, alij imperant, & alij obediunt: & hoc ſatis videtur probabile, tum quia filij tenebrarum quodammodo imitari conantur (licet falsò, & imperfectè) filios lucis. Vnde ſicut vident angelos bonos ordinatè ſua officia exequi ſecundum imperia ſapientiorum, & maiorum, ſimiliter ipſi ſua maleficia faciunt. Tum etiam filij tenebrarum prudentiſſimi ſunt in generatione ſua; & quia habent colluctationem aduerſus genus humanum, & regimen, ſeu regnum eorum: & exercitus, ſi eſſet diuiſus, & ſine capite non poſſet ſtare, ideò ſicut homines præliantes in eodem exercitu, quantuncunque ſint adinuicem inimici, tamen propter odium inimicorum libenter ſubiacent duci imperanti, & habent multos proprios, & vnum principalem ducem, ſic credendum eſt eſſe in dæmonibus. Et hæc prælatio non eſt electione, nec violentia: ſed credo, quòd natura, & diuina inſtitutione. Sua enim conditione data eſt eis vis miniſtratiua, & potentior vni, quàm alteri. Vnde & Deus ordinauit vt minùs potentes, & ſapientes, magis potentibus, & ſapientibus ſubeſſent in miniſtrando. Et Hugo dicit, quod id in malum miniſterium exercent,

Dæmones quærunt ſubuertere artem Exorcizandi, & quare.

Detractores artis exorcizandi.

Dæmones contra genus humanum colluctationem habent.

Prælatio dæmonum eſt à Deo.

Digitized by Google

cent, quod perficiendum acceperunt, & ita ſibi inuicem præſunt, ſicut præeſſent, ſi eſſent boni: & cùm ceſſabit ſtatus miniſterij, ceſſabit ſtatus prælationis. Sed iſta prælatio non eſt de iure, quia cùm ipſi dæmones ſuis ſubditis nihil præcipiant, niſi contra ius, eò quòd ruperunt ius, & diſſipauerunt fœdus, ideò nulla manet ibi iuris obligatio, ſed ſolùm maleuola confœderatio, qua mediante, quicquid præcipiunt, contra Dei voluntatem præcipere intendunt, & ad malum finem. Eſt etiam ibi prælatio de facto: quia illis, quos vident nobiliores in natura, ſtrenuiores in potentia, & ſubtiliores in malitia, alij obediũt: ſed ex odio (vt dixi) quod habent contra genus humanum, vt ſic obedientes, ipſi omnes ſimul fortiorem exercitum conſtituant contra virtutes, & genus humanum. Et quia in vno eorum, ſcilicet Lucifero, nobilior eſt natura, ſtrenuior potentia, & ſubtilior malitia, quàm in aliquo alio, ideò alij omnes illi obediunt. Et ideò gloſſa ſuper illud 1. *Cor.* 15. Cùm euacuauerit omnem principatum, dicit: Dum durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præſunt. Habent tamen priuatas inimicitias inter ſe, quibus adinuicem pugnant, ita quòd vnus conatur aduerſus alterum, & ſemper præeſſe alij deſiderat. De hac autem maioritate, & ſuperioritate dæmonũ, vide Compendium noſtrum, *lib.* 1. *c.* 4. per totum. Stante ergo inter eos iſta diſcordia, & ambitione, quis audet aſſerere illos reſpuere principatum ſibi datum ab Exorciſtis ſuper alios dæmones cauſa eiiciendi eos è corporibus obſeſſis? Quin imò illum affectant maximo deſiderio. Ideò taceant, qui detrahunt Exorciſtis, ne verbis ſuis malignis impediant hanc charitatem, quæ inter omnia miſericordiæ opera, vt ſingularis, neceſſaria eſt. Cui enim, ſi in Chriſti nomine Sacerdos, ſeu Exorciſta præcipit dæmonibus exiſtentibus in corporibus humanis omnia pertinentia ad eorum expulſionem, non poterit etiam imperare alicui, vt excruciet ſpiritus ſibi inobedientes? Licet igitur Exorciſtis hoc facere, non curioſitatis cauſa, ſed deſiderio liberandi vexatum à dæmone.

Prælatio in dæmonibus non eſt iuridicè exercita.

Lucifer quare dicatur princeps dæmonũ.

Detractio artis Exorciſtica mala.

CAPVT VII.

Dæmones ad preces maleficorum, corpora humana vexare poſſe oſtenditur: & rationes detrahentium de hac arte ſoluuntur: vbi etiam agitur de ſcientia bonorum, & malorum Angelorum.

COnſueuerunt aliqui admirari, videntes quoſdam homines bonæ, ac ſanctæ vitæ corporaliter à ſpiritibus immundis vexari: quod illis euenit ex eorum ignorantia: quia neſciunt, qua de cauſa hoc Deus permittat. Et cùm audiunt hoc fieri ad preces maleficorum, nullo pacto credere, nec audire volunt: quinimò omnibus viribus ſuis huic poſitioni contradicunt, atque aduerſantur, negantes hac noſtra tempeſtate inueniri Energumenos. Quod etiam multis rationibus conantur probare: quarum prima eſt iſta. Si verè hic, aut ille homo vexaretur à Spiritibus immundis (cùm ſpiritus, à quibus vexantur, ſint ſapientes) loqueretur Latinè, Græcè, Hebraicè, Germanicè, Gallicè, & multis aliis linguis, etiam ſi vexatus eſſet idiota: & facerent alia quamplura opera hominibus impoſſibilia. Secundò ſcirent propalare peccata occulta, & reuelare tam ea, quæ in partibus longinquis fiunt quàm quæ in locis propinquis,

Admiratio quorundam contradicentium artis Exorciſtica.

Rationes contradicentiũ huic arti Detegere peccata occulta ꝑ ſpiritus dæmones.

Digitized by Google

pinquis, quod non faciunt. Præterea, ſi verè eſſet ſpiritus immundus, qui obſideret hoc, vel illud corpus, in ſuo receſſu faceret ſigna vera ſuę præſentiæ, extinguendo luminaria magna, & alia ſimilia, quæ omnia cùm non videantur fieri ab his, qui dicuntur vexari temporibus noſtris, ſequitur, quòd etiam verè non ſunt ſpiritus, qui vexent illa corpora. Quod manifeſtè oſtenditur per hoc: quia illi, qui nunc dicuntur vexari, ſunt quædam mulieres, & puellæ ſubiectæ humoribus matricalibus, quæ ex leuitate cerebri conſueuerunt facere actus ſimiles actibus vexati. Hæ ſunt rationes allegatæ ab illis, qui negant ſpiritus vexare corpora humana. Pro maiori declaratione huius difficultatis eſt notandum quòd angeli, tam mali, quàm boni, omnes in ſua conditione receperunt à Deo ſcientiam conuenientem propriæ naturæ, ita quo naturaliter aliqui fuerunt creati doctiſſimi in omni ſcientia. Alij tenent medium in ipſa ſcientia, & quidam eorum tenent infimum locum in eadem ſcientia. Quæ taliter remanſit in angelis bonis, quòd illa poſſunt vti, cùm illis placuerit, ad honorem ſui Creatoris, gloriam ſuam, & ad noſtram ſalutem. Dæmones autem recedentes à diuina voluntate, & beneplacito, ſua ſcelerata, ac deprauata voluntate, non ipſam ſcientiam, ſed poſſibilitatem vtendi illa perdiderunt: ita quòd nullo modo poſſunt illa vti, niſi quamùm ſibi permittitur à Deo: cùm ex eorum mala voluntate ita ſint obcæcati, quòd ſi Deus non permittat illis hanc facultatem, auferando velamen cæcitatis, & ignorantiæ ab eorum intellectu, nullo modo illa ſcientia poſſunt vti. Facto hoc fundamento, reſpondendo ad rationes, ad primam dicitur, quòd dæmones non loquuntur. Latinè, Græcè, & aliis linguis extraneis: quia hoc ſibi aliquando non conceditur à Deo, vt humana curioſitas confundatur, quæ potiùs delectatur audire dæmones curiosè loquentes in obſeſſis corporibus, quàm verba Dei prolata à ſuo miniſtro. Quod ſi aliquando loquuntur de myſteriis altiſſimis ſacræ Theologiæ, (vt iam audiui) nunquam, vel rarò interſunt iſti curioſi, vt eorum curioſitas confundatur. Hoc etiam non faciunt, quando à Deo illis permittitur alia ex cauſa: quia quando ingrediuntur corpora humana, ordinariò propter aliquem malum finem hoc faciunt, putà cauſa damnationis: & ideò quaſi ſemper ſe cælant, ne ibi deprehendantur adeſſe, cùm ſciant Exorciſtas ſe inſectaturos, quoties nouerint ipſo obſidere illa corpora. Et etiam quia multa mala poſſunt peragere ibi, quæ ſibi non imputabuntur, neque quis poterit ſcire, vnde talia mala proueniant, & quis illa fecerit. Circa peccata ſecreta detegenda, dico, quòd ſi hoc illis concederetur à Deo, ſcirent, poſſéntque illa detegere, vt diximus in noſtro Compendio, *libr.* 1. *cap.* 7. quod non faciunt vt plurimùm, ratione ſupradicta. Hoc etiam non faciunt, quando ibi deprehenduntur adeſſe, vt homines peccatores in peccatis ſuis perſeuerent, & ne illa confiteantur ex verecundia illis à dæmonibus illata, quod ſæpius factum eſt, vt quidam homines impœnitentes hac occaſione compuncti ad verba, & iniurias ſibi à dæmonibus illatas, recurrendo ad pœnitentiam, è manibus eorum, diuina interueniente gratia, euaſerint. Quantùm autem ad ſigna manifeſta dico, quod propter hoc non poteſt quis

Scientiã acceperunt Angeli in ſua creatione.

Damones poſſibilitatem vtendi ſua ſcientia perdiderunt.

Aſtutia dæmonũ obſidentium corpora humana.

Fructus coniurationis.

Digitized by Google

certitudinaliter scire, an talis persona sit vexata à diabolo: Et ratio est: quia multi sunt dæmones per aërem vagantes, qui si vocarentur ab illis, qui obsident illud corpus, in adiutorium, possent facere illamet signa, & tamen infirmus non liberaretur. Nec valet dicere, quòd Exorcista interdicat illis tale adiutorium in Dei nomine: quia dæmones solummodò obediunt, quando à Deo coarctantur: quod Deus non semper facit ad velle Exorcistæ: sed solum, quando ipse iudicat expedire. Ad quartam obiectionem dico, quòd dæmones faciliùs occupant homines, & mulieres leuis cerebri, quàm prudentes, ne (vt sæpè diximus) deprehendantur ibi adesse, & ne culpa facinorum super eos flectatur. Eadem ratione etiam consueuerunt vexare lunaticos, vt etiam diffametur Luna, quæ, vt creatura Dei, influat talem infirmitatem in homines. Vltimò dico quòd vexant potiùs mulieres, & puellas, quàm homines, pro eo, quòd ipsi quærunt se occultare sub nomine humorum matricalium, qui plus regnant in mulieribus, quàm in viris: etiam hoc faciunt: quia mulieres faciliùs subiiciuntur terroribus: quo modo vt plurimum dæmones ingrediuntur corpora humana, vbi posteà talia corpora diu detinent subiecta sibi hoc modo, taliter, vt nullum remedium naturale possit illis suffragari. Designant igitur (obsecro) aduersarij detrahere Exorcistis, etsi non propter rationes supradictas, saltem propter experientias positas *in nostro Compendio, libr. 2. c. 11.* quas si quis negauerit, secundum Philosophum indiget vapulare. Et aduertant ad illa præsupposita, super quæ fundatur ædificium illius operis, quæ sunt, voluntas Dei permissiua, scientia, & potentia dæmonum, & potestas liberi arbitrij, quibus dæmones possunt mirabilia operari tam per se, quàm per maleficos: quia tunc in eis cessabit admiratio. Possunt igitur dæmones ad instantiam maleficorum inhabitare, & obsidere corpora humana. Et si quis fuerit curiosus scire, quomodo, & quibus ex causis hoc eueniat, legat totum illud supra allegatum, vbi diffusiùs tractatur hæc materia.

Deceptio quorundam curiosorum.

Dæmones obediunt, quando à Deo coguntur.

Experimentis credendum est.

CAPVT VIII.

De apparitionibus, quibus dæmones in variis speciebus, obsessis apparere consueuerunt: & quomodo à bonis discerni possint.

ET si dæmones habeant mille modos nocendi generi humano, vt habetur 16. q. 2. *capite, Visis:* tamen consueuere vti illis modis plus ignotis ad decipiendos homines, quibus illi faciliter decipiuntur, inter quos est apparitio dæmonum facta hominibus vexatis, quibus diabolus aliquando apparet in specie Christi, vt ab eis adoretur vt Deus, quod maximè affectat. Ideò ne obsessi incidant in laqueum diaboli, decreui hîc inserere modum, quem tenere debent ad euitandum peccatum idololatriæ in istis apparitionibus: quid etiam poterit esse proficuum his, quibus solent fieri apparitiones, ad cognoscendum si fiant à bonis, vel malis spiritibus. Quatuor ergo signis potest cognosci, si apparitio fiat à bono, vel malo spiritu. Primum est, quòd etsi dæmon appareat in specie Crucifixi, B. Mariæ Virginis, vel alicuius Sancti, si tamen diligenter quis consideret has apparitiones, perpendet, quòd sæpe diabolus secum defert aliquam notabi

Astutia dæmonum innumerabilis.

Digitized by Google

notabilem deformitatem, vt putà, caudam, cornua, vel aliquid ſimile. Secundum eſt, quòd in principio apparitionis, diabolus reddit hominem lætum, & in ſuo receſſu relinquit eum mœſtum: cuius contrarium facit Angelus bonus, qui in principio turbat, vt habetur Danielis *cap.* 10. de Gabriele: qui apparuit Danieli, & Lucæ *cap.* 1. de eodemmet Gabriele apparente Beatiſſimæ virgini Mariæ, quæ turbata fuit in ſermone eius: & poſteà in ſuo receſſu reliquit hominem gaudio, & alacritate plenum. Tertium ſignum eſt, quòd diabolus inducat hominem in malum, quod ipſe perſuadet: habemus exemplum in Chronicis ordinis beati patris noſtri Franciſci, de quodam Fratre Ruffino, ſocio prædicti patris, cui ſimiles apparitiones à diabolo fiebant. Contrarium cuius facit Angelus bonus, qui in ſua apparitione non ſolùm non indurat hominem in malum: ſed etiam diuertit illum à malo: & mollificando cor eius, ipſum inclinat, & inducit ad bonum. Quartum ſignum eſt, quòd ſi ille, cui apparet, reſponderit ei aliquo verbo *ſordido*, in ſui dedecus, & opprobrium prolato, ſubitò diſparet, vt habetur in prædicta Chronica, vbi legitur, quod cum B. Franciſcus vellet liberare prædictum Fratrem Ruffinum ab illa diabolica tentatione, inter alia illi dixit: Vt verè ſcias cognoſcere, quòd ille, qui tibi apparet in forma Crucifixi, non eſt Chriſtus, ſed diabolus: cùm tibi iterùm apparuerit, dicendo, ego ſum Chriſtus, reſpondeas illi: Aperi os tuum, & implebo illud ſtercore. Quod cùm feciſſet Frater Ruffinus, indignatus dæmon, cum maximo tumultu inde receſſit, dirumpendo lapides, & rupes illius montis Subaſij, vbi vſque in hodiernum diem (vt fertur) videtur illa magna ruina à dæmone illo facta. Apparent etiam dæmones, exeuntes è corporibus ipſis obſeſſis cum maximo, ac terribili aſpectu diuerſarum beſtiarum, vel aliarum rerum, licèt non videantur à circumſtantibus. Et ſi aliquis curioſus quæreret, quomodò hoc ſit poſſibile: Reſpondetur, quòd id faciliter poteſt fieri, & hoc duobus modis. Primò, quia iſtæ apparitiones poſſunt eſſe imaginariæ: formant enim dæmones, mouendo humores, & ſanguinem, aliquas imagines repræſentantes eos: quod autem imaginariè videtur, non apparet niſi illis, quibus fit viſio vt patet in prophetis: & ſic poteſt eſſe in dæmonum apparitionibus. Dicitur ſecundò, quòd quia ſimilem poteſtatem habent dæmones, & boni Angeli ſuper corpora, ab eis aſſumpta, quam habebunt ſuper corpora propria glorificata animæ beatorum, in quarum poteſtate (ſecundum diuum Bon. *in* 4. *diſtinct.* 49. *art.* 2. *qu.* 2. Thom. *in* 4. *diſt.* 44 *q.* 2. *art. vltimo*) erit, quòd corpora eorum videantur: vel non: & ab vno, vel à pluribus: in parua, vel magna diſtantia, ita quòd omnis actio corporis erit in poteſtate animæ: ſic dicimus de dæmonibus, & angelis bonis: quòd in eorum poteſtate eſt apparere, vel non: vni, vel pluribus: à longè, vel propè. Hoc etiam patet exemplo de angelo, qui apparuit Danieli, qui ab ipſo ſolo videbatur, Danielis *cap.* 10. Et de Chriſto glorificato apparente Paulo, quem Paulus videbat, *Actor.* 9. Viri autem qui comitabantur cum illo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Ex his omnibus patet, quomodò ſe tueri debeant homines ad euitandos errores in apparitionibus dæmonum.

Damon relinquit hominem mœſtũ in ſua apparitionis receſſu.

Damon irraſcitur in opprobriis.

Fratris Ruffini ordinis Minorum exẽplum.

Poteſtas dæmonum ſuper corpora aſſumpta, qualis.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Cur dæmones iniuriis, & opprobriis irritati, aliquando è corporibus obſeſſis abſcedant, cùm corpora non habeant, in quibus pati poſſint.

Irritare debet Exorciſta dæmones & quare.

DIximus in noſtro Flagello c. 3. quòd Exorciſta debet irritare dæmones obſidentes corpora humana opprobriis, iniuriis, ac omnibus modis, quibus honeſtè poteſt: quæ omnia illi iniquo animo perferunt, tanquàm in ſui dedecus, & contemptus exercita. Quod à multis aduerſatur tanquam falſum, & deriſorium. Dicunt enim, quòd dæmones non patiuntur ab iſtis, cùm habeant corpora ſibi vnita, in quibus iſtæ operationes recipiantur, & quòd iſta potiùs fiunt obſeſſis corporibus in iniuriam, quàm in eorum liberationem. Quid enim obeſt ſpiritui immundo tractatus capillorum, aurium, ſeu colaphizare, aut alia ſimilia exercere circa illud corpus? nihil penitùs, imò iſta deridet, cùm videat illud corpus his omnibus affici, & cruciari: & ideò (aiunt iſti) debent Exorciſtæ hæc omnia dimittere, tanquàm vana, ſuperflua, & nullius vtilitatis. Sed, ſalua pace iſtorum, dico quòd errat eorum iudicium, propter hoc: quia non conſiderant, nec aduertere volunt: quia ex cauſa iſta dæmonibus ſint grauiſſima. Pro cuius maiori declaratione eſt ſciendum, ſecundùm Alexandrum de Ales, *part. 3. quæſt. à membro*, 13. quòd Lucifer à principio ſuæ conditionis cœpit aduerſari Chriſto ſibi oſtenſo à Deo, cuius gloriam cùm vidiſſet, inuidit, inuidia, & odio maximo: ita quòd ex hoc cœpit cum illo habere bellum maximum, & inexorabile, nec vnquam deſtitit ab hac ſua nequitia, donec illum affixum Cruci, & morti traditum vidiſſet. Sed illi accidit, quod contingere ſolet duobus potentiſſimis principibus ad inuicem pugnantibus de Monarchia, ſeu dominio totius mundi. Ponatur enim caſus, quòd ſint duo principes potentiſſimi huius vniuerſi, & quòd ad alterum illorum de iure pertineat dominium: alter verò vſurpato ſibi titulo, ac dominio tyrannicè illud poſſideat, & quòd iſte tyrannus videns principem verum, & legitimum ſibi inferre bellum iuſtum, incipiat contra illum pugnare omnibus viribus ſuis, & perſequi illum, donec vltimo ſupplicio, ſcilicet morti, illum tradat: deinde ponatur, quod ex morte ipſius legitimi principis, qui ab illo tyranno reputabatur vilis, abiectus, deſpectus, & nullius auctoritatis, ſeu valoris, ipſe perdat dominium totius vniuerſi, & non ſolùm hoc, ſed quod etiam ipſe tyrannus efficiatur captiuus, ſeruus, & mancipium non ſolùm illius à ſe deſpecti principis, ſed & ſeruorum eius, qui in virtute, & poteſtate principis priùs à tyranno ita deſpecti, illi illudant opprobriis, iniuriis, & modis omnibus, quibus poſſunt. Dicito mihi (quæſo) quæ eſſet eius vita? qualis dolor? qualis triſtitia? videre ſe obiurgari in virtute illius tam à ſe deſpecti, & à ſeruis eius? Reuera duco illum nullam poſſe habere maiorem miſeriam, atque calamitatem: quia nulla maior triſtitia inuenitur, quàm meminiſſe ſe fuiſſe fœlicem. Sic reſpondendo ad propoſitum dico ita euenisſe Lucifero, & angelis eius. Nam (vt diximus in Compendio noſtro *lib. 8. cap. 3.*) ipſe cognouit Incarnationem Verbi, cui etiam contradixit omnibus viribus ſuis, propter quod factum fuit prælium illud magnum in cœlo inter angelos, in quo ſuperatus eiectus

Exemplum efficax contra aduerſantes.

Bellum Luciferi contra Chriſtū.

Triſtitia dæmonum de victoria Chriſti.

Lucifer cognouit Incarnationem Verbi.

Digitized by Google

eiectus est è cœlo ad terram. Quod cernens ille maledictus, denuò cœpit pugnare, iam protectus, contra ipsum Christum: & vt impediret ipsam nec Incarnationē, sua tentatione decepit primos patres nostros, & totam eorū posteritatem, quam peccato intrusit, pro qua erigenda, Christus multa sustinuit, decertando contra Luciferū, & angelos eius, quos tandem pugnādo sua morte superauit, & in carcerē detrusit, & auferens ab illis dominiū huius mundi, dedit auctoritatem seruis suis calcādi super eos. Quis ergo, stante hac auctoritate, dicere audebit, dæmones æquo animo sustinere irrisiones, contumelias, & opprobria sibi ab Exorcistis illata? quin potiùs, vt à ministris Christi intētata, quem iam, vt sibi inimicum, morti tradiderant, iniquo animo illa perferre. Nec valet dicere, quòd ipsi dæmones non habeant corpora, in quibus istæ operationes recipiantur: quia cùm istæ sint passiones respectiuæ, quæ recipiūtur in animo, etiam dæmonibus possunt cōuenire, & de facto illis conueniūt, ita quòd illis cruciantur dæmones, sicut homines verberibus. Et hæc est causa, quare diabolus abhorret super omnia memoriam Passionis Christi, & figuram Crucis eius: quia per virtutem eorum à potestate eius sumus liberati: omnes quidem quantùm ad sufficientiam: sed illi soli, qui sunt de eius corpore (hoc est Ecclesia) quantùm ad efficaciā. Diabolus enim, teste diuo Bonauentura *in* 3. *distinct.* 19. *q* 3. *art.* 1. ante Passionem Christi habebat duplicē manum, videlicet attrahentem, & impellentem. Manus attrahens erat illi potestas trahēdi ad Limbum etiam iustos, & sanctos. Manus impellens erat potestas præcipitandi in malū per fallaciam, vel quasi per violentiam: quia tentabat vt leo, & draco. Et prima manus, scilicet attractiua, erat tantæ potētiæ, vt nullus posset ei resistere: & hæc illi abscissa fuit per prædictam Passionem. Iam enim nullum iustum potest ad Limbum trahere: quia per Passionem Christi deletum est chirographum peccati Adæ. Manum autē impellentem habebat ita fortem, vt cum magna difficultate posset quis ei resistere. Et ideò ipse in multis regnabat, imò ferè in omnibus: omnes enim vel superabat per fraudulentiam, vel quasi per violentiam: & hæc potestas debilitata est per Passionem Christi, per quam lumen veritatis aperitur contra diabolicam fraudulentiam, & adiutorium virtutis tribuitur contra diabolicam violentiā. Apparuit autē lumen veritatis, & interiùs per inspirationē, & exteriùs per humanam instructionem. Iam enim ferè est omnibus veritas propalata, & ideò est destructa idololatria, quæ priùs regnabat. Adiutoriū etiam virtutis tribuitur per gratiæ infusionem, quæ reprimit concupiscentiam, & per angelicā protectionem, quæ comprimit, & reprimit potestates aduersas, & hoc idē virtute passionis, merito cuius mittitur nobis Spiritus sanctus: mittuntur etiam, & ipsi angelici spiritus, vt superetur aduersarius. Hæc est prima ratio: & potissima quare dæmones perferant iniurias, & opprobria ab Exorcistis sibi illata, iniquo animo. Aliā rationē assignat Michaël Psellus *libello, quem de dæmonibus edidit*, qui de hoc loquens, ponit quoddam prodigiosum factū sibi accidisse, in hæc verba: Senex quidam, (inquit ille) qui hoc idem pallium induebatur, frater meus natu maior habebat vxorē, alioquin modestam, morbisque frequenter vexatā. Hæc aliquando puerpera vehementer iam laborabat, vestémque cōfringens, barbarè loquebatur, sermone præsentibus incognito: ita

Christus pugnando Luciferum captiuauit.

Spiritus liter dæmones cruciantur.

Dæmones valde abhorrent memoriam Passionis Christi.

Manus attrahens diaboli ante Christi aduentum.

Manus impellens diaboli qualis.

Diuersum à Christo datum hominibus.

Mirabilis casus, hic euarratur.

Digitized by Google

quòd ambigebant omnes, quid in re ardua faciendum foret. Fœminæ verò quædam adducunt quendam peregrinum, nomine Anaphalangium, valde ſenem, rugoſúmque, & exuſtum, atque nigrum, qui nudato enſe propè lectum adſtans, ira quadam apprehendit ægrotam, linguáque ſibi patria, id eſt Armenica, acriter conuitiatus eſt. Illa huic viciſſim reſpondit Armenicè, ac primò quiddam audax è lecto prorupit, cum eó protinus certatura. At barbarus ille tum maximè adiurationibus vtebatur, & quaſi furens minabatur illam ſe percuſſurum: Tunc fœmina ſe recepit, compreſſit, contremuítque, & humiliùs iam locuta, in ſomnum mox incidit. Nos autem obſtupuimus, ambigentes, quónam pacto locuta ſit Armenicè fœmina, quæ nec Armenios quidem vnquam vidit, neque domeſticis laribus egreſſa eſt. Deinde quomodo ad Magi illius minas ſeipſum dæmon compreſſerit, ſtrictúmque enſem timuerit: quid enim patiatur ab enſe dæmon indiuiduus, & immortalis? Et ad primum dubium reſpondens, ait: Arbitror autem hinc fore hoc manifeſtum: quoniam cùm non poſſit lingua dæmonum propria inueniri, hinc eſt, quòd Hebraicam linguam, ſiue Græcam, aut Syriam, aliámve barbaram ſeruare poſſunt. Quid enim opus eſt voce dæmonibus, qui inter ſe abſque voce conuiuunt? cùm verò ſint angeli poſteriores poſterioribus, alij aliis gentibus præſunt, ſicut dæmones alij aliis aſſiſtunt, ſanè ſinguli ſingularum gentium linguas exercent: quamobrem dæmones, qui inter Græcos habitant, heroïco ſtilo oracula ediderunt. Apud Chaldæos verò Chaldaica vtebantur lingua, quemadmodum apud Ægyptios, Ægyptia voce colloquia faciebant:

Minatur quidam ſpiritui immundo.

Linguam propriam non habent dæmones.

Linguis omnium nationum vtuntur dæmones.

quinetiam dæmones incolentes Armeniam, ſi aliò fortè ſe conferant, indigenarum voce vtuntur. Ad ſecundum verò dubium reſpondens prædictus auctor, dicit omnia dæmonum genera eſſe audacia, rurſúſque timiditate plena, præſertim coniunctiora materiæ. Et ſi quis hæc obiurgauerit, diſcernere neſciunt obiurgantem, vel honorantem: neque aliter ab obſeſſis diſcedunt, niſi obteſtator erga Deum ſanctimonia polleat, nomenque Dei, ſermonémque horribili vtatur poteſtate diuina. Hæc profectò ſunt dæmonia materiæ proxima, formidantia, ne *in loca* profundiora, abyſſúmque *demittantur*. Item angelos timent, qui illuc eos præcipitant, quoties, videlicet quiſpiam eis præcipitium minatur: adducítque inuocationes Angelorum ad hoc inſtitutorum: valdè enim timent. Nam propter ignorantiam non diſcernunt minitantem. Iam verò ſi anicula quædam, vel ſuperbior ſenum aliquis, minas eiuſmodi ruſticè intentauerit, ſæpè diſcedunt: quia minitantem diſcernere nequeunt: ideò ſuperfluis etiam quibuſdam facilè mancipantur, *ſcilicet*, vnguibus, & capillis, polluto Magorum genere. Item plumbo, cera, tenuíque filo deuinciuntur, atque nefariis adiurationibus conturbantur, & nefandis dæmonia hæc manſuefiunt. Quorum proprietas eſt: præter id, quod terrores incutiunt: etiam lapides, & ſaxa iacere conſueuerunt in occurrentes, ſed ictibus irritis. Hæc Pſellus, vbi ſuprà. Ex quibus omnibus patet incongruum non eſſe: imò quandoque neceſſarium eſt Exorciſtis inferre dæmonibus obſidentibus corpora humana, opprobria, & verba irriſiua, & ipſis ſub excommunicationis pœna præcipere, vt ab illis corporibus, quæ iniuſtè obſident,

Ignorantia quorundam dæmonum.

Rebus materialibus quidam dæmones mancipantur.

Irriſiones quæ irrogantur dæmonibus.

Digitized by Google

obſident, diſcedant, quibus omnibus prouocatur ſuperbus dæmon, vt ab eo loco diſcedat, vbi adeò exorciſmis percutitur, & ab hominibus iniuriis irridetur: licèt quidam ſint quibuſdam duriores ad expellendum: quia ſunt ad ſuſtinenda opprobria, & verba diuina contemnenda fortiores. Sed hic aduertendum eſt, quòd vbicunque in exorciſmis iſta verba contra dæmones inueniuntur: Vos anathematizo: ſub pœna excommunicationis vobis præcipio, vos excommunico, & ſimilia, tunc intelligenda ſunt vnum eſſe cum exorciſmis, & in hunc ſenſum accipienda eſſe, vt patet per auctores Mallei Maleficarum, *parte ſecunda, quæſt. 2. cap. primo*: & in noſtro Compendio *libro tertio, cap. 3.* & ratio eſt: quia cum dæmones ſint extra gremium ſanctæ Eccleſiæ contra eos nihil valet excommunicatio propriè dicta.

Dæmones an excommunicari poſſint, & quid operetur contra illos excommunicatio.

CAPVT X.

Dæmones miracula facere non poſſunt, licèt miranda opera aliquando operentur.

Mirabiles effectus operari poſſunt dæmones.

NVlli dubium eſt, dæmones eſſe potentiſſimos, & in iſtis rebus inferioribus ſua naturali potentia effectus mirabiles poſſe operari, ſi ſibi permittatur à Deo, ſeu ab angelis ſanctis, qui ordinariè reprimunt illos, ne nobis noceant, quantùm nocere vellent. Et tam ſubtiliter ſua opera in his inferioribus rebus operari conſueuerunt, quòd reddunt homines in ſtuporem: quorum aliqui modum operationum diabolicarum ignorantes, auſi fuerunt aſſerere dæmones habere poteſtatem faciendi miracula: quod etiam rationibus, & exemplis probare conati ſunt, quæ cauſa breuitatis hîc prætermittuntur: legat eas, qui vult, in noſtro Compendio, cum ſuis reſponſionibus, *lib. 1. cap. 8.* quia ad alia hîc tendimus. Pro maiori autem declaratione eſt aduertendum, ſecundum, D. Thomam in quæſtionibus diſputatis, titulo de Miraculis, quòd miraculum dicitur à mirando. Ad veram autem admirationem duo requiruntur: quorum vnum eſt, quòd cauſa illius, quod miratur, ſit occulta. Secundum eſt, quòd in eo, quod miramur, appareat aliquid, per quod videatur contrarium eius debere eſſe, quod miramur. Sicut aliquis poſſet mirari, ſi videret ferrum aſcendere ad calamitam, ignorans calamitæ virtutem, cùm videatur, quòd ferrum naturali motu debeat tendere deorſum. Hoc autem contingit dupliciter: vno modo ſecundum ſe, alio modo quoad nos. Quoad nos quidem, quando cauſa illius effectus, quam miramur, non eſt occulta ſimpliciter, ſed occulta huic, vel illi: Nec in re quam miramur, eſt diſpoſitio repugnans effectui, quem miramur, ſecundum rei veritatem: ſed ſolùm ſecundum opinionem. Et ex hoc contingit, quod id, quod vni eſt mirum, vel admirabile, non eſt mirum, vel admirabile alteri. Sicut ſciens virtutem prædictæ calamitæ per doctrinam, vel per experimentum, non miratur prædictum effectum, ignorans autem miratur. Secundum ſe autem aliquid eſt mirum, vel admirabile, cuius cauſa ſimpliciter eſt occulta, & quando in re eſt contraria diſpoſitio ſecundum naturam, effectui, qui apparet. Et iſta non ſolùm poſſunt dici mira in actu, & potentia: ſed etiam miracula, quaſi habentia in ſe admirationis cauſam. Cauſa autem occultiſſima à noſtris ſenſibus eſt virtus diuina, quæ in omnibus rebus

Dæmones miracula facere quidam aſſeruerunt.

Admiratio vera qualis eſſe debeat.

Cauſa admirationis quales ſunt.

Mirabile ſecundum ſe, quid ſit.

Miracula vera, quæ dici poſſint.

Digitized by Google

rebus occultissimè operatur. Et ideò, quæ sola virtute diuina fiunt in rebus illis, in quibus est naturalis ordo ad contrarium effectum, vel ad contrafaciendi, dicuntur propriè miracula. Ea verò, quæ natura facit, nobis tamen, vel aliqui nostrum occulta, miracula dici non possunt, sed solùm mira, vel mirabilia. Et ideò in definitione miraculi ponitur aliquid, quod excedit ordinem naturæ, in hoc, quod dicit, supra facultatem naturæ, cui ex parte rei mirabilis respondet, quod dicitur arduum. Et ponitur etiam aliquid, quod excedit nostram cognitionem in hoc: quod dicitur præter spem admirantis apparens, cui ex parte rei mirabilis respondet, quod dicitur insolitum. Et circa ea, quæ Deus miraculosè facit, talis solet adhiberi distinctio, quòd quædam dicuntur fieri suprà naturam, quædam contra naturam, & quædam præter naturam. Supra naturam quidem, in quantum in illum effectum, quem Deus facit, natura nullo modo potest. Quæ quidem contingit dupliciter, vel quia ipsa forma inducta à Deo, omnino à natura induci non potest, sicut forma gloriæ, quam inducet Deus in corporibus electorum: & sicut est incarnatio verbi. Vel quia, etsi talem formam possit in aliquam materiam inducere, non tamen in istam, vel illam: sicut ad causandum vitam natura potens est, sed quòd in hoc mortuo natura vitam causet, hoc facere non potest. Contra naturam esse dicitur, quando in natura remanet contraria dispositio ad effectum, quem Deus facit, sicut fecit, quando conseruauit pueros illæsos in camino, remanente virtute comburendi in igne: & quando aqua Iordanis stetit, remanente grauitate in illa, & simile est, quòd virgo peperit. Præter naturam autem dicitur Deus facere, quando producit effectum, quem natura producere potest, illo tamen modo, quo natura producere non potest: vel quia deficiunt instrumenta, quibus natura operatur, sicut cùm Christus conuertit aquam in vinum, quod tamen natura aliquomodo facere potest, dum aqua in nutrimentum vitis assumpta, suo tempore in succum vuæ per digesta producitur; hoc autem inde euenit, quia Deus benedictus plures modos operandi habet, quàm natura: vel quantum ad tempus, sicut cùm statim ad *in*uocationem alicuius sancti, *aliquis* curatur, quem natura non *statim, sed* successiuè, & in alio tempore, non in isto curare posset. Dæmones igitur secundum D. Bon. *in* 2. *dist.* 7. *art.* 2. *lia dub. quæst.* 3. possunt facere illa, quæ apparent, & verè sunt mirabilia, sed non miracula: quia miracula non possunt fieri per vim naturæ, sed per virtutem supra naturã, quæ est agentis primi: sunt enim supra facultatem, & ideò attestantur omnipotentiam facientis: sed opera, quæ *faciunt* Dæmones, etsi miracula *videantur*, quia fiunt in tempore, quasi *imperceptibili*, non tamen sunt *vera* miracula: quia fiunt vi naturæ. Et si obiicias, quòd natura non potest ita citò operari. Dico, quod verum est de hac natura per se, sed taliter potest esse adiuta, & confortata rebus naturalibus conuenientibus, vt quasi repentè prorumpat in effectum, sicut patet de generatione ranarum, quæ in modico tempore consueuerunt nasci tempore maximi caloris, per antiperistasin. Et si aliquis quæreret, quomodo discerni possint huiusmodi miracula: respondetur, quòd etsi conueniant in materia, differunt tamen ex parte principalis agentis, ex parte ministri, ex parte finis, & ex

Conditiones miraculi declarantur.

Miraculum supra naturam quale dicatur.

Miraculum contra naturam quale sit.

Miracula præter naturam quæ sint, & quomodo fiant.

Mirabilia dæmones facere possunt, sed non miracula.

Miracula vera quomodo possint discerni, & in quo differant à falsis.

Digitized by Google

ex parte facti. Ex parte principalis agentis differunt. Nam in miraculis diuinis operatur agens infinitæ potentiæ & supra naturam. In miraculis verò dæmonum operatur virtus naturæ, multipliciter adiuta per naturas alias. Ex parte ministri, etiam differunt. Nam Dei miracula fiunt per publicam iustitiam, secundum veritatem, & apparentiam: sed miracula Dæmonum fiunt per priuatos contractus, & quædam arcana. Et hoc est quod dicit diuus Aug. quòd boni faciunt miracula per publicam iustitiam, hoc est per fidem veram, quam veritas omnibus prædicat, Mali Christiani per signa publicæ iustitiæ, quia fidem habent, & videntur habere opera: sed Magi per priuatos contractus: & hoc est, quod dicitur *in Exod* per incantationes, & arcana quædam. Huius signum est, quod ibi sunt opera tenebrarum, quia qui male agit, odit lucem. Ex parte finis similiter differunt, quia miracula Dei fiunt ad vtilitatem, & diuinam gloriam: sed miracula Magorum fiunt ad deceptionem, ad vanam gloriam, & ad extollentiam: vnde sunt quasi semper inutilia: differunt etiam ex parte facti: quia dæmones faciunt huiusmodi miracula vilia, & inutilia: miracula verò diuina sunt valdè vtilia, & necessaria. Vnde dæmones maximè faciunt ranas, & serpentes: quia hæc de facili producuntur naturali operatione, quæ diuino iudicio magis permittuntur ad prioris facti memoriam: vnde sicut Deus temperat potentiam, & astutiam Diabolicam, vt sic patiatur eum peruersè imitari, vt in ipsa imitatione Diabolus possit seducere malos iuxta eorum demerita: ita etiam illa permittit, vt possint deprehendi à bonis: & vt fides simul cum miraculis habeat locum. Si enim solus Deus, & eius serui miracula facerent, quis non crederet in Deum miraculis compulsus; nunc autem cùm mali, & boni faciunt miracula, qui diuinitùs illustrantur, vt inter hæc possint discernere vera miracula, adiuuantur, & per dæmonum miracula exercentur, & probantur.

Miracula Dei per publicam iustitiâ fiunt.

Miracula vera fiunt ad gloriam Dei, & proximi vtilitatem.

Miracula Dæmonum quare Deus permittat.

CAP. XI.

De causis & modis, quibus dæmones corpora humana ingrediuntur, & de signis, effectibusque, quibus quis cognoscitur esse Demoniacus.

SVpra *c* 8. & alibi sæpè diximus, dæmones mille modos, & artes habere nocendi generi humano, quos etsi omnes homines scire deberent, ad euitanda peccata, & ad repellendas eorum insidias: illi tamen præcipue ab Exorcistis sciri debent, per quos dæmones magis animam, & corpus offendunt, quod præcisè fit, quando dæmones corpora humana vexant: ideò peritus Exorcista debet scire omnia pertinentia ad cõiurationem, vt (iuuante Deo) possit vexatos ab illa atroci, ac terribili vexatione liberare, vt minister nostri Iesu Christi. Pro cuius maiori declaratione est sciendum, quòd non defuerunt, nec desunt homines, qui omni suo conatu negent hodie obsessos, maleficia, maleficiatósque inueniri: insuper asserentes, omnes maleficiales infirmitates esse naturales, eorumque signa, non maleficialia, sed naturalia esse, quod variis rationibus probare nituntur, vt *suprà patuit c.* 7. quas breuitatis causa hîc omitto. Aduertẽdum est igitur, quòd etsi aliqua signa, quibus cognoscitur quis esse

Innumerabiles artes circa genus humanum habent Dæmones.

Detractores coniurationis non desunt.

Digitized by Google

Signa maleficialia possunt esse communia.

dæmoniacus, aut maleficiatus, possint esse communia tàm ad infirmitates naturales, quàm maleficiales, & dæmoniacas, & per consequens ab aduersariis calumniari, signa tamen vera, & realia cognosci, & discerni à naturalibus poterunt, & præcipuè quando medici tales infirmitates non cognoscunt, nec remedia proficua ad sanandum infirmum applicare sciunt, & quando medicinæ applicatæ infirmo nihil prosunt. Sciendum est etiam, quòd dæmones variis ex causis corpora humana ingrediuntur, vt diximus in nostro Compendio *lib. 2. cap. 11.*

Quibus ex causis dæmones corpora humana ingrediuntur.

Aliquando enim quis à diabolo vexatur ad maiorem cumulum meritorum: quandoque quis vexatur propter peccatum veniale alterius: nonnunquam propter peccatum veniale proprium: quandoque verò propter peccatum mortale alterius: aliquando tandem propter peccatum mortale proprium: & de his quinque causis sigillatim ibi propria exempla dantur: vbi pro nunc remitto lectorem. Priùs igitur, quàm

Apparent sub diuersis formis dæmones.

dæmones corpora humana ingrediantur, consueuerunt eis in aliqua terribili, deformi, aut horribili forma tam hominum, quàm iumentorum apparere: qui licèt subitò eis euanescere videantur, in eorum tamen corpora ingrediuntur. Hoc autem in nocte, & in locis opacis, & obscuris, ac sine luce contingere consueuit.

Diuersimodo dæmones corpora humana ingrediuntur.

Ingrediuntur autem in obsessum per os, aut aures, seu nares in modum venti: aut alicuius muris: aut somnia terribilia dormientibus immittunt, illos terrendo in somnis: qui postèà euigilando, cum talibus signis dæmoniaci inueniuntur. Quandoque verò dæmones ingrediendo corpora humana, terribiliter membra illorum lacerant. Aliquando autem ingrediendo, videtur ipsis vexatis, quòd vas aquæ frigidissimæ in dorsis eorum versetur, quæ per totum corpus, à capite vsque ad pedes hinc inde discurrat. Effectus autem, qui à spiritibus immundis in vexatis hominibus fieri consueuerunt, etsi sint quasi innumerabiles, aliquos tamen hîc enumerabo, vt Exorcistæ cautè circa coniurationem incedere possint. Incipiendo igitur ab his quæ à sacra Scriptura narrantur, dico, quòd dæmones corpora humana vexantes, aliquando homines obstinatos reddunt, atque inobedientes, quod patet *primi Regum, c. 18. de Saule*, qui cùm à spiritu immundo vexaretur, obstinato animo, tam acriter vsque ad mortem persecutus est Dauid, nulla in eo existente causa. Aliquando verò homines lunaticos faciunt, vt patet *Matth. 17.* de filio illius, qui prouolutis genibus, Domino nostro Iesu Christo dicebat: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, qui & ab ipso Saluatore liberatus fuit. Aliqui dæmoniaci, muti à dæmonibus efficiuntur, quod patet *Matth. cap. 8.* de illo, qui respondens de turba, dixit Christo: *Magister attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum. Luca 11.* Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Quidam in ipsa coniuratione à dæmonibus cæci efficiuntur: quia dæmones ipsos obsidentes vocantur Lucifugi, id est summoperè odientes lucem: hoc patet *Matth. 12.* Aliqui dæmones Energumenos allidunt, hoc manifestum est in *Marc. c. 9.* vbi pater illius pueri Christo dicebat: Vbicunque spiritus eum apprehenderit, allidit illum. Quandoque verò tales vexati stridենt dentibus: hoc idem patet de supradicto puero, vbi suprà. Aliquando autem dæmoniaci arescunt, quod

Diuersi effectus operantur dæmones in corporibus obsessis.

Obstinato animo Saul persequitur Dauid.

Muti quandoque efficiuntur homines à dæmonibus.

Digitized by Google

quod patuit in prædicto puero, ibidē. Sæpe etiam dæmones conturbant vexatos ad præſentiam Exorciſtæ, vt patuit de ſpiritu illius pueri, qui ad potentiam Saluatoris noſtri conturbauit illum, ibi. Nonnunquam verò tales à dæmonibus vexati eliſi in terra volutantur, hoc clarum eſt de eodem puero, qui eliſus, in terram volutabatur, vt ibi patet. Sæpiſſimè, & quaſi ſemper dæmones in corporibus humanis exiſtentes, ex ore vexati ſpumant: patet de prædicto puero, de quo dicit textus, quod erat ſpumans. Quidam verò Arreptitij à dæmonibus in ignem, & aquam proiiciuntur ad necem inferendam: quod clarè, & ſæpè euenit puero ſupradicto, vt ibidem dicit textus. Aliquando dæmones reddunt homines ſurdos, quòd manifeſtè patet de puero ſupradicto, cui Chriſtus dixit: Surde, & mute ſpiritus, exi ab eo, ibidem. Aliquando tales vexati, ad tempus à dæmonibus efficiuntur furioſi: qui quandoque in homines inſilientes, ipſos atrociter vulnerant, vt patet *Actor.* c. 19. de ſpiritu illo, qui quoſdam homines atrociter vulnerauit, eò quòd officium exorcizandi temerè exercere præſumpſiſſent. Quidam dæmones in maximas & incurabiles infirmitates immittunt homines: adeò vt nullo remedio naturali liberari poſſint, qui tales infirmitates patiuntur: nec mirum, cùm ipſi dæmones latendo, tales læſiones per ſeipſos faciant; hac autem infirmitate tenebatur illa mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem, & octo, quæ à Domino noſtro Ieſu Chriſto ſanata fuit, vt habetur *Luc.* 13. Sunt & alia ſigna, quibus quis cognoſcitur eſſe dæmoniacus, excerpta ex Sacerdotali, quorum primum eſt, quando quis per triginta dies non poteſt continuare eſum carnis hæ-

Stridentes dentibus ſæpe à dæmonibus vexati.

Furioſi efficiuntur Energumeni à dæmonibus: quandoque diuerſas infirmitates cauſant dæmones in hominibus.

dinæ. Aliqui dæmoniaci habent oculos terribiles, & dæmones membra eorum, & corpus miſerabiliter deſtruunt, & interficiunt, niſi citò eis ſubueniatur. Aliqui fingunt ſe eſſe fatuos, & ſæpè nugantur. Aliqui ſermonem alienum à patria ſua loquuntur, etſi nunquam à laribus paternis receſſerint. Quidam Latinè, & congruenter loquuntur; cantant muſicaliter; & aliqui reuelant, quod ipſi vexati nunquam dicere naturaliter ſciuiſſent. Aliqui dæmoniaci efficiuntur ſtupidi, & inſenſati. Aliquando eis ſubiti terrores ſuperueniunt. Potiſſimùm autem ſignum eſt, ſi, quando leguntur Exorciſmi, vexatus conturbatur, & hoc eſt ſignum præſentiæ diaboli.

Signa certiſſima dæmoniaci hic deſcribuntur.

Signum euidens dæmoniaci hic datur.

CAPVT XII.

De maleficiis, & ſignis, quibus quis cognoſcitur eſſe dæmoniacus, & maleficiatus.

NVlli dubium eſt, quòd homines maleficiis poſſunt affici, experientia teſte, vt diximus in noſtro Compendio, *lib.* 2. & 3. ideò hoc iacto fundamento eſt ſciendum, quòd in omnibus maleficiis, quæ tam ad amorem, quàm ad læſionem fiunt, ſemper pactum manifeſtum, aut ſecretum, tacitum, vel expreſſum interuenit, quod inter maleficum, & dæmonem habetur, quod ſemper eſt quid vanum. Quo peracto, ſtatim dæmon, aut præſentialiter, vt in Energumenos, aut poteſtatiuè, vt in maleficiatos, ingreditur, & ad illam ſolùm perſonam, contra quam dictum maleficium fabricatum fuit. Quid autem agendum ſit de illis inſtrumentis maleficialibus, quæ in lectis, vel aliis locis inueniuntur, vt ſunt oſſa, plumæ, capilli, grana, ferrum, lapides,

Pactum in omni maleficio concurrit inter dæmonē, & maleficiatum.

Documentum perutile Exorciſtis hic deſcribitur.

clauj, ſulphur, æcus, & ſimilia à dæmonibus delata, dico quòd omnia igne benedicto comburenda ſunt, vt in noſtro Flagello ordinauimus, relicta omni alia ſuperſtitione. Quibus autem ſignis quis cognoſcatur eſſe maleficiatus, & dæmoniacus ſimul, dico, quod etſi ſint plura, tamen ad præſens hic inferam illa, quæ in Sacerdotali poſita inueniuntur. Et primò dico, quod maleficiati colorem cedrinum in facie habere conſueuerunt. Alij autem oculos conſtrictos, & humores deſiccatos habent, omniáque eorum membra ligata videntur. Potiſſima autem ſigna demonſtrantia hominem eſſe maleficiatum ſimul, & dæmoniacum, ſunt cordis, & oris ſtomachalis conſtrictio, & cùm eis videtur ſe bolum ſuper ſtomachum habere. Aliqui puncturas in corde, ac ſi acubus eſſet punctum, ſentiunt. Quibuſdam cor eis corrodi videtur. Alij verò in collo, & renibus magnum dolorem ſentiunt, ita quòd talia membra à canibus lacerari eis videtur. Quibuſdam bolum in gutture aſcendentem, & deſcendentem ſe habere videtur. Aliquibus autem ligata eſt vena generationis. Quidam verò ex indiſpoſitione ſtomachi quicquid ad ſuſtentationem comedunt, vel bibunt, per vomitum emittunt. Aliquibus ventus frigidiſſimus tanquàm flamma, per ventrem diſcurrit. Quibuſdam impeditur digeſtio cibi. Et potiſſimùm ſignum eſt, quando medicinæ applicatæ nihil proſunt infirmo, vt *ſuprà* diximus *capite præcedenti*. Aliquibus circa collum eſt vna continua pulſatio, quæ tremorem inferre videtur. Signa autem, quæ accidere conſueuerunt in coniuratione maleficiatis ſimul, & dæmoniacis, *capite ſequenti* deſcribuntur.

Quibus ſignis cognoſcatur maleficiatus.

Potiſſima ſigna maleficiati, quæ ſint.

Nota quanta patiantur dæmoniaci.

Potiſſimum ſignum dæmoniaci quale.

CAPVT VIII.

De ſignis, quæ apparere conſueuerunt, quando aliquis dæmoniacus, & maleficiatus coniuratur: & de modo, quem tenet diabolus egrediendo è corporibus obſeſſis.

ETſi dæmones pro poſſe conentur in coniuratione ſe inuictos oſtendere: tamen diuina potcſtate coacti, ſigna ſuæ præſentiæ in corporibus obſeſſis oſtendũt. Primũ igitur ſignum quod in coniuratione obſeſſi apparet, eſt, quòd quando ſacerdos ponit manum ſuper caput vexati, rem frigidiſſimam, tanquam glaciem, ſub manu ſentit. Aliquibus ventus frigidiſſimus per humeros, & renes deſcendit. Quibuſdam caput in immenſum aggrauatur. Aliquibus cerebrum conſtringitur, & perforatur, ac ſi gladio percuteretur. Aliquibus inflammatur caput & facies, & aliquando tota perſona, ac ſi eſſet vapor ignis. Aliquibus, febris immenſa cum dolore capitis euenit, & totum corpus extenuatur, & frangitur. Sed omnia iſta accidentia parùm durant: quia coniuratio tollit vigorem dæmoni. Quibuſdam conſtringitur guttur, adeò quòd ſtrangulari videntur. Aliquibus ad orificium ſtomachi quædam res ad modum pilæ mouentur, ac ſi eſſent vermes, aut formicæ, aut ranæ. Quibuſdam vomitus magnus ſtomachi accidit. Aliqui maximam torturam in viſceribus ſentiunt. Nonnullis venter vehementer inflatur. Aliquibus conſtringitur cor, ac ſi intolerabiliter pungeretur. Oſtenditur etiam dæmon in aliqua parte corporis palpitando, ſicut piſcis, aut in modo formicarum. Quidam tam in coniuratione, quàm extra, in totum corpus ſentiunt dæmones inter carnem, & pellem,

Signa præſentiæ diabolicæ, quæ ſint.

Diuerſa ſigna, quæ apparent in coniurationc.

Guttur à dæmonibus in coniuratione conſtringitur.

Oſtenditur diabolus diuerſimode in corpore veſſato.

Digitized by Google

pellem, ac ſi eſſent formicæ diſcurrentes: & aliquibus videtur, quòd tota caro eorum acubus pungatur. Aliquando dæmon pertranſit à capite vſque ad pedes: ſicut ventus, & econtra. Quamplura alia ſigna faciunt dæmones in corporibus obſeſſis, quæ practicando videbis: quia diuerſi dæmones, diuerſa ſigna faciunt. Denique quidam dæmones inueniuntur, qui in corporibus obſeſſis loquuntur, tractantes (vt ſæpiùs diximus) de myſteriis altiſſimis ſacræ Scripturæ, ſic coacti à Deo, & aliquando voluntariè, vt animos Exorciſtarum, & aſſiſtentium ad curioſitates protrahant, & inducant. His Exorciſta quantùm poteſt, imponat, ſilentium, & illis præcipiat, quòd exeundo è corporibus obſeſſis, illa ſana, & libera, ac expedita, vt inuenerunt, relinquant. Et cogat eos, vt præbeant aliquod ſignum reale, & efficax ſui receſſus, & quòd exeant realiter, & effectualiter, ducendo ſecum totam ſuam damnatam ſocietatem. Quidam dæmones quandoque exeunt per os, in modum flammæ ignis Quidam verò in modum venti congelati. Aliqui autem eorum in forma apum, ſeu formicarum. Alij exeunt per aures, diſcedentes à ſtomacho, à corde, & ab omnibus partibus corporis obſeſſi. Quidam egrediuntur per ſeceſſum in ſimilitudinem pilæ, quæ ſemper gyro voluitur, donec è corpore exeat. Aliqui in ſimilitudinem ranæ, quæ ſerpit, donec egrediatur. Aliqui in ſimilitudinem venti frigidiſſimi. Quidam denique per nares in ſimilitudinem guttæ ſanguinis, in terram defluentis, exeunt. Aliiſque variis modis dæmones exeunt, vt practicando videbis.

Loquuntur quãdoque in corporibus obſeſſis mirabilia dæmones.

Signa ſui receſſus à dæmone quærat Exorciſta.

Diuerſi modi egrediuntur dæmones è corporibus obſeſſis.

CAPVT XIV.

Dæmones in corporibus humanis latere, grauiſſimáſque infirmitates in homines introducere & illos morte afficere poſſe probatur: vbi etiam remedium Exorciſtis neceſſarium deſcribitur.

SVpra *cap.* 7. dictum fuit, dæmones ad maleficorum inſtantiam, homines, maleficiis mediantibus, poſſe vexare, quod multis rationibus, & exemplis probauimus in Compendio noſtro, *cap.* 11. Quibus addendum eſt, quòd aliquando dæmones (diuina permittente volũtate) homines vſque ad mortem protrahunt, niſi citò illis remediis opportunis ſubueniatur. Et hoc aliquando fit diabolo præſente, quandoque autem ſine eius præſentia: ipſo tamen poteſtatiuè aſſiſtente, & operante ad imperium maleficorum hæc procurantium. Quod non latuit beatum Iſydorum, vt patet, *libro* 8. *Etymologiarum*, *cap.* 9. qui deſcribens naturam maleficorum loquitur in hæc verba: Malefici (inquit) dicuntur ob facinorum magnitudinem. Hi elementa concutiunt, mentes hominum turbant, & ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis animas interimunt. Et ſi quis quæreret, quid ſit dæmones præſentialiter, vel poteſtatiuè hominem vexare? Reſpondetur, quòd ille à dæmonio præſentialiter vexari, & poſſideri dicitur, cùm dæmon pro libito ſuo, omnibus membris illius, interiùs, & exteriùs vtitur. Poteſtatiuè autem quis à dæmonio vexari dicitur, qui maleficio mediante, cui dæmon ex pacto cum maleficio inito aſſiſtit; affligitur, & cruciatur, licèt dæmon

Graue diſpendium hominum hic notatur.

Diuina permiſſionis mirabilis effectus.

Grauis maleficorum malitia.

Digitized by Google

Maleficia interimunt homines.

non sit ibi præsentialiter, inferendo læsionem. Quod quàm crebrò, ac sæpissimè contingat, quotidiè homines experiuntur, qui catenatim tam diræ, & acriter hæc maleficia patiuntur, vt sæpè hac infirmitate affecti, & ad vltimum vitæ suæ dispendium deducti, vitam cum morte permutent, nisi (vt diximus) citò subueniatur. De variis infirmitatibus hominum extant experientiæ quasi innumeræ, quæ non solùm ab auctoribus Mallei narrantur, *parte 2. c. 12.* sed etiam, quæ in dies ad aures Exorcistarum peruenire dignoscuntur: ex quibus duas in medium afferam, ne ista voluntariè dicta videantur, quæ mihi acciderunt pluribus in locis.

Casus miserabilis in ciuitate Regij.

Nam cùm anno Domini 1575. in ciuitate Regij moras traherem, cuidam nobilissimæ mulieri viduæ maleficium à Maleficis ita pessimum illatum fuit, vt in maximam, & incurabilem infirmitatem inciderit: quæ cùm medicum suum excellentissimum (cui nomen Hieronymus Arlotus erat) euocasset, totam suam infirmitatem enarrauit. At ille omne genus medicinæ adhibendo, cernens se pro sanitate acquirenda nihil in ea proficere posse, & magis mulierem ad vitæ interitum appropinquare: timénsque prædictam mulierem aliquo maleficio affici, sermone super hac re mecum habito, tandem ad dictæ mulieris domum (ipso duce) peruenimus. Et licet ille medicus aliquando alterius opinionis (vt mos Medicorum est) extitisset, tamé lectos consilio meo iussit expurgari: vbi inter alia instrumenta maleficialia, quædam imago ex plumis miro modo ad instar hominis fabricata, caput, brachia, manus, crura, pedes, & omnia alia membra habens, inuenta fuit, quæ maximæ admirationis omnibus illam intuentibus causa extitit. Interim quoddam mirabile accidit: quia dum circa prædictam mulierem, non de remediis corporis, sed de extrema-vnctione ageretur, maleficialibus instrumentis combustis, remediisque spiritualibus adhibitis, quasi repentè mulier illa ad sanitatem rediit, medicis, ac tota eius domo spectantibus, & admirantibus. Hæc de infirmitatibus à dæmonibus introductis dicta sunto. De morte verò, præter illa, quæ à prædictis Auctoribus narrantur in suprà *citato capite Mallei*, hic casus mihi. Cùm enim anno Domini 1582. in ciuitate *Bononia* morarer, quidam nobilissimus, ac illæsæ dignitatis vir, filium puerum septem annorum habebat, quem tenerè, ac vnicè diligebat. Hic enim puer dirè ægrotare cœpit: quod perpendens eius pater, paternóque affectu illi compatiens, vocauit medicos, & illis infirmitatem filij sui detexit: qui omni sua industria, & arte adhibita, variísque remediis applicatis, nihil ad sanitatem obtinendam perficere potuerunt, admirantes se non solùm incassum omnia agere, sed nec infirmitatem ipsam posse cognoscere. At pater pueri, cum esset puer aliqua maleficiali infirmitate laboraret, diligenti inquisitione circa lectos adhibita, varia, ac diuersa instrumenta maleficialia adinuenit, qui territus, imuisendi puerum causa vocauit me. Cui ego compatiens, cùm prædictum puerum inuisissem, omnibus viribus destitutum inueni, & licèt medici omnia efficaciora, & spiritualia remedia similibus infirmitatibus ordinata, applicassent, tamé paucis diebus elapsis (Christo ipsi aliam vitam præparante) ad cœlum migrauit, omnibus de inuentis maleficialibus instrumentis admirantibus. Consueuerunt etiam dæmones in corporibus

Testimonium Auctoris in hoc casu.

Quod timet, illi aduenit.

Imago maleficialis inuenitur.

Sanitas repente hic introducitur.

Casus mirabilis in Ciuitate Bononia.

In vanum laborant medici circa maleficia.

Timor cum effectu huic aduenit.

Latet hic diuinum iudicium.

Digitized by Google

corporibus humanis ſub ſpecie diuerſarum infirmitatum ſe abſcondere, & per multos annos latere, ne (vt ſupra diximus *cap.* 7.) ibi adeſſe deprehendantur; vbi poſteà inæſtimabiles expenſæ fiunt, quæ nihil proſunt infirmis. Nec mirum, cùm res ſenſibiles, & corporeæ directè, & principaliter non poſſint agere in ſpiritum. Et adeò ibi teguntur, vt vix, & maxima cum difficultate, omni etiam diligentia adhibita, detegi poſſint. Et quaſi in omnibus obſeſſis, quos præ manibus habui accidit, circa quos expertus ſum miranda. Remedia autem contra hoc applicanda, etſi ſint multa, potiſſimùm tamen eſt confeſſio ſacramentalis, quæ ſpiritibus latentibus vires reſiſtendi contrariationibus aufert. Et, ne hoc tibi videatur ſine ratione, & veritate dictum, aliqua exempla in medium afferam, quæ noſtro propoſito fauent. Cùm enim anno Domini 1574 in ſupradicta ciuitate Regij manerem, quandam puellam viginti annorum à dæmonibus obſeſſam præ manibus habui, quæ per multos menſes in lecto decubuit, hac incognita infirmitate affecta. Et licèt ſuprà nominatus Medicus, omni ſtudio, diuerſis medicamentis eam mederetur, tamen in illam tempus, & operam ſe perdere cognouit: qui intra ſe de hac muliere dubitare cœpit, ne ibi ſpiritus malignus adeſſet, maximè quia in ea ſigna ſupra naturam cernebat: quam dubitationem cum Superiore illius puellæ conferens (erat enim monialis illa iuuenis) ipſo iubente, exorcizare eam cœpi. Et licèt per multos dies ipſam exorcizando, interrogaſſem, ac ſigna interiora vexationis quæſiuiſſem, nunquam tamen veritatem extorquere potui. Cernés autem me omnia incaſſum agere, & in eam operam perdere, conſilio intra me habito, ipſam in confeſſione audiui. Qua peracta (mirabile dictu) illud, quod in tot dies perquirendo, omnibus ferè remediis adhibitis, ſcire non potui, ſola confeſſione ſacramentali obtinui, adeò quòd Dæmon illo ſacramento victus, & debilitatus ſe manifeſtè propalauit. Quòd ſimile in illis puellis Mirandulæ accidit, quibus locuti ſumus in noſtro Compendio, *lib.* 1. *cap.* 11. quæ à dæmonibus vexatæ ſub ſpecie graniſſimæ infirmitatis diu in lecto iacuerunt, quæ, cùm multis modis (licet in vanum) interrogatæ fuiſſent circa vexationem, & maleficia ſibi illata ac omnia negaſſent, Sacramento tamen confeſſionis adhibito, omnia faſſæ ſunt. Alia quàm plura exempla extant, quæ tanquam ſuperflua relinquuntur, cùm quotidiè oculis hominum ratione vtentium pateant.

Latent hic dæmones infirmitatibus tecti.

Senſibilia directè non agũt in ſpiritum.

Remedium cõtra ſpiritus latentes in humanis corporibus.

Obſeſſa à Dæmone in Ciuitate Regij.

Dubitatio non fruſtra huic accidit.

Malitia Dæmonũ latentiũ.

Gratia ſacramenti confeſſionis quantum valeat contra Dæmones.

Grauiſſimas infirmitates introducit Diabolus in corpora humana.

CAPVT XV.

De quadam aſtutia, qua dæmones è corporibus obſeſſis egredientes vtuntur, cùm in Exorciſtas præualere non poſſunt, & de remedio contra illam apponendo.

SVpra *cap.* 8. diximus, dæmones mille modos nocendi generi humano habere, omnibúſque aſtutiis vti ad decipiendum Exorciſtam, inter quas non immeritò ponenda eſt illa, qua dæmones vtuntur cùm in Sacerdotem præualere non poſſunt. Quandoque enim vi Exorciſmorum victi, & è corporibus humanis eiecti, vt faciliùs reingredi poſſint, in exitu ſuo in capillis patientis ſe abſcondunt: vbi, obſeſſis ab omni interiori, exterioríque vexatione liberatis, diu latent, nullum dolorem interiorem, atque exteriorem illis immit-

Aſtutia quorundam Dæmonum è corporibus egrediẽtium.

Digitized by Google

tendo. Circa quod cautus esse debet Exorcista, quia hoc sæpissimè contingere consueuit. Et ad hoc probandum, extat exemplum de quadam puella, de qua locuti sumus in Compendio nostro, *libro* 1. *c.* 12. quæ cùm semel à quodam Exorcista exorcizaretur, dæmon Exorcismis deiectus, ab illa recedens, in eius capillis se abscondit, vbi spretis Exorcismis, tamdiu latuit, vt Exorcista illam liberam proclamaret, astantésque ad gratias Deo reddendas de victoria habita contra dæmonem, ac liberatione obsessæ acquisita, verbis incitaret. Timens tamen prædictus Exorcista, ne à dæmone illuderetur, me in auxilium suum euocauit. At ego, cùm ad locum coniurationis peruenissem, intuens in obsessam, atque per signa dubitans, ne hoc ad aliquam dæmonis deceptionem pertineret, exorcismis, durisque comminationibus contra dæmones inuehere cœpi. Et cùm ille maledictus intrepidus, atque impauidus ante me ita persisteret, vt in opinionem prioris Exorcistæ quasi inciderem, tamen cõsilio intra me habito, ambabus manibus capillos illius mulieris collegi, atque manibus sacratis suppositi. Quo expleto, cùm in faciem vexatæ respexissem, dæmon, quasi interceptibili modo, faciem illius mulieris ab intuitu meo subtraxit, aliunde illam vertens, & cùm eum durissimis præceptis cogerem, dæmon in hæc verba prorupit: *Vedi che diabolo è questo. Io me ne staua nascosto ne i capilli di questa putana, & tu sei stato tanto tristo, che con la tua astutia mi hai fatto scoprire.* Quæ sententia omnes astantes in clamorem, & risum conuertit.

Latere quarunt dæmones in capillis.

Casus, qui auctori accidit.

Succurrit auctor eiidam Exorcistæ.

Remedium contra dæmones in capillis latentes.

Responsio dæmonis ad quendam Exorcistam.

CAPVT XVI.

Dæmones post liberationem obsessi, ad maleficia destruenda, quandoque in corpora iam vexata reingrediuntur: vbi de remedio illis applicando agitur.

ETsi omnia dæmonum opera, vt plurimùm admiranda appareant, vt potè quia præter naturam operari videantur: quædam tamen ex ipsis mirabiliora nobis videntur, eò quòd quarum causam illorum ignoramus. Et quis non admiretur, dæmones, potestatiuè è corporibus obsessis, diuino auxilio assistente, ab Exorcistis expulsos, ad facturas, atque maleficia destruenda in eadem corpora, in quibus nullum ius habẽt, iterùm reingredi? quod vexandi tamen, quandóque me præsente factum fuit, vt patet de quadam puella à dæmone arrepta, de qua locuti sumus in Compendio nostro, *lib.* 2. *cap.* 11. nomen illius, ac loci tacere expedit: quæ licèt post multos labores à quodam Exorcista consumptos, ab ipso potestatiuè, *in die* stigmatum beatissimi Patris nostri Francisci, derelicta fuisset: tamen & quacunque qualibet nocte vsque ad solemnitatem præfati Patris nostri, in ipsam ingrediebatur, vbi etiam per quatuor vel sex horas manebat. Et aduenientehora excitandi moniales, cum quibus illa moram trahebat ad matutinum (erat enim, & ipsa moniali) tunc dæmon, velut sagitta ab ipsa fugiebat solutis meleficiis in ipsa existentibus quæ in die illa ex ore euomebat. Tandem diuino sibi assistente, & adiuuante præsidio, illa totaliter à Dæmone derelicta, liberata fuit, mediante tamen præcepto Dæmoni ab Exorcista facto, ne ad illam deinceps.

Opera dæmonũ admiranda quare appareant.

Dæmones à corporibus egressi reingrediuntur.

Mirabilis casus hic accidit.

Monialis à dæmonis totaliter liberata.

Digitized by Google

ceps causa vexandi rediret, interueniente pariter maledictione, contra ipsum ab Exorcista prolata, si ad illam vexandam amplius rediret. Quod remedium Exorcistis deseruire potetit, vt scilicet per excommunicationem (quæ cum exorcismis quoad Dæmones vnum existit) & præceptum Dæmones à vexatione hominum impediantur.

Remedium aduersus Dæmones.

CAPVT XVII.

De remediis contra Dæmones incubos, & succubos applicandis.

Inuitis mulieribus Dæmones vtuntur.

DÆmones incubos infestos esse mulieribus, diuo Augustino testante, cognouimus: Et quandoque in actibus libidinosis mulieribus se voluntariè subiicientibus vtuntur, quandoque etiam ipsis inuitis: & hoc in sacratioribus festis exercere consueuerunt. Cur autem Dæmones in sacratioribus anni temporibus, vt in Natalis Domini nostri Iesu Christi, Paschatis, Pentecostes solemnitatibus, & aliis festiuis diebus id exerceant, rationes possunt reddi: quia hoc peragunt non libidinis, & delectationis causa, quæ consistit in carne, & ossibus: cùm spiritus carnem, & ossa non habeat, sed potiùs vt hi, qui has spurcitias voluntariè exercent, non solùm perfidi per apostasiam à fide, verùm etiam & sacrilegij vitium incurrant. Secundò, vt Deus sic grauiùs offensus maiorem potestatem sæuiendi in homines, & illos puniendi Dæmonibus relinquat. Tertio, vt ipsos in corpore, & anima in maiorem damnationem ex istis enormissimis peccatis impellant, ac ruere faciant. Et de his, se voluntariè talibus spurcitiis subiicientibus, extant quàmplura exempla, quæ ab Auctoribus Mallei Maleficarum ponuntur *in secunda parte, quæst. 1. cap. 4.* De iniuriis autem multa exempla à prædictis Auctoribus *ibidem quæst. 2. cap. 1.* conscribuntur, ex quibus aliqua in nostro Compendio, *libro primo, c. 15.* ponuntur. Extat denique exemplum de quadam virgine in habitu religioso à quodam Dæmone stuprata, qua in sacratioribus anni solemnitatibus incredibili libidinis vsu abutebatur, ipsa, sola voluntate retinente, cùm in tali actu nullus sensus, præter tactus, sibi à Dæmone relinqueretur: quia illam in actibus libidinosis immobilem reddebat. Et licèt omnia remedia spiritualia tam in nostro Compendio, *libr. 3. cap. 3.* quàm in nostro Flagello posita, illi applicassem diuina tamen permissione nunquam liberari potuit. Remedia autem potissima contra has Diabolicas incubationes sunt dolorosa, ac lacrymabilis contritio suorum peccatorum: confessio Sacramentalis: oratio Dominica deuotè prolata: communio sacratissima Corporis Christi: deuota exercitatio in Crucis consignatione: Exorcismorum applicatio, loci mutatio, & excommunicatio, quæ fortassis quoad hoc, vnum cum Exorcismo existit, de quibus ad plenum locuti sumus in nostro Compendio, *lib. 3. cap. 3.* Ad hoc etiam malum propulsandum multum valet aquæ benedictæ aspersio: deuota passionis Christi meditatio, eleemosynarum in pauperes pia largitio: Angelica salutatio: ieiunium cum deuotione factum: & pia peregrinatio ad loca Deo, & Sanctis eius dicata inuisenda: ac denique applicatio illarum rerum benedictarum, quæ in sequenti

Rationes notabiles hic assignantur.

Malitia dæmonũ contra genus humanum.

Exempla posita in Malleo assignantur.

Mon ialis ab incubo stuprata.

Dæmones incubi quomodo inuitis mulieribus vtantur.

Remedia potissima contra incubos.

Digitized by Google

Breue ex reb. benedictis fieri iubetur.

capite descripta sunt : hoc tamen adiuncto, quòd ex supradictis rebus benedictis breue sibi facere debet, & illud ad collum, cum aliis sacratis rebus, cum maxima deuotione secum deferre. Et licèt hæc remedia supradictæ moniali, forsan ad maius animæ ipsius meritum, & augmentum, non profuerint : non tamen propter hoc circa alios omittenda sunt. Quod enim vni non prodest, causa aliqua subsistente, non propter hoc sequitur, quòd alteri non proderit : ideò hæc remedia aliis non sunt subtrahenda, maximè cùm res illæ contra dæmones ab Ecclesia Catholica benedictæ maximam obtineant virtutem.

Quod vni non prodest, alij subtrahi non debes.

CAPVT XVIII.

Instrumenta maleficialia à dæmonibus, & maleficis renouari, probatur : vbi etiam de remedio agitur.

DÆmones ad maleficorum instantiam, maleficialia instrumenta ab ipsis fabricata, & aliquibus creaturis ex odio, vel malignitate illata, vt plurimùm in domos maleficia patientium deferunt, atque in lectis abscondunt. Quod quàm sæpissimè accidere consueuerit, multæ Italiæ ciuitates testantur, quarum homines his infirmitatibus afficiuntur. Et quia malefici, mala, quæ professi sunt, & in dies incipiunt perficere, & ad finem, quò tendunt, perducere nituntur : ideò ne maleficia in his, quibus applicantur, careant suo effectu, ipsi dæmones, seu malefici sæpissimè omni mense ipsa instrumenta malefi- ialia renouare procurant. Et ad hoc probandum quàm plures experientiæ extant, quæ nostris temporibus acciderunt, quorum vnam solummodò enarrabo. In Ciuitate Bononia anno Domini 1582. cuidam presbytero (nomen taceam, expedit) cuiusdam parochialis Ecclesiæ Rectori hic casus accidit. Nam cùm maleficium ita pessimum sibi illatum fuisset, vt per multos menses lecto decumberet, & ad medicos pro sanitate acquirenda recurreret, incassaque omnia remedia naturalia fore cerneret : timens se aliqua maleficiali infirmitate laborare, & affici, consilio Exorcistarum habito, lectos expurgare, atque perquirere fecit, *in quibus* multa instrumenta *maleficialia* adinuenta fuerunt, quæ in ignem iniecta, consumpta fuere. Sequenti verò mense, Luna reuoluta, iterùm prædictos lectos aperiri, atque perquirere fecit, vbi denuò alia instrumenta maleficialia in ipsis lectis inuenta, exurere iussit, quæ similiter igne benedicto combusta sunt. Hæque iterùm, atque iterùm exequendo, post reuolutionem cuiuslibet Lunæ semper cum maxima intuentiũ admiratione, diuersæ species *instrumentorum* maleficialium *repertæ fuerunt.* Hinc enim presbyter, post longam, & diuturnam infirmitatem, remediis contra maleficas infirmitates adhibitis, ad sanitatem conualuit. Qui & si sit aliqualiter senex, tamen adhuc viuit. Et hic casus vsque ad aures Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis & Archiepiscopi prædictæ ciuitatis peruenit : cum quo etiam sermonem super hac re (ab ipso euocatus) habui. Remedium autem contra hoc applicandum, erit, vt accipiatur aurum, thus, myrrha, sal exorcizatum, oliua, cera benedicta, vt putà cerei Paschalis, vel alia, & ruta : omnibus, propriis

Presbyter maleficiatus in Ciuitate Bononiæ.

Obseruantur lunæ reuolutiones in maleficiis.

Non fabulæ, sed verum narratur.

Remedium contra insultus dæmonum.

Maleficia à dæmonibus deferuntur.

Perficere nituntur malefici, quæ professi sunt.

Renouant malefici instrumenta maleficialia.

Digitized by Google

propriis benedictionibus respectiuè, & sigillatim benedictis, & ex eis fiant breuia, ac ponantur in quatuor angulos lecti, priùs ab instrumentis maleficialibus expurgati, ac signo sanctæ Crucis ter ad honorem sanctissimæ Trinitatis, ex omni parte consignati, atque muniti. Et hæc pauca quæ pro modulo ingenij mei colligere potui, Exorcistis sufficiant. Quæ autem tàm in nostro Flagello, quàm in hoc Fuste dæmonum tractata, & explicata fuere, nulla alia de causa edita sunt, quàm vt hominum saluti (quantùm exiguæ ingenij mei vires postulant) consulerem. In quibus si quid erroris inuenietur: sicut errandi intentione non est factum, ita illud mecum humiliter iudicio, & correctioni sanctæ Catholicæ, & Romanæ Ecclesiæ, atque sapientum subiicio. At si quid vtilitatis ex his sumpserit, sacrosanctæ, indiuiduæ, atque sapientissimæ Trinitati, à qua omne datum, & donum perfectum prouenire dignosco, referatur. Cui est omnis honor, & gloria, nunc, & in æuum. Amen.

Charitas Auctoris circa proximum.

Subiicit se Auctor, suaque opera pedibus S. Catholicæ Ecclesiæ.

Alia capitula, ad hanc materiam pertinentia, quære in nostro Flagello, vbi pulcherrimè describitur doctrina perutilis, ac neceessaria Exorcistis.

FVSTIS

DÆMONVM,

EXORCISMOS formidabiles, potentissimos, & efficaces, ad malignos spiritus expellendos, maleficiáque fuganda ex obsessis corporibus, complectens.

AVCTORE R. P. F. HIERONYMO MENGO, *Vitellianensi, Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ.*

EXORCISMVS I.

RVBRICA.

Exorcista quicunque sit ille, volens expellere Dæmones è corporibus obsessis: præmissa sacramentali confessione, & trium dierum ieiunio, nulla leuitate, aut curiositate ductus: sed sola necessitatis, vel charitatis causa, disponens hanc rem assumere arduam, corde humiliato, fidéque firma, stans ante altare, vel aliquam imaginem, vna cum infirmo à Dæmone vexato, ibi genuflexus, deuotè, constanter, & intrepidè, indutus sacris vestibus pro sui ordinis qualitate faciens sibi signum Crucis in fronte, ore, & pectore, dicat: *Ex antiq. Exorcis.*

SIGNVM Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi † sint in ore meo. Arma Christi † sint in pectore meo. Potentia Patris † conforta me. Sapientia Filij † doce me. Amor

Digitized by Google

Spiritus † sancti illumina me. Benedicta sit illa dies,& hora. in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de beatissima Virgine Maria. Amen. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen. Confiteor Deo omnipotenti,&c. *totum.*

Deinde fac absolutionem super infirmum, & super assistentes, dicendo:

Misereatur vestri omnipotens Deus: &c. Indulgentiam, & absolutionem, &c.

Postea lege sequentia præcepta alta voce contra Damones fauentes, & obsidentes.

Ex Pierii tractatu in malignos spiritus.

PRæcipio vobis Dæmones, qui venistis in adiutorium istorum Dæmonum, vexantium hanc creaturam Dei N. ex parte sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pœna tradendi vos in potestatem inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille, quatenùs nullum adiutorium, vel fauorem detis istis Dæmonibus, qui vexant hoc corpus istius creaturæ Dei N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crux Domini † fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Præcipio etiam vobis Dæmones, qui vexatis hanc creaturam Dei N. quòd exeuntes ab ea, dimittatis, & relinquatis eam liberam, & sanam, absque vlla lesione animæ, & corporis, vt possit seruire Deo creatori suo. Etiam præcipio omnibus inimicis vestris in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et sub eisdem pœnis præcipio vobis, vt nihil dicatis, vel faciatis, quod præsentibus, vel absentibus displiceat, nisi quantùm fuerit interrogatum à me. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Hîc Exorcista ponat manus super caput vexati, & ligando stolam ad collum eius cum tribus modis, dicat.

Ex actis Exorcis.

VOs spiritus abominabiles, ac rebelles Dei, coniuro, adiuro, voco, constringo, euoco, contendo, & contestor, vbicunque sitis in homine isto per Pa†trem, & Fi†lium, & Spiritum † sanctum, & per potentissimum nomen Dei Heloym forte, & admirabile exorcizo, & adiuro vos spiritus, ac impero vobis auctoritate, qua fungor, per virtutem Dei, & sapientissimi Creatoris, qui cuncta creauit, tenens vos in sua potestate, à qua fugere non potestis, vt incontinenti verba coniurationis meæ intelligatis, & virtutem: & sentiatis vos victos ex præcepto vobis facto, nunc ab ista creatura Dei N. & imagine Christi non audeatis recedere absque licentia mei præcepti, & sic sitis ligati, & incatenati, sicut Sancti Dei ligauerunt Dæmones cum catenis, ita cum ista stola iucunditatis ego vos ligo. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Gen. 1.

Deinde positis manibus super caput vexati, dicat:

EXtinguatur in te N. omnis virtus Diaboli, per impositionem manuum mearum, immò per inuocationem omnium Sanctorum

ctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, & omnium ſimul Sanctorum. In nomine Patris † & Filij † & Spiritus † ſancti. Amen.

Poſteà lege ſequens Euangelium: tenens manum ſuper caput vexati.

Initium Sancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

Ioan. cap 1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. *Reſp.* Laus tibi Chriſte.

Deinde ſubiungat Exorciſta:

Per Euangelica dicta extinguatur in te N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus diuina.

Quod ſeruandum eſt in fine cuiuſlibet Euangelij.

Poſteà Exorciſta oſtendat Crucem damoniaco, dicens:

Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum *Reſp.* Et cùm ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui es æternus, immenſus, incommutabilis, & incomprehenſibilis, atque ineffabilis, trinus in perſonis, & vnus in eſſentia, & ſubſtantia, Pater quidem à nullo: Filius à Patre ſolo: & Spiritus ſanctus ab vtroque, abſque initio, & fine procedens. Qui licèt verè exiſtas Deus in tribus perſonis, quæ ſunt conſubſtantiales, coæquales, omnipotentes, & coæternæ, tamen vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium permanes, Qui tua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo creaturam condidiſti, ſpiritualem corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu, & corpore conſtitutam: Pro cuius ſalute vnigenitum Filium tuum Ieſum Chriſtum, à tota ſimul Trinitate è *Extra. de Trin. & fide Catho. lica, ſiremiter.* *Luc. 1.* cœlo demiſſum, incarnari voluiſti:

Digitized by Google

qui ex Maria semper virgine, Spiritus sancti cooperatione conceptus, verusque homo factus ex humana carne, vna in duabus naturis persona, viam vitæ manifestè demonstrauit. Qui cùm esset secundum diuinitatem immortalis, & impassibilis, pro nostra tamen salute secundum humanitatem effectus est mortalis, & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno Crucis passus, & mortuus descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos in fine sæculi, & redditurus singulis secundum opera sua, tam malis quàm electis. Per hæc omnia sanctissima fidei mysteria, & nostræ redemptionis sacramenta te deprecamur, ac petimus, vt suscipias preces, quas tibi offerimus pro famulo tuo N. & expellas omnes dæmones ex hoc corpore, & proiicias eos, vt inimicos tuos, in profundum inferni, vt non habeant potestatem super hunc famulum tuum N. molestandi, fatigandi, seu vexandi eum: quia in te sperauit, & credidit, vt non confundantur in æternum, sed in tua iustitia, & fortitudine brachij tui liberatus existat. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Ecclesia Romana in prafatione S. Crucis.

Hîc Exorcista aspergat aqua benedicta obsessum: Deinde incipiat adiurare dæmones obsidentes.

Sed cauere debet, ne sine graui necessitate veniat ad colloquium familiare cum illis, quod sæpè dæmones facere quærunt, vt Exorcista perdat deuotionem, & ipsi reassumant vires: sed cum magna fide, & forti animo intrepidè illos aggrediendo, dicat.

CONIVRATIO.

ORebelles Dei, & inimici triumphatoris Domini nostri Iesu Christi Nazareni: ecce venio ad *vos* in virtute Dei omnipotentis, *qui vos* ex nihilo creauit, qui tam *iniustè*, atque impiè hunc famulum Dei N. vestra temeraria, atque obstinata voluntate inquietare, & molestare præsumpsistis. In virtute igitur Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti: ego coniuro vos † dæmones infernales, spiritus malignos: & per illam sanctissimam veram, & immaculatam fidem Domini nostri Iesu Christi, quam beatus Ioannes Apostolus ardentissimo charitatis amore prædicauit, pro cuius defensione in Insulam Pathmos relegatus fuit: cui Dominus per angelos *suos* reuelare sanctissima mysteria *nostræ* fidei dignatus est, vt illa propalaret seruis suis fidelibus, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & Iesu Christi, quæcunque vidit, cuius gratia, & pace nullo modo vti potestis eò quòd dedistis terga conditori vestro. Audi igitur, iniquissime dæmon, audi, & time, victus, & prostratus abscede in nomine Domini nostri Iesu Christi, quia tibi interdicitur figura Dei.

Gen. 1.

Apoc. cap. 1.

Oratio.

OMnipotens, & misericors Deus, qui fideles tuos in te verè credentes,

Digitized by Google

dentes, omni tempore clementer ab erroribus conſeruare non deſinis: & famulis tuis in tua fide perſeuerantibus, non ſolùm firmitatem illius præbes, ſed etiam ſacratiſſima eiuſdem fidei noſtræ myſteria reuelare non dedignaris: te Domine ſancte Pater, humiliter deprecor, ac poſco, vt per virtutem eiuſdem fidei, & interceſſionem beati Ioannis Euangeliſtæ, & per omnia noſtræ fidei myſteria, illi per Angelum tuum reuelata, mihi poteſtatem præbeas expellendi hos dæmones ab hoc famulo tuo. N. quem tua pietate creare, & ad tuam imaginem formare dignatus es, vt liberatus ab hac peſſima vexatione, & in tua fide confirmatus, & corroboratus, te adiuuante æternæ beatitudinis præmium aſſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Apoc. per totum.

CONIVRATIO.

COniuro te, † maledicte dæmon, per virtutem ſacratiſſimi nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui reuelauit ſeruo ſuo Ioanni ſacratiſſima myſteria Apocalypſis, qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, cùm de diuinitate ſua differens, dixit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quique de eius humanitate, qua verbum caro factum eſt, prædicando, & ſcribendo: déque venturo eius iudicio, & ſignis præcedentibus eius aduentum teſtificabatur: qui à Chriſto ſapientiam audiuit: ipſum vidit, vitámque eius imitatus eſt, vt dignè teſtimonium perhiberet quæcunque vidit. Eradicare igitur, & effugare, ô maledicte dæmon, ab hoc plaſmate Dei N. per illum, qui te de ſupernis cœlorum ad inferiora terræ demergi præcipit. Coniuro te, † malignisſime dæmon, per gratiam, & pacem, quam beatus Ioannes optat omnibus fidelibus Chriſti, cùm dicit: Gratia vobis, & pax. Gratia, (inquam) ô miſerrime dæmon, quæ nos ſuſcitat à peccatis, quæ tuis maledictis perſuaſionibus commiſimus. Pax, quæ reddit nos Deo, & beatis Angelis confœderatos. Gratia, quæ (te inuito) conuertit voluntatem noſtram ad Deum, vt gratiſimus. Pax, quæ quietat animum noſtrum in Deo, vt ipſe gratiſſimus ſit nobis. Coniuro te, † maledicte dæmon, per Ieſum Chriſtum Filium Dei, qui erat, dum omnia crearet: qui eſt, dum omnia reconciliat, & qui venturus eſt, quando nos per gloriam beatificabit: quia tunc dabitur nobis gratia, & pax à Ieſu Chriſto, qui in ſanguine ſuo gratiam, & pacem nobis meruit, quam ob malitiam ſuam perdiderunt primi patres noſtri, & nos per ipſos ex peccato originali. Coniuro te, † nequiſſime ſpiritus, per illum, qui eſt teſtis fidelis, id eſt Chriſtus: qui ſicut in hunc mundum veniens teſtimonium perhibuit veritati: ita etiam eſt primogenitus mortuorum: quia primus fuit, qui in alio ſæculo à morte reſurgens, vixit vt ipſe in æternum viueret, & filios ſuos in æternum victuros, non ſolùm meritis, & gratia generaret: ſed etiam à mortuis reſuſcitando immortales faceret. Coniuro te, † dæmon, per illum, qui eſt princeps regum terræ, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem Dominus Deus Pater primatem omnium iuſtorum, quos in tui dedecus, ô miſerrime dæmon, prædeſtinauit conformes fieri imagini Filij eius, vt ſit primogenitus in multis fratribus, quos acquiſiuit ſanguine ſuo. Coniuro te, † dæmon, per illum, qui fecit nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes: regnum,

Apoc. cap. 1.

Ioan. cap. 1.

Apoc. cap. 1.

Apoc. c. 10.

Ioan. cap. 18.

Rom. cap. 8.

Digitized by Google

regnum, in quo Deus per iustitiam regnaret: Sacerdotes, à quibus oblationem laudis, & gratiarum actiones reciperet: regnum, per quod Christi capitis nostri in Deo membra sumus: Sacerdotes, qui capiti nostro Christo, tanquàm membra vera, in mysteriis sibi debitis seruiamus: qui non solùm in sanguine suo meruit regnum iustitiæ, verùm etiam & reproborum iudex esse: vt sicut nos obedientes regno suo dignos per finale iudicium ostendet, sic & vos reprobos vestris malignis operibus, & factis, & contemptores tantæ gratiæ, & tam pretiosi sanguinis decernet damnatione æterna esse digniſſimos. Audi ergo, creatura damnata, spiritus immunde, victus, & prostratus discede ab hac creatura Dei N. in nomine Domini nostri Iesu Christi, & vade ad loca deserta, vbi nullam creaturam lædere possis per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ioan. cap. 5.

Oratio.

Matth. 25.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui es principium omnis creaturæ, à quo omnia procedunt, & per quem omnes beatificantur, qui pro salute humani generis incarnari, nasci, & mori voluisti, quique resurrectionem mortuorum, & formidabilem diem extremi Iudicij ordinasti, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, vt Iudex vniuersalis iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem: vbi reddes vnicuique secundum opera sua: te humiliter deprecamur, ac petimus, vt per tuam ineffabilem misericordiam, qua iustos saluas, mihi concedere digneris virtutem tuam aduersus hunc iniquissimum dæmonem, famulum tuum N. vexantem, vt illum tua gratia ab eo expellere valeam. Qui cum Patre, & spiritu Sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † spurcissime dæmon, per illum, qui cùm venerit ad iudicium in nubibus, tunc plangent super eum omnes tribus terræ, quæ tua deceptione, magis terrena dilexerunt, quàm Christum: tribus verò cœlestes iustorum, *qui* Deo obedierunt, tunc *in iudicio* super eum gaudebunt. Plangent (inquam) tecum, ô misertima creatura, tribus terræ suam miseriam super eum, cuius gloriam tunc videbunt non in Deitate: cuius visione indigni erunt: sed in humanitate, quam pupugerunt, & eius vulnera videbunt, quorum ipsi causa extiterunt, & ideò vt mortis eius rei deputabuntur, quasi ei hæc vulnera impressissent. Coniuro te, † nefandissime dæmon, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui est *Alpha*, & Omega, principium, & *finis*: principium, (inquam) *in quo* creatæ sunt omnes creaturæ *in* natura, & gratia: finis, in quo glorificabimur in gloria: omnipotens, qui seruat in æternitate, vt sint omnia in omnibus interminabili perpetuitate. Coniuro te, † maligne dæmon, per illum, qui dicit: Ego sum primus, à quo omnia procedunt: & nouissimus, ad quem omnia ordinantur: primus, vt principium, in quo datur omnibus vita: nouissimus per mortis tolerantiam, per quam meruit omnibus vitam, qui fuit mortuus ex infirmitate humanitatis: viuit verò æternaliter ex virtute diuinitatis, vt nos moriamur peccato, vt mortificati vitiis,

Apoc. cap. 1.

Apoc. cap. 1.

Apoc. cap. 1.

1. Pet. 1.

Digitized by Google

vitiis, & concupiſcentiis, per innocentiam poſteà viuamus Deo, per immortalis iuſtitiæ vitam, quam tu, ô proditor nefandiſſime, ob ſuperbiam tuam perdidiſti. Tu ergo, nequiſſime dæmon, inimicus fidei hoſtis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator malorum radix, fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, cauſa diſcordiæ, excitator malorum, magiſter dæmonum, quid ſtas, & reſiſtis tantæ potentiæ Chriſti, cùm ſcias eum tuas perdere vires; Exi ergo ab hac creatura Dei N. quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad Baptiſmi gratiam euocare dignatus eſt & vade ad locum tibi à Chriſto aſſignatum vbi nulli creaturæ nocere poſſis alioquin mittam te in ſtagnum ignis, vbi fumus tormentorum tuorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ex diui Ambroſij Exorciſmo.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute in Cruce moriens, ianuam regni cæleſtis aperuiſti, & tuis fidelibus finaliter in via tuorum præceptorum ambulantibus, portas mortis claudere meruiſti: qui famulis tuis in te verè credentibus poteſtatem eiiciendi dæmones è corporibus obſeſſis dediſti, propter nomen ſanctum tuum, cui omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, te inuocamus ſuper hunc famulum tuum N. quem diabolica ſæuitia vexat, vt per virtutem tuam diabolũ conteras, & ab eo expellas hunc nequiſſimum draconem, vt ab eo liberatus, per te ad regna cœlorum peruenire poſſit. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. c. 16.

CONIVRATIO.

COniuro vos, † Angeli tartarei, per illum, qui in cruce moriens, nobis à Deo Patre meruit, vt claudat nobis portas mortis, & portas vitæ aperiat: qui habet claues mortis, quæ eſt damnatio æterna, qua vos, Chriſti inimici, & omnes vobis adhærentes, æterna vita, & æternis bonis illius vitæ priuamini: & inferni, qui eſt locus miſeriæ, & pœnæ, quæ peccatorum, & ſcelerum de merito, vobis, & omnibus damnatis infligitur. Et quæ ſunt claues damnationis, & pœnæ æternæ, ô miſeri Dæmones, niſi iuſtitia, & miſericordia Chriſti, qui per virtutem, & miſericordiam ſuorum meritorũ, ſuis amatoribus, & famulis æternam damnationem claudit, & portas vitæ æternæ aperit. Et per iuſtitiam vobis, & aliis indignis, & à ſuo merito alienis portas vitæ claudit, & portam æternæ damnationis aperit. Adiuro te, † peſſime Dæmon, per Filium hominis, ſtantem inter ſeptem candelabra aurea, id eſt Chriſtum, qui ſemper præſens eſt, & in medio Eccleſiæ ſuæ permanet. Ero (inquit) vobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi. Coniuro, te † maligne Dæmon, per illam ſpiritualem, & magnam vocem, quam Beatus Ioannes Apoſtolus poſt ſe clamantem audiuit, per quam de rebus cœleſtibus, & diuinis myſteriis locutura erat diuina ſapientia: quæ ſicut tibi, & omnibus reprobis magna mala minatur, ita ingentia bona pollicetur Dei electis, vt omnes iuſti ad bellum contra vos, & membra veſtra, quæ ſunt praui, atque peruerſi, inanimentur. Per hæc, & omnia alia myſteria, quibus tu, maledicte Dæmon, potes conſtringi in nomine Domini Ieſu Chriſti, te adiuro, & conſtringo, vt exeas de vaſe iſto, &

Apoc. c. 1.

Ibidem.

Matt. c. 28.

Apoc. c. 1.

Digitized by Google

plasmate Christi, qui suo sanguine pretiosissimo ipsum à peccatis lauit. Illum metue, qui in Isaac immolari, in Ioseph venundari, in agno occidi, & in homine crucifigi voluit, deinde inferni extitit triumphator magnificus, & gloriosus. Recede ergo adiuratus per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit dæmonem, quo nomine vocetur, quot socios habeat: qua sint nomina eorum: qua de causa sint ingressi, per quem Sanctum exire debeant, qui magis sint eorum inimici in cœlo: & qui in inferno: quod signum dabunt in exitu suo, quâ die & hora sint exituri, demùm si non exierint, prosequatur hoc modo.

Oratio.

Symbolum Nicænum.

DOmine Iesu Christe, qui pro salute humana in hunc mundum veniens, carne nostra indutus, contra Luciferum decertando, triumphare voluisti, & ipsum cũ omni suo exercitu, & regno destruxisti, vt nos è sua potestate liberares, qui ad cœlos ascendens, & ad dexteram Dei, sedens, maxima charitate præcinctus, igne spiritus tui, sanctos Apostolos & fideles tuos illustrare voluisti: tuam clementiam supplex deposco, vt auxilium tuum mihi concedas aduersus hunc nequissimum spiritum, vt audito nomine tuo velociter exeat ab hac creatura tua N. vt ab eo erepta, ad tuam misericordiam peruenire mereatur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro te, † miserrime, atque scelerate dæmon, per septem candelabra aurea, & per eorum mysteria, quibus sancta Ecclesia, septemplici Spiritus sancti dono illustrata designatur, quæ per charitatis ardorem, & sapientiæ salutaris fulgorem, martyrúmque sanguinem, atque fidelium quotidianam persecutionem, tribulationem, atque mortificationem perficitur, quæ per Scripturarum notitiam lucida, per charitatem, & gratiam pretiosa, per patientiam solida, & firma, per obedientiã ductibilis, per prædicationem sonora, per perseuerantiam longa, per spem erecta, & per fidem in Deo fundata: candelabro aureo assimilatur, cùm super se Christum, lumen clarissimum, deferat qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Coniuro te, † dæmon, prædo infernalis, deiectus è cœli fastigio, per illum, quem similem Filio hominis B. Ioannes vidit, id est Christum Filium Dei, qui tunc propriè non erat filius hominis per carnem passibilem, *sicut ap.* paruit in incarnatione, sed *simili*: quia deuicto tuo Lucifero, cum omni suo exercitu, & vestro regno destructo per mortem suam, à mortuis resurgens iam non moritur: qui vestitus erat podere talari: scilicet veste Sacerdotali, quia ipse fuit indutus, cùm pro nobis ex maxima charitate in cruce se Deo Patri suo obtulit. Et qui induit se podere, etiam præcinctus erat zona aurea: virtute scilicet charitatis: quia totus pro nostra salute ardebat: Vsque ad mammillas. ô inique dæmon, erat præcinctus, vt lac suæ doctrinæ nobis sui fidelibus emanaret. Coniuro te, † maledicte dæmon, qui artibus tuis hanc creaturam Dei N. peruertere à suo Creatore

Dionysius Carthusianus.

Ioan. 1.

Apoc. 1.

Rom. c. 6.

Digitized by Google

tore niteris, per illum, qui habet capillos candidos, ſicut nix, cuius oculi erant velut flamma ignis, qui eſt Chriſtus Dominus noſter, cuius capilli tunc candidi apparuerunt quando in ſua reſurrectione membra ſua, ſanctos ſcilicet Apoſtolos, & omnes electos candidatos per mortem ſuam reddidit, quorum omnia peccata deleuit, qui licet trepidarent, tamen in die ſancto Pentecoſtes, ſancti Apoſtoli, tanquam magni effecti, & alij fideles minùs perfecti igne Spiritus ſancti illuſtrati fuerunt: hi ſunt oculi Chriſti, ô ſcelerate dæmon, qui erant velut flamma ignis: quia illo igne inflammati prædicarunt pœnitentiam in remiſſionem peccatorum hominibus, quos tua deceptione
Act. c. 1. damnare conatus es. Per hæc omnia te conſtringo, & cogo, maledicta creatura, vt ſtatim exeas, & recedas ab hoc famulo Chriſti N. quem iniquè, atque impiè tantum moleſtaſti: durum eſt tibi Chriſto velle reſiſtere, & contrà ipſum calcitrare: quid igitur ſtas, & reſiſtis cruenta beſtia, cùm ſcias illum tuas perdere vires? Exi ergo, draco nequiſſime, & vade ad loca inhabitabilia, vbi non ſit acceſſus hominum, & vbi nulli creaturæ nocere poſſis. In nomine Patris † & Filij, † & Spiritus † ſancti Amen.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, qui ſemper tuis fidelibus aſſiſtens, gratiam perſeuerandi in præceptis tuis offerre non deſinis, qui hominem, tua potentia creatam, per mortem tuam reſtaurare voluiſti, & ex maxima pietate tua, viam perueniendi ad cœleſtem patriam nobis oſtendiſti: adeſto ſupplicationibus noſtris, piiſſime redemptor, vt in nomine tuo eiicere poſſim omnes iſtos dæmones ab hac creatura tua N. vt ſic nomen tuum ſanctificetur, & tandem regnum tuum, te concedente, ſemper laudando poſſidere mereatur. Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſęculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † nequiſſime dæmon, *Apoc. c. 2.* per Ieſum Chriſtum, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, & qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum, qui in medio Eccleſiæ ſtat per defenſionem, qui promiſit omnibus pugnantibus contra te, & contra vitia, & perſeuerantibus in bonis operibus, dare de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei, quod nihil aliud eſt, quàm ipſe Chriſtus cuius viſione intellectuali in Paradiſo, & eius corpore hîc in præſenti Eccleſia animæ iuſtorum reficiuntur. Coniuro te, † nefandiſſime ſpiritus, *Ibidem.* per illum, qui eſt primus, & nouiſſimus, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui fuit mortuus, & viuit primus omnia creando: & nouiſſimus per mortem omnia reſtaurando: fuit mortuus, verum hominem ſe eſſe demonſtrando: & viuit tanquam Deus, potenter reſurgendo. Coniuro te, † refugam, apoſtatam, tyrannũ, *Ibidem.* per illum, qui promiſit nobis patienter ſuſtinentibus aduerſa, & fidem ſeruantibus vſque ad mortem, dare vitam æternam, quando dixit: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ: & qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda: quia qui fidelis permanſerit vſque ad mortem corporis, mortem æternam animæ non timebit. Væ igitur tibi, proditor nequiſſime, & tuis complicibus: qui perdidiſtis perſeuerantiam, eò quòd gratiam vobis oblatam in creatione, per quam operari vos oportebat, neglexiſtis. Væ *Iacob. c. 5.* etiam illis, qui incœptum bonum non conſeruauerunt. Vide miſer

Digitized by Google

dæmon, quàm magna sit largitas Dei vt tam exiguo termino perseuerantiæ, scilicet vsque ad mortem, Deus donaturus sit præmium tale, vt coronam vitæ polliceatur. Per hæc & omnia alia, quibus in Christi nomine potes cogi, & arctari, tibi præcipio vt exiens, & recedens ab hoc famulo Dei N. dissoluas omnia vincula, quibus teneris hîc cum omnibus maleficiis, incantationibus ligaturis, & signaturis, & facturis tuis illi arte diabolica factis, & tibi præcipio, maledicte spiritus, vt exeundo educas tecum totam societatem tuam damnatam, & per virtutem Domini nostri Iesu Christi te constringo, vt de quacunque re te interrogauero, dicas mihi veritatem, alioquin mittam te in stagnum ignis, & sulphuris, vbi te condemnabo in sæcula sæculorum. Amen.

Hîc Exorcista interrogare poterit, si spiritus malignus detineatur aliquo maleficio in corpore, & vbi sit illud, & quomodo possit dissolui: & si sit in corpore, vel extra, sed cauere debet ne illud destruat alio maleficio, ne peccatum addat peccato: quibus præmissis, sine intermissione prosequatur hoc modo.

Oratio.

Ioan.c.1. DOmine Deus omnipotens, qui per vnigenitum Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum illuminare dignaris omnem hominem venientẽ in hunc mundum: qui cum venerit ad iudicium vniuersale, vt scrutator renum, & cordium occulta cogitationem discernens, vnicuique pœnas, & præmia secundum opera eorum daturus est: quique seruis suis gratiam suppeditandi vitia præbet: te, Domine sancte Pater, suppliciter exoramus, vt meritis, & passione eiusdem dilectissimi Filij tui Iesu Christi Domini nostri, gratiam liberationis huic famulo tuo N. tribuas: quatenùs à dæmone liberatus, nomen sanctum tuum benedicat in sæcula sæculorum. Amen.

Coniuratio.

COniuro te, † maledicte dæmon, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam, & nequitiam tuam, spiritus immunde, per illũ qui tenet *gladium* ex vtraque parte acutum, *qui est* Christus Iesus, Dominus noster, qui habens iudiciariam potestatem, promittit bonis præmia, & finaliter errantibus pœnam reddere: & pugnantibus, ac vincentibus dare mãna absconditum, id est æternam vitam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit: & nomen nouum, vt scilicet Filij Dei nominemur, & simus. *Apoc 2.* *1. Ioan. c. 3.* Coniuro te, † spiritus ingrate, per Filium Dei, qui habet oculos, vt flamma ignis, qui omnes in eo credentes sua charitate illuminat, & inflammat, in quem per gratiam humanitas nostra assumpta est, vt quodammodo etiam ipse Christus secundum humanitatem sit Filius Dei per gratiam. In cuius benedicti hominis gratia, multi Filij Dei facti sunt, sicut ipse Ioannes in exordio sui Euangelij dicit. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri. Coniuro te, † spiritus ingratissime, per illum, qui dicit: Ego sum scrutans renes, & corda, qui est Christus, qui quantùm iudicium discretionis perspicacissimè discernit occulta cogitationum, & delectationem cordis, & mentis: qui vnicuique dat secundum opera sua, quantùm ad executionem *Ioan.c.1.* *Apoc 3. & 30.*

iudicij,

iudicij, qua præmia, vel pœnas, pro meritis, & demeritis vnicuique diſpenſat. Coniuro te, † immundiſſime ſpiritus, per illum, qui promiſit pugnanti, perſeuerando contra tuas perſuaſiones, & vitia: & vincenti, cuſtodiendo præcepta eius vſque in finem, qui per operum itinera, quæ Chriſtus docuit, ambulat, dare poteſtatem ſuper gentes: quia præbet illi gratiam ſuperandi omnia peccata, quæ per gentes deſignantur: quæ peccata per gratiam Chriſti Ieſu ſic homo contemnit, vt ſine difficultate omnes vitiorum incurſus repellere poſſit: ita quòd illa reget in virga ferrea: quia illa ſuppeditando, gratia Chriſti calcabit, quam ipſe Chriſtus, vt homo, accepit à Patre ſuo, non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro omnibus ſibi fide, & dilectione adhærentibus, in qua eos victores vitiorum facit, qui carnis rebellione plus, minúſque concutiuntur. Per hæc, & omnia alia Chriſti opera, quibus potes adiurari & conſtringi, & ad pœnas, tormentáque mitti. Coniuro te, † ingratiſſime ſpiritus damnate, atque damnande, & omnes tibi fauentes, atque adhærentes, vt quàm citiùs exeatis ab homine iſto, quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ Crucis, † quod ei in fronte damus, tu maledicte, nunquam audeas violare, ſed recede adiuratus per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Ibidem

Oratio.

Iſa c.9. DOmine Ieſu Chriſte, vt Sol iuſtitiæ hominibus ambulantibus in tenebris huius mundi, & vmbra mortis, lumen iuſtitiæ, & veritatis oſtendis, qui in illo æternitatis die omnibus electis tuis per beatificam viſionem apparebis: te humiliter inuoco, vt hanc creaturam tuam N. à ſpiritibus immundis liberare, & ad priſtinam ſanitatem, & libertatem perducere digneris. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † nefandiſſime ſpiritus, per illum, qui ſe nobis daturum, vt ſtella matutina, *Ap.c.2.* pollicetur, dicens: Et dabo illi ſtellam matutinam, quæ ſicut ortum diei nuntiat, ita Chriſtus à mortuis reſurgens, fidei lucem, immortalitatiſque mundo intulit. Stellam (inquam) matutinam dabit nobis Chriſtus Dominus noſter, id eſt ſeipſum, & gloriam reſurrectionis. Stellam matutinam dat Chriſtus ſuis fidelibus, qui ducatum idoneum ad ambulādum in huius mundi tenebris præbet, in quantùm cor mundum in affectu, & veritatis, ac iuſtitiæ lumen in intellectu eis ſubminiſtrat. Stellam matutinam dabit nobis Chriſtus, ô miſer dæmon, quando ipſe Sol iuſtitiæ in illo æternitatis die per viſionem beatificam orietur, qui ſtella matutina per immortalitatis gloriam, & manifeſtam Dei contemplationem ſuis electis erit, non tibi, neque tuis complicibus, qui ab initio veſtræ creationis ſemper Deo conditori veſtro reſtitiſtis. Coniuro, te † ſcelerate dæmon, per illum, qui habet ſeptem ſpiritus Dei, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſuper quem requieſcit ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij, & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritus timoris Domini, quorum ipſe tantam plenitudinem habet, vt etiam omnes alios

Digitized by Google

exuberet. Coniuro te† spurcissime spiritus, per illum, qui hortatur nos ad perseuerantiam bonorum operum, dicens: In mente habe, quomodò acceperis, & quæ audieris, serua. Vide, vide miserrime spiritus, maximam misericordiam Dei erga nos suos fideles, qui eandem perfectionem iustitiæ: in qua Christus seruat iustos, etiam eos in melius proficere facit. Coniuro te,† nequissime spiritus, per illum, qui neminem iustificat, nisi per merita passionis Christi, & qui exhortatur nos ad gratiam in nobis resuscitandam, dicens: Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant: quia licèt gratia, quæ spiritum viuificat, qui, te instigante, antea per culpam mortuus erat, tota simul, & subitò, auertente se homine à Deo, *Ibidem.* auferatur, gratiæ tamen, & dona gratis data paulatim decrescunt: & hoc fit ex dispensatione diuinæ misericordiæ: vt per illa dona nondum ablata, homines considerantes magnam, & ineffabilem Dei pietatem, ad veram pœnitentiam perficiendam, his donis, & gratiis inuitentur. Sed tu, ô scelerate dæmon, quare non desinis subuertere animas illas, quas Christus Iesus suo pretioso sanguine redemit, & tanta prouidentia ad innocentiam quærit reducere? cede, bestia tetterrima, & scabiosa, cede Christo, qui sua passione à faucibus tuis nos eripuit, & exi ab hac creatura Dei N. per virtutem eius qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

1. Petr. 1
1. Iac. c. 3.

Oratio.

Ecclesia Romana.

DEus innocentiæ restitutor, & amator, qui æternæ vitæ, & immortalitatis gloriam seruantibus mandata tua misericorditer donas: & peccatoribus per pœnitentiam veniam præbes, & pro Christo certantibus præmium regni cœlestis largiris, qui ex sola bonitate clementiæ tuæ hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creatum, multiplicibus donis, & spiritualibus gratiis decorasti, te suppliciter exoramus, vt per merita sacratissimæ passionis Iesu Christi Filij tui, hanc creaturam tuam N. ab hac pessima, & diabolica vexatione, tua potestate eripere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te,† iniquissime spiritus *Ap. c. 1.* per illum, qui promisit vincentem vestire vestimentis albis, & nomen eius non delere de libro vitæ, sed illum confiteri coram Patre suo, & Angelis eius. Vestietur (inquam) *1. Cor. 15* Christi seruus vestibus albis (in tui dedecus, ô miser dæmon) cùm sanctitatis gloriam in immortali vita cum Christo participauit: quando facie ad faciem habebit in illo futuro sæculo diuinam fruitionem, *te remanente in tua obstinatione, & pœnis æternis.* Et coram Patre suo Christus nos confitetur, quando nos tales efficit vt Christo tantò conformiores simus in gloria: quantò & conformiores fuerimus in patientia. Non enim, ô miserrime spiritus dignus minister regis est, qui probatus est in aula, sed qui eum in bello per vulnera confitetur: quod ipse asserit, dicens. Vbi sum ego, illic, & minister meus erit, qui etiam inter Angelos coronabitur, & hoc est nomen eius confiteri coram Angelis in gloria Patris sui, id est, ostendere hunc sibi dignum militem esse. Vide ergo, ô impiissime spiritus, & considera, quàm *Ioan. 1. c. 12.*

Digitized by Google

quàm impiè egeris in illo paruo tempore, quando in tuæ creationis exordio dedisti terga conditori tuo, qui in signum maximæ ingratitudinis, vice illius voluisti adorari, & beatitudinem illam, quæ tibi à Deo parabatur, ex propriis naturæ tuæ viribus & fine meritis nisus es obtinere, & ideò cum tuis complicibus, ad infernum detractus illo igne inextinguibili in æternum cruciaberis. Iterum coniuro te, † maledicte dæmon, per *Apoc.c.3.* illum, qui est sanctus, & verus, qui habens clauem Dauid aperit, & nemo claudit, qui est Christus, qui suis fidelibus portam iustitiæ per gratiam aperit, vt possint opera iustitiæ adimplere: quos nemo ab hac gratia excludere potest, claudit, & nemo aperit: quia quos ipse tanquam gratiæ indignos abiicit, iis nemo *Heb.* gratiæ aditum aperire potest. Hoc *6.11.* enim tibi, scelerate dæmon conuenit quia tua nequitia perdidisti illam cœlestem, & diuinam contemplationem, nolens obedire Deo, & adorare Dei sapientiam, vnitam illi sacratissimo homini: sed elatus, insipiens, & stolidus cœpisti præliari aduersus illam: ô miser, & venenose serpens infernalis, qua temeritate audes occupare hoc templum Christi? Exi ergo ab hac creatura Dei N. signo sanctissimæ Crucis † consignata, & vnda baptismatis regenerata, per illum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic interroga, si spiritus velit exire & si annuat, præcipe illi, ne aliquam creaturam lædat, & quod educat secum totam suam damnatam societatem. Si autem exire noluerit, suppone ignem enm sulphure ardentem prius benedictum, ante patientem, & sic illum profumigari, postea sic sequere:

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui seruos tuos per humilitatis viam incedre docuisti, & humiles discipulos tuos per apicem virtutum, ad sapientiæ diuinæ thesaurum, per gratiam tuam perducere dignatus es: & sicut ad humilitatem & perseuerantiam sectandam exhortans, dixisti: Discite à me, quia *Marc.c.* 11. mitis sum, & humilis corde. Et tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam: ita clementissime Deus, tua misericordia huic creaturæ tuæ N. per ministerium nostrum subuenire digneris, vt ab oppressionibus dæmonum liberata, nomen sanctum tuum laudare, & glorificare valeat in sæcula sæculorum. Amen.

Coniuratio.

COniuro te, † maligne dæmon, per *Apoc.c.* illum, qui dicit: Ecce dedi coram *3.* te ostium apertum, id est, secretorum cœlestium intelligentiam. Tu enim, scelerate dæmon, de thesauro tibi naturaliter per creationem indito superbiens, claue diuinæ sapientiæ exclusus niteris vnumquemque è thesauro cœlesti excludere, superbiam suggerens, per quam vera sapientia fiat indignus, quicunque tibi consenserit. Ostium apertum Christus humilibus discipulis dedit, cùm per apicem virtutum eos ad sapientiæ suæ thesaurum per gratiã suam introducere disposuit. Quod quidem ostium, te, bestia teterrima tunc claudere voluisti, quando de virtutum gratia eis gloriam vanam obiecisti: quibus cùm Dominus noster Iesus Christus potestatem calcandi super te, & tuos complices in nomine suo dedisset, illi accedentes

Digitized by Google

dentes ad eum, dixerunt: Domine,
Luc.c.10 etiam dæmonia subiiciuntur nobis. Ecce, maledicte dæmon, quomodo obieciſti illis gloriam vanam, vt clauderes oſtium, ſed non potuiſti: quia humilis magiſter ſtatim doctrina ſua ad humilitatem reduxit, dicens:
Ibidem. Videbam Satanam, ſicut fulgur, de cœlo cadentem: ac ſi diceret. Si Satanas in tanta nobilitate naturæ conſtitutus per vanã gloriam ſubitò cecidit, quomodò vos, natura infirmiores de virtutibus, quas non ex vobis: ſed ex gratia habetis, gloriantes ad cœleſtia conſurgere poteritis? Sicut igitur ſuperbia tua oſtium cœleſtis contemplationis tibi ſuperbienti claudit, ſic vera humilitas terreno homini oſtium contemplatio-
Act.c.3. nis cœleſtium pandit. Coniuro te, † maligniſſime ſpiritus, per illum, qui in donis gratiæ ad perſeuerantiam ſectandam hortatur nos, dicens: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam: quod, tu ſcelerate facere noluiſti: debueras enim taliter gratiam tenere, vt vnde eam habueras, recognoſceres: ſic attendere, quid ex te eras vt tamen non negligeres, quod per Chriſtum factus fueras: ſic tandem ad propriam affici dignitatem, vt tamen Dei, & Chriſti non poſtponeres adorationem. Et quia Dei gratiam neglexiſti, dignum erat, vt coronam præmij neglectæ gratiæ amitteres, quam dignus eras recipere, ſi lucrum cæterorum de eadem gratia quærere voluiſſes. Tu
Iſaiæ 14. enim, peſſime proditor, ex naturæ tuæ nobilitate, quæ ad honorem ſummi creatoris tui affecta fuerat, illius honorem deſpiciens, & ad propriam excellentiam conuerſus, amiſiſti illam digniſſimam Angelorum ſocietatem, & ex Angelo effectus es beſtia teterrima, & ſcabioſa. Propterea damnate, atque damnande, recede ab hoc plaſmate Dei N. & vade ad locum tibi à Deo deputatum. Per virtutem eius qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, rex æter- *1.Petr.5*
næ gloriæ, verus Deus, & homo, qui in tuis promiſſionibus ſemper verax exiſtis, qui ſuperbis ſemper reſiſtis, & humilibus, ſeruis tuis, tibi fideliter ſeruientibus gratiam, & gloriã miſericorditer *præbes* quique pro defenſione tui *ſanctiſſimi* nominis pugnantibus, *in* templo ſancto tuo cœleſti, vt columnas collocare, & ſtatuere promiſiſti: qui es alpha, & omega per quod omnia ad Deum, *Apoc.3* vt ad ſuum principium, & finem rediguntur, per inuocationem tui ſanctiſſimi nominis te humiliter deprecamur, vt per ſancta beneficia tua, humano generi exhibita, hanc creaturam tuam N. à miſerabili oppreſſione Satanæ, & miniſtrorum eius eripias, & fractis omnibus vinculis malignorum ſpirituum *ad* priſtinam ſanitatem perducere *digneris.* Qui viuis, & regnas *in ſæcula ſæculorum.* Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † ſceleſtiſſime dæ- *Apoc. 3.*
mon, per illum, qui promittit nobis, vincentibus columnas facere in templo Dei, dicens: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, quia humiles in tẽplo ſanctæ Eccleſiæ iuſtitiam operantes, columnæ efficiuntur, cùm per Chriſti gratiam in ſancta vita ſic confirmantur: vt *Matth.* qui totam vitam ſuam ad Dei glo- *c.11.* riam conſumpſerint, amplius à ſanctitate vitæ per apoſtaſiam non excidant,

Digitized by Google

cidant, ideò foras ampliùs non egre-
dientur à templo Dei: non recedit,
qui à ſanctitate vitæ nunquàm fina-
liter excidit in hoc ſæculo: qui etiam
à Deo in tẽplo cœleſtis Hieruſalem,
vt columna collocabitur: à quo, tu
maligniſſime ſpiritus, propter ſuper-
biam tuam lapſus es, qui dicebas in
corde tuo: In cœlum aſcendam, &
ero ſimilis altiſſimo. Coniuro te, † ne-
fandiſſime dæmon, per Ieſum
Iſaiæ 14. *Apoc. 3.* Chriſtum Saluatorem noſtrum, qui
eſt teſtis fidelis, & verus: qui vera-
citer, & ſine aliqua iniuſtitia diſcu-
tiet in illo nouiſſimo iudicio omnia
opera noſtra: & vt iudex verus red-
Ioan. 18. det vnicuique iuxta opera ſua, cùm
ipſe ſit veritas, quæ venit in hunc
mundum, vt teſtimonium veritati
perhiberet, quem tu maledicte ſpiri-
tus, crucifigere feciſti. Coniuro
Apoc. 3. te, † miſer dæmon, per illum, qui
eſt principium omnis creaturæ Dei,
Coloſſ. 1. id eſt Chriſtus, qui eſt principium,
per quod omnia facta ſunt, & ſine
quo factum eſt nihil, per quem
omnia ad Deum, vt ad ſuum princi-
pium, rediguntur: quia ipſe eſt ima-
go Dei inuiſibilis, in quo ſunt om-
nia, quæ in cœlis, & quæ in terris
ſunt, per illum ergo te coniuro, &
conſtringo vt exeas ab hoc famulo
Dei N. & vadas ad ſedes infernales,
vbi fumus tormentorum tuorum
aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

Ioan. 3. DEus refugium, & vnica ſpes
miſerorum, qui nos ardentiſ-
ſima charitate, & amore tuo ſic di-
Apoc. 1. lexiſti, vt Filium tuum vnigenitum
pro noſtra ſalute morti traderes, qui
cum iniquis reputatus, vulneratus
eſt propter iniquitates noſtras at-
tritus eſt propter ſcelera noſtra, qui
lauit nos à peccatis noſtris in ſan-
guine ſuo, cuius liuore ſanati ſumus.
Per hanc piiſſimam, & ineffabilem
miſericordiam tuam, obſecro te,
Domine Deus omnipotens, vt cordi
meo ſuperinfundas gratiæ tuæ inex-
tinguibile lumen, quo ſimul in me
incendium tuæ ſanctiſſimæ charitatis
ardeat, operetur, & creſcat, vt ex
eo toto corde meo, in omnibus, &
ſuper omnia te diligam, & per eun-
dem charitatem mihi tribue virtutem
expellendi hos ſpiritus immundos
ab hoc famulo tuo N. vt ab eis libe-
ratus de tua miſericordia ſemper
lætetur. Per eundem Chriſtum Do-
minum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † ſpurciſſime dæmon,
per illum, qui exhortatur nos
ad charitatem habendam, dicens: *Apoc. 3.*
Suadeo tibi emere à me aurum igni-
tum, diuinam ſcilicet dilectionem
quæ eſt valor, & pretium omnium
aliarum virtutum, quæ cùm ſit vin-
culum perfectionis, eſt pretioſiſſima
inter omnes virtutes, quam qui ha-
bet, omnia ſua opera bona Deo, &
non ſibi ipſi tribuit: quod tu, male-
dicte dæmon, facere recuſaſti, cùm
diceres Chriſto: Hæc omnia tibi
dabo, ſi cadens adoraueris me, &
qui verè diues eſſe cupit, neceſſe
habet hoc aurum à Chriſto emere
per humilem confeſſionem, vt re-
cognoſcat, & confiteatur omnia mala
ſua ex ſeipſo eſſe, omnia verò
bona eſſe à Deo, quod eſt pre-
tium diuinæ dilectionis, quod
non tantum pretioſum eſſe debet,
ſed etiam ignitum, & probatum:
quia amor dilectionis debet eſſe de-
uotionis feruore plenum. Hic eſt *Luc. 12.*
ignis ille, ô maledicte dæmon, qui
in te fuit extinctus in exordio tuæ
creationis, quando relinquendo
tuum creatorem. Lucifero tuo adhæ-

Digitized by Google

sisti. Hic est (inquam) ignis ille, de quo ipse Christus ait: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt ardeat: quem qui habet, verè locuples sit: quia omnia quæcunque operatur, in cœlesti thesauro apud Deum reponit. Coniuro te, † iniquissime spiritus, per illum, qui tam amicabiliter loquitur nobis, dicens: Ego sto ad ostium, & pulso. Ad ostium scilicet mentis nostræ, qui est consensus, Christus pulsat, cùm gratia sua, suisque sanctissimis monitis voluntatem nostram ad amorem suum præueniendo allicit. Quod ostium tandiu clausum est Christo, quandiu voluntas nostra Peccato consentit, quando aliquid plus Deo diligit. Ad ostium enim tuæ mentis, ô nefandissime spiritus, Deus benedictus pulsauit, cùm variis modis à principio tuæ conditionis voluntatem tuam sua gratia ad bonum consensum alliceret & excitaret. Sed huic pulsationi Dei omnipotentis noluisti acquiescere, cùm omnibus Angelis fuit dictum. Cùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei, quem in præuisione cognoscens inuidisti. Per illius igitur charitatem te coniuro, vt statim exeas ab hac creatura Dei N. quam tantùm molestasti, illam dimittendo sanam, & liberam, vt possit seruire Deo creatori suo, in sæcula sæculorum. Amen.

Apoc. 3.

Hebr. 1.

Hic interroga de exitu, vrgendo dæmones duris præceptis, & comminationibus: & si non recesserint, suppone naribus obsessi rutam benedictam propria benedictione: postea sic sequere.

Oratio:

DOmine Iesu Christe, pastor bone, qui peccatoribus gratiam tuæ sanctissimæ vocationis tam interiùs quàm exteriùs offerre non desinis, qui in conuersione peccatorum tantùm lætaris, vt illos tua gratia semper præuenias, ad pœnitentiam eos vocando, quique pœnitentibus gratia tuæ piissimæ misericordiæ, & pietatis semper assistis: adesto, quæsumus, huic creaturæ N. & per inuocationem tui sanctissimi nominis infestationem huius dæmonis ab ea repelle, & ei desideratam sanitatem concede. Qui viuis, &c. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † viliſſime spiritus, per illam suauissimam cœnam Domini nostri Iesu Christi, quam ipse promittit fidelibus suis consentientibus suæ vocationi, dicens: Si quis audierit vocem meam, & ianuam aperuerit, ad illum intrabo, & cum illo cœnabo, & ipse mecum. Hanc enim vocem Dei, ô inique spiritus, qua omnes Angelos ad Verbi incarnati adorationem vocauerat, quæ ad aurem tuæ mentis per internam, & externam vocationem insonuit, despexit, quando Deo omnipotenti ad ianuam tuæ voluntatis pulsanti, aditum præbere noluisti, & sicut tu, pessime dæmon, clausam nostræ voluntatis ianuam infringere non potes, sic & Deus per iustitiam suam, per voluntatis tuæ confractam ianuam introire noluit. Et sicut, cùm quia Christo pulsanti se voluntariè subiugauerit, & aditum illi præbuerit tunc ipse frequenter non solum, cum donorum, & charismatum suorum diuitiis, quas sui serui nec æstimare sciunt, nedum desiderare queant, sed etiam cum dono gratiæ, quæ animæ datur ad perficiendam, Dei voluntatem in declinando à malo, &c. faciendo

Apoc. 3.

Digitized by Google

faciendo bonum, quæ eſt gratia gratum faciens: quæ rationalem ſpiritum roborat ad hoc, vt in Deum conuertat, & ad illum ingreditur: ſic & tibi ſuæ gratiæ non conſentienti, & introitum non præbenti, immò vt ingratiſſimo rebellanti, aditum vitæ æternæ præcluſit. Con-
Ioan c.3. iuro te, † immundiſſime ſpiritus, per illum, qui ſuos fideles gratiæ ſuæ conſentientes, pane illo cœleſtis vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris reficere promittit, dicens: Si quis mihi aperuerit, cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Parum enim eſt Chriſto, ad prandium ſuos inuitari, ſi cœna, quæ eſt nouiſſimum Dei prandium, non ſequitur: quia quos Chriſtus diligere cœperit, in fine vult diligere, & eos in illa æterna beatitudine, quæ finem non habet beatificare. O miſerrime dæmon quàm ingens eſt miſeria, & calamitas tua: tu enim creatus fuiſti à ſummo Deo, vt hanc beatiſſimam cœnam guſtares, & in ſummo bono fruereris: ſed aduerſus ab illo, proiectus es ad infernum: ideò, ſcelerate tremens, geménſque diſcede ab hoc famulo Chriſti N. & ne diu præſumas captiuum tenere hominem: quem ipſe ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit. Qui cum Patre, &
Geneſ.1. Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ex tua maxima, & infinita bonitate, creaturam rationalem mirabiliter condidiſti & per Filium tuum vnigenitum imirabiliùs reparaſti, qui eam ita tua diſpoſitione
Apoc.c.3 ordinaſti, vt te ſummum bonum cognoſceret, amaret, & frueretur, ſedendo cum Chriſto in throno illius æternæ beatitudinis, quam ipſe fideliter certantibus & pro eius amore viriliter vincentibus promiſit præſta mihi, quæſo, famulo tuo, licèt indigno, vt in tuo nomine, & dilecti Filij tui, & Spiritus ſancti, expellere poſſim dæmones infeſtantes hunc famulum tuum N. vt ab eis liberatus, peruenire poſſit ad gloriam tuam. Qui in Trinitate perfecta viuis. & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † maligne dæmon, per illum, qui promittit fideliter certanti, & vincenti maximum præmium, ſcilicet vitam æternam, *Ibidem.* dicens: Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, qui eſt pax, quæ exuperat omnem ſenſum, quam Chriſtus, victis omnibus tentationibus tuis, habuit: de quo dicit Dauid: Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. In quo throno cum Chriſto ſedet, qui deuictis tentationibus tuis, ô nefandiſſime ſpiritus, quas in hac vita laboranti ex inuidia tua infligis, per amoroſam contemplationem quieſcit in Chriſto tota ſpes, de quo dicit Apoſtolus, Conſedere nos fecit cum Chriſto in cœleſtibus. Hanc enim mentis, & carnis quietem propter victoriam tentationum meremur, quam tu, ſerpens antique, in cœlo obtinere non potuiſti, quia noluiſti pugnare aduerſus iſtam maximam tentationem Luciferi: immò illi adhærens, deſideraſti beatitudinē abſque meritis. Cùm enim Chriſtus ſine tentationibus victor eſſe noluerit, quomodò tu, beſtia teterrima, volebas ſine meritis beatificari; Oportuit (inquit Lucas) Chriſtū pati, & ita intrare in gloriā ſuā. In throno Patris

Digitized by Google

Christi (in tui dedecus) residet, ô miser dæmon, qui carnis, & spiritus pace obtenta, in clara diuinitatis eius contemplatione, quam tu ob superbiam tuam amisisti, gaudet Christus in Deo in illa vita quiescit, & nos in Christo in hac vita quiescimus. Christus diuinitatem Patris in æterna vita contemplatur, nos diuinitatem & humanitatem Christi in illa vita speculabimur quia tunc finis erit, cùm Christus tradiderit regnum Deo Patri, & quando omnia in Christo, & Christus in Deo consummatus fuerit in capite & corpore suo, quod est Ecclesia electorum. Quæ tunc, ô serpens venenose, erit gloria tua, nisi infernus, in quo cruciaberis in æternum? desine igitur occupare hanc creaturam Dei N. per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos: & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DOmine Iesu Christe Fili Dei viui, piissime redemptor, qui pro salute mundi in Cruce pendens, tua acerbissima passione, & morte ostium regni cœlestis, propter peccatum primorum parentum diu clausum, misericorditer aperuisti, & fidelibus tuis gratiam perueniendi ad æternam illam beatitudinem meruisti: te suppliciter deprecor, vt mihi auxilium præbeas aduersus hunc nequissimum spiritum vexantem hanc creaturam tuam N. vt in tuo nomine illum ex hoc corpore fugare possim. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † maledicte dæmon, per illud sacratissimum ostium apertum, quod beatus Ioannes Euangelista vidit, quod est Christus qui est ostium, vnde ad æternam vitam intramus: est ostium apertum qui tempore suæ passionis, vnus militum lancea latus eius aperuit, *Ioan. c. 19* vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, quod tua operatione clausum fuerat, & vnde Sacramenta sanctæ Ecclesiæ emanauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intramus: quia antequam ipse pro salute nostra incarnaretur, & pateretur, clausum erat ostium æternæ vitæ, quod passione, & morte eius suis fidelibus panditur, de quo ipse dicit. Ego sum ostium, per me si quis intrauerit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua *Ioan. c. 10* inueniet. Coniuro te, † scelerate spiritus, per illam mirabilem sedem, quam sanctus Euangelista in cœlo vidit, & per illum qui super eam *Apoc. 4.* sedebat, qui est Christus Iesus Dominus noster, de quo dicitur: Cœlum mihi sedes est, quæ posita erat in cœlo, sicut dicitur: Dominus in cœlo parauit sedem suam. Coniuro te, † spiritus ingratissime, per vigintiquatuor seniores sedentes *Isai. c. 66* circa sedem diuinæ maiestatis Christi, qui cum Christo vos impios *in Ioan. c. 4.* iudicio iudicabunt, assistentes ei, eò quòd tam prophetæ, quàm *Matth.* Apostoli, qui per vigintiquatuor *c. 19.* seniores intelliguntur, pro Christi & eius Ecclesiæ defensione multa passi sunt à membris tuis, ideò omnes illos iudicabunt cum Christo, qui est caput omnium. A quibus tu nefandissime dæmon, condemnaberis ad infernum: quia in tanta dignitate creatus, vt ingratissimus rebellis fuisti Creatori tuo. Exi ergo ab hac creatura Dei N. per illum qui in die nouissimo te cum tuis complicibus in lacum ignis, & sulphuris, in tenebris perpetuis relegabit. Qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculū per ignem, Amen.

Apoc. c. 4.

Hic

Digitized by Google

His interroga, vt ſupra, quare non recedat ſpiritus immundus: & ſi dixerit ſe non poſſe exire, eò quòd aliquo vinculo ſit ligatus diſſolue illum his verbis, & coniurationibus ad cautelam, dicens.

MODVS SOLVENDI MALEFICIATVM.

SI aliquis per ſua maleficia, incantationes, ſignaturas, aut ligaturas ſuas, verbo, nutu, aut pacto, arte diabolica inito, vel aliquo alio maleficio huic creaturæ Dei N. facto, te, dæmon, ſpiritus immunde, ligauit ſuper eam ego auctoritate Dei omnipotentis Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti, mihi tradita à ſancta Catholica, & Romana Eccleſia, diſſoluo omnia illa maleficia, quibus hîc teneris, & diſſoluta eſſe decerno: & tibi præcipio, (vt illis non obſtantibus (exeas, deſtruendo omnia vincula & maleficia intus, vel extra huic creaturæ facta, per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui propter magnam miſericordiam ſuam venit in hunc mundum, & incarnatus eſt in vtero beatiſſimæ virginis Mariæ, vt homines perditos ad cœleſtia reuocaret, quos tua peruerſitate damnaueras: & cauſa expellendi te, dæmon, & omnem malignum ſpiritum ab hominibus, & eiiciendi vos in profundum inferni, & abyſſi. Ecce ſignum ſanctæ Crucis † Domini noſtri Ieſu Chriſti, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Luc. 9. *Symbolū Nycenū.* *Apoc. c. 9*

DOmine Deus omnipotens, quia tua immenſa benignitate, per verbum tuum omnes creaturas rationales ad honorem, & gloriam tuæ omnipotentiſſimæ maieſtatis ab æterno producere decreuiſti: qui rebelles Angelos æternis ignibus propter ſuam obſtinationem perpetuò deputaſti, & hominem diabolica fraude à tua gratia delapſum, vnigeniti Filij tui morte reſtaurare voluiſti: humiliter maieſtatem tuam ſupplico, vt per eandem Chriſti mortem, hunc famulum tuum N. ab immundis ſpiritibus tua pietate liberare digneris. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Matth. 25.

CONIVRATIO.

COniuro te, † miſerrime ſpiritus, creatura damnata à Deo, per ſeptem dona Spiritus ſancti, quos beatus Ioannes lampades ardentes nominat, eò quòd vt lampades ardentes per amoris incendium, quos replent; illuminent, & accendant. Coniuro te, † ſcelerate dæmon, per quatuor animalia in circuitu ſedis Dei exiſtentia, plena oculis antè, & retrò, per quæ nobis ſignificatur Chriſtus Ieſus in quatuor Euãgeliis: qui erat homo per incarnationem, vitulus per paſſionem, per reſurrectionem leo, per aſcenſionẽ verò aquila. Quia ipſe vnigenitus Dei Filius veraciter factus eſt homo propter noſtrã ſalutem: ipſe etiam in ſacrificio noſtræ redemptionis dignatus eſt mori, vt vitulus: ipſe etiam per virtutem ſuæ fortitudinis ſurrexit vt leo, qui apertis oculis dormire perhibetur, quia in ipſa morte, in qua ex humanitate dormire potuit Redemptor noſter, ex diuinitate ſua immortalis permanendo, vigilauit. Ipſe denique poſt reſurrectionem ſuam aſcendens ad cœlos, in ſuperioribus eſt eleuatus vt aquila: quibus omnibus Chriſtus Dominus noſter contra tuam voluntatem: nos per vitutem ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis à manibus tuis eripuit, te,

Apoc. c. 4. *Ibidem.* *Symbolū Nycenum.* *Act. c. 1.*

Digitized by Google

prosternendo cum omnibus tuis complicibus: per illum ergo te coniuro, & per omnia alia, quibus in nomine eius potes constringi, ligari, fugari, & ad pœnam mitti, vt statim & sine mora recedas ab hac creatura Dei, & imagine Christi N. quam Dominus Iesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est, & vadas ad loca tibi ab illo deputata, vbi nulli creaturæ nocere possis. Coniuro

Apoc.c.4 te, † immundissime spiritus, per illam excelsam laudem, quam sancta quatuor animalia æternaliter vnam dominationem, deitatis omnipotentiam, & sanctę Trinitatis æternitatem affirmant voce perpetua in cœlestibus, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est, ad quarum voces vigintiquatuor seniores procidentes ante sedentem in throno adorabant virtutem in sæcula sæculorum: & quia quicquid habebant, attribuebant Deo, ideò mittebant coronas ante thro-

Ibidem. num, dicentes: Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam, à nobis scilicet, quia nos creasti: & honorem, quia donis, & gratiis tuis nos illustrasti: & honorem, quia de magna potestate dæmonum inimicorum nostrorum nos liberasti: & non solùm nos, immò omnia tu creasti, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt, in arte, & Dei sapientia erant antequàm formaretur in effectu, vel in opere, quando

Apoc.c.5. creata sunt. Coniuro te, † spurcissime dæmon, per librum illum diuinæ, & æternæ sapientiæ, quem beatus Ioannes vidit in dextera sedentis super thronum, scriptum intus, & foris, in quo descripti sunt omnes prædestinati, & per illam æternam dispositionem Dei omnipotentis, qui omnia ad gloriam suorum electorum dispensat, quæ est dextera Dei, in qua liber æternæ sapientiæ continetur, cùm in æterna eius dispositione sine initio fuerit, qui homines, Christi meritis in se credentes, per ipsum saluare, & glorificare decreuit, qui propterea diuinæ sapientiæ liber intus, & foris scriptus perhibetur, quia in hac sapientia est duplex mysterium, creationis scilicet, & reconciliationis humanæ: quod licèt ab initio intus occultum fuerit, foris tamen, & in patulo quodammodo est in comparatione ad secreta æternæ gloriæ, quæ intus dici possunt: quia ad ea contemplanda nondum peruingimus. Vide ergo, ô miserabilis creatura, ad quantam calamitatem deueneristi ob superbiam tuam qua derelicto domicilio omnipotentis Dei, & beato- *Iudex, vnico.* rum spirituum cœlestium, delapsus es in hunc aërem caliginosum, post vltimum Iudicium detrudendus in infernum, & in stagnum ignis, & sulphuris: vide (inquam) quale præmium recepisti ex tua rebellione, qua semper contra Deum pessime egisti, qui vsque in præsens non desinis subuertere hanc creaturam N. recede igitur ab ea, ô prædo infernalis, & noli ampliùs hìc morari, quia quantò tardius exis, tantò maiora supplicia tibi adueniunt à Deo, cuius statutum transgressus es. Per hæc, & omnia alia verba adiurationis, quibus tu, nefandissime dæmon, in nomine Domini nostri Iesu Christi potes adiurari, fugari, & expelli ex hoc corpore, & mitti ad inferni pœnas, te constringo, vt exeas, & ne diutiùs præsumas captiuum tenere hominem, quem Christus ad imaginem suam creare dignatus est. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic

Digitized by Google

Hic Exorciſta ponat manus ſuas ſuper caput vexati, & dicat.

Oratio.

Ex antiq. Exorciſ.

EXpelle, Domine, diabolum ab hac creatura tua N. de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de oculis de lingua, de ſublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de cerebro, de paniculis cerebri, de ciliis, de ſuperciliis, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, de fœmore, de ventre, de ſtomacho, de corde, de ſpatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de oſſibus, de neruis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum ſuorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore ſuo intus, & extra, de quinque ſenſibus corporis & animæ: nullumque locum habeat in ipſa intus, & foris ampliùs, vt ſana, & ſalua fiat per inuocationem Filij tui vnigeniti, & per inuocationem Spiritus ſancti *Gen. c. 18.* cœterni. Tu ergo, Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ tuæ N. creare digneris etiam totum corpus, & animam ipſius ſaluare, & ſaluam facere. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit Exorciſmus primus.

EXORCISMVS II.

MAGNVS, ET MIRABILIS EFFICACIÆ ADVERSVS Dæmones obſidentes corpora humana.

Exorciſta accedens ad coniurandum dæmones in corporibus humanis exiſtentes, puro corde, & animo deuoto genuflexus ante Deum, muniens ſe ſigno ſanctæ Crucis in fronte ſubmiſſa voce, dicat:

IN nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen. *Pſal. 123.* *Verſ.* Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. *Verſ.* Deus in adiutorium meum intende. *Reſp.* Domine, ad adiuuandum me feſtina. *Verſ.* Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis. *Reſp.* A facie iſtorum dæmonum. *Verſ.* Exurge Chriſte, adiuua nos. *Reſp.* Et libera nos propter nomen ſanctum tuum. *Verſ.* Deus meus pone illos vt rotam. *Reſp.* Et ſicut ſtipulam ante faciem venti. *Verſ.* Exurgat Deus, & diſcutientur inimici eius. *Reſp.* Et fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſ.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui es mirabilis, & inæſtimabilis maieſtatis, quem contremiſcunt in cælo angelicæ poteſtates, quem adorant omnes dominationes, & *Philip. 2.* virtutes: qui illum leonem in cœlo rugien-

rugientem æternis ignibus deputasti, qui inimici rugientis sæuitiam superas: exaudi nos indignos famulos tuos, quòd ad officium sacerdotale non nostris meritis, sed sola clementia tuæ diuinæ majestatis vocare dignatus es, pro famulo tuo N. vt verbis tuis, in tua virtute ipsum inimicum tuum euellere possimus, vt famuli tui in te credentes, in Ecclesia tua gratiarum tibi referant actiones. Da mihi, Domine, virtutem tuam, vt olim Iudith seruæ tuæ tribuere dignatus es contra inimicum populi tui, vt in infernales virtutes irrumpere valeam per inuocationem tui sanctissimi nominis, quod est terribile malignis spiritibus, suaue autem sanctis Angelis, & seruis. Te, Domine, tremens deprecor, ac toto corde, peto, vt mentem meam illustres, fortifices, & sanctifices per inuocationem admirabilis tui nominis Tetragrammaton, contra Diabolicas potestates hunc famulum tuum N. comprimentes. Extende, Domine, brachium tuum super bestiam istam, quæ exterminat vineam tuam, & corrobora vires meas, vt, te adiuuante, omnis terror venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus mihi, & omnibus astantibus, & misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur, & per gratiam Spiritus Sancti Paraclyti, inimici tui isti coram me corruant, & mihi obediant. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum, & cum Spiritu sancto viuit, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Iudith. 13.

Psal. 79.

Hîc Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput vexati, dicat.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum. ℣. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant illum resurrexisse à mortuis, non crediderunt. Et *dixit* eis: Euntes in mundum *vniuersum* prædicate Euangelium *omni* creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, *prædicauerunt*, vbique Domino *cooperante*, & sermonem *confirmante*, sequentibus signis. ℣. Laus tibi Christe.

Cap. 16.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui in hunc mundum venisti, vt dissolueres opera Satanæ, & genus humanum è tyrannica eius seruitute liberares, inuocamus clementiam tuam, vt per inuocationem sancti Nominis tui, quod datum est nobis sub cœlo, in quo nos saluos fieri oportet, in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, dissoluere

Act. 4.

digneris

digneris omnia maleficia Satanæ, & sortilegas machinationes super hunc famulum tuum N. factas, vt liberatus ab eis, cum bono, & sano animo sciat seipsum regere, & gubernare ad honorem nominis tui, vt ex hac præsenti consolatione, nos omnes famuli tui in tuo amore crescamus. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

Gen.c.1. DEus, qui omnia ex nihilo tua immensa virtute creasti, & hominem Diabolica fraude deceptum, tua piissima misericordia saluare decreuisti, & ne desperationi subderetur, firmissimam de vero mediatore Christo fidem, spem illi præbuisti, qui adueniente temporis plenitudine ex intacta Virgine nascens, & propter nostram salutem in Cruce moriens, de antiquo hoste triumphauit. Te, Domine sancte Pater, suppliciter deprecamur, vt expellas ab hoc famulo tuo N. omnem Diabolicam vexationem, & eum ab omni impugnatione Dæmonis liberatum, custodire digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Gal.c.4.

Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obsessum. Postea incipiat adjurare Dæmones cum omni fiducia, dicens.

CONIVRATIO.

AD honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & omnium Sanctorum totius curiæ cœlestis: & ad confusionem totius Synagogæ infernalis, conjuro te † immundissime spiritus, per omnia mysteria diuinæ sapientiæ contenta in libro illo, quem nemo poterat, neque in terra, neque subtus terram, aperire, neque respicere eum: quia nullæ rationales creaturæ in cœlo, Sancti, & beati: in terra, homines justi: subtus terram, vt in purgatorio existentes: ac vos Dæmones, & damnati homines ad hoc sufficientes erant. Conjuro te, † iniquissime spiritus, per illud maximum desiderium, quo omnes de Ecclesia, præsertim homines, qui detinebantur sub peccati seruitute, mediatorem anxiè desiderabant, quorum desiderium, & propriarum virium desperationem Beatus Ioannes in se transformans, multùm flebat: quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, intelligentiam scilicet secretorum diuinæ sapientiæ comprehendere, aut rimari, neque signacula ejus soluere, judiciorum scilicet justissimas causas discernere: neque illum respicere, id est simplici fide, veritatem Dei approbare: cùm hoc totum pertineat ad vnius mediatoris meritum, quia diuinæ sapientiæ secreta, altitudo judiciorum Dei, & fides in Deum non intelliguntur sine meritis Christi. Conjuro te, † pessime Dæmon, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus inuentus est dignus aperire librum: cujus meritis diuina sapientia decreuit sibi reconciliare creaturam rationalem, tàm angelicam, quàm humanam, & illam glorificare: cujus desiderio, etsi ipsa creatura longo tempore langueret, triplex tamen solatium de ipso mediatore Dei illi est impensum, scilicet fides mediatoris, præsentia ejus in carne, & sapientia ipsius per præsentiam suam, humano generi prædicata. Conjuro te, † iniquissime

Apoc.c.5

Ibidem.

Ibidem.

Digitized by Google

Dæmon, per fidem mediatoris Iesu Christi Domini nostri, per quam ab initio mundi vsque ad aduentum eius, hoc solatium generi humano fuit impensum, vt in mundo non deessent viri iusti, qui de diuina bonitate sic præsumerent, quòd eis Deus missurus esset liberatorem, cui se omni desiderio deuouerent: de quo Moyses ad Dominum clamabat: Obsecro, Domine, mitte quem *Exod. c. 4* missurus es; quo solatio consolabatur beatus Ioannes ab vno de senioribus, his verbis: Ne fleueris, quia promissio facta de mediatore sanctis patribus, & mundo, non deficiet: consolatur (inquam) ab vno de senioribus, ab illo scilicet spiritu, quo sancti Prophetæ de Christo vaticinantes, locuti sunt: quia Spiritu sancto afflati, locuti sunt sancti Dei *2. Pet. 2.* homines. Coniuro te, † miser Dæmon, per illum, qui venit in hunc mundum, vt te, & tuos complices expugnaret. Tu enim ante eius aduentum eras ille fortis armatus, qui custodiebat atrium huius mundi: ideò necesse erat, vt fortior te ille superueniens, vinceret tuum principem, & spolia eius, captiuas scilicet animas nostras, distribueret. *Luc. 11.* Coniuro te, † nefandissime Dæmon, per illum, qui gerens officium veri mediatoris, fideles suos de manibus *Psal. 76.* tuis, ô pessime Dæmon, lupe rapacissime liberauit, qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Cœpit enim Christus, ô inique spiritus, vinculis dilectionis suæ absoluere, quos seruitute peccati, tu *Rom. 1.* scelerate, captiuaras, ideò Christus ortus de tribu Iuda venit, vt se Christum confitentes per veram fidem, à tua oppressione liberaret. Quid enim tibi profuit malitia tua, nefandissime spiritus, contra genus humanum, quod peccato tam miserabiliter intrusisti? nihil profecto: immò ex illo peccato manifestata est maxima Dei pietas & misericordia, qua redemptor noster mori voluit, vt è manibus tuis eriperemur, ideò, scelerate, recede per virtutem passionis ejus ab hac *1. Cor. 15* creatura Dei N. ad eam amplius non rediturus: quia Dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam, & misericordiam vocare dignatus est, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, verbum, *Symbolū Apostol.* & sapientia æterni Patris, qui maximo amore ardentissime charitatis tuæ, cùm, in majestate æterno Patri coæqualis existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, secreta æternæ sapientiæ in Scripturis sanctis clausa, tuis fidelibus dignatus es aperire, qui solus viam humanæ reparationis inuenire potuisti, te humiliter deprecamur, vt hunc famulum tuum N. diabolica virtute oppressum, tua pietate misericorditer liberes. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Coniuratio.

ITerùm conjuro te, † iniquissime *Alter.* spiritus, per illum, qui in mundum venit, vt fideles suos ad bona opera informaret: quod exemplo fecit, quia cœpit prius facere, vt doctrina eius faciliùs administraretur illis, qui ad sancta opera eius quotidiano conuictu afficiebantur. Conjuro te † refugam tyrannum apostatam per illum, qui veniens in

hunc

Digitized by Google

hunc mundum, vobis ſuperbientibus, Dei ſapientiam clauſit, & humilibus fidelibus ſuis dignatus eſt diuinæ ſapientiæ ſecreta reuelare, aperiendo librum, & ſoluendo ſignacula eius. Conjuro te, † creatura damnata, ſpiritus ingratiſſime, per illum manſuetiſſimum agnum, ſtantem in medio throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, qui verè ſolus pacem agnouit, & illam attulit mundo, ab illo auferens peccata: de quo dicebat Ioannes Baptiſta: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Qui cùm Deo Patri in majeſtate ſit æqualis, ſtat in medio throni: ſtat etiam in medio ſeniorum, id eſt Sanctorum omnium, vt princeps, & caput eorum: quia per aſſumptam carnem apparuit hominibus occiſus. Non enim Chriſtus ſimpliciter occiſus dici poterat, quia quantùm ad ipſam diuinitatem immortalis ſemper vixit. Conjuro te, † maledicte ſpiritus, per illum, qui accepit dextera ſedentis in throno librum, qui eſt Chriſtus Dominus noſter, qui cùm ſit naturalis Filius Dei, etiam ſolus dignus inuentus eſt aperire librum diuinæ ſapientiæ, id eſt naturaliter cognoſcere, & videre Deum, ſicuti eſt, quem omnes ſancti vident per gratiam. Qui ſicut ab æterno dignum adjudicauit, reſtaurare naturam angelicam, & humanam ſaluare, & vtramque glorificare: ita diſpoſuit, per nullum alium hoc reuelare, quàm vnigenitum Filium ſuum, qui eſt verbum, & ſapientia Dei, Patris, in quo omnia condita ſunt, vt per eandem ſapientiam omnium creaturarum ad Deum reconciliatio fieret, per quam omnia facta ſunt, & ſine qua factum eſt nihil. Vide igitur, ô ſcelerate Dæmon, quomodo fraudes tuæ per Chriſtum ad nihilum redigantur.

Apoc. 5. *Ibidem.* *Col. c. 1.* *Ioan. c. 1.* *Apoc. c. 10.*

In cœlo exiſtens, in tuliſti bellum naturæ angelicæ, ex qua (tua ſcelerata perſuaſione) aliqui ceciderunt, cui Chriſtus compatiens, quotidie eandem naturam à ſuis ſedibus reparare non deſinit: cadens autem in terram, primos patres noſtros decepiſti, quos Chriſtus ſanguine ſuo à tyrannica tua ſeruitute liberauit. Per hæc omnia te conjuro † ſpiritus maligniſſime, vt deſinas occupare hoc templum Chriſti, & ne tardes exire ab hac creatura Dei N. per virtutem eius, qui te glorioſum creauit, & te ſuperbientem à conſortio juſtorum ejecit, pœniſque igneis, & ſulphureis addixit, à quibus cruciaberis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, mediator Dei, & hominum, qui ſolus æterno Patri tuo pro peccatis humani generis teipſum in holocauſtum, & placationem præbuiſti, vt per ſanguinem tuum nos à Diabolica ſeruitute liberares: cui omnes Sancti, & electi collaudantes, gratias immenſas indeſinenter offerre non deſinunt: te humiliter inuoco, vt hunc famulum tuum N. à peſſima hac vexatione dæmonis eruas, & liberatum, ad gloriam regni tui perducas. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. *1. Tim. 2.*

CONIVRATIO.

COniuro te, † maledicte Dæmon, per illummet agnum mediatorem Dei, & hominum, cujus gratia omnes glorificantur, ſine qua nullus Angelorum, vel hominum Deo vnquam placere potuit. Ante cujus conſpectum quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores *Apoc. c. 1.*

Digitized by Google

ceciderunt, ipsum adorantes, tanquam suum mediatorem, nihil dignum in operibus propriis æternæ vitæ reputantes: sed sibi ab illo omne meritum suum vindicantes, qui solus plenè apud Deum Patrem pro cunctis dilectoribus suis efficaciter meruit. Conjuro te, † miserrime spiritus, per illud mirabile canticum quod cantabant illi Sancti ante conspectum Agni, dicentes: Dignus es Domine Deus noster aperire librum: & soluere signacula ejus. Solus enim Christus dignus est aperire librum Diuinæ visionis, & signacula secretorum Diuini judicii detegere, quia Dominus est, per datam sibi à Deo Patre in cœlo, & in terra potestatem: qui etiam Deus est, eandem cum Patre habens naturam: vt quæ per diuinitatem à Patre accepit, nobis per humanitatem communicare possit. Conjuro te, † nefandissime spiritus, per illum, qui nos à tyrannica tua seruitute, sanguine suo redemit, quo diuinam justitiam, & iram placauit. Quæ requirebat, ne homo sine morte liberaretur, qui potiùs debuisset mortem subire, quàm Deum per culpam offendere. Conjuro te, † immundissime spiritus, per illum, qui solus æqualem placationem iræ Dei opponere potuit, qui est Christus Filius Dei, qui vt mediator Dei, & hominum, meritum præmio æquale pro nobis Deo Patri opposuit, qui homo est vt pro hominibus moreretur. Conjuro te, † scelerate Dæmon, per Christum Iesum, qui in sanguine suo nos Deo Patri suo à culpa redemit ad gratiam, vt qui fueramus Deo inimici per culpam, per dilectionem Deo reconciliaremur, & fecit nos Deo nostro regnum: quia ipse justos Deo regnum facit, quo spontanea charitate Deo seruire constituit, non seruitute hujus mundi, quæ est seruitus corruptionis, à qua Christus rationalem creaturam liberauit, vt regnaret super terram. Ille enim verè per Christum super terram regnat, ô inique spiritus, qui omnia corporis sui ministeria sic dispensat, ne Deum, vel proximum, aut seipsum cogitatione, verbo, vel opere offendat. Hoc enim non est regnum, ô pessime Dæmon, quod tu in hominibus quæris, scilicet peccati, quia Christus illud destruxit, & vasa tua dirupit, quando te projecit in tenebras exteriores, vbi fumus tormentorum tuorum ascendit in sæcula sæculorum: per illum ergo te adjuro, vt dicas mihi veritatem de quacunque re te interrogauero: alioquin mittam te ad infernum inferiorem, vbi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen.

Ibidem.

Matth. c. 23.

1. Petr. c. 1.

1. Tim. 2.

1. Petr. c. 1.

Rom. c. 8. Gal. c. 4.

Apoc. c. 14.

Hîc quærere poteris de nomine, de causa ingressus, de numero Dæmonum: quare opprimant, & quare non recedant, & de omnibus aliis pertinentibus ad liberationem obsessi: posteà sic sequere.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui, vt Ecclesiam tuam ab omni labe peccati immunem redderes, vnigenitum Filium tuum incarnari, & mortem pati voluisti, qui à mortuis resurgens, diuinitatem, sapientiam, & gloriam suam ostendit, quem omnes Angeli maximo charitatis feruore laudant de parta victoria: te pater piissime, supplico, vt liberes hunc famulum tuum N. ab hac Dæmonis sæua oppressione, & cum in virtute tui sanctissimi nominis ad pristinam sanitatem perducere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO.

COniuro, te † ſpurciſſime ſpiritus per illum magnum feruorem charitatis ſanctorum Angelorum, per quem voce magna clamabant,
Apoc.c.5 dicentes: Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & Diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, qui eſt fauor magnus mediatoris Chriſti in mentibus eorum, & aperta recognitio magnæ dignitatis charitatis, & ſapientiæ Chriſti. Qui cùm ſit Patri coæternus, Patrem per amoroſam viſionem ſemper agnouerat. Solus verus agnus Pa-
Ioan.10. tris eſt, qui ſemper Patrem agnouit, ſicut ipſe dicit. Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem: ſcilicet æternaliter. Pro cuius honore voluit fieri temporalis vt pro nobis moreretur: Chriſtus enim Ieſus, ô beſtia teterrima, etſi æternaliter vnũ cum Patre eſſentialiter extiterit: & tua peruerſa, atque ſcelerata perſuaſione, apud corda infidelium, ſolam formam ſerui intuentium, & lingua blaſphemantium, vt purus homo, & non Deus habens Dei virtutem, Dei ſapientiam, Dei fortitudinem, & ſplendorem, plenus gloriæ, & honore, atque benedictione habitus ſit, tamen ab Angelis, & hominibus ſanctis agnitus, vt dignus, & plenus virtute, diuinitate, ſapientia, fortitudine, gloria, &
Dan c.1. honore, atque benedictione laudatur. Qui in hunc mundum veniens, caro factus: vt Agnus voluntate Patris infirmari, ligari, verberari, deludi: & alia quam plura pati, atque mori voluit creator Angelorum, & hominum, homo factus, vt hæc omnia per fidem ipſius mediatoris à principio conditionis veſtræ vobis reuelata contemplando, diſceretis, quàm humiliter vos mediatori Chriſto ſubdere debueratis, quando vos ſuperbientes, humilitatis naturam contemnere non erubuiſtis, cùm vobis reuelatum eſſet primùm in cœlis myſterium Incarnationis. Conjuro te, † ſcelerate Dæmon, per viuentem in ſæcula ſæcu- *Apoc.c.5* *Philip.2.*
lorum, quem quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores proſtrati adorauerunt, cui etiam omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur, dicendo: Sedenti in thono benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen. Conjuro te, † ſpurciſ- *Apoc.c.6*
ſime dæmon, per illum, qui ſedet ſuper equum album, id eſt Chriſtum, qui ſedet ſuper Eccleſiam tuam dealbatam in Baptiſmo, qui tenet arcum ſacræ Scripturæ, qua ſuos illuminat fideles, & inimicos occidit, ſcilicet peccata: cui à Deo Patre ſuo ſecundum humanitatem, vel in membris ſuis data eſt corona victoriæ: & meritò, quia ad hoc exiuit æternaliter à Patre, & tempora- *Ibidem.*
liter à matre, vt vincens in ſe vinceret etiam in ſuis fidelibus, & peccatoribus credentibus in eum, quibus datur arcus diuinarum Scripturarum, quarum verbis ſuos auditores vincunt. Per hæc, & omnia alia verba, & adiurationes, quibus, tu maledicte, & nefandiſſime dæmon, adiurari, cogi, & conſtringi potes, ego te conſtringo, vt remota omni mora, ac inpedimento poſtpoſito, exeas ab hoc famulo Dei *Gen.c.11.*
N. quem ipſe ad imaginem ſuam creauit. Cede, beſtia infernalis, cede Chriſto, & vade ad loca tibi à Deo deputata per virtutem eius, qui venturus eſt iudicare viuos,

Digitized by Google

ceciderunt, ipsum adorantes, tanquam suum mediatorem, nihil dignum in operibus propriis æternæ vitæ reputantes: sed sibi ab illo omne meritum suum vindicantes, qui solus plenè apud Deum Patrem pro cunctis dilectoribus suis efficaciter meruit. Conjuro te, † miserrime spiritus, per illud mirabile canticum quod cantabant illi Sancti ante conspectum Agni, dicentes: Dignus es *Ibidem.* Domine Deus noster aperire librum: & soluere signacula ejus. Solus enim Christus dignus est aperire librum Diuinæ visionis, & signacula secretorum Diuini judicii detegere, quia Dominus est, per datam sibi à Deo Patre in cœlo, & in terra potestatem: qui etiam Deus est, eandem cum Patre habens naturam: vt quæ per diuinitatem à Patre accepit, nobis per humanitatem communicare *Matth. c. 23.* possit. Conjuro te, † nefandissime spiritus, per illum, qui nos à tyrannica tua seruitute, sanguine suo redemit, quo diuinam justitiam, & iram *1. Petr. c. 1.* placauit. Quæ requirebat, ne homo sine morte liberaretur, qui potiùs debuisset mortem subire, quàm Deum per culpam offendere. Conjuro te, † immundissime spiritus, per illum, qui solus æqualem placationem iræ Dei opponere potuit, *1. Tim. 2.* qui est Christus Filius Dei, qui vt mediator Dei, & hominum, meritum præmio æquale pro nobis Deo Patri opposuit, qui homo est vt pro hominibus moreretur. Conjuro te, † *1. Petr. c. 1.* scelerate Dæmon, per Christum Iesum, qui in sanguine suo nos Deo Patri suo à culpa redemit ad gratiam, vt qui fueramus Deo inimici per culpam, per dilectionem Deo reconciliaremur, & fecit nos Deo nostro *Rom. c. 8. Gal. c. 4.* regnum: quia ipse justos Deo regnum facit, quo spontanea charitate Deo seruire constituit, non seruitute hujus mundi, quæ est seruitus corruptionis, à qua Christus rationalem creaturam liberauit, vt regnaret super terram. Ille enim verè per Christum super terram regnat, ô inique spiritus, qui omnia corporis sui ministeria sic dispensat, ne Deum, vel proximum, aut seipsum cogitatione, verbo, vel opere offendat. Hoc enim non est regnum, ô pessime Dæmon, quod tu in hominibus quæris, scilicet peccati, quia Christus illud destruxit, & vasa tua dirupit, quando te projecit in tenebras exteriores, vbi fumus tormentorum tuorum ascendit in sæcula sæculorum: per illum ergo te adjuro, vt dicas mihi veritatem de quacunque re te interrogauero: alioquin mittam te ad infernum inferiorem, vbi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen. *Apoc. c. 14.*

Hîc quærere poteris de nomine, de causa ingressus, de numero Dæmonum: quare opprimant, & quare non recedant, & de omnibus aliis pertinentibus ad liberationem obsessi: posteà sic sequere.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui, vt Ecclesiam tuam ab omni labe peccati immunem redderes, vnigenitum Filium tuum incarnari, & mortem pati voluisti, qui à mortuis resurgens, diuinitatem, sapientiam, & gloriam suam ostendit, quem omnes Angeli maximo charitatis feruore laudant de parta victoria: te pater piissime, supplico, vt liberes hunc famulum tuum N. ab hac Dæmonis sæua oppressione, & cum in virtute tui sanctissimi nominis ad pristinam sanitatem perducere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO.

COniuro, te † spurcissime spiritus per illum magnum feruorem charitatis sanctorum Angelorum, per quem voce magna clamabant,
Apoc.c.5 dicentes: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, qui est fauor magnus mediatoris Christi in mentibus eorum, & aperta recognitio magnæ dignitatis charitatis, & sapientiæ Christi. Qui cùm sit Patri coæternus, Patrem per amorosam visionem semper agnouerat. Solus verus agnus Pa-
Ioan.10. tris est, qui semper Patrem agnouit, sicut ipse dicit. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: scilicet æternaliter. Pro cuius honore voluit fieri temporalis vt pro nobis moreretur: Christus enim Iesus, ô bestia teterrima, etsi æternaliter vnũ cum Patre essentialiter extiterit: & tua peruersa, atque scelerata persuasione, apud corda infidelium, solam formam serui intuentium, & lingua blasphemantium, vt purus homo, & non Deus habens Dei virtutem, Dei sapientiam, Dei fortitudinem, & splendorem, plenus gloriæ, & honore, atque benedictione habitus sit, tamen ab Angelis, & hominibus sanctis agnitus, vt dignus, & plenus virtute, diuinitate, sapientia, fortitudine, gloria, &
Dan c.1. honore, atque benedictione laudatur. Qui in hunc mundum veniens, caro factus: vt Agnus voluntate Patris infirmari, ligari, verberari, deludi: & alia quam plura pati, atque mori voluit creator Angelorum, & hominum, homo factus, vt hæc omnia per fidem ipsius mediatoris à principio conditionis vestræ vobis reuelata contemplando, discernetis, quàm humiliter vos mediatori Christo subdere debueratis, quando vos superbientes, humilitatis naturam contemnere non erubuistis, cùm vobis reuelatum esset primùm in cœlis mysterium Incarnationis. Conjuro te, † scelerate Dæ-
Apoc.c.5 mon, per viuentem in sæcula sæcu-
Philip.2. lorum, quem quatuor animalia, & viginti quatuor seniores prostrati adorauerunt, cui etiam omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur, dicendo: Sedenti in thono benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculo-
Apoc.c.6 rum. Amen. Conjuro te, † spurcissime dæmon, per illum, qui sedet super equum album, id est Christum, qui sedet super Ecclesiam tuam dealbatam in Baptismo, qui tenet arcum sacræ Scripturæ, qua suos illuminat fideles, & inimicos occidit, scilicet peccata: cui à Deo Patre suo secundum humanitatem, vel in membris suis data est corona victoriæ: & meritò, quia ad hoc exiuit æternaliter à Patre, & tempora-
Ibidem. liter à matre, vt vincens in se vinceret etiam in suis fidelibus, & peccatoribus credentibus in eum, quibus datur arcus diuinarum Scripturarum, quarum verbis suos auditores vincunt. Per hæc, & omnia alia verba, & adiurationes, quibus, tu maledicte, & nefandissime dæmon, adiurari, cogi, & constringi potes, ego te constringo, vt remota omni mora, ac inpedimento postposito, exeas ab hoc famulo Dei
Gen.c.ii. N. quem ipse ad imaginem suam creauit. Cede, bestia infernalis, cede Christo, & vade ad loca tibi à Deo deputata per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos,

& mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui tua immensa sapientia omnia ordinatè disponis, & eadem sapientia, sceleratos contra iustos sæuire permittis, vt eorum patientia verè probetur & coronetur, qui seueritatem tuæ iustitiæ tandem in persecutores tuorum seruorum ostendere non desinis, præsta nobis famulis tuis de tua misericordia sperantibus, per intercessionem illorum interfectorum, qui pro tui nominis defensione, mortem subire non timuerunt, vt omnem infestationem dæmonum repellere possim ab hoc famulo tuo N. vt suæ pristinæ sanitati rediturus, gratiarum tuæ clementiæ reddat actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen

Aug. in Psal. 60.

CONIVRATIO.

AVdi igitur, malignissime spiritus, qui tua scelerata, & nefanda voluntate totum genus humanum peruertisti, & qui Ecclesiam Dei semper persecutus es. Tu enim cernens Ecclesiam instituì, & ad locum splendidum, vnde cecidisti, posse ascendere, nisus es eam subuertere persecutione, & sæuitia tyrannorum: quod manifestatur per apertionem secundi sigilli, vbi aperuit equus rufus, cuius sessori datum est sumere pacem de terra, & datus est illi gladius magnus. Equus enim rufus sunt tui sequaces, manifestíque, & sanguinolenti tyranni, & persecutores membrorum Christi. Iste enim equus rufus exiuit contra victricem, vincentemque Ecclesiam, quando populus sanguinolentus paganorum cœpit persequi illam sacratissimam pacem, quam Christus illi reliquit. Gladius magnus magnus datus est illi, quando persecutio magna paganorum surrexit contra sanctos Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines Dei. Magnus equidem, & diuturnus gladius fuit datus illis Imperatoribus paganorum ad bellandam totam Ecclesiam Dei diffusam per totum terratum orbem, & ad turbandam pacem seruorum Christi, cuius assiduè illi sanguinolenti tyranni sanguinem effuderunt. Sed nihil profeciſti, ô bestia *infernalis*, quia magna Dei *misericordia* affuit, quæ Martyres, & Sanctos de tyrannis triumphare fecit, ita vt illi omnia propter Deum despicerent. Cernens autem ille maledictus draco Lucifer princeps tuus, se per apertos persecutores nihil profeciſſe, immisit hæreticos, qui suis fallaciis, & prauis rationibus contenderent, vt faciliùs fideles Christi decipere possent, qui per equum nigrum designantur. Qui veram intelligentiam Scripturarum (te persuadente) se habere putant: in quorum pugna sicut maximum periculum inuenitur, ita etiam Deus magnum auxilium præbet Ecclesiæ suæ per Angelos illam illuminando. Sed ô miser, quare sic conteris tempus contra Christum, & eius Ecclesiam, quem semper persecutus es, sciens illum destruere fallacias tuæ scelleratæ & peruersæ voluntatis? Desine, ô scelerate, desine: quia ipse Ecclesiam suam proprio sanguine emit, desine (inquam) quia tibi præcipitur, ne lædas vinum, & oleum, eius scilicet fidem, & operationem, quia ipsam Christus sanguine suo inebriatam, oleo Spiritus sancti vnxit. Tu igitur es sessor, & caput omnium hæreticorum, qui stateram tenes in manu non vt doceas, sed ad decipiendum cùm

Apoc. c. 6.

Ibidem.

Ibidem.

Apoc. c. 6.

Digitized by Google

cùm ſis pater mendacij. Sed quia perpendis te, nec per apertas tribulationes, nec per manifeſtas hæreſes poſſe proficere, immittis falſos Chriſtianos, qui ſub habitu Chriſtianæ Religionis peruertunt fidem, qui propriè ſunt hypocritæ, qui ſe vltra modum affligentes propter honorem huius mundi, pallidi ſunt, qui ſignificantur per equum pallidum, ſuper quem ſedebat mors, quem ſequebatur infernus. Quæ enim merces, vel quale præmium dabitur tibi, & tuis hypocritis tempore vltimi Iudicij, niſi ſola mors æterna, & infernus; quæ verè ſunt præmia illorum, qui ſub nomine ficto Religionis decipiunt homines, in Chriſto credentes. *Apoc. c. 6*

Hìc Exorciſta interrogare poterit Dæmones, quare non recedant: & ſi ſit aliquod impedimentum in corpore, vel extra, illud, amoueat. Deinde cogat Dæmones præceptis, & comminationibus, vt recedant: poſteà ſic ſequatur.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, qui es principium omnis creaturæ, à quo omnia bona procedunt, & per quem omnes beatificantur: qui pro ſalute humani generis incarnari, naſci, & mori voluiſti, ſub cujus tutela animæ juſtorum exiſtentes, & de perpetua illa fruitione gaudentes, maximo deſiderio tuæ charitatis affecti, glorificationem ſuorum corporum obnixè deſiderant, & reſurrectionem mortuorum, formidabilem diem extremi Iudicij à te ordinatum cupiunt, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, vt Iudex vniuerſalis judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem; vbi reddes vnicuique ſecundum opera ſua: te humiliter deprecamur, ac petimus, vt per tuam ineffabilem miſericordiam, qua juſtos ſaluas, mihi concedere digneris virtutem tuam aduerſus hunc nequiſſimum Dæmonem famulum tuum N. vexantem, vt illum tua gratia ab eo expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. *Apoc. c. 6*

CONIVRATIO.

COniure te, † immundiſſime ſpiritus, per animas interfectorum, quas beatus Ioannes Euangeliſta ſub altare Dei qui eſt Chriſtus vidit, ſub cuius defenſione omnes animæ iuſtorum manent, clamantes ad Deum voce magna, & dicentes Vſquequò ſanctus, & verus non judicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? Conjuro te, † iniquiſſime Dæmon, per illud magnum deſiderium, quo ſancti afficiuntur ad Dei voluntatem implendam in his, quæ Deum velle norunt, qui nihil contra beneplacitum, & Dei voluntatem cupere poſſunt, cùm eorum deſideria in ejus pendeant voluntate. Clamant enim, non deſiderio vindictæ, ſed vt regnum peccati, quo Deus offenditur, deſtruatur: & reſurrectionem ſuorum corporum precantur: vt in cœleſti viſione, & fruitione coniungantur corporibus ſuis: quia licèt, durante, hoc mundo animæ Sanctorum ſtolas habeant, de beata immortalitate gaudentes: reſurgentibus tamen corporibus, habebunt gaudium de glorificatione corporum quibus nunc carent, & lætitiam de gloria omnium ſaluandorum, quam tunc videbunt adimpleri. *Ibidem.* *Ibidem.*

Coniuro

Coniuro te, † maledicte, & excommunicate dæmon, per illud mirabile responsum, quod habuerunt illi Sancti à Deo omnipotenti, cùm dictum illis fuit, vt modicum quiescerent, donec impleatur numerus fratrum suorum, illorum scilicet, qui saluandi sunt: quia hoc tempus præsentis sæculi modicum, immò nihil est, respectu infinitę æternitatis: Tu enim, scelerate dæmon, nisus es occidere seruos Christi per manus tyrannorum, quia putabas Deum damnare omnes homines, quos tua peruersitate peccato originali intruseras, & morti iniustè tradebas, sed decipiebaris, ô miser, decipiebaris (inquam) quia mors Sanctorum pretiosa est coram Deo, & Angelis eius. Nec ista fuit mors, quam molitus es inferre hominibus: sed illa quæ est impiorum, atque iniquorum, quorum caput Lucifer princeps tuus iam detrusus est in infernum, vbi etiam & tu cruciaberis in sæcula sæculorum, Amen. Coniuro te, † scelestissime dæmon, per illud formidabile, ac terribile iudicium, quod faciet Dominus noster Iesus Christus, ante quod præibunt terræmotus, obscuratio Solis, conuersio Lunæ in sanguinem, & cætera omnia, quæ ventura sunt ante vltimam sententiam tuæ iustissimæ damnationis, in quod ipse reddet vnicuique iuxta opera sua. Quo vultu, aut qua facie audebis comparere ante tribunal Christi, quando audies illam formidabilem vocem clamantem: Surgite mortui, venite ad Iudicium. O miserrime, quo nulla creatura miserior, vel impudentior est, vtinam liceret tibi abscondere cum regibus, principibus, diuitibus, & omnibus seruis tuis in speluncis petrarum, & dicere montibus: cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super throno, & ab ira agni, quoniam superueniet dies magnus iræ illius. Sed tu, ô maledicte dæmon, crede mihi quòd non erit tempus differendi: quia tunc detruderis in stagnum ignis, & sulphuris, vbi recipies vicem omnium malorum, quæ pessimè egisti contra creatorem tuum, quia ibi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen.

Psal.119

Apoc. 6.6

Diuus Hieronymus.

Apoc.c.6

Hîc interroga de exitu, & quære non recedant, & de omnibus, quæ pertinent ad liberationem obsessi. Et si noluerint exire, scribe eorum nomina in schedula, & illam comburę, quia ista sunt illis grauissima: deinde sic sequere.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui qui pro salute nostra de cœlo descendens, & in hunc mundum veniens, per signum sanctæ Crucis nos redimere voluisti, & eodem signo fideles tuos contra dæmonum insidias muniri fecisti, qui Ecclesiam tuam ex omnibus gentibus, & populis tua gratia coadunatam, sanguine tuo pretiosissimo abluere dignatus es. Te, amabilissime Redemptor, supplex exposco, vt per virtutem sanctæ Crucis hunc famulum tuum N. ab hac vexatione dæmonum, tua pietate liberare digneris. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Apoc.c.5

CONIVRATIO.

COniuro te, † miser dæmon, per illum Angelum, quem beatus Ioannes vidit ascendentem ab ortu Solis, qui est Christus Dominus noster, qui digne Angelus dicitur cùm

Digitized by Google

cùm Dei Patris nuncius fuerit, ad ad ſalutem humanam miſſus in mundum: qui ab ortu Solis tunc aſcendit quando per Diuinæ ſapientiæ prædicationem ipſe per ſe, & ſuos nuncios mundum illuſtrans, cognitus eſt eſſe Dei Filius, Patri consubſtantialis in natura, habentem ſignum Dei viui ſcilicet Crucem, per quam Chriſtus apud Deum Patrem pro nobis meruit: quod ſignum afferens ex alto, frontes ſuorum electorum ſignauit: qui per ſuam prædicationem clamauit voce magna, quando dixit: Pœnitentiam agite,
Marc.c.3 apropinquabit in vos regnum Dei, prohibens Angelis, ne nocerent, quia ex quo paſſus eſt Chriſtus, non ſolùm hoſtem principalem, ſcilicet Luciferum principem tuum, & omnium iniquorum proſtrauit, ſed etiam mundi principatus, & imperium deſtructum eſt. Nam ad hoc gentium ita confirmatum eſt imperium, vt ſigno fidei, cui ipſi reſtiterant, frontes ſuas liberè ſignarent. Ipſum namque Crucis ſignum delatum, vbique ſignificat Chriſti regnum. Per hoc igitur ſignum ſanctæ
Apoc.c.5 Cruſcis Domini noſtri Ieſu Chriſti te coniuro, cogo, & conſtringo maledicte dæmon, vt exeas ab hoc ſeruo eius N. quem ipſe ſuo ſanguine dignatus eſt ab omni peccato liberare, pro quo non dubitauit crucis ſubire tormentum. Coniuro te, † nefandiſſime ſpiritus, per ſanctam illam Chriſti vniuerſam Eccleſiæ congregationem, quæ per illa centum quadraginta quatuor millia ſig-
Apoc.c.7 nata ſignificatur, quam beatus Ioannes in ſua extatica reuelatione vidit, quæ ex Patriarchis, vel proſapia carnis, vel fidei imitatione propa-
Ibidem. gata eſt. Coniuro te, † ſpurciſſime ſpiritus per illam maximam multitudinem, viſam à beato Euangeliſta, quam præ multitudine numerare nemo poterat: quia licèt numerus ſaluandorum ſit certus Deo, hominibus tamen eſt incognitus: quia ex gentibus Paganorum, tribubus Iudæorum, & populis Chriſtianorum, & linguis diuerſarum nationum cœleſtis Hieruſalem ædificanda eſt, qui omnes erant amicti ſtolis albis, trophæum ſcilicet Crucis deferentes, & palmæ *Ibidem.* in manibus eorum, victoria ſcilicet, qua ſæculum per Chriſtum vicerunt voce magna verò clamabant, quia grandi deuotione & indefinenti laude Sancti profitentur in throno, id eſt Eccleſia, Patrem, Filiumque regnare cum Spiritu ſancto. Coniuro *Ibidem.* te, † maledicte dæmon, per illum, circa cuius conſpectum adſtant Angeli, ſeniores, & quatuor animalia, quem proſtrati adorant, dicentes: Benedictio, & claritas, & ſapientia & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Amen. Quia enim primus eſt, & quia habet prouidentiam magnam, datur illi benedictio: ſapientia, quia prouidus: gratiarum actio, quia bonorum largitor: honor quia Dominus: & ſolus potens eſt, virtus, & fortitudo illi datur Coniuro te, † ſcelerate dæmon, per omnes Sanctos illos, quos beatus Ioannes amictos ſtolis albis, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni quia totam Eccleſiam ſanguis Ieſu *Ibidem.* Chriſti, Filij Dei mundat ab omni delicto: ſtant ante thronum Dei: quia illi digni habentur ſtare in Dei miniſterio, qui hîc inter aduerſa, fideles nominis eius confeſſores exiſtunt. Venerunt de tribulatione magna, ſuſtinentes in hoc mundo omnia mala pro diuini honoris defenſione: laueruntque ſtolas in

Digitized by Google

suas in sanguine agni: quem diligunt, mediatorem pro suis sceleribus Deo Patri opponunt, meritum sufficiens sibi vendicat, quo non solum peccata malæ conuersationis lauant, sed & ipsa stola conuersationis per nouitatem vitæ dealbant. Non esurient, neque sitient amplius
Ibidem. serui, & electi Dei in illo futuro sæculo, ô miserrime dæmon, sed esurient tui sequaces, qui sunt amatores huius mundi, qui illud tunc amiserunt quando se fœliciores putabant, & sitient voluptatum sectatores, qui tantò amplius iam dolent, quantò in deliciis anteà gaudebant. Sed non sitiet veria matores Christi super quos non cadet vllus peccatorum æstus: quia nunquam in eis accendetur æstus peccati, in quibus semel per Christi sanguinem perfectè extinctus est, qui ideò deinceps peccare nequaquam poterunt: quoniam agnus, qui in medio throni est reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, id est ad contenplationem Diuinæ essentiæ, in qua
Ibidem. licèt plures personæ sint, quibus fruitiones plurificantur, tamen in vnitate vnius Dei, vna est fruitio,
Ibidem. quia in Diuina visione omnia replebuntur iucunditate, de qua semper securi erunt, à quorum oculis Deus absterget lachrymas, quia eos gaudio, & securitate suæ fœlicitatis securos reddit. De qua fœlicitate dicit Christus: Oues meæ non peri-
Ioan. *c. 10.* bunt in æternum, nec eas rapiet quisquam de manu mea. Per gaudium igitur, & lætitiam omnium Sanctorum & electorum Dei, te adiuro, † cogo, & constringo, maledicte Spiritus vt exeas ab hac creatura Christi N. per virtutem sanctissim. Trinitatis, & Patris, † & Filij † Spiritus † Sancti. Amen.

DOmine Deus omnipotens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui per vnigenitum Filium tuum Iesum Christum Sacramentum Baptismatis ad salutem humani generis institui voluisti, & per lignum sanctæ Crucis fideles tuos, tibi fideliter seruientes, de hoste antiquo tua benignitate triumphare fecisti, qui etiam quotidiè illos ad veræ pœnitentiæ fructus afferendos tua gratia vocare non desinis: te humiliter rogo, vt interueniente eiusdem Filij tui Passione, hunc *famulum tuum N.* à diabolica *inuasione* liberes, & liberatum *in tua gratia* conserues. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen. *1. Tim. 2.*

CONIVRATIO.

COniuro te, † pessime dæmon, per omnes sanctos, qui die, ac nocte, id est æternaliter Deo seruiunt qui sunt templum, & thronus, in quibus Deus habitat, & à quibus in sæcula sæculorum laudabitur: quia laus Sanctorum est seruitus, quæ ab eis exhibetur Deo, qui non solum fruentur omni bono, sed etiam carebunt omni malo in illa *facili* contemplatione diuinæ *maiestatis.* Ideo absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum: quia tunc *Ibidem.* cessabit omnis tristitia aduersariorum, & tunc pax magna erit in Ecclesia illa cœlesti vbi semper laudabunt Deum: ideò illa pax erit æterna in electis, perpetua luce duratura. Coniuro te, † nefandissime dæmon, *Apoc. c. 8.* per Angelum stantem ante altare, qui tenens thuribulum aurum recepit multa incensa, vt daret de orationibus Sanctorum super altare aureum, & fumus incensorum de oratione Sanctorum de manu eius ascendit coram Deo. Qui Angelus, Christus vnigenitus Filius Dei erat *Apoc. c. 7.*

iustissi.

Digitized by Google

iuſtiſſimus, & Sanctus Sacerdos, qui ideò nomine Angeli ſtantis iuxta altare nominatur, cùm aptiſſimus fuerit immolationi: quoniam carnem tenebat ſine vlla contagione carnalis concupiſcentiæ, quæ ſub ſpecie thuribuli aurei nominatur, à quo offeruntur orationes noſtræ Deo Patri ſuo, coram quo aſcendit fumus incenſorum de manu eius, vt vnus idemque verus mediator, per ſacrificium ſuum reconcilians nos Deo, vnum in illo maneret, cui ille offerebat, vnum in ſe faceret illos, pro quibus offerebat, vnum in ſe eſſet, quod offerebatur, & qui offerebat: qui vt Sacerdos, & madiator noſter, orationes noſtra apud Deum Patrem ſuum repræſentat. Per hæc omnia myſteria ſacratiſſima te conſtringo, maledicte dæmon, vt exeas ab hac creatura Dei N. per virtutem ejus, qui pro peccatis totius mundi ſuper altare ſacratiſſimæ Crucis immolari voluit, vt offerret nos mundos Deo Patri ſuo. Exi (inquam) & ne tardes dimittere hunc famulum Dei N. quem temerè auſus es occupare. Et ſi fueris rebellis, & inobediens præceptis meis, tibi virtute Dei factis, oro Deum Patrem omnipotentem, vt ſpiritualiter immittat ſuper te, & omnes tibi fauentes, & vexantes hanc creaturam ſuam N. omnes illas plagas, quæ ad ſonum tubarum ſeptem Angelorum deſcendent ſuper populum non habentem ſignum Dei viui, quæ ſunt ignis & grando mixta ſanguine, cujus virtute tertia pars terræ, arborum, & fœni combuſta eſt. Et mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare, cujus tertia pars facta eſt ſanguis, & mortua eſt tertia pars creaturarum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. Et ſtella magna ardens de cœlo tanquam facula cecidit in tertiam partem fluminum, & fontium aquarum, quæ factæ ſunt amaræ, & multi hominum de aquis mortui ſunt, quæ amaræ factæ fuerant. Et percuſſa eſt tertia pars Solis, Lunæ & Stellarum, & obſcurata eſt, ita vt non luceret tertia pars diei, & noctis: Veniántque ſuper te, & omnes tuos complices, omnia illa mala contenta in illa tria, Væ, væ, væ, à ſancto Euangeliſta deſcripta. Nec deſint tibi, ô ſcelerate Dæmon, quæ euenient illi populo ex apertione putei abyſſi, de quo aſcendit fumus, vt fornacis magnæ, qui obſcurauit Solem, ex quo exierunt locuſtæ in terram, quibus data fuit poteſtas lædendi, & occidendi homines, non habentes ſignum Dei viui in frontibus ſuis, cujus cruciatu homines quærent mortem, & non inuenient eam, deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Et ſicut eueniet prædictis hominibus, quorum tertia pars occiſa erit à fumo, igne, & ſulphure: ita ſuper te deſcendant: quia noluiſti pœnitere, nec deſiſtere à ſuperbia tua, quando relinquendo Deum creatorem tuum, vt ſtolidus, & inſipiens vice illius voluiſti adorari, qua ſtultitia affecti homines carentes ſigno Dei viui, tua perſuaſione decepti, adorauerunt ſimulacra aurea, argentea, ærea, lapidea, & lignea, quæ nec videre, nec audire, neque ambulare poſſunt, & non egerunt pœnitentiam ab operibus ſuis nefandis, & malis. Hæc, & omnia alia, quæ in tui dedecus, opprobrium, detrimentum, confuſionem, & augmentum pœnarum tuarum poſſunt dici, & cogitari, deſcendant ſtatim ſuper te, ſi nunc non recedas ab hac creatura Dei N. & vadas ad loca

Apoc.8.

Ibidem.

Ibidem.

Apoc.9.

Ibidem.

Ibidem.

inhabitalia, vbi nullam creaturam lædere possis. Per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Hîc interroga, vt suprà: & si spiritus exire noluerit, illum illude opprobriis, iniuriis, & recordatione suæ fœlicitatis, quæ omnia illi sunt grauissima: deinde sic sequere sine hæsitatione.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui pro reconciliatione humani generis, vnigenitum Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum carne humana indutum, contra fortissimum, & rebellem Luciferum
Marc. 10. inimicum tuum triumphare fecisti, & post Resurrectionem, & Ascensionem suam, humanitatem nostram ab ipso assumptam ad dexteram tuam collocare voluisti, præsta nobis, quæsumus clementissime Pater, vt per potentiam eiusdem Filij tui, hos dæmones ab hoc famulo tuo N. tua virtute expellere valeam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † maledicte spiritus per illum Angelum, quem beatus Ioannes vidit, qui est Angelus magni consilij, & Angelus testamenti, ad templum veniens, quem benè fortem esse dicit, qui inimicum fortissimum, scilicet Luciferum principem tuum, superauit, amictum nube, carne scilicet humana indutum, & facies eius sicut sol, quæ significat claram notitiam, quam de ipso per assumptam humanitatem consecuti sumus. Qui habebat pedes, vt columnam ignis, qui sunt *Ibidem.* sancti Apostoli: euangelizantes pacem, & bona. Christus igitur nube tectus erat: quia multitudine sanctorum circundatus apparuit, quos ne in persecutione deficerent, confortabat, & animabat. Coniuro te, † scelerate dæmon, per istum *Ibidem.* Angelum tenentem pedem suum dextrum super mare, id est Christum qui tenet manum suam cõseruatiuam super populum Christianum, aquis baptismi regeneratum: & sinistrum super terram, id est super populum paganorum in terrenis desideriis fixum, qui sola terrena sapit, & quærit, nihil de cœlestibus mysteriis *Ibidem.* cogitando. Qui magna voce clamauit, quando quæ in veteri lege, vt tenebræ, erant obscura, manifestabat in tectis, cuius luce illustrati sancti Ecclesiæ prædicatores, & fortificati, cœperunt & ipsi prædicare vitam æternam. Coniuro te, † mi- *Ibidem.* ser dæmon per illum Angelum, qui erigens manum suam ad cœlum, iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, id est Christum, qui tunc leuauit manum in cœlum, quando carnem, quam assumpsit, ad dexteram Patris eleuauit. Iurauit autem per viuentem in sæcula sæculorum, quando & se, & Patrem vnum ostendit, dicens: Ego in Patre, & Pater *Ioan. 14.* in me est. Iurauit autem, quod tempus amplius non erit: quia ibi nulla varietas erit, sed semper stabilitas, & claritas indeficiens illis beatis spiritibus aderit. Tu vero cum maledictis spiritibus damnatis tẽpus habebitis, quia ad varia tormenta mutabimini, ab aquis scilicet niuium. *Ioa. 5. 14.* ad calorem nimium. Coniuro te, † pessime dæmon, per illud mysterium quod Angelus prædixit consummandum esse: cùm scilicet Ecclesia cœperit

Digitized by Google

perit vltimam suam prædicationem diffundere, quia tunc mysterium complebitur, cùm iustis præmia, & nobis reprobis tormenta erunt præparata: qui iusti consequentur illud, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, visionem scilicet Dei Beatificam, Coniuro te, † immundissime spiritus, per illum, qui beato Ioanni præcepit accipere librum de manu Angeli, & illum deuorare. Per dilectionem siquidem ad Deum beatus Ioannes, & per intelligentiam diuinitatis datam, hunc librum de manu dispensatoris Christi accepit, in cuius potestate Deus Pater dedit cælestium, & terrestrium ordinationem: Et quantò per maiorem dilectionem ipse Ioannes Christo magni consilij angelo appropinquauit, tantò stupendiora diuinitatis suæ, & humanitatis cognouit mysteria. Vnde non sine causa supra pectus eius in cœna recubuit, de quo tantam sapientiam hauserat, vt per Euangelium suum arcana Christi in eius exordio patefaceret. Coniuro te, † scelerate dæmon, per illum, qui tenet librum apertum, qui est Christus Filius Dei, quia omnia, quæ in veteri Testamento quasi clausa erant de eius Incarnatione, Natiuitate, Passione, & Resurrectione reuelauit, cùm ea opere compleuit in destructionem regni tui, ô maledicte dæmon, & in ædificationem Ecclesiæ suæ sanctæ. Gloriabaris enim in tua damnatione habere sociam naturam humanam, sed decipiebaris, ô miser: quia Dei misericordia nobis subuenit, nos è faucibus tuis eripiendo. Discedo ergo, nefandissime spiritus, ab hac creatura Dei N. per illam immensam misericordiam eius, & vade ad sedes tuas infernales, vel ad loca tibi à Christo deputata. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

1. Cor. c. 2

Apoc. 10.

Ioan. c. 12

S. Leo Papa in Ser. annuntiationis.

Oratio.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui Ecclesiam tuam in sanguine Iesu Christi, Filij tui Domini nostri congregatam tua pietate semper custodire non desinis, qui pro eius conseruatione, ab initio vsque ad finem mundi sanctos prædicatores, & famulos tuos ad eius defensionem mittis, vt eorum prædicationibus ab erroribus custodias: te misericodissime pater, suppliciter exoro, vt per virtutem tui sanctissimi nominis, gratiam expellendi dæmones ab hac creatura tua N. mihi misericorditer præbere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † scelestissime dæmon, per illum, qui beato Ioanni præcepit calamo templum Dei, altare, & habitantes in eo metiri: vt scilicet per prædicationem verbi diuini Ecclesiam suam: & in ea altare putà Christum, constitueret, in quo veri adoratores in spiritu, veritate Patrem adorare debent, falsos autem Christianos, scilicet hæreticos, & peccatores impœnitentes, qui se Ecclesiam simulant, sed factis negant eiicere foras: quia tales sunt similes infidelibus, & conformes ministris tuis, qui ciuitatem sanctam, id est Ecclesiam, ad iustè viuendum congregatam, & virtutibus munitam persequuntur: ideo præcipitur metiri templum, quantum ad Ecclesiam, quæ est fidelium congregatio, & altare, perfectiscilicet, & contemplationi quorum

Apoc. c. 5

Ioan. c. 4

auxilio aliorum sacrificia innituntur, & adorantes in eo, reliqua, scilicet multitudo credentium. Conjuro te, † impiissime dæmon, per illum qui promisit Ecclesiæ suæ dare prædicatores, & testes, & qui contra Antichristum, & ejus sequaces sua doctrina pugnabunt, verbo, & exemplo, demonstrando hominibus peruersitatem illius filij perditionis, qui sunt Enoch, & Helias. Hi sunt duæ oliuæ, spiritu sancto inuncti, & duo candalebra, quantum ad lumen doctrinæ, in conspectu Dei astantia, quos qui voluerit lædere, oportet eum occidi. Qui habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & conuertendi aquas in sanguinem. Quorum testimonium cum finierit, tu sceleratissime dæmon, suscitabis illam bestiam, scilicet Antichristum, qui sanctos prædicatores Christi bestiali sensu, & crudelitate laniabit. De abysso profunditatis ignorantiæ, & malitiæ, ad regnum ascendet, & contra Enoch, & Heliam magnum bellum faciet, cùm primùm contra eos per mundi sapientiam, quæ est astutia: & versutia disputabit, quia te assistente astutissimus erit, quæ malitia in fine nihil illum pessimum hominem iuuabit, quia Deus gladio oris sui interficiet eum. Conjuro te, † pessime dæmon, per illam inuincibilem veritatem, quam prædicabunt illi sancti testes, quæ superari non poterit ab Antichristo suo mendacio, quam conabitur potentia vincere, vt quos occidere non valet spiritualiter, Deum, qui est animæ eorum vita, ab eis subtrahendo, saltem corporaliter occidat, animam à corpore separando, vt in hoc se vincere fateatur. Quorum corpora jacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Tu enim scelerate dæmon, per inexcogitatam tuam malitiam facies proiicere corpora illa in publicum, vt ex vno Christiani videntes fortissimos suos athletas iam mortuos, in agone deficiant, & ex altero impij homines ad spectaculum mortis eorum in viis pessimis confortati fortiores fiant, & hoc in celebriori loco, vt ex frequentia celebrior fama hujus habeatur. Sed te fallet malitia tua, quia eadem via, qua quæres fidem Christi imminuere, & destruere, eademmet illa exaltabitur, quia sicut Christus Dominus noster in Hierosolyma, quæ in medio mundi est, voluit crucifigi, vt rumor redemptionis opportunius per omnes partes mundi in circuitu diffunderetur: sic diuino consilio decreuit in eodem loco fieri commotionem peccatorum, per verba, & opera mirabilia, & per mortem, & resurrectionem testium suorum: & ideò in ciuitate magna Hierusalem occidendi sunt, vbi & Deus eorum crucifixus est. Exaltabitur (inquam) fides tunc, ô pessime animarum deuorator, quia in illos duos testes, pro Christi amore occisos, immittet Deus spiritum vitæ post dies tres à sua morte, & illos resuscitabit, ducens eos ad gloriam suam, & videbunt eos inimici eorum, qui postquàm corporalem vitam extinxerunt, æternæ eorum vitæ, quam extinguere non possunt, inuident, vt inuidentes ampliùs torqueat inuidia, quàm prius in manibus eorum morientes, ipsi torquebant pœna. Conjuro te, † immundissime spiritus, per illas voces, quas beatus Ioannes in cœlo audiuit, dicentes: Factum est regnum hujus mundi Domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum. Laudatur enim Deus, & glorificatur Christus, qui cunctis inimi-

Apoc. c. 11.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

is

Digitized by Google

inimicis ſuperatis, regnum ſine fine duraturum ſuſcepit. Nam vobis malignis ſpiritibus omni virtute priuatis, & in tenebris præcipitatis, virtutem ſuam magnam Dominus accipiet, cui nemo vlteriùs contradicet, & cunctis regibus, & ſedibus expulſis, & ſuperatis regnabit. Quem viginti quatuor Seniores, & omnes ſancti Angeli, & electi adorabunt, dicentes: Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnabis in ſæcula ſæculorum. Per hæc igitur verba, & per omnia alia ſacratiſſimæ noſtræ fidei myſteria, quibus potes conjurari, cogi, ligari, & fugari ex hoc corpore, & ad pœnas infernales mitti, te conjuro, cogo & conſtringo, vt omni mora, & fallacia poſtpoſita, ſtatim recedas ab hoc famulo Dei N. cum omni tua ſcelerata ſocietate, & cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis tuis, quas omnes auctoritate Dei omnipotentis diſſoluo, † & diſſolutas eſſe decerno, & tibi præcipio, nefandiſſime Dæmon, vt recedendo, dimittas hanc creaturam ſanam, & liberam, vt eam inueniſti, & eam ampliùs non rediturus. Per eum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ibidem.

Luc. c. 9.

Imprecatio.

Maledicti, & excommunicati, atque blaſphemi, ſitis in pœna æternali, & nulla ſit vobis requies, ſi ſtatim non eritis obedientes mandatis & præceptis meis, in virtute Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti vobis factis, & verbis, quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit, in cujus nomine, virtute, & poteſtate vobis præcipio, vt ſtatim recedatis ab hac creatura Dei N. per virtutem ſanctiſſimi nominis Dei Tetragrammaton. Ideò ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Lucifero, & vobis Angelis ejus, & ne differatis parere mandatis, alioquin mittam vos in ſtagnum ignis, & ſulphuris, vbi fumus tormentorum veſtrorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 25.

Hic Exorciſta ponat manum ſuper caput vexati, & ipſum ſignando, dicat.

Oratio.

Expelle, Domine Ieſu Chriſte, per virtutem tuæ ſanctiſſimæ paſſionis, Diabolum ab hac creatura tua N. à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à ſublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, à ſuperciliis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, à fœmore, à ventre, à ſtomacho, à corde, à ſpatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis, à manibus, ab vnguibus, ab oſſibus, à neruis, à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum ſuorum, ab omnibus juncturis, à toto corpore ſuo intus, & extra, à quinque ſenſibus corporis, & animæ: nullúmque locum habeat in ipſa intus, & foris ampliùs, vt ſana, & ſalua fiat per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui, & per inuocationem Spiritus ſancti coæterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, &

Digitized by Google

& animam hujus creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius saluare, & sanum facere. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EXORCISMVS III.

FORMIDABILIS, Mirabilisque virtutis contra spiritus immundos occupantes corpora humana.

Exorcista accedens ad coniurandos Dæmones, præmissa præparatione, seruatoque ordine superiùs posito, charitate, ac pietate ductus, ante sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum (si adest) genuflexus, mentem in Deum eleuans, dicat:

IN nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, † & Filij, † & Spiritus, † sancti. Amen. *Psalm. 9* *Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cœlum, & terram. *Vers.* Exurge, Domine, ne prævaleat inimicus tuus iste. *Resp.* Iudicetur ipse in conspectu tuo. *Vers.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra. *Resp.* Qui eruis sperantes in te, Domine. *Vers.* Adjuua nos Deus salutaris noster. *Resp.* Et propter nomen tuum, Domine, libera nos. *Vers.* Domine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Matt. c. 14. DOmine Iesu Christe, qui ore sancto tuo benedicto, dixisti: In nomine meo dæmonia eiicient, & qui Cananæam pro filia sua à dæmonio vexata, rogantem exaudisti: quæsumus, vt per sanctam crucem, passionem, & mortem tuam expellere digneris ab hac creatura tua N. omnem vexationem dæmonum, & eorum languores, & cunctos dolores cordis, & corporis: & plenam sanitatem misericorditer concedere digneris vt ope misericordiæ tuæ restituta, & sanata, tibi creatori, ac redemptori, referat gratiarum actiones: Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Ecclesia Romana in oratione infirmorū.*

Hîc Exorcista surgens ab oratione: ponat manum super caput vexati, dicendo infrascripta verba, alta voce ostendo Crucem vexato.

ECce Crucem † Domini nostri Iesu Christi, fugit partes aduersæ. Ecce vexillum, † redemptionis nostræ, fugite partes aduersæ. Ecce signum confusionis vestræ, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. *Apoc. 5.*

Posteà legat sequens Euangelium

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matth. 15. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, Egressus Iesus, secessit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens: Miserere mei Fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes Discipuli rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non *Cap. 15.*

sum

Digitized by Google

ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adjuua me. Qui reſpondens, ait. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam Domine. Nam, & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, dixit illi: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis: Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora. ℟. Laus tibi Chriſte.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, Redemptor clementiſſime humani generis, quia nobis, innumera beneficia contuliſti, te ſuppliciter deprecamur per omnia, & ſingula dona, & beneficia ſeruis tuis collata, & maximè per omnia myſteria tuæ ſacratiſſimæ paſſionis, qua nos à faucibus inferni eripere dignatus es, vt hunc famulum tuum N. à Dæmone oppreſſum liberare
Luc.c.9. digneris. Quæſumus, Domine Deus omnipotens, qui dediſti ſanctis Apoſtolis tuis virtutem calcandi ſuper Dæmonia, & ſuper infirmitates, vt præbeas nobis miniſtris tuis virtutem expellendi hunc Dæmonem ab hac creatura tua N. tuo ſanguine pretioſo redempta, vt liberata ab hac vexatione, & ſanitati reſtituta, tibi in perpetuum gratias referre poſſit. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hîc Exorciſta aſpergat aquam benedictam ſuper obſeſſum: poſteà incipiat adjurare Dæmones obſidentes, audaci animo, ſæpè illis obiiciendo cœleſtem beatitudinem, & miſeriam eorum ſempiternam.

CONIVRATIO.

COniuro te, † miſerrime Dæmon, projecte è cœleſti faſtigio, ac diuina contemplatione, qui artibus tuis conatus es ſemper inſequi ſanctam Dei Eccleſiam, tam in Angelis in cœlo, quàm in hominibus in terra. Statim enim, vt Deus diſpoſuit Chriſtum mediatorem vniuerſalem inter ſe, & rationalem creaturam interponere, cœpiſti pugnare contra ipſum, & Eccleſiam ejus, quæ ſub nomine mulieris à ſancto Euangeliſta deſcribitur, & filium ejus, lapidem angularem è cœlo demiſſum, de quo dicebat Dominus Deus: Quis dimiſit lapidem angularem, cùm me laùdarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes filij Dei? Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat? Quid enim, ô ſcelerate ſpiritus, per lapidem angularem terræ conuenientius vocari poteſt, quàm Chriſtus, qui de terrena materia corpus aſſumpſit? Sicut ipſe de ſe loquens ad Phariſæos, dixit: Nunquid legiſtis in Scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: Hunc lapidem (in detrimentum tuum, ô miſer Dæmon, ſerpens, & draco nequiſſime) Deus dimiſit, cùm eum laudarent aſtra matutina, quando Chriſtum in aſſumptione carnis mittendum ab initio, inter Angelos reuelauit. Nec Chriſtus lapis angularis ſolummodo pro eo dicitur, quia Iudæos, & Gentiles vniret, ſed vt magis Angelos,

Apoc.12.

Henricus Arphius l. 1. Myſti. Theo. c. 8

Digitized by Google

& homines in vnam communitatem, cujusipse est caput, copularet: qui ideò effectus est hominum redemptor, & Angelorum reconciliator, quia pro vtrisque promeruerit: *Apoc. c.12.* quia Angeli vicerunt per sanguinem agni. Vnde & huic Incarnationi quidam Angelorum fauebant, *Iob.c.38.* qui in fide Christi, merito dilectionis ad æternam beatitudinem intrauerunt, qui nominantur astra matutina, quasi videndo per claritatem gloriæ, canentes, & jubilantes interna mentis exultatione, de Incarnatione Christi Deum, & ejus sapientem dispositionem in sua glorifica saluatione laudabant. Sed ille maledictus Lucifer princeps tuus, & cæteri sui sequaces superbientes, malitia sua obcæcati contemnebant inferiori naturæ subiici, & ob hoc inuidebant Christi incarnationi. Et quia à diuina contemplationis dulcedine se auerterunt, amari facti sunt. Vnde cùm de natura diuinæ prouidentiæ per creationem procederent, & se à diuina luce propria elatione auerterent, nube à Deo vestiti sunt, cæcitate scilicet mentis per superbiam obscurati, post quos *Ibidem.* Deus ostium concluſit, cùm eorum malitiam certis limitibus suæ dispensationis coërcuit. Et quia omnia ista tibi demonstrata fuerunt, ideò cum illis maledictis spiritibus pessimè egisti contra Christum. Conjuro te, † scelerate spiritus, *Apoc. c.12.* per illud mirabile signum quòd beatus Ioannes Euangelista in cœlo vidit, mulierem scilicet, amictam Sole, quæ est sancta Ecclesia vnita Christo, & Luna sub pedibus ejus, quia Ecclesia electorum comparata diuinæ sapientiæ, pro nihilo reputatur, sicut lumen Lunæ in comparatione ad Solem est quid minimum. Hæc est illa mulier, ô sce-

lerate Dæmon, sancta scilicet Ecclesia, quæ habens in vtero clamabat vt parturiens, quæ cùm mentis delectatione Christum conceperit in cruciatu pœnalis laboris, per virtuosum opus foras emittit. Sed ecce aliud signum apparet, draco *Ibidem.* scilicet ille maledictus Satanas, princeps tuus, & caput omnium iniquorum, habens capita septem, quia est plenus septem nequitiis, sicut Christus dicitur plenus septemplici spiritu, & eorum decem, quia sicut Ecclesia Christi pro obseruatione decem præceptorum Dei meretur coronam vitæ æternæ: sic apostata spiritus pro impugnatione decem præceptorum decalogi meretur coronam tribulationis æternæ. Et quia ille, vt inuidus, non poterat sustinere gloriam, & honorem, qui *Esa.14.* Christo mediatori à sanctis Angelis dabatur, cœpit persuadere aliis spiritibus contra ipsum, qui diu non permanentes contra tentationem Luciferi, immò tali persuasione affecti, illi adhærentes, è cœlo ceciderunt. O infelicem commutationem! in cœlo erant, cùm Creatorem suum contemplando aspicerent, & in terram ad iam solam creaturam considerandam prolapsi sunt, Sed audi ejus temeritatem: sicut enim se oppoſuerat Ecclesiæ *Apoc.12.* Christi in cœlo, ita etiam fecit cadens. Stetit enim ante mulierem sanctam, scilicet Ecclesiam, ex Angelis, & hominibus congregatam, & ad quid hoc faciebat? vt cùm peperisset, deuoraret filium ejus. Conjuro vos, † nefandissimos spiritus, Dæmones infernales, per illam sanctam, & immaculatam Dei Ecclesiam, quam semper persecuti estis, tam in Angelis, quàm in hominibus, vt fidem mediatoris Christi in vtrisque extin-

guere-

Digitized by Google

gueretis, quæ Christum spiritualiter paritura erat. Spiritualiter quidem ipsum peperit, primùm in Angelis beatis, cùm merito fidei, & dilectionis Christi mediatoris intrare potuerunt ad videndum faciem Dei sui conditoris. Per ipsam igitur, maledicte Dæmon, te constringo exire de hac imagine Christi N. quam ipse, sua passione, & morte redemit: recede, & ne differas parere mandatis: quia quantò tardius exis, tantò magis pœna tibi à Christo augetur: qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Synod. Nican. DOmine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui cùm æqualis Deo Patri tuo in majestate, & potentia ab æterno existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, ex intemerata Virgine Maria carnem tuam mundissimam, qua, nos à potestate tenebrarum liberares, assumere decreuisti, & eam Cruci affigens, à satanica seruitute, tua piissima misericordia, & pietate liberare voluisti: te humiliter deprecor, vt virtutem expellendi dæmones, hunc famulum tuum N. vexantes, mihi præbeas, vt ab hac vexatione liberatus, suæque pristinæ sanitati restitutus nomen sanctum tuum laudare possit in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † spurcissime Dæmon, per illam, sanctissimam, *Luc. c. 1.* & beatissimam Virginem Mariam, quæ carnaliter concepit Christum, quæ præ cæteris altior merito dilectionis fuit, quæ meruit ornari corona duodecim Stellarum, cùm omnium virtutum merita, singularúmque gratiarum priuilegio superexcesserit, quo factum est, vt non solum Christum corde conciperet per fidem, & dilectionem: verum *D. Aug.* etiam & carnem ejus ex purissimis sanguinibus amoris ardor excessiuus ex virgineo vtero sine virili consortio formaret, quæ per mulierem amictam sole à beato Ioanne describitur. Conjuro te, † ingratissime spiritus, per Filium illius mulieris, qui est Christus Filius Dei. Hic est enim ille Filius, ô scelerate Dæmon, quem tu, & serpens ille maledictus Lucifer quærebatis deuorare mox natum per Herodis persecutionem, cùm (te instigante) occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & omnibus finibus eorum. Deuorare etiam Ecclesiam voluistis in passione Christi, cum per scandalum Crucis extinguere niteremini fidem Saluatoris, sed tunc Leuiathan hamo captus est. Cùm enim justum occidere vellet, ne multos justificaret, meruit jus, quod innocentes habebant, per fidem passionis & mortem ejus amittere. His duobus modis visus est malignus draco, princeps tuus in persona propria *Apoc. c. 12.* Christum deuorare: sed in nulla harum persecutionum prævalere potuit: primum quidem, quia peperit filium masculum, id est Christum, qui ab instanti suæ conceptionis, omnibus virtutibus, gratiis repletus fuit, qui nullum peccatum habuit: de quo dicebat Ioannes Baptista: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Conjuro te, † nefandissime spiritus, per illum, qui *Ioan. c. 1.* recturus erat gentes in virga ferrea, potestate scilicet magna, quæ illi inerat: quia natura erat impeccabilis; propter quod tu, malignissime

Digitized by Google

draco infernalis, non potuisti prævalere contra Christum Filium mulieris, & etiam quia raptus est ad Deum, & thronum ejus, quia æqualitatem vnius majestatis cum Deo Patre sortitus est, de quo dicit Dauid: Thronus tuus Deus in sæ-
Psal. 44. culum sæculi, quia æterna, & inseparabilis est hæc majestas Patris, & Filij, & Spiritus sancti: propter quod ille malignus draco non potuit prævalere in Filium. Conjuro te, †
Apoc. 12. superbissime Dæmon, per illam mulierem, sanctam scilicet Ecclesiam, quæ fugiens in solitudinem contemplationis, tentationem tuam superauit, vbi anima fidelis contemplando Christum & passionem ejus imminente persecutione, omnia propter ipsum contemnit, & omnia mundana pro ejus amore despicit. Quod Christus docuit, tanquam nouissimę tentationis remedium, quando dixit: Cùm videritis abomina-
Matt. c. 24. tionem desolationis stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, id est in desertum locum, vbi Deus parauit locum seruis suis, qui omnia contemnunt propter Christum, vbi pascit Ecclesiam suam: contra tentationes tuas, scelerate dæmon, vberes consolationes suas illi ingerendo. Sed, ô miserrima creatura, quid tuo principi euenit ex tot persecutionibus Christo, & ejus Ecclesiæ inuentatis? Ni-
Apoc. 11. hil, aliud, quàm damnatio, infernus, cruciatus æterni, miseriæ infinitæ, & calamitates sine fine: quæ omnia iniquo animo sustinens, & videns se à diuina contemplatione deiectum ad terram, cœpit præliari aduersus Sanctos Dei. Recede igitur, maledicte dæmon, ab hac creatura Dei N. per amorem Sanctorum omnium erga suum conditorem, quem indefessis vocibus laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui propter magnam misericordiam suam liberauit nos ab ore draconis: & per omnia alia, quæ te possunt constringere in virtute Dei, te cogo, vt vadas ad loca tibi deputata à Christo, statim, & sine mora, & per signum sanctæ Crucis, † quod ei in fronte damus, tu nunquam audeas violare, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen.

Hìc quærere poteris, quot Dæmones sint in corpore vexati: nomina eorum: quis sit eorum caput: de quo ordine fuerint: quibus verbis magis affligantur: & super quod peccatum dominentur, vt melius scias contra eos opportuna remedia applicare: posteà sic sequere.

Oratio.

DEus, qui recto judicio vnumquemque judicas: & Angelos, qui feruore veræ dilectionis in principio suæ creationis te dilexerunt, in statum gratiæ confirmasti: rebellésque, ac contumaces spiritus tibi inobedientes, perpetuis carceribus, & æternis pœnis deputasti, quique ita hominem dilexisti, vt Filium tuum Iesum Christum, pro ejus liberatione dares: qui, vt nos à Diabolica seruitute liberaret, passionem, & acerbissimam mortem voluntariè sustinere voluit. Te, Domine, supplici-
Iude e. vnico. ter exoramus, vt per eandem passionem, & mortem vnigeniti Filij tui, hunc famulum tuum N. ab hac pessima Dæmonum vexatione, quem inimici tui scelestissimi conantur perdere, eripere, & custodire digneris: quia in te sperauit, & credidit, & ne diu permittas, piissime pater, illum à dæmonibus vexari, sed:

Digitized by Google

ſed libera eum propter nomen ſanctum tuum : & liberatum , æternæ beatitudini illum conſerua. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

Apoc. c. 12. COnjuro te, † ſuperbiſſime ſpiritus, per illos ſanctos Angelos, qui ſublimiter ſentientes de Deo, maximo amore ad ejus gloriam afficiebantur, & pro facultate ſibi data ad honorem ſui creatoris defendendum nitebantur. Vos autem ſuperbientes , ſublimiter ſentiebatis de bonitate veſtræ naturæ , & propter hoc ad propriam gloriam afficiebamini , & toto conatu contra *Ibidem.* electos Angelos ferebamini. Ex quibus affectionum conatibus factus eſt ille Angelorum conflictus , & prælium. Quod magnum fuit, quia magnis affectionibus fuit commiſſum ab Angelis, & à vobis reprobis. Magnum(inquam)propter durationem, quia in cœlo fuit inchoatum : & tamen ante generale judicium in præſenti ſæculo non poterit conſummari : quod Dei ſapientia fit, vt tam electos Angelos, quàm homines,ad tempus exercitaret , vt quantò difficiliora eis ex hoſte præceſſiſſet pugna, tantò glorioſior fieret de hoſte victoria. Conjuro te , † ſuperbiſſime ſpiritus , per illum magnum cœleſtis militiæ principem Michaëlem Archangelum , & per ſanctos Ange- *Ibidem.* los ejus, qui, viſa temeritate Luciferi , præliabantur cum dracone , qui ſicut inter ruentes Angelos , vt primus draconi comparatur propter malitiam, & aſtutiam ſuam , qua primò Angelos in cœlo circumuenit:ſic & beatorum Angelorum primus Michaël nominatur propter ſublimem diuinæ ſapientiæ admirationem propter quod ſignificatur nobis in eo admiratiua contemplatio diuinæ ſapientiæ , per quam Deum omnis creaturæ incomparabiliter conſiderauit, vt dignè princeps cæterorum Angelorum dicatur, quibus in hac contemplatione clarior habebatur, qui à Daniele princeps nominatur. Cui Angeli eius , illi ſcilicet, qui ejus voluntati proprio conſenſu, & actione adhæſerunt , contra draconem , & Angelos eius præliabantur,& draco pugnabat,& angeli ejus.

EXPROBRATIO IN SATANAM.

VIde miſerrima creatura, ad quale diſpendium, ob ſuperbiam , & *Expro-* nequitiam tuam cum principe tuo *bratio.* deueniſti. Nam ille maledictus Apoſtata , & draco nequiſſimus , oculis ſuæ conſiderationis , claritatéque ſui intellectus , nec non ſublimitate ſuæ naturæ , ſeipſum, & omnes creaturas, ac earum conditorem clarè conſiderans , & cognoſcens , tam immoderatè de ipſa ſua natura gloriabatur, quòd honorem, & gloriam , quam ſuo conditori reddere tenebatur, in ſeipſum reduxit , adeò quod inferiori naturæ , quam creator per gratiam exaltare diſpoſuit, ſubiici dedignaretur : & propter hoc contra Dei præceptum,pugnare cœpit aduerſus ſanctos Angelos , affectu , quo ad propriam gloriam afficiebatur, & conatu, quo nitebatur electorum Angelorum obedientiam ſeducere , & ſubuertere : Cauda nempe illa , qua tertiam partem ſtellarum trahebat , etiam *Ibidem.* cæteras ſtellas traxiſſet , niſi creator earum manu gratiæ ſuæ eas tenuiſſet. Cùm enim tanta eſſet malitia draconis infernalis , quòd ſua circunuentione allecti , conſentientes veneno ſuæ malitiæ corrum-

Digitized by Google

peret, cæteros sanctos Angelos per gratiam obedientes sibi Deus in gratia firmauit. Conjuro te, † maledicte Dæmon, per illam diuinam, & immensam Dei bonitatem, qua sanctis Angelis suis gratiam suam impertiuit, per quam & ipsi præseruati sunt. Putabat enim ille sceleratus princeps tuus, & impius draco suam naturam præferre diuinæ gratiæ, & nesciebat (donec experimento probaret) quod in omnibus *Ibidem.* gratia validior est, quàm natura: quia per naturam datur esse, quod ita est in se: per gratiam verò datur naturæ esse, quod habet in Deo: & ideò non valuerunt resistere gratiæ, qua pugnabant sancti Angeli, neque locus eorum amplius est in cœlo. O pulcherrimum finem conuenientem propriè tali principi. Audi illum. Et proiectus *Ibidem.* est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocabatur Diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram cum suis Angelis. Conjuro te, † ingratissime spiritus, per illud magnum *Ibidem.* gaudium sanctorum Angelorum, qui de victoria exultantes, dicebant: Salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus. Salus, illi dicunt, quantùm ad liberationem à malo, virtus quantùm ad operationem boni, regnum quantùm ad liberationem spiritus, quia liberi, & sine vlla contradictione obediunt Deo. Hæc omnia ille superbissimus princeps tuus Lucifer ex natura volebat habere: gratiam verò, quam rationali creaturæ Deus obtulit, contemnebat: & quantùm potuit, electam illam multitudinem, quæ se oblatæ gratiæ gratam reddebat, impediebat. Conjuro te, † spurcissime Dæmon, per illos sanctos Angelos, qui pro Christo pugnantes, non sine probatione susceperunt præmium illud magnum à Deo, cui tot gratias reddebant, cognoscentes, non aliunde, quàm per illum, se obtinuisse victoriam, id est per Christum, cui dicunt, & potestas Christi eius, quia sicut *Ibidem.* Christus secundum diuinitatem habet potestatem, & dominium vniuersalis præmij: ita secundum humanitatem, quia suspensus in Cruce meritum acquisiuit, habet potestatem vniuersalis meriti, quæ dona fuerunt causa exultationis beatorum spirituum. Conjuro te, † sceleratè dæmon, per illam sanctam Ecclesiam Domini nostri Iesu Christi, quæ ex electis Angelis, & hominibus constituta est, quæ timere non valet tuas persecutiones, scuto veritatis Christi protecta, cui ex merito passionis suæ, & virtutem suæ *Ibidem.* conseruationis Christus sibi statim adstat, sub quo de te, omnibusque tuis contubernalibus triumphauit. Conjuro te, † immundissime Dæmon, per omnes Sanctos, qui te viderunt in sanguine agni propter hoc, quia non dilexerunt animas suas vsque ad mortem: quia tàm beati Angeli, quàm homines electi regnum tuum vicerunt, non propriis meritis & viribus: sed morte Christi, & merito ejus, quod completum est in effusione sanguinis ejus. Non dilexerunt (inquam) ani- *Ibid.* mas suas vsque ad mortem, quia Deum in tantum esse diligendum putauerunt, vt necessarium æstimarent sibi, propriæ vitæ non parcere pro diuinæ dilectionis defensione: Quod summè, cùm displiceret Lucifero, cernens se deiectum persecutus est mulierem sanctam, scilicet Dei Ecclesiam, tàm in Angelis in cœlo, quàm in hominibus in hoc mundo, quia persequitur

quem

Digitized by Google

quemlibet justum, qui incipit benè facere. Persecutus est etiam Ecclesiam sanctam per persecutiones tyrannorum, & paganorum, quas omnes virtute Christi, Sancti vicerunt. Per merita igitur, & passionem Christi, & omnium electorum ejus, te conjuro, † cogo, & constringo, maledicte dæmon, vt statim exeas, & recedas ab hoc seruo Christi N. qui ad Ecclesiæ ejus recurrit præsidia, & ne differas parere mandatis meis tibi in nomine ejus factis: quia qui recusauerit obedire imperio Sacerdotis, morte morietur: recede, vilissime Dæmon, & vade ad loca tibi à Christo deputata. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Deut. c. 17.

Hic Exorcista conetur scire per præceptæ causam, cur Dæmones non recedant, & quomodo possint in virtute Dei inde expelli: & si noluerint dicere veritatem, fac suffumigationem ex rebus fœtentibus, putà sulphure, camphora, assa fœtida, & similibus postea sic sequere.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui in manu forti, & brachio extenso eduxisti populum tuum de terra Ægypti, te humiliter deprecamur, vt respicere hanc creaturam tuam N. quæ ab immundis spiritibus crudeliter vexatur, & eam è manibus eorum, tua potenti virtute misericorditer liberare: quia isti immundissimi spiritus quærunt eam à tua gratia auertere: & quia in multitudine superbiæ suæ confidunt, tu Domine, qui conteris bella ab initio, erige brachium, & allide virtutem eorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua, qui conantur hanc creaturam tuam N. subuertere: exaudi, quæsumus, preces seruorum tuorum, & concede, vt in nomine tuo sancto fugare & expellere possimus hos Dæmones ab hoc famulo tuo N. vt ab hac vexatione liberatus, de tua misericordia semper lætetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exod. c. 14.

Judith. c. 9.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † scelerate Dæmon, per illum, qui mulieri alas aquilæ magnæ dedit, qui est Christus, qui penetrans cœlos, volauit super Cherubim in æternitate Patris: vt ipsa volaret in desertum locum, id est ad Deum per contemplationem: quia vera solitudo sanctæ Ecclesiæ solummodò est contemplatio diuinorum mysteriorum Dei, extra quem semper inquietum est cor nostrum: ibi enim pascitur Ecclesia sancta per Christum, tecta à furore draconis per tempus, per quod vsque ad judicium permanebit in hoc mundo. Conjuro te, † maledicte Dæmon, per illum, qui Ecclesiam sanctam continuè ex ore draconis, qui illam omnibus modis persequitur, eripit: quam cùm saluam viderit, ex ore suo emittet, tanquam fluuium contra mulierem, aquam, id est doctrinam, sapientiæ mundanæ, quæ contra Ecclesiam fugientem mittitur, cum per superbos sapientes mundi illam impugnat. Conjuro te, † nefandissime Dæmon: per illud adjutorium, quod Dominus noster Iesus Christus Ecclesiæ suæ in aduersis præbet, qui etiam in hac tentatione Ecclesiam suam non deserit, cùm per eadem quibus, tu maledicte

Apoc. c. 12.

Ibidem.

eam

eam lædere quæris, propitius succurrit. Per doctrinam nempe terrenam tu illam inpugnas: per doctrinam etiam Christi ex terrenis *Ibidem.* assumptam Deus Ecclesiam suam adiuuit, ideò adiuuit terra mulierem: quia per contemplationem corporalium rerum venimus ad contemplationem spiritualium. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta *Rom. c. 1* conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Coniuro te, † nefandissime dæmon, per illum qui adiuuit mulierem illam, ne absorberetur à flumine, id est *Apoc. 12.* Christus, qui vt homo, corpus humanum habens, aperuit os suum, docendo veritatem contra doctrinam tuam Satanicam, quam tu disseminaueras contra Ecclesiã, quæ erat plena erroribus, & hæresibus & sua doctrina absorbuit tuam doctrinam falsã, ex quo iratus est valde ille maledictus princeps tuus Lucifer cõtra sanctam Dei Ecclesiam: nimirum, quoniam proiectus est à beatis Angelis, & delusus à sanctis hominibus. Tantò enim in ardoris astutia profundior contra Ecclesiam sanctam *Ibidem.* se recolligit, quantò per diuturnã experientiam se à sanctis hominibus decipi cognoscit: & ideò hæc omnia cernens iratus abiit facere prælium cum reliquis de semine mulieris, sanctæ scilicet Ecclesiæ. Vide, miser dæmon, audaciam & temeritatem tui principis, qui non solùm audet expectare prælium sibi à sanctis hominibus illatum, sed etiam de propriis viribus præsumens, audet inferre prælium viris iustis, qui filij, & serui sunt sanctæ Ecclesiæ, arma habentes virtutum, & gratiarum, propugnatores beatos Angelos, & ducem exercitus sui Christum. Coniuro te, † scelerate dæmon, per illum, qui conseruat, & munit sanctam Ecclesiam suam contra tuos insultus, quæ licèt sit infirma, & nihil meritoriè sine Christo agere possit (quæ mulieri supradictæ comparatur (merito tamen diuinæ gratiæ, & contemplatione diuinitatis, & humanitatis Christi, propter quem temporalia omnia contemnit, & arbitratur vt stercora, vt ipsum lucrifaciat, semper ab ipso præseruatur inuicta: & idcireò nouæ fraudis inuentor Lucifer ille maledictus draco, Ecclesiam inuadit, illos *oppugnando*, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu. Sed non potuit, nec vnquam poterit destruere sanctam Ecclesiam: quia Christus eius caput erit cum illa vsque *Ibidem.* ad consummationem sæculi. Nec prævalebit in filios eius, eos damnando, qui verè sunt de semine eius quoniam habẽt pro duce Christum, *Matt.* qui est Dominus dominantium, *c. 28.* cuius potentiæ nullus potest resistere: cui sit honor, & imperium in sæcula sæculorum. Vide ergo, miser dæmon, qualiter per potentiam summi, & altissimi *Filij Dei* viui, & veri, es victus, & prostratus: ideò pro tua nequitia damnate, atque damnande, da honorem † Deo viuo, & vero: da honorem † Iesu Christo, Filio eius, Domino nostro: da honorem Spiritui † sancto paraclyto, & tremens, gemensque discede ab hac creatura Dei N. quam suo sanguine dignatus est redimere, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, maledicte dæmon, & sæculum per ignem. Amen.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius ditione cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere

ſtere voluntati tuæ, ſi decreueris ſaluare, potes: te deprecor clementiſſime Pater, per virtutem glorioſiſſimi nominis tui, quod omnes Chriſticolæ timent, & adorant: quod immaniſſimi Dæmones odio habent. Quare, Domine Deus omnipotens, miſerere digneris huic famulo tuo N. quia volunt eum inimici tui perdere. Ne, quæſo, deſpicias creaturam tuam hanc, quam pretioſo ſanguine Filij tui redemiſti. Exaudi, piiſſime Pater, deprecationem meam, & propitius eſto illi: conuerte Domine triſtitiam ejus in gaudium, & eam à ſpiritibus immundis liberare digneris, vt tandem è duriſſima, & tyrannica eorum poteſtate erepta, benedicere poſſit nomen ſanctum tuum in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXPROBRATIO.

Ex antiquis exorciſmis.

AVdi igitur, iniquiſſime Dæmon, qui tam injuſtè, atque impiè hunc Dei famulum N. inquietare, & moleſtare præſumpſiſti. Nam cùm propter inobedientiam primi patris noſtri Adæ (juſtitia Dei noſtri omnipotentis permittente) iniquiſſimus princeps tuus Lucifer, ipſum, & omnem poſteritatem ſuam ab eo ſeminali ratione propagatam, duriſſima tyrannide per multa annorum ſpatia oppreſſiſſet, ferirétque: & diræ carceris infernalis vinculis teneret, tandem adueniente plenitudine temporum: miſit Deus Pater piiſſimum Filium ſuum, natum ex intemerata Virgine, factum ſub lege. Et cùm princeps tuus improbus, & temerarius exactor, in vnigenitum Dei Filium, mediatorem Dei, & hominum, agnum immaculatum, tollentem peccata mundi: dementia ſua ſacrilega atten-

Galat. 4.

Ioan. c. 2.

taſſet inuadere, & ferire, & tandem poſt Herodis impij in eum perſecutionem, poſt contumelias, conuitia, & opprobria, tandem immiſit in cor Iudæ proditoris, & impiorum Iudæorum (permittente, & volente ipſo agno manſueto: ac voluntariè ſe pro redemptione humana offerente) vinculis tradi fecit, & flagellari, injuſtè condemnari, nudari, & in Cruce affigi. Quæ omnia mitiſſimus agnus Dei omnipotentis Filius pro ſalute noſtra (quia ipſe voluit) pertulit vt nos, & hunc famulum Dei N. à vinculis omniũ immundorum ſpirituum liberaret, liuore ſuo ſanaret, ab æterna eriperet damnatione: nudatos à vobis impiis latronibus infernalibus reindueret veſte innocentiæ, & gratiæ, quæ nos in protoplaſto parente contra omnipotentis Dei imperium rapuimus, exoluit offerens ſe fructum benedictum ventris glorioſæ Virginis pro interdicti fructus eſu, cruore ex quinque vulneribus largiter effuſo, redemit: morte ſua glorioſa, noſtram deſtruxit, & principem tuum cum omnibus ſatellitibus, & apoſtaticis immundis ſpiritibus, & Dæmonibus: cùm crederet ſe in ipſo aliquid inuenire, captiuauit, & nos maximè credentes ſibi liberauit. De quorum numerò, dono miſericordiæ ſuæ gratuitè nos eſſe profitemur. Et poteſtatem Diſcipulis dedit calcandi ſuper vos immundos ſpiritus, & ad inuocationem ſui ſanctiſſimi nominis virtutem, & poteſtatem expellendi vos ab obſeſſis corporibus, & in virtute ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis, qua dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuæ innocentiæ, vos eiiciendi tradidit. In virtute igitur, & honore hujus ſanctiſſimi

Ioan. c. 13.

Eſa. 12.

Oſei. 13.

Marc. c. 16.

Luc. c. 9.

Digitized by Google

Imperatoris, regis regum, & domini dominantium Iesu Christi, in cujus nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, tibi præcipio, miserrime spiritus, siue vnus sis, siue plures, vt non audeatis perturbare hanc creaturam Christi N. quam tibi interdico, non meis meritis, sed fortiori potestate omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi Filij ejus, qui superueniens in atrium hujus mundi, principem tuum cum omnibus immundis spiritibus, & miserrimis satellitibus infernalibus vicit, & vasa tua dirupit: sed recede ab ea sine aliqua læsione ejus, quam Dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est. Qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Philip 2.

Luca 11.

Matth. 25.

Hìc Exorcista conetur juramento, & duris comminationibus extorquere veritatem à dæmone obsidente, præcipiendo aliis, ne illum impediant ad veritatem dicendam: vt sæpè consueuerunt facere: deinde sic sequatur.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui per mortem Domini nostri Iesu Christi, lapsum hominem, tua maxima pietate restaurare ab æterno decreuisti, & Filium tuum per mortem, & crucem super omnes exaltare voluisti, donans illi nomen, quod est super omne nomen, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: te clementissime pater, totis visceribus meis suppliciter exoro, vt per virtutem passionis ejusdem Filij tui hunc famulum tuum N. ab impugnatione Dæmonum liberare digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Philip. 2.

CONIVRATIO.

ITerum fortiùs, & districtiùs conjuro te, † sceleratissime spiritus, per illum innocentissimum agnum Christum, stantem supra montem Syon, qui non solùm natura, sed etiam gratia omnes supereminet: qui prædestinatus est Filius Dei, quantum ad naturam humanam, quæ in Deum assumpta est, non secundùm statum naturæ, sed *gratiæ*, quia in virtute secundum Spiritum sanctificationis. Stat (inquam) Christus supra montem Syon, qui omnes intellectus perspicacia in his, quæ pro redemptione nostra fecit, & sustinuit, supereminet. Qui cùm esset Filius Dei viui, coæternus æterno Patri: & sublimis Deus, pro humana tamen redemptione tam indigna dignatus est pati, vt per os Dauid diceret: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum: & abjectio plebis, & idcircò per gratiam, quæ in eo plena fuit perfectio ejus, non solùm quantùm ad naturæ incorruptionem, sed etiam ad virtutum plenitudinem in multos redundat. Conjuro te, † maledicte Dæmon: per centum quadraginta quatuor millia, quos diuus Ioannes vidit cum Christo stantes supra montem Syon, habentes nomen Christi, quod est Deus: in quo communicat Deo Patri, & Spiritui sancto in vnitate Deitatis, cùm sit vnius naturæ cum eo, de quo dicit idem Ioannes. In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis: quia cùm Pater, & Filius sint ejusdem essentiæ, & substantiæ, qui vnum noueris, alterum

Apoc. 14.

Symbol. Athan.

Psal. 21.

Apoc. 14.

Ioan. 1.

Digitized by Google

alterum ignorare non poterit, quod Chriſtus aſſeruit: dicens: Ego, & Pater vnum ſumus, & qui me nouit, nouit eum qui me miſit. Conjuro te, † nefandiſſime ſpiritus, per illam vocem: quam beatus Ioannes audiuit, quæ erat ſicut citharædorum citharizantium in citharis ſuis, qua ſpiritus juſtorum vt citharædi, varios exultationis ſonos in ſubditis ſibi corporibus efficiunt, & quaſi in citharis ſpiritualis exultationis, de æterna beatitudine gaudentes, lætantur, de quibus dicit: exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis, exultationes Dei in faucibus eorum. Conjuro te, † immundiſſime ſpiritus, per illud Canticum nouum: quod illi Sancti in honorem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti cantabant. Canticum (inquam) quod inter præſentis mundi tribulationes nobis reſonant, quo æternæ vitæ dulcedinem præguſtantes, ſuum glorificatorem collaudant: qui de miſeriis, & calamitatibus hujus præſentis vitæ eripiens, triplici laureola, virginitatis ſcilicet, martyrij, & doctoratus eos fulgere fecit. Per gaudium igitur Beatorum omnium, & per omnia alia, quibus tu, nefandiſſime ſpiritus, potes adjurari, cogi, conſtringi, ligari, & fugari, te cogo, & conſtringo, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Chriſti N. quem ipſe ſua maxima pietate, & miſericordia ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creare dignatus eſt: & ſine mora aliqua ad loca arida, & inhabitabilia quamprimùm pergas, vbi non ſit acceſſus hominum & vbi nulli creaturæ nocere poſſis. Per virtutem eius, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & te, maledicte Dæmon, & ſæculum per ignem. Amen.

Ioan. c.10.

Apoc. c.14.

Pſal 148

Apoc. c.14.

Gen.1.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui omnes Angelos, & homines, tua immenſa benignitate condidiſti, & Sanctos tuos in cœleſti beatitudine, tua clementia, collocare voluiſti, qui magno gaudio in conſpectu tuæ diuinæ majeſtatis ſine fine exultando Chriſto Filio tuo, in æternum collaudantes, gratias de parta contra Luciferum victoria referunt: te ſanctiſſime Pater, deotè ſupplico, vt per interceſſionem omnium Sanctorum tuorum, hanc creaturam tuam N. à Dæmonum inuaſione liberes, liberatam tua gratia conſerues. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ioan.c.17.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † maligniſſime ſpirirus, per omnes illos Sanctos, & electos Dei, qui per ſanguinem Chriſti empti ſunt: qui omnes hanc gratiæ plenitudinem à Deo Patre conſecuti ſunt, qua terrena omnia reliquerunt, vt Chriſtum ſequerentur in virginitate, paupertate, & patientia, quibus etiam & Deus benedictus excellentiorem gradum præmij deputauit. Conjuro te, † impiiſſime Dæmon, per illos Sanctos, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, qui non ſolùm integritatem, & munditiam mentis, & corporis in virginitate conſeruauerunt, ſed etiam à pollutione Dæmonum euaſerunt, quæ vera virginitas eſt, quam non propter gloriam mundi, ſed cum vera humilitate, ad gloriam Chriſti cuſtodientes, vt illum ſequerentur, verè virgines effecti ſunt. Conjuro te, † maledicte Dæmon, per illos Innocentes, qui ſe-

Ibidem.

Digitized by Google

quuntur agnum immaculatum, quocunque ierit, id est Christum, qui sicut immunis fuit ab omni peccato,
Ibidem, & contagione Diabolica, & virginitate mentis, carnis, & spiritus propter maximam humilitatem suam, omnes superexcessit: sic qui hanc gratiam à Deo, meritis Christi, consecuti fuerint, sequuntur Christum agnum in spiritus humilitate, & corporis, & animæ virginitate. Et sicut Christus cæteros in triplici merito, scilicet virginitatis, martyrij, & doctoratus longè præcellit; sic ij, qui primitiæ Sanctorum sunt, Christum in hoc triplici merito sequuntur, vt scilicet virgines, martyres, & doctores sint, si-
Ibidem. cut Christus, quamuis longè posteriores Christo. Conjuro te, † maligniſſime Dæmon, per illos sanctos Innocentes, & martyres Christi, qui empti sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno, qui per mortem à nefariis hominibus violenter illatam à vita ista, quæ inter homines agitur, adepti sunt, vt primitiæ
1 *Cor.6.* Sanctorum ad gloriam Dei, & Christi esse mereantur, sicut & ipse Christus primitiæ respectu omnium Sanctorum nominatur. Hi enim, ô miser Dæmon (in tui confusionem) empti sunt: quia magno pretio sanguinis Christi ad hanc gratiam præ cæteris hominibus electi sunt, vt non solùm vitæ Christi per munditiæ sanctitatem, sed & morti ejus per passionem, & tribulationum tolerantiam configurarentur. Conjuro te, † pessime Dæmon, per illos
Apoc.14. supradictos sanctos Christi Innocentes, in quorum ore non est inuentum mendacium, qui licèt ex corruptione naturæ mentiri possent, priuilegio tamen gratiæ non mentiuntur, neque mentiri possunt: & ideò sine macula sunt ante thronum Dei, qui sicut immaculati assistent Christo judicanti, sic & gratiæ singularis priuilegio, coram diuino judicio perseuerent. Per puritatem igitur, & merita istorum Sanctorum te conjuro, constringo, & cogo, vt exeas ab hac factura Dei N. quam Dominus noster Iesus Christus ab æterna damnatione, sua passione liberauit, & ad illam nunquam redire valeas, per eum, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & te maledicte spiritus, & sæculum per ignem. Amen.

Hîc exorcista interrogare poterit dæmones, quibus vinculis detineantur in corpore, & quomodo licitè illa vincula dissolui possint, qui si noluerint confiteri adhibeat profumigationes, vt suprà, postea forti animo prosequatur opus Christi.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei vi- *Symbolum Athan.*
ui, qui cum esses coæqualis æterno Patri tuo, tua tamen maxima charitate de cœlo descendens pro nostra salute in hunc mundum venire dignatus es, in quo prædicans tuum sanctum Euangelium, corda seruorum tuorum, tua gratia ad te *Matt. c.19.*
conuertisti, & illud seruantes, ad Paradisi gaudia, tua misericordia deducere decreuisti: te, piissime Redemptor, exoro, vt auxilium tuum aduersus hunc Dæmonem, hanc creaturam tuam N. vexantem, mihi præbeas, vt tua virtute, per ministerium meum, Diabolica virtute, è famulo tuo expulsa, ipse ad æternam lætitiam peruenire mereatur, per te, Iesu *Apoc.14.*
Christe Saluator mundi, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Con

Conivratio.

COniuro te, † maledicte dæmon, per illum Angelum, qui per medium cœlum volat, & terris prædicat, qui eſt Chriſtus Saluator noſter, Dominus in cœlis regnans: & homo in terris apparens, ſicut dixit beatus Ioannes Euangeliſta, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriã quaſi vnigeniti à Patre. Cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra: ad breue tempus inter homines apparens, in illo cœleſtia, quæ ſolus penetrare potuit, terræ nos homines edocuit. Adiuro te, † nefandiſſime ſpiritus, per Euangelium æternum, quod Chriſtus prædicauit, qui ad æternam vitam perducit illud ſeruantes, qui ſuis obſeruatoribus promittit vitam æternam, per quod Chriſtus Ieſus Dominus noſter, multa ſecreta vitæ æternæ nobis reuelauit: qui illud accepit, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, quia terrena deſpicientes, ſuper illos lumen cœli radiat, per diuinæ gratiæ illuſtrationem, qui accipientes Chriſti Euangelium, ſuper terram ſedere dicuntur: eò quod animo quieſcunt ab inſidiis tuis, de peccato in peccatum non euolantes, & quia multi de gentibus variis per Euangelium ſaluati ſunt: ideò hoc Euangelium ab Angelo prædicatum eſt ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Conjuro te, † peſſime animarum ſeductor, per prædicationem Euangelij, quæ ante aduentum Chriſti ad judicium reſonabit per totum mundum, ſicut teſtificatur nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quod prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio, & finis omnium operum tuorum, quæ contra tuum Creatorem, peſſimè egiſti: quia in illud æternum confuſionis chaos detruderis, vbi fumus tormentorum tuorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Per hæc omnia te conſtringo, maledicta creatura damnata, & reprobata à Deo ob ſuperbiam tuam, vt recedas hinc, & pergas ad ſedes infernales, vbi cruciaberis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioan. c. 1.

Apoc. 14.

Idem.

Matth. c. 26.

Oratio.

OMnipotens Domine, verbum Dei Patris, Chriſte Ieſu, & Creator vniuerſæ terræ, qui propter tuam omnipotentiam, quia Patri tuo coæternus exiſtis, ſuper omnia timeri, & honorari à tuis creaturis voluiſti, quique in hunc mundum veniens, tuis fidelibus viam perueniendi ad vitam æternam miſericorditer docuiſti, per quam ambulantes, æternæ vitæ gaudia conſequuntur & ab illa recedentes perpetuis pœnis deputaſti: præſta quæſumus, vt ſicut ore tuo benedicto omnia dæmonia nobis in tuo nomine ſubjugaſti: ita tua clementia, piiſſime Redemptor virtutem mihi præbeas, vt hos tuos inimicos ab hac creatura tua N. expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exod. c. 20.

Conivratio.

COnjuro † te, ſcelerate Dæmon, per Angelum, voce magna nobis prædicantem, & dicentem: Timete Deum, & date illi honorem, quod tu, ſcelerate Dæmon, facere renuiſti. Ille enim, ô miſer Dæmon, verè Deum honorat, qui Deum ſolum timet;

Digitized by Google

E contra, Deum non honorat, qui alterum timet, quasi potentior sit ad prævalendum, & sapientior ad nocendum, quod tu, miserrime spiritus, egisti, existimando Luciferum principem tuum potentiorem ad prævalendum contra Christum, & sapientiorem ad nocendum generi humano. Nec considerasti, quòd quanto Deus est potentior, & plura mala impunita dimittit in præsenti sæculo, etiam tantò ampliùs est timendus, quia omnia ad futurum Iudicium custodit, & conseruat. Conjuro te, † scelerate dæmon, per illum quem Angelus nobis præcipit adorare, dicens: Adorate eum, qui fecit cœlum, & terram. Iustè enim ab omnibus creaturis honorandus est, ô bestia infernalis, qui omnia fecit: quia licèt adorare sit aliquid tanquam summum bonum colere, quod propriè pertinet ad rationalem creaturam, & non ad cœlum, terram, mare & fontes aquarum, quæ jubentur Deum adorare: tamen quia creaturæ inanimatæ cujusmodi sunt istæ, potenter, sapienter, & benè à Deo conditæ sunt, ideò rationalem creaturam monent adorare Deum, cujus prouidentia, sapientia, & bonitas in illis relucet: & vt ex illis visibilibus creaturis intelligatur: quàm potens est qui tam magna rerum corpora constituit, quàm sapiens, qui ea tam decenter ordinauit: quàm bonus, qui omnia bene fecit Deus. Igitur ô scelerate Dæmon, est adorandus, & timendus, & non tu, qui conaris adorari vice illius: est (inquam) timendus non timore seruili, quo tu illum times, sed filiali, & voluntario, quo omnes sancti, & justi homines illum timent. Per hæc supradicta, & omnia alia, quibus tu, pessime Dæmon, potes constringi, & fugari in nomine Iesu Christi Nazareni, ego te conjuro & constringo exire ab hoc templo Dei N. quod ipse ad honorem, & gloriam suam sibi consecrauit & tibi præcipio, vt vadas ad locum tibi à Christo assignatum per virtutem ejus, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & te, pessime Dæmon, & sæculum per ignem. Amen. Conjuro te, † iniquissime Dæmon, per illum tertium Angelum, voce magna clamantem, qui est Christus, *cujus* vox magna, & terribilis *erit* aduersus te, & omnes damnatos, *quando* dicet: Ite maledicti in ignem æternum: magna, (inquam) quæ duplicia tormenta inferni, spiritualia scilicet, & corporalia comminatur iis, qui adorauerint bestiam, & imaginem eius. Si quis (inquit B. Ioan.) adorauerit bestiam, id est Antichristum, quem adorant omnes tui complices, qui Christum verbo, & facto negant, & imaginem ejus, id est superbiam, & acceperit characterem ejus in fronte sua, aut in manu sua, de quorum numero sunt omnes tui sequaces, qui fuerunt ab initio, & erunt vsque *ad finem* sæculi, qui sunt vmbra *illius* maledicti capitis tui: quilibet ejusmodi bibet de vino iræ Dei: quia internis, & spiritualibus *tormentis*, & pœnis cruciabuntur, quæ in mente damnatorum receptæ mentem ipsam per totum penetrant: & hoc propriè est præmium, quod tuis nefandis operibus, ô bestia terrima, conuenit: quia nihil cogitare, ad nihil affici, ad nihil moueri; vobis in inferno conceditur, nisi quod pœnale est, vel per præsentiam obiecti, quia vobis damnatis adest, quod nolitis: vel per absentiam, quia abest, quod desideratis, vt in vobis verificetur illud, quod de

Ibidem.

Apoc. 14

Matt. c. 4.

Apoc. c. 14.

Matth. c. 25.

Apoc. c. 14.

damnato

damnato dicitur; Videbunt oculi ejus interfectionem suam, id est mortem illum æternam quam sustinebunt, quando cruciabuntur in igne, & sulphure: quia tunc pœnalis justitia peccato tuo finem imponet, cùm peccati vicem receperis. Coniuro te, † scelerate Dæmon, per illam vocem Christi, quam audivit beatus Ioannes, sibi dicentem. Scribe, Beati mortui, *Ibidem.* qui in Domino moriuntur: qui (sicut in tui dedecus) ô scelerate spiritus, ordinauit Sanctos suos ad gloriam, & beatitudinem æternam, quæ caritura erit omni malo, in qua fruentur omni bono, ita ad majorem eorum gloriam iussit scribere, quod mala justis non evenirent: quia eos ad æternam beatitudinem adducit: & ideò dicit, Beati mortui, non omnes, sed sancti, qui in Domino moriuntur: Beati sunt, quia eorum mors est momentanea, & transitoria: vita verò, quam per *2. Tim. 4.* mortem lucrantur, æterna. Quis miser Dæmon, quale refugium tunc, & refrigerium tibi poterit adesse, quando justus Iudex omnibus præmium sibi debitum reddet? certè nullum, sed sola miseria baratri infernalis, quam tuis nequissimis operationibus meruisti. Desine ergo, maledicta creatura, desine (inquam) occupare hanc creaturam Dei N. & ab illa recede, cum tua victus invidia, per nomen æterni Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui sua passione ab æterna morte misericorditer nos eripuit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic Exorcista interrogare poterit vexantes Dæmones, ut si prà: sed caveat, ne fallaciis Dæmonum decipiatur, quod astutia sua consueverunt facere: & si noluerint exire, ponat rutam benedictam ad nares vexati: deinde sic sequatur.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, Filij Dei vivi, qui pro salute humani generis carnem nostram passibilem assumere voluisti, & in nube lucida in tua transfiguratione Apostolis tuis apparere dignatus es, quique in eadem carne licèt glorificata, sicut in cœlum ascendisti, ita ad judicium venire decreuisti: te benignissime Iesu Christe, humiliter *Act. c. 1.* exoro, vt mihi famulo tuo, licèt indigno, gratiam expellendi hos Dæmones ab hoc famulo tuo N. præbeas, vt ab eorum oppressione liberatus, tibi gratiarum referat actiones. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 17.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † scelleratissime Dæmon, per illum, qui sedet super nubem candidam, qui ex purissimis sanguinibus beatissimæ Virginis Mariæ carnem suam candidam assumens, apparuit nobis, quæ non solùm immaculata, & ab omni peccati onere levis, & immunis extitit: verùm etiam & candida, quæ virtuosorum exemplorum splendore humanum genus illuminauit. Qui per carnem, per quam adhuc passibilis in mundo apparuit, in judicem jam glorificatum, ad homines, abscondita tenebrarum illuminando, judicandos apparebit. Hæc est nubes,

Apoc. c. 14.

ô

ô maledicte dæmon, quæ reuertetur
1. Cor. c 14. post pluuiam. Cùm enim mitissimus Christus in hac nube plueret imbrem suæ mellifluæ doctrinæ in carne passibili: reuertetur horribilis tonans tonitrua generalis iudicij.
Matt. 25. Coniuro te, pessime dæmon, per illum, qui ex propria natura immunis est ab omni peccato, id est Christus, qui & sicut iudex vniuersalis omnium peccatorum, tam hominum, quàm Angelorum in iudicio impiis appareat iratus: tamen eius mens semper quietissima est, quia cum tranquillitate omnia iudi-
Act. 2. cat. Qui sicut in nube ascendit in cælum, sic in nube reuertetur ad iudicium: quia Dominus noster Iesus Christus in eo, quod homines iudicaturus est homo esse debet: sed in eo quòd omnia occulta humana, & Angelica est cogniturus, purus homo esse non debet: quia hoc priuilegium solius Dei est. Coniuro te, † nefandissime dæmon, per
Apoc. 14 illum, quem beatus Ioannes similem Filio hominis vidit, id est Christum, qui similis hominibus esse voluit, quia Filius Dei, qui ex homine secundum carnẽ natus est, in forma, humana in iudicio apparebit, tam iustis quam reprobis: quia Deus Pater dedit ei omne iudicium facere
Ioan c. 5. quia Filius hominis est. Et vt de vultu Dei iudicium eius prodeat, non solùm mens eius est perfecta, sed etiam habet prærogatiuam super omnes in sapientia diuina, vt iudicium eius regulæ diuinæ sapientiæ
Apoc. 14 subiaceat. Coniuro te, † immundissime dæmon, per illum, qui in iudicio apparens habebit in capite suo coronam auream, diuinam scilicet sapientiam, quia cæteris Sanctis præcellentior erit, sicut aurum præcellit omnia alia metalla: quia Christus, vt vniuersalis Iudex, debet habere iudicium de humanis rebus, non solùm quòd omnia humana discernere sciat, verum etiam quòd omnia secundum iudicium rectæ rationis faciat. Per hæc omnia sacra mysteria, coniuro te, dæmon, vt sine mora discedas ab hac creatura Dei N. quam tantùm molestasti, & ne diutiùs præsumas captiuum tenere hominem, quem Christus suo sanguine redemit, sed vadas ad infernum. Per virtutem eius, qui in Trinitate perfecta viuit Apoc. 4. & regnat in sęcula sæculorum. *Amen.*

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui propter nimiam charitatem Tit. c. 3. tuam, secundùm magnam misericordiam tuam, de potestate tenebrarum nos eripuisti, & per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudisti in nos abundè, & per Iesum Christum Saluatorem nostrum nos saluos fecisti: qui vnigenito Filio tuo potestatem iudicandi præbere voluisti, te, Domine sancte *Pater* omnipotens, totis viribus *deprecor* vt per virtutem tui *sanctissimi* nominis facultatem eiiciendi *hos* dæmones ab hac creatura tua N. mihi tribuas, & ne diu ipsam vexari permittas, quam pretioso sanguine eiusdem Filij tui redemisti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te, † pessime, & ne- Apoc. 14. fandissime spiritus, per illum, Heb. c. 4. cui Dominus Deus Pater dedit falcem acutam, id est iudicium, per quod etiam occultissima penetrabit, cuius sermo est penetrabilior omni gladio

Digitized by Google

gladio ancipiti, compagum quoque
Apoc.14 medullarum, & diſcretor eſt intentionum, & nulla creatura eſt inuiſibilis in conſpectu eius. Per illum te coniuro, † ſcelerate dæmon, cui dictum eſt: Mitte falcem tuam, & mete, qui eſt Chriſtus, qui tenuit falcem in manu, cùm omnia, quæ faciebat, rectæ rationis iudicio examinabat: quia nihil in omnibus verbis, & operationibus ſuis irregulatum erat iudicio rectæ rationis. Mittet autem hanc falcem ſuam in meſſem tunc, cùm tua, & aliena opera eodem iudicio diſcutiet: & non ſolùm opera maligna hominum ſed etiam inutilia, & merito vitæ æternæ indigna: & hoc erit, ô miſer dæmon, quando veniet tempus illius diſtrictæ vltionis, de quo ipſe dicit. Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Hoc enim tempus aduenier, cùm fructus peccati erit maturus: qui ſemper immaturus eſt, dum adiunctam ſibi habet acrimoniam pœnitentiæ de perpetratione peccati. Fructus verò peccati eſt maturus, dum peccator non ſolùm in peccando, ſed etiam poſt peccatum in perſeuerãdo delectatur.
Apoc.14 Coniuro te, † impiiſſime ſpiritus, per illum, qui in iudicio vniuerſali executione ſententiæ ſuæ mittet falcem ſuam in terra, tollens è medio malos homines, & omnia alia temporalia, in quibus temporaliter
Ibidem. gaudebant, & mittet in lacum iræ Dei magnum, id eſt in infernum, qui eſt locus damnatorum, locus miſeriæ, in quo eſt lutum fecis peccatorum, vbi eſt duriſſima pœna, quia eſt ſine conſolatione, & auxilio & tanto, quanta ſufficit ad frangendam duritiam ſuperbiæ veſtræ, & aliorum, qui ibi detinentur: quia omnia mala, quæ in præſenti mundo cum delectatione, tu, & ſequaces tui feciſtis, vobis conuertet Dominus in pœnam æternam, vt quantùm in peccando delectati eſtis, tantùm æternaliter triſtemini, & doleatis. Per omnia myſteria ſupradicta, maledicte dæmon, & per omnia alia, quibus in virtute Dei fugari, & conſtringi potes, te conjuro, & conſtringo, vt remota omni obſtinatione, & poſtpoſita omni mora, recedas ab hoc famulo Dei N. quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creare dignatus eſt, & per nomen eius tibi præcipio, vt vadas ad locum deſertum, vbi non Gen.1. ſit acceſſus hominum, & vbi fulgura de cælo te incendat, in virtute ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cui honor ſit, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Apoc.18.

Explicit tertius Exorciſmus.

EXORCISMVS IV.

POTENTISSIMVS, ET MIRABILIS ad fugandos dæmones è corporibus obſeſſis: cuius practica propriè ſpectat ad Sacerdotem.

Exorciſta paratus ad coniurandum dæmones in corporibus humanis exiſtentes, præmiſſa præparatione, ſeruatoque ordine poſito in primo Exorciſmo, ſtans ante altare genuflexus, deuoto ſpiritu ſignans ſe ſigno Crucis in fronte, ore, & pectore, dicat:

IN nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen. Potentia Patris † conforta me; Sapientia Filij † doce me. Amor Spiritus † ſancti illumina mentem *Ex antiquis Exorciſmis.*

Digitized by Google

meam. Benedicta sit sancta Trinitas atque indiuisa vnitas, confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam magnam, eripiens nos è potestate tenebrarum, & à tyrannica dæmonum seruitute. Per signum Crucis † de inimicis nostris libera nos Deus noster. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

De sum. T. in cap. Firmiter. DOmine Deus omnipotens, Pater, Filius, & Spiritus sanctus vna Trinitas ineffabilis in tribus personis, qui es, qui eras, & qui venturus es: te deprecor, maiestas incomprehensibilis, & inæstimabilis sempiternalis, sempiternaque virtus vt liberes hunc famulum tuum N. *Gen. c. 1.* ab omni spiritu maligno, per virtutem sanctæ Crucis Domini nostri, Iesu Christi, quem ad imaginem tuam creare dignatus es, & propter diuinam clementiam tuam eripias illum, quem conspicimus ab antiquo hoste grauiter vexari, & tentari, & sensum suum à Satana perturbari, atque cruciari, & ab eius impetu clementer eripias hominem tuis manibus formatum, à ruina, & dæmonio meridiano, vt hîc in Ecclesia tua positus, per baptismatis sacramentum abeat liberatus. Et qui nomen *Psal. 90.* sanctum tuum confitetur, nulla possit aduersitate diabolicæ tentationis euerti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hîc Exorcista surgat ab oratione, & conuersus ad patientem, dicat sequens Euangelium.

Sequentia sancti Euagelij secundum Marcum. ℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te, ha- *Cap. 9.* bentem spiritum mutum, qui vbicunque apprehenderit eum, *allidit* eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu vobiscum ero? quandiu vos patiar; afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset illum, spiritus conturbauit eum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantùm temporis est ex quo ei hoc accidit; At ille ait. Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat: Credo, Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm videret Iesus currentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ampliùs non introeas in eum. Et exclamans, & multùm discerpens eum, exiuit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, Discipuli eius secretò interrogabant eum.

Digitized by Google

eum: Quare nos non potuimus eiicere illum; Et dixit illis: Hoc genus dæmoniorum in nullo poteſt exire niſi in oratione, & ieiunio. ℟. Laus tibi Chriſte.

Oratio.

Ezech. 18. OMnipotens ſempiterne Deus, qui non vis mortem peccatorum ſed eos ſemper tua gratia ad pœnitentiam vocando miſericorditer ſuſtines, & obſtinatos Angelos, *Apoc. c.22.* & impœnitentes, vt iuſtitia tua oſtendatur, pœnis æternis deputaſti qui omnia, tua miſericordia, & iuſtitia, æquanimiter iudicando, reddes vnicuique ſecundum opera ſua: te Domine ſancte Pater, humiliter obſecro, vt tua immenſa pietate liberes hunc famulum tuum N. à Satanica oppreſſione, qua acriter vexatur, vt ſanitatem conſequutus, te laudare poſſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic Exorciſta oſtendat Crucem dæmoniaco, & alta voce, ac forti animo, dicat:

Ecce † Crucem Domini noſtri *Apoc.c.5* Ieſu Chriſti, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Deinde Exorciſta aſpergat obſeſſum aqua benedicta: poſtea incipiat damones abiurare, contra eos inuehendo, hoc modo.

CONIVRATIO.

AVdite, ô rebelles, iniquiſſimi ſpiritus, qui ob maximam, & inauditam temeritatem veſtram hoc templum Chriſti N. imaginem eius ſigno ſanctiſſimæ Crucis conſignatam inuadere præſumpſiſtis, qui ſemper Deo conditori veſtro obſtinata, & deprauata veſtra voluntate inobedientes extitiſtis: in nomine igitur & virtute, ac potentia Dei omnipotentis, cuius auxilium inuoco, *Apoc. c.15.* Coniuro vos † dæmones infernales, ſpiritus immundiſſimos, & per illud mirabile ſignum, quod beatus Ioannes vidit: ſignum ſcilicet miſericordiæ, qua ſemper Chriſtus Eccleſiæ ſuæ contra vos certanti ſubuenit. Signum etiam iuſtitiæ, qua vnicuique ſecundum opera ſua retribuet in fine. Signum profectò mirabile propter diuinam ſapientiam de ſingulis ſecundum opera ſua mirabiliter diſponentem. Signum magnum propter omnipotentiam, iudicia diuinæ ſapientiæ exequentem, quia nemo reſiſtere vel impedire aut mutare poteſt quicquid diuina ſapientia decreuit. Coniuro *Dionyſ. Chartuſ. de quatuor nouiſſimis.* vos, † nefandiſſimi ſpiritus per illum qui vobis, & omnibus ſpiritibus damnatis ad veſtram punitionem ſeptem damna conſtituit, quibus afficeremini, damnum irrecuperabile, qui perdidiſtis ſummũ, infinitum, & incommutabile bonum quod eſt Deus. Dolor deſperationis, quę ex æternitate pœnarum vobis, & omnibus dãnatis orietur. Pœna interminabilis, quam habere vos oportet, quam pro temeritate veſtra Deus vobis, & omnibus damnatis iuſtiſſimè infliget ad conterendam, contundendãque audaciam, & temeritatem veſtram. Carentia omnium temporalium, quibus rectè, & ad meritum æternæ vitæ priùs vti voluiſtis. Carentia omnium bonorum ſpiritualium, quæ anteà, per ſpiritum, & deuotionem lucrari noluiſtis. Et ſeditio, animi æterna, quam ex timore ſeruili tunc patiemini: quia

Digitized by Google

prius spiritu timoris Dei expulso, pro peccatis vestris pati noluistis : quæ verè sunt plagæ septem Angelorum
Apoc. 15. affligentes omnes spiritus damnatos : plagæ (inquam) nouissimæ, quoniam in eis consummata est ira Dei, quæ inchoata erat in præsenti vita in peccatoribus declinantibus à bono, & facientibus malum. Hæc est ira Dei, ô miseri spiritus, quæ in vobis, & in omnibus damnatis consummata est, cùm in eis voluntas mutari non possit : quæ sicut corrigi non vult, sic nec corrigi potest, cui debetur consummata pœna, non quæ corrigit, sed quæ rebellem voluntatem frangit. Vide, ô scelerate spiritus, & cognosce tuæ damnationis statum, & qualiter Deus benedictus puniat tuam scelleratam voluntatem, vt timore pœnarum illa à malo perpetrando retardetur : desine ergo, ô miserrima creatura, desine occupare hanc creaturam Dei N. & exi ab ea, nullatenùs ad illam rediturus. Per eum, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

1. Tim. 6. DOmine Deus omnipotens, qui lucem inaccessibilem habitans famulis tuis custodientibus mandata tua, & pro defensione tui sanctissimi nominis contra diabolum viriliter pugnantibus, per claram visionem, & claritatem tuæ diuinæ essentiæ beatificando, præmia largiris, te humiliter deprecor, vt intercessionem illorum Sanctorum, qui maximo charitatis ardore in te lætitia inenarrabili gaudent, gratiam liberationis huic famulo tuo N. concedere digneris, vt à spiritibus immundis liberatus, & suæ pristinæ sanitati redditus, tibi fideliter seruiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † spurcissime Dæmon, per illam beatificam, & *Apoc. 15.* claram omnium electorum visionem, quæ per mare vitreum à beato Ioanne nominatur, in qua Sancti, & electi vident in claritate diuinæ essentiæ omnia pertinentia ad suam glorificationem, quæ perlucidissimo vitro comparatur, quod est mix- *Ibidem.* tum igne : quia quantò perspiacius illud summum bonum vident, & omnia in illo, tantò amplius, igne dilectionis ardent, & tenent ea, quibus semper fruituri sunt. Et ij sunt, qui vicerunt bestiam, & imaginem *Ibidem.* ejus. Tu siquidem, maledicte Dæmon, videns multos per fidem, spem, & dilectionem saluari, cœpisti fidem per mundi sapientiam : dilectionem per mundi pulchritudinem, & per gloriam creaturarum, spem impugnare, quod speciliter facies in fine mundi per Antichristum, & membra ejus, cùm videris appropinquare judicium vniuersale, & ideò quantò tunc major erit sœuitia tua ad perdendum, tantò indulgentior erit misericordia diuina ad eos juuandum. Vnde eos triplici merito, scilicet patientia, pudicitia, & sapientia spirituali fecit vincere bestiam, te scilicet, crudelem Diabolum cum membris tuis : quia per patientiam Christi, vicerunt crudelitatem persecutorum : per sapientiam spiritualem, vicerunt mundi sapientiam : per pudicitiam carnis, vicerunt pulchritudinem vanam hujus mundi : & ij sunt sancti Martyres, Doctores, & virgines sanctæ Ecclesiæ. Conjuro

te,

te, † impiſſime ſpiritus, per omnes illos ſanctos, qui duriſſimum bellum contra te, & tuos complices atque membra illius ſuperbiſſimi Luciferi, Chriſto duce, geſſerunt, qui & cæteros in præmio ſalutis excedunt, quia quanto pericula maiora euaſerunt, tantò de ſaluatione ſua ſinceriùs gaudent: qui ideò dicuntur ſtare ſupra mare vitreum, id eſt ſupra commune præmium remunerationis, quia habent viſionem clariorem, & fruitionem beatiorem, & non ſolùm in animabus, ſed etiam in corporibus habebunt hanc gloriam, in quibus pro Deo perpeſſi ſunt, & diuerſis laboribus temporalibus fatigati, ea pro amore Dei contemnendo, apud ipſum meruerunt, ideò etiam in corporibus præmiabuntur, quæ à beato Ioanne Euangeliſta citharæ Dei nominantur, quia pro eius amore illa caſtigarunt. Vnde & quanta in afflictis corporibus propter Deum fuit amaritudo ſuppliciorum tanta in eis in æternum redundabit dulcedo præmij, & ideò exultabunt ſancti de ſalute ſua, quia liberati ſunt per Chriſtum à vobis dæmonibus inimicis ſpiritualibus, qui eos in varia peccatorum diſcrimina attrahere nitebamini. Per hæc igitur myſteria, & omnia alia quibus, tu maledicte dæmon, potes conſtringi & ex hoc corpore fugari, te cogo, vt exeas ad hac creatura Dei N. cum omnibus ſociis tuis, ad eam nunquam rediturus per illum, qui te victum ligauit, & regnum tuum deſtruxit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi fumus tormentorum tuorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ibidem.

Apoc. c. 15.

Hic Exorciſta interrogare poterit dæmones denomine, ſocijs, & de quo ordine fuerint: & ſi noluerint: reſpondere, adhibeat ignem cum ſulphure ardentem, eos profumigando: deinde ſic ſequatur.

Oratio.

DOmine Deus exercituum, qui tua omnipotenti virtute populum Iſraël per Moyſem, & Aaron ſeruos tuos in manu forti, & brachio extento ab Ægyptica ſeruitute liberaſti: & hominem diabolica fraude deceptum, per mortem vnigeniti Filij tui Ieſu Chriſti: tua pietate, & miſericordia è faucibus inferni eripere voluiſti, cuius ſaluti, tua mirabili, ſapientiſſimaque diſpoſitione tu ſolus remedium inuenire potuiſti, pro quo beneficio omnes Sancti te laudantes, tibi perennes gratias referunt, te ſuppliciter exoramus pro liberatione huius famuli tui N. qui diaboli dolis atteritur, vt è poteſtate eius, interueniente eiuſdem Filij tui paſſione, tua benignitate eripias. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Exod 14.

CONIVRATI

COniuro te † iterùm, nefandiſſime dæmon, per omnes illos Sanctos, qui laudantes Deum cantabant canticum Moyſi, ſtantes ſuper mare vitreũ: qui inſtar populi Iſraëlitici per manum Moyſi liberati, cãtantis Deo canticum pro ſua liberatione, & de victoria exultantis: ſãcti electi liberati à ſua ſeruitute per Chriſtum, cantant illi gratias agẽdo de parta victoria contra Luciferum principem tuum, & eius membra. Cantant etiam canticum Agni, qui

Apoc. 15.

Digitized by Google

eos liberauit, exultantes de subuersione spiritualis, & corporalis inimici, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus *Ibidem.* omnipotens. Magna (inquam) quia nihil majus est, quantùm ad potentiam, quàm de illo triumphare, cujus potestati nihil comparabile est super terram. Nihil etiam est mi- *Ioan.. c.41* rabilius quàm de operibus Luciferi, & ministrorum ejus sic dispensare, vt Deus omnes astutias vestras, quas contra ipsum, & genus humanum, & quicquid pro vestra voluntate scelerata facere arbitramini, contra vos vertat, & ipse Deus benedictus iuxta suam voluntatem hæc omnia secundum justitiam suam *Esa.43.* dispensat. Conjuro te, † iniquissime spiritus, per illum sacratissimum *Apoc.13.* Agnum, qui pro nostra salute occidi voluit, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconem, qui occisus est ab origine mundi: quia passio, & mors ejus mox ab initio mundi effectum habere cœpit in eis, qui meritis eius à Deo Patre reseruati sunt. Conjuro te, † spurcissime *Apoc15* Dæmon, per illum, cujus viæ justæ, & veræ sunt, qui est Christus. Iustus enim est in persecutores exterminando, & justos ab eorum persecutoribus liberando. Et verus in promissa præmia tribulatis per eos reddendo. Opera enim Dei sunt magna per potentiam, qua omnia, quæ vult, facit: mirabilia per sapientiam, qua omnia, sicut vult, disponit: justa per æquitatem, qua omnem injustitiam ab eis excludit: vera sunt per misericordiam, qua in se sperantibus semper assistit. Conjuro te, † sceleratissime Dæmon, per illam mirabilem, & sapientissimam dispositionem, qua Deus omnipotens, nostræ redemptioni viam adinuenit. Quid enim sapientius, quàm huic nostræ redemptioni viam inuenire, quæ impossibilis erat ex parte creaturæ, quæ ad hoc non sufficiebat? Erat impossibilis ex parte Creatoris, qui inhabilis erat ad moriendum. Quid potentius quàm ex mortali, & immortale vnum facere duo maximè distantia in vnius personæ simplicitate, sine compositione copulare? Quæ justitia rigidior, quàm in injustitia multa, etiam justum tradere? Et quæ misericordia lenior, quàm vt seruis parceret, filium affligere? quæ omnia misericordia sapientissimi Dei omnipotentis in opere nostræ redemptionis ostendit. Conjuro te, † pessime Dæmon, per illum, quem timent, & adorant omnes Sancti, & electi Dei, cui dicebat illa multitudo Sanctorum, Quis non timebit te, Domine, & *Apoc.* magnificabit nomen tuum? Solus il- *c.15.* le non magnificat, qui quantum est ex se, nomen illud ignorat, & ideò in illa vita omnes magnificabunt: quia omnes tunc, quantum sit illud nomen, manifestè cognoscent, & videbunt: quia solus pius *est. Illi* enim pium Deum habent, *qui non* solum pium esse sciunt, *sed* etiam in sua fœlicitate experientur: quando omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu eius: quod tunc erit quando omnes venient ad judicium: qui modò se liberos putant, venient ad Dei veram cognitionem, qui tua deceptione iam dispersi sunt per varios errores: & adorabunt in conspectu Dei, qui vnum Deum omnipotentem, & justum esse cognoscent, ideò ejus justitiam commendabunt, dicentes: Quoniam judicia tua manifesta sunt. Tu siquidem, ô nefandissime spi- *Ibidem.* ritus, in præsenti ob hoc Deum ignoras:

Hewi- cus Arphius lib. 1. myst. The. c 7.

Digitized by Google

ignoras: quia judicia eius manifeſta non vides, tunc autem judicia eius manifeſta tibi erunt, & omnibus: & ob hoc vnum Deum omnipotentem eſſe, ignorare non poteris: quia illum, vt formidabilem Iudicem tuum, in tui damnationem cognoſces. Soli ergo juſti examore Deum adorabunt: quia vident eum, ſicuti eſt, vos verò rebelles ejus, & membra veſtra perhorribilia judicia cognoſcentes, timebitis eum ex timore, inuiti, & coacti, contra veſtram obſtinatam voluntatem. Per illum ergo te conſtringo, & cogo vt exeas ab hoc famulo Dei N. quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuo ſanguine, paſſione, & morte dignatus eſt redimere. Qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, Filij Dei viui, qui ex maxima charitate tua, qua humanum genus dilexiſti, in hunc mundum veniens, viam per-
Ioan. c. 3. ueniendi ad æternam beatitudinem tuis fidelibus ore tuo docuiſti: & ne ab illa deuiarent per prædicatores tuos illam oſtendere voluiſti, vt corda ſeruorum tuorum ad te conuerterent: te, piiſſime Redemptor, deuotè per immenſam pietatem tuam deprecor, vt hunc famulum tuum N. ab oppreſſione Dæmonum liberes, & liberatum cuſtodire digneris. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † iniquiſſime Dæmon, per illam magnam vocem,
Apoc 15. quæ exiuit de templo, præcipiens ſeptem Angelis, vt effunderent ſeptem phialas iræ Dei in terram: quæ vox omnipotentis Dei eſt. Magna equidem, quia exiens è templo ſanctæ Eccleſiæ, magna voce prædicatoribus ſuis præcipit, vt effundant *Ibidem.* phialas iræ Dei, ſuas ſcilicet prædicationes, ex quibus aliqui homines veniam placationis, aliqui verò iram vltionis ſumunt. Super terram effundunt phialas ſuas, quando prædicant verbum Dei hominibus terrenis, vt eorum corda conuertant *Apoc. 16.* ad Dominum Deum ſuum. Conjuro te, † maledicte Dæmon, per illum primum Angelum, id eſt Chriſtum, qui tunc effudit phialam ſuam, quando prædicauit Iudæis pœnitentiam ſuorum peccatorum, in quibus vulnus ſæuum, ac peſſimum infidelitatis, & obſtinationis factum eſt, ex quo alia peccata procedunt, & tale vulnus factum eſt in hominibus, qui habent characterem beſtiæ: & imaginem ejus: quia qui, Domino derelicto, te venerantur: & infidelitatem, quæ eſt character ejus, ſequuntur, ejuſdem impietatis vulnere peſſimo peribunt. Conjuro te, † ſpurciſſime Dæmon, per illum ſecundum Angelum, qui ex præcepto Dei effudit phialam ſuam in mare, in quo mortua eſt omnis anima viuens, quia tempore *Ibidem.* Antichriſti (te inſtigante) ſequaces ejus non ſolùm non obedient prædicatoribus Dei, & eorum ſalutaribus monitionibus, ſed etiam ſeruorum Chriſti ſtabilitatem vndis amaræ perſecutionis inſectabuntur vſque ad ſanguinis effuſionem. Conjuro te, † maligniſſime ſpiritus, per ter- *Ibidem.* tium Angelum, qui phialam ſuam effundit ſuper flumina, & fontes aquarum, quando prædicatores proponũt verbum Dei ſuper hæreticos, & Eccleſiæ perſecutores, qui dicũtur bibere ſanguinem, ſicut ſanguinem Apoſto

Digitized by Google

Apostolorum, & Prophetarum fu-
Ibidem. derunt, vt rectè ei dicatur: In sanguine peccasti, & sanguis te persequitur. Coniuro te, † sceleratissime dæmon, per quartum Angelum qui ad imperium Dei effundet phialam suam in Solem, qui æstu magno homines affliget, quando ille perditus homo, & filius perditionis, & maledictionis æternæ Antichristus, sua superbia tumens, non cæcum, neque tenebrosum: sed Solem iustitiæ se esse appellabit. Qui phialam, sacram scilicet Scripturam supereffusam sibi per sanctos Doctores ferre non valens, indignabitur, & irascetur: & ad tantam insaniã se, & suos prouocabit, vt non solùm sanctos imò ipsum Deũ audeat blasphemare, qui habet potestatem super has plagas. Coniuro te, †
Ibidem. spurcissime dæmon, per quintum Angelum, qui iussu Dei effundet phialam suam super sedem bestiæ, id est super potestatem iudiciariam Antichristi, quando terrenæ felicitatis falsa lætitia contenebrabitur, vt sicut iustus labores fructuum suorum manducabit, sic impius ille homo dignis blasphemiæ suæ pœnis expositus, quasi lingua sua saturabitur, vt rectè de eo & suis ministris, dicatur: Commanducauerunt linguas suas præ dolore. Coniuro te, † iniquissime spiritus, per
Ibidem. sextum Angelum, qui ex diuino præcepto effudit phialam suam super flumen illud magnum Euphraten, ex qua aquæ eius deficcatæ sunt vt præparetur via regibus ab ortu Solis. Licet enim Deus omnipotens per prædicatores suos effundat doctrinam suam in corda hominum, vt eos ad se conuertat, tamen (tua persuasione decepti) aliquando, & sæpè reprobi, post effusionem, & prædicationem doctrinæ sacræ, nolunt se corrigere, sed in maiorem excæcationem præcipitantur, è quibus, velut ex ore draconis, exeunt spiritus immundi, id est verba peruersa quibus seducunt corda hominum per falsam doctrinam, & in eis generant diabolum, sicut fideles Christi per doctrinam eius, ipsum generant in cordibus fidelium. Et hi spiritus exeunt per modum ranarum, quæ, sicuti luto morantes, garrulæ sunt & aliis quietem auferunt: sic isti tui sequaces bonis infesti sunt, & eorum pacem impediunt. Per virtutem igitur Domini nostri Iesu Christi, te constringo, maledicte dæmon, vt statim exeas ab hac creatura Dei N. & sine mora vadas ad loca tibi à Christo deputata, quam ipse dignatus est ad suam sanctam gratiam euocare. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic Exorcista conetur scire causam, quare dæmones non recedant: & si responderint se detineri à superiore dæmone: tunc præcipiat alteri, ne illos impediat, quibus peractis, sequatur hoc modo.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, piissime redemptor, qui Ecclesiam tuam benignissima pietate tua coadunasti, & eam semper ab erroribus illæsam & intactam custodire voluisti, qui seruos tuos, ne in nouissimis temporibus per maximas tribulationes ab illa recederent, tua sanctissima doctrina in fide confirmasti; & ne minas, & terrores illorum temporum timerent, eos cautos reddidisti: præsta quæsumus: vt per virtutem tui sanctissimi nominis, dæmones hanc creaturam tuam N.

vexantes

vexantes expellere valeam : vt tua miſericordia ab eis liberata, te laudare poſſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Apoc. c.16. COnjuro te, † ſpurciſſime ſpiritus, per ſeptimum Angelum, qui vt juſſionem Dei adimpleret, effudit phialam ſuam in aërem, ex quo facta eſt vox magna de templo, & throno, & terræ motus magnus, qualis nunquam fuit : cujus tremore ciuitas magna facta eſt in tres partes. Iſte equidem Angelus effundet phialam, id eſt prædicationem ſuam, in aërem : quia manifeſtè loquens, Antichriſtum adueniſſe nuntiabit : quo audito, Sancti viriliter agent, dicentes : Factum eſt : venit vltimus dies, moriamur pro Chriſto. Tunc enim, ô ſcelerate Dæmon, ciuitas tua magna, id eſt peruerſi homines hujus mundi diuidentur in tres partes: vna eſt, paganorum : altera, hæreticorum : & alia, hypocritarum, qui cùm diuiſi, & ſeparati fuerint à veris Chriſtianis, per illud vltimum Iudicium, tunc Babylon illa magna, mater abominationum, corruet. *Ibidem.*

Apoc. c.17. Conjuro te, † iniquiſſime Dæmon, per illum Angelum, qui beato Ioanni declarauit myſterium damnationis illius meretricis magnæ, quæ Antichriſtum, & miniſtros ejus ſignificat, quæ ſedebit ſuper aquas multas, id eſt ſuper plures populos, ſuper quos regnabit. Hic enim (te adjuuante, & operante) plenus erit nominibus blaſphemiæ, & tua impietate, qui ſuperbia inflatur, eriget ſe contra Deum, & ſedebit ſuper te, beſtia : quia (te hortante) reprobi tunc per diuerſa vitia corruent. Iſte enim maledictus homo Antichriſtus erit ornatus auro, & lapidibus pretioſis, quæ ſunt diuitiæ, & gloria hujus ſæculi, quibus fulgebit. *Ibidem.* Defert etiam poculum aureum : quia ſua perſuaſione, ad hanc tranſitoriam delectationem homines alliciet, quibus miſeros homines ab amore Dei retrahet. Sed gaudere debet verus ſeruus Dei : quia etſi iſte iis ornamentis habilis ſit ad decipiendum ſuos ſequaces, non tamen fideles : quia habet ſignum manifeſtum in fronte, quod eſt Babylon magna, mater fornicationum. Magna *Ibidem.* fuit, quia peccato captiuauit populum Dei. Conjuro te, † ſcelerate Dæmon, per illum, qui per Angelum dignatus eſt exponere beato *Ibidem.* Ioanni Euangeliſtæ ſacramentum mulieris meretricis, quam ſedentem ſuper beſtiam ipſe viderat. Beſtia, quam vidiſti, (inquit) fuit & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, eſt diabolus, qui homines beſtiales facit, cùm eos ad peccatum inducit : fuit ante Chriſti aduentum, quia tunc maximam poteſtatem habebat : ſed non eſt, quia poſt Chriſti aduentum, licèt penitùs poteſtatem non amiſerit, multùm tamen debilitata *Ibidem.* fuit. Tempore autem Antichriſti talis beſtia aſcenſura eſt de abyſſo : quia poteſtatem priorem accipiet, tamen finaliter, mortuo Antichriſto (qui ampliùs non habebit locum tentandi) in interitum ibit, quia tecum detrudetur in infernum cum ſuis ſatellitibus, ex quorum numero, tu, maledicte ſpiritus, exiſtis. Exi ergo, ſcelerate, ab hoc famulo Dei N. & ne differas parere mandatis, tibi in nomine Jeſu Chriſti Nazareni crucifixi factis. Qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem, Amen.

Digitized by Google

Oratio.

*Psal.*148 OMnipotens, sempiterne Deus, qui per verbum tuum ex nihilo omnia creasti, & ea à tuo ordine, diabolica fraude delapsa, per mortem eius mirabiliter restauraſti, cuius præsentia Ecclesiam tuam illuminare mirabiliùs decreuisti, & *Apoc.* regnum peccati eius doctrina destruere voluisti, monens vnumquemque *c.*18. nostrum recedere à seruitute illius, pro qua liberatione omnes Sancti exultantes, gratias inenarrabiles tibi perenniter referunt: te, Domine sancte Pater, humiliter exoro, vt per immensam charitatem tuam, virtutem fugandi dæmones ab hoc famulo tuo N. misericorditer mihi tribuas: vt à potestate eorum liberatus, & suæ pristinæ sanitati condonatus, tibi seruire possit. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Ibidem. COniuro te, † pessime dæmon per illum alterum Angelum descendentem de cœlo, habentem pietatem magnam, ex cuius gloria illuminata est terra, qui exclamans in fortitudine, dicebat: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est habitatio dæmoniorum. Angelus enim iste erat Christus nuntius paternæ voluntatis, qui de cœlo descendit, cùm carnem, & animam in vtero virginali assumpsit, qui magnam potestatem habere dicitur, quantùm ad vtramque naturam: De potestate diuina dicitur: Potestas eius, potestas æterna, *Dan.*7. quæ non auferetur. De humana autem, dicit ipse: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. A quo illuminata est omnis terra, id est Ecclesia electorum: quia effugando à cordibus fidelium tenebras peccatorum, & ignorantiæ, illuminauit omnem venientem in hunc mundum. Clamauit autem *Apoc.*18. Christus contra regnum peccati, quando destruxit illud sua morte, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Cecidit (inquam) per duplicem damnationem, animæ scilicet, & corporis: quia obstinati peccatores, & omnes tui sequaces tecum damnabuntur in corpore, & anima: & facta est habitatio dæmonum: quia dæmones in cordibus impiorum habitantes, per carnis illecebras immundi spiritus dicuntur. Babylonia igitur, congregatio prauorum, habitatio dæmoniorum est: quia dum in tenebras peccatorum ruunt, quos, nisi malignos spiritus habitare in eis intelligere possumus; Coniuro te, † superbissime dæmon, per illũ Angelum, qui est Christus qui maximo amore affectus erga salutem seruorum suorum, & nos exhortans ad pœnitentiam admonet, vt exeamus à congregatione *Ibidem.* prauorum, dicens: Exite *de illa* populus meus, ne participes sitis delictorum eius. Exite (inquam) animo & non faciatis opera eius, nec facientibus consensum præbeatis. Et non solùm nobis exire præcipitur sed etiam iubetur ministris diaboli, vt duplicent illi pœnas, & tormenta, in corpore scilicet, & anima. *Ioh.c.*14 Tradite (inquit) illam calori, & frigori vt transeat ab aquis niuium ad calorem nimium, reddite illi æternam pœnam, vt puniatur non solùm pro actualibus peccatis, quæ commisit: sed etiam pro voluntate, qua illa commisit: quia ipsi reprobi æternaliter si viuerent, æternaliter peccare vellent. Conjuro te,

Digitized by Google

te, † nefandiſſime Dæmon, per illud magnum gaudium, & exultationem, quam omnes Sancti, & electi Dei facient, reddentes gratias
Apoc. c.19. Deo de beneficiis ab eo acceptis, dicentes: Laus, & gloriam, & virtus Deo noſtro, quia vera, & juſta ſunt judicia ejus, qui judicauit de meretrice magna: quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus ejus. Et non ſolùm Sancti minores de hac damnatione Babylonicæ ciuitatis, & omnis idololatriæ laudabunt Deum: ſed etiam illi majores, qui in Eccleſia fuerunt judi-
Ibidem. ces, & doctores aliorum: & ideò puſilli, & magni laudabunt tunc Deum: iſta vox eſt Eccleſiæ, cùm in die Iudicij ab ea exierint omnes mali, & æterno igne cruciabuntur, & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum: quia ſuperbia tua, & tuorum ſequacium æternaliter in te, & in omnibus damnatis obſtinatis durabit, propterea fumus aſcendit: quia in præſenti ſæculo Babylon iſta tua ex parte crematur, & in perditionem vadit, ſicut Hieruſalem in illis Sanctis, qui de hoc ſæculo migrarunt, tranſit in paradiſum. Conjuro te, † immundiſſime ſpiritus, per illam vocem, quam audiuit beatus Ioannes lau-
Ibidem. dantem Deum, & dicentem: Laudate Deum, quoniam regnabit Dominus noſter omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni: gaudio ſcilicet, & lætitia duplici, quam habebunt Sancti. Primò, quia videbunt regnum peccati penitùs extinctum, ex quo eis aduenier magnum gaudium, lætabuntur de ſecuritate diuinæ fruitionis æternæ. Secundò, de ſaluatione juſtorum, de qua maximè gaudebunt Sancti; quia regnum Dei ex eorum ſalute completur. Gaudere igitur debe-
Ibidem. mus, quia venient nuptiæ agni, quando Eccleſia Domino in thalamo regni cœleſtis ſociabitur, ſi tamen hîc per opera juſtitiæ ſpirituali conuiuio & perenni regno ſe di-
Ibidem. gnam exhibeat, vt, iuxta Domini parabolam, aduenientè ſponſo, lampades ſuas ornatas, & accenſas teneat. Conjuro te, † maledicte Dæmon, per illum, qui vocat nos ad cœnam agni: quia ſicut in fine diei omnium cœna eſt, ſic finito præſentis vitæ tempore, ad refectionem ſupernæ contemplationis Sancti ad cœnam agni vocantur. Beati igitur, qui ad cœnam illam cœleſtem agni vocati ſunt, vbi induti ſtolis albis omnes gaudebunt cum Chriſto, illa inſeparabili conjunctione, fruendo illa diuina eſſentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hîs interroga patientem, quicquid illi interiùs ſuggerit dæmon, applicando illi remedia, & exhortationes, prout opus erit, denuò ſic ſequere.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vnus in Trinitate, & Trinus in vnitate ab æterno beatus exiſtens, ſecundùm immenſam ſapientiam, & infinitam prouidentiam tuam, homines, & angelos electos ad æternam, & immarceſſibilem, cœleſtémque beatitudinem, & contemplationem tuæ diuinæ eſſentiæ æternaliter prædeſtinaſti, vbi cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, in æterno, & infinito gaudio in illa beatiſſima, æternalique, & perenni viſione fruentur, vbi de ſua æternali, ac firmiſſima beatitudine ſecuri,

Ex Dyonyſio Chartuſiano de quatuor nouiſſimis.

Digitized by Google

in illa cœlesti patria omni lætitia jucundabuntur. Te, Domine sancte Pater, qui Angelos tibi, tuæque immensæ bonitati, ac benignitati de tot donis naturalibus in sua creatione acceptis rebelles, & ingratissimos è cœlo eiiciens, ad infernale supplicium, tua immensa virtute, & potentia depulsi, humiliter deprecor per pietatem, & misericordiam illam, qua justos saluas, vt virtutem expellendi Dæmones ex hoc corpore mihi misericorditer concedere digneris, vt hic famulus tuus N. à Diabolica vexatione liberatus, & suæ sanitati restitutus, tibi in Ecclesia tua gratiarum referat actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † iniquissime spiritus, per illam inexcogitabilem, immarcessibilem gloriam cœlestem, quam præparauit Christi fidelibus, & electis suis in illa cœlesti beatitudine, quæ à beato Ioanne Euangelista sub nomine cœnæ agni appellatur, quando dicit. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Conjuro te, † scelerate Dæmon, per illam benedictam, & sanctissimam Trinitatem, quæ in tui dedecus, & opprobrium ô miser Dæmon, omnes ciues cœlestes reficit illa suauissima, & præstantissima refectione spirituali Christi, qui merito suæ salutiferæ passionis, nobis januam, & aditum regni cœlestis reserauit. In quo æternæ salutis regno, quod ex maxima superbia, & temeritate tua perdidisti, omnis anima fidelis Filio Dei perfectissimè desponsatur, & inseparabiliter per beatissimam visionem, atque completam fruitionem vnitur: vbi vnicuique menti beatæ nobilissima, & jucundissima, æternalisque cœna, quæ est refectio glorioſa summè confortans, & sine fastidio satians, exhibetur. Conjuro te, † maledicte, ac nefandissime spiritus, per Deum Patrem omnipotentem, qui suis electis claram sui ipsius cognitionem & fontalem, delicioſissimámque deitatem, ac ineffabilem charitatem præbet: qui taliter humanum genus dilexit, vt Filium suum vnigenitum pro ejus salute darer. Conjuro te, † ingratissime spiritus, per vnigenitum Filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum, qui, cùm in patria erimus, illuminationem mentis ad cognoscendum suæ incarnationis mysterium, & suam glorificatam humanitatem, ac omnem ipsius fœlicitatem, & gloriam nobis præbebit. Conjuro te, † spurcissime Dæmon, per Spiritum sanctum paraclytum à Patre, & Filio procedentem, qui in illa suauissima, dulcissima, ac beatissima, sempérque jucundissima cœlesti cœna ciuium supernorum, mentibus beatorum largitur splẽdidissimam jucũdissimamque totius superbenedictę Trinitatis notitiam, & omnem suam charitatem, dignationem, & pietatem, quibus mẽtes Sãctorum abundantissimè nutriuntur, excellentissimè deificantur, suauissimè inebriantur, inseparabiliter vniuntur, supernaturaliter nobilitantur, gaudioſissimè satiantur, atque æterna securitate fruuntur. Hæc est illa cœna, quæ tibi, ô iniquissime spiritus, parata fuerat à Deo, quam ob maximam, & inauditam temeritatem tuam tam mirabiliter perdidisti, quando in tanta nobilitate constitutus, vt ingratissimus insipiens, & stolidus dicebas in corde tuo tuum blasphemando conditorem: In cœlum conscendam, super

Ex Dionysio Chartusiano de quatuor nouissimis.

Ioan c. 3.

Symbolũ Nicænum.

Oseæ. 2.

per aſtra Dei exaltabo ſolium meum,
Iſa. 14. aſcendam ſuper altitudinem nu-
Apoc. 19. bium, ponam ſedem meam ad
aquilonem, & ero ſimilis altiſſi-
mo. Ex qua temeritate eiectus è
cœli faſtigio, ad infernum detra-
heris, ô infœlicem commutatio-
nem, & juſtiſsimam pœnam. Qua-
le refrigerium erit tibi, tuiſque com-
plicibus in illo perenni inferno, vbi
tot tormenta vobis ſunt præparata.
In ipſo enim æternæ mortis chaos,
in quo erit habitatio tua ſempiterna,
quid aliud inuenitur, niſi jugis flam-
ma, perſeuerans tribulatio, perpe-
tua, atque infinita pœna, & to-
tius mali calamitas? Vbi etiam
igneus fluuius, & fœda palus om-
Matth. 13. nia complet; Atque vtinam mors
poſſet in his ſubuenire anguſtiis.
Sed (quod eſt horribilius) adhuc vi-
ues in tormentis poſitus, vt cruciati-
bus guberneris: vbi vlulatus, & plan-
ctus, gemitúſque, & mugitus conti-
nuè perſonant, ſimúlque clamor
vbique confuſus attollitur: quem
dira vis tormentorum exagitat, &
incendij arſura extorquet. Hæc au-
tem tribulatio, quæ illic miſeros ex-
cipit, nullo termino finitur, nulloque
fine concluditur: ſed flammarum
Pſal. 66. atroci aduſtione cõſumitur. Ibi enim
vermis, qui nunquam moritur, &
ignis, qui nunquam extinguitur, at-
que ſtridor dentium ſemper ſentitur,
gehenna, lethaléque frigus, glacies
& fames peſſima, & ſitis immenſa,
dolor perpetuus, & continuus lan-
guor, ſæua peſtis, & indicibilis
lues, tenebræ denſiſſimæ, & nox
obſcuritatis horrendæ. Ibi nulla
requies vobis miſeris dabitur, vbi
Matth. 6. 13. omnia mala, & cuncta tormento-
rum genera inueniuntur. Mors im-
mortalis, defectus indeficiens, &
infinitus. Hæc eſt commutatio, &
merces tua, ô miſerrima creatura,
quæ tibi, & tuis complicibus con-
ſtituta eſt, quam ob ſuperbiam, &
malitiam tuam meruiſti: quia im-
menſa illius cœleſtis patriæ gaudia
guſtare noluiſti. Per illam igitur
cœleſtem cœnam, & ſpirituale con-
uiuium te adiuro, † conſtringo, &
cogo, maledicte ſpiritus, à Deo
maledictus, & in tenebris æterna-
liter præcipitatus, vt exeas, & re-
cedas ab hac creatura Dei N. quam
Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua
paſſione, & morte redimere digna-
tus eſt, & vade ad ſedes infernales,
ſeu ad loca tibi à Deo deputata.
Quòd ſi more tuo beſtiali obedire
nolueris, & præcepta mea tibi in
virtute Dei facta, obſtinatè con-
tempſeris, ego vt miniſter Chriſti,
licet immeritus; poteſtate mihi ab
illo tradita, ex nunc impero Luci-
fero, & omnibus furiis infernali-
bus, vt contra te inſurgant, & ir-
ruant, te omnibus pœnis excrucient,
& in ſtagnum ignis, & ſulphuris
te præcipitent: ibi acriùs, & duriùs
ſolito cruciandus. Et maledictio,
ac ira Dei omnipotentis, Patris, &
Filij, & Spiritus ſancti, & indigna-
tio ejus veniant ſuper te, ſpiritus re-
Luc. 9. bellis, quæ te, & omnes tibi fauentes
omnibus pœnis ſupradictis afficiant,
& excrucient in ſæcula ſæculorum.
Amen.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, rex po-
tentiſſime, qui Eccleſiam tuam
in nomine tuo congregatam, & in
ſanguine tuo redemptam, tua pieta-
te conſeruare non deſinis, qui nos
per mortem tuam è faucibus diaboli
eruens, clauſum vitæ æternæ oſtium
aperuiſti, fideles tuos de antiquo

Digitized by Google

hoſte, tua gratia triumphare feciſti, quos ad cœleſtem, & æternam patriam, per prædicatores vocare non deſinis, qui tua omnipotenti virtute de cœlo deſcendens, illum refugam tyrannum diabolum, & ſatanam ad infernum deputaſti, te, piiſſime Fili Redemptor mundi, humiliter exoro, vt per virtutem tuæ ſacratiſſimæ paſſionis, gratiam expellendi Dæmones ab hac creatura tua N. mihi miſericorditer impendere digneris. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conivratio.

Conjuro te, † malignissime Dæmon, per illum fortiſſimum, & inuincibilem Ieſum Chriſtum, qui ſedet ſuper equum album, qui *Apoc.19.* vocatur fidelis, & verax, qui cum juſtitia judicat, & pugnat, cujus oculi ſunt vt flamma ignis, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit, nec ipſe, cujus veſtis erat aſperſa ſanguine, cujus nomen eſt verbum Dei, Rex regum, & Do- *1.Tim.6.* minus Dominantium. Vidit enim beatus Ioannes (in tui dedecus, ô ſceleratę ſpiritus) cœlum apertum, vt qui inuitati fuerant ad illam cœleſtem cœnam agni, poſſent introire, quod clauſum extitit ante Chriſti incarnationem, mortem, & reſurrectionem propter peccatum Adæ: apertum eſt autem poſt ejus Aſcenſionem: quia morte ſua deleuit chi- *Coloſſ. 2.* rographum peccati. Chriſtus enim, ô inique ſpiritus, (in tui confuſionem) habet nomen illud nouum, quod nemo nouit, niſi ipſe, & ſimul tota Trinitas. Habet veſtem aſperſam ſanguine, id eſt humanitatem ſuam, quæ (in tui damnatione) in ſua paſſione tota aſperſa fuit, ſanguine. Habet etiam illam veſtem aſperſam ſanguine: quia (in tui opprobrium) eſt circundatus Sanctis omnibus, qui in hoc Martyrij bello pugnantes, alij affecti ſunt martyres facto, & alij voluntate: qui ſequuntur Chriſtum in equis albis: quia eorum corpora, & luce juſtitiæ, & caſtimoniæ candore claruerunt. Tenet Chriſto in *1.Tim.6.* veſtimento ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium: quod nemo alienus à fide poteſt accipere. Eccleſia autem non atramento, ſed Spiritu Dei viui in tabulis cordis ſcriptum tenet. Et deſcribitur in veſtimento Chriſti: quia myſterio Deitatis, in quo Dei Filius veſtitus eſt humana carne, & opere paſſionis ejus illius nobis majeſtas, regnumque aperitur, quod tua peruerſitate clauſum omnibus fuit. Et fidelis, & verax Chriſtus: quia quod promittit, ſine dubio implet, & *Epiſt.19.* cum juſtitia judicat, & pugnat: quia debellando vos aëreas poteſtates, ejus juſtitia ante potentiam præiuit, quando ſolus calcabat torcular, pro nobis mori voluit, vt juſtitiæ ſatisfaceret. Habet denique oculos, vt flammam ignis: quia per gratiam illuſtrat mentes ſeruorum ſuorum fidelium. Conjuro te, *Ibidem.* † maledicte Dæmon, per illum mirabilem Angelum, quem Ioannes in Sole ſtantem vidit, voce magna clamantem, id eſt Chriſtum, qui in Eccleſia juſtorum, quæ Soli comparatur, ſtat: quia in patria fulgebunt ſicut Sol. Clamat autem in aues, quæ volant per medium cœli, id eſt ad animas volantes de peccato in peccatum, illas, quantum in ſe eſt, vocando ad pœnitentiam: clamauit per ſeipſum, clama nunc, & per ſuos Prædicatores tempore Antichriſti clamabit, qui vocabunt populos ſuis prædicationibus *Ibidem.* ad

ad regnum cœleſte, dicentes: Venite ad cœnam agni. Magna profectò erit audacia Antichriſti, ô miſerrime ſpiritus, qui (te aſtante, & inſtigante) cum ſuis ſatellitibus audebit pugnare cum Chriſto, ſedente in Eccleſia ſuorum fidelium: ſed ejus temeritas citò peribit: quia apprehendetur beſtia, & pſuedoprophetæ, & mittentur in ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris: tunc enim Antichriſtus, & hæretici tui detrudentur tecum, ô beſtia teterrima, in infernum, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris. Conjuro te, † ſceleratiſſime Dæmon, per illum
Apoc.10. fortiſſimum Angelum, quem Ioannes vidit deſcendentem de cœlo: habentem clauem abyſſi, qui tenens catenam in manu ſua, apprehendit Diabolum, ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Satanas, & ligauit, & miſit eum in abyſſum, & clauſit oſtium, & ſignauit ſuper illum, vt ampliùs non ſeducat gen-
Pſal. 18. tes, qui eſt Chriſtus Ieſus Dominus noſter, qui paterna poteſtate prædituſ, deſcendit in carne, inclinauit cœlos, & deſcendit cum prin-
Apoc.10. cipe tuo Lucifero bella geſturus, atque illo ligato, vaſa ejus deſtructurus, eſt apprehendens ſerpentem antiquum, qui dicitur Diabolus, quia criminator, & Satanas: quia aduerſarius ligauit eum à paſſione ſua vſque ad finem mundi, & miſit eum in abyſſum per mille annos, poſtquam ſoluendus eſt à carcere, vt ſeducat gentes. Sed paruo tempore durabit ejus malitia: quia ignis deſcendens de cœlo deuorabit ſuos ſequaces, & ipſe tecum mittetur in ſtagnum ignis, & ſulphuris, vbi cruciabimini die, ac nocte in ſæcula ſæculorum. Conjuro te, † peſſime dæmon, per illum, qui ſedet ſuper thronum magnum, & candidum, à cujus conſpectu fugit terra, & cœlum, qui eſt Chriſtus Ieſus Dominus noſter, qui ſedet ſuper Eccleſiam candidam non habentem maculam, neque rugam, ante cujus conſpectum fugit cœlum, & terra, vt ipſe inſinuat, dicens: Cœlum, & terra tranſibunt. Iterum conjuro *Ioan.c.3.* te, † ſcelerate dæmon, per Deum altiſſimum, & per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum auferentem peccata mundi, cujus creaturam, nefandiſſime ſpiritus, artibus tuis tentare, & occupare auſus fuiſti: & tibi præcipio, vt illam deſinas moleſtare; contremiſce, immundiſſime ſpiritus, initium omnium malorum, tranſgreſſor veritatis, juſtitiæ perſecutor, author fornicationum, ſeminator zizaniarum, diſſipator pacis, lator diſcordiæ, peſſime dux tenebrarum, mortis inuentor, janua inferni, deuorator animarum, omniumque malorum cauſa. Recede ergo, per nomen æterni Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ab hac creatura ſua N. cum omni tua damnata ſocietate, relinquendo ipſam ſanam, & liberam, vt inueniſti, pro qua ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus ob ſuam miſericordiam, & pietatem dignatus eſt crucifigi, & mori. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

IMPROPERIA EXPROBRANTIA DÆMONES.

AVdi igitur, inſenſate, falſe, reprobe, & iniquiſſime ſpiritus: *1.Pet.5.* Inimicus fidei: Aduerſarius generis humani: Mortis adductor: Vitæ raptor: Iuſtitiæ declinator: Malorum radix: Fomes vitiorum: Seductor hominum: Proditor gentium: Incitator inuidiæ: Origo auaritiæ: Origo

Origo auaritiæ : Causa discordiæ : Excitator malorum : Dæmonum magister : Miserrima creatura : Tentator hominum : Deceptor malorum angelorum : Fallax animarum : Dux hæreticorum : Pater mendacij : Fatue bestialis : Tui creatoris inimice: *Ioan.c.1.* Insipiens ebriose : Iniquus, & iniquorum caput : Prædo infernalis : Serpens iniquissime : Lupus rapacissime : Sus macra, famelica, & immundissima : Bestia eruginosa : Bestia scobiosa : Bestia truculentissima : Bestia crudelis : Bestia cruenta : Bestia omnium bestiarum bestialissima : Ejecta de paradiso : De gratia Dei : De cœli fastigio : De *Isaia 14.* loco inenarrabili : De societate, & consortio Angelorum : Immundissime spiritus initium omnium malorum : Transgressor bonæ vitæ : Veritatis, & justitiæ persecutor : Auctor fornicationum : Seminator zizaniarum : Dissipator pacis : Lator discordiæ : Pessime dux tenebrarum: Mortis inuentor : Ianua, & vorago inferni : Crudelis deuorator animarum : Omniúmque malorum causa. Malignissime dæmon : Spurcissime Spiritus : Nefandissime susurrator : Nequissima creatura : Vilissime apostata : Sceleratissime latro : Impiissima bestia infernalis : superbissime & ingratissime spiritus : Iniquissime refuga, tyranne : Omni bono vacue: Plene omni dolo, & fallacia : Ho- *Matth c.25.* minum exterminator : Derisio totius angelicæ naturæ : Meledicte Satana à Deo : Excommunicate à tota cœlesti curia : Blasphemie Dei, & omnium Sanctorum : damnate à Deo, atque damnande : Spiritus Acherontine : Spiritus tartaree: Fili perditionis: Fili maledictionis æternæ : Rebellis Dei, & totius cœlestis curiæ : Serpens crudelissime : Draco iniquissime Creatura dãnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam nequitiam tuam. Audi (inquam) superbiam tuam, & iniquissimi principis tui. Cùm itaque ipse nequissimus Satanas caput tuum, & princeps omnium iniquorum tyrannidem suam, quam, solùm exercere poterat in filios Adæ ab ipso seminali ratione propagatos, extendere præsumpserit in summum Imperatorem, Regem regum, & Dominum dominantium, Deum, & omnipotentis Dei Filium vnigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam : & ob hoc ab ipso Domino Iesu Christo *Apoc.17.* Saluatore nostro, qui dilexit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ipse Satanas cum omnibus Angelis sujs apostaticis, de quorum numero tu, miserrime, & inique inuasor, excæcatus existis, à Deo judicatus, superatus, captiuatus & vinctus fuerit : & nos omnes in ipsum credentes in virtute Deificæ Trinitatis baptizatos, & aliis Sacramentis ab ipso Filio Dei institutis, initiatos de potestate tua iustè, potenter eripuerit. Idcirco, spurcissime, malignissime, & immundissime spiritus, in virtute, & potestate ipsius summi Imperatoris Iesu Christi Domini nostri, te conjuro, † & per omnia alia, quibus potes constringi, ligari, fugari, & cruciari, & de loco ad locum mitti vt quàm citissimè exeas ab hac creatura Dei N. & plasmate Christi, cum omnibus adhærentibus, & tibi fauentibus, quam Dominus noster Iesus Christus suo sanguine dignatus est redimere, & à faucibus tuis eripere, Da igitur locum Spiritui sancto, per hoc signum sanctæ † Crucis Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & te maled&c

spir it us

ſpiritus, & ſæculum per ignem, Amen.

Conivratio.

Ex antiquis Exorciſmis.

NEc te lateat, maledicte dæmon nec te lateat creatura damnata reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob ſuperbiam tuam, imminere tibi tormenta, diem Iudicij ſempiterni, diémque, qui venturus eſt, velut clibanus ardens, in quo tibi, atque angelis tuis ſempiternus erit præparatus interitus: ideò pro tua nequitia damnate, atque damnande, da honorem Deo † viuo, & vero: da honorem Ieſu † Chriſto Filio eius Domino, & Saluatori noſtro: da honorem Spiritui † ſancto paraclyto, & tremens gemenſque ab hac creatura Dei N. diſcede cum omnibus maleficiis incantationibus, ligaturis, ſignaturis & facturis tuis, ad eam nunquam rediturus, per virtutem eius, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Exprobratio in Satan.

Rupertus Abbas de victoria verb. Dei

AVdi ergo, ô miſerrime & iniquiſſime ſpiritus, qui tam immenſa, atque ineffabilia dona à tuo conditori in principio tuæ conditionis recepiſti: audi (inquam) tu, qui in ſignum maximæ ingratitudinis tuæ, non ſolùm rebellis, & ingratiſſimus extitiſti, ſed etiam vice illius ab Angelis, ab hominibus, & à Chriſto adorari voluiſti. Deus enim omnipotens, magnus, & admirabilis, cùm ab æterno in ſe beatus exiſtens nulla creatura indigeret: ex ſua tamen benitate, & ineffabili potentia, te & omnes angelos creando tanta pulcritudine, ſapientia, & magnitudine exornauit, vt aſtra maturina eſſe poſſent. Quod cernens ille maledictus Lucifer, princeps tuus, & caput omnium iniquorum, non ſolùm gratias de immenſis donis ſuo creatori non reddidit rebellis, & ingratiſſimus contra ipſum pugnare cœpit. Qui licet nullam cauſam verâ inimicitiæ aduerſus Deum haberet, falſam tamen ſibi confinxit. Cum enim Deo benedicto, ex ſua mera liberalitate, naturam Angelicam creando, maximis muneribus, donis, & gratiis decorare placuiſſet ille in ſignum maximæ ingratitudinis ſuę contra Deum ſuperbiendo, dedit terga conditori ſuo. O ingratitudinem maximam, & inauditam temeritatem, æternali igne exurendam! Sed quomodò illud ſufferre iam potes, quod omnipotens Deus de tui principis, ſingulorúmque veſtrum pulcritudine, ſcientia, & magnitudine per Ezechielem prophetam profitetur, & dicit: Tu ſignaculum ſimilitudinis: & cuius ſimilitudinis, niſi ſanctiſſimæ, atque adorandæ Trinitatis; quæ eſt magnitudo ſapientiæ, & pulchritudo Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cujus magnitudini, ſapientiæ, & pulchritudini adeò participaſtis, vt ſignaculum ſimilitudinis appellaremini. Plenus ſapientia, & perfectus decore, quia ſpecioſum (inquit Dominus Deus) feci illum, in deliciis paradiſi Dei fuiſti. At tu vecors cùm in tanto honore eſſes, non intellexiſti, ſed hæc omnia in materiam ſuperbiendi vertiſti. O miſerrime, quo nulla creatura miſerior, non ſufficiebat tibi, tuóque principi tanta largitas tui Conditoris, niſi ille à vobis vt Deus diceretur, vel exiſtimaretur, niſi ipſe Lucifer appellaretur Deus,

Ezech. 28.

Ezech. 28.

Ibidem.

Digitized by Google

nisi adoraretur ab Angelis vt Deus, nisi prædicaretur, & ipse increatus; Negando quippe Deum suum conditorem esse, ausus est asserere se Deum esse. Ego (inquit) feci meipsum, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. Delib.rasti apud te, ô bestia infernalis, cum tuo principe Lucifero, atque proposuisti in corde tuo, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis
Isaiæ 14 altissimo. Nimirum nubium nomine, cæteros angelos ille maledictus princeps tuus cognominauit ob magnitudinem & pulchritudinem suam: quia superbia tumens magnus videbatur in oculis propriis: ex quo tumore tantò omnes angelos semetipso viliores reputauit, quantò nubes candidæ, & lucidæ obscuriores sunt sole: quia arbitrabatur se esse tanquam Sol, & lux, qua nubes indigent, vt illustrentur, & pro tali haberi volebat. Sed re vera, ô miser, res non ita se habuit. Ista profectò determinatio cordis tui erat contraria proposito Dei: erat (inquam) contraria verbo, veritatique Dei, quod, & euentus probauit. Dicebas enim
Ibidem. in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium & ero similis altissimo. Nonne in cœlo eras, quando de cœlo ob superbiam tuam deiectus fuisti; Nónne super altitudinem nubium ascenderas, cùm omnes Angelorum choros quamuis astra Dei essent, vt nubes comparatione tui reputasti. Quid est, ô miserrime spiritus quod dixisti, in cœlum ascendam, nisi tumor ambitionis, quo plenus existens, ambibas ascendere, in cœlum, vt cœli teneres. impe-
Isa.14.

rium, sic exaltare super astra Dei solium tuum volebas, sic ascendere super altitudinem nubium vt adorareris & honorificareris concentu Angelorum, vt fieres similis altissimo. Hæc omnia illa maledictus princeps tuus Lucifer in corde suo proponens cœpit circumuenire omnes Angelos, & in sententiam suam conatus est deducere, confidens, vt erat plenus sapientia, quod efficaciam haberet ad persuadendum se Deum esse, & vt Deus ab illis crederetur, atque adoraretur. Quem putaret ex omnibus Angelis inueniri posse, qui ipso dicente: Ego creatura Dei non sum, ego à nullo factus sum, ego feci meipsum, obuiaret illi, & diceret, falsum tu loqueris? Quem timeret *Ezech.* posse Dei testem inueniri, qui te- *28.* stificaretur, & diceret: ille te fecit, cùm nullus ante ipsum creatus fuerit qui hoc posset testificari; cùm igitur nullum putaret habere ex omnibus Angelis conscium suæ creationis, qui dicere posset, ego vidi, vel audiui, eò quòd ille primus conditus fuerit; quem putaret posse stare contra se testem? Arbitratus est enim nullum inueniri posse, qui eum de mendacio posset arguere, & creationis eius posset proferre testimonium. Sed decipiebaris, ô Lucifer decipiebaris (inquam) quia in princi- *Ioan.1.* pio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum. Ipse enim Filius Dei, & verbum *Ioan.8* æterni Patris, & veritas infallibilis contra suum mendacium omnibus Angelis testificari potuit, quòd mendax ab initio fuisti, & quod mendacium loquebaris, cùm ipse *Ioan.1.* ante omnia sine principio extiterit, & quòd audiuit, & vidit, imò fecit hoc testificari potuit. Et quid non vidit, & non audiuit, quia omnia vidit:

Digitized by Google

vidit, antequam fierent? Nam omnia per ipſum facta ſunt, & quod factum eſt, in ipſo vita erat. Vidit ergo te Filius Dei, verbum Patris, ô miſerrima creatura: vidit (inquam) te, cùm fieres, & antequam fieres: quia per ipſum factus fuiſti, & ideò poterat teſtificari de te, quòd falſa locutus es, & quòd eſſes factus & creatus, & vt lumen poterat illuminare oculos mentis Angelorum, & inſtruere ſpirituum agmina cognitione veritatis ad cognoſcendum non ſolùm quæ præterita, & præſentia ſunt, verum etiam & quæ futura eſſent, & illis prædicare quod per os Moyſi locutus eſt. Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me. Tu autem, ô nefandiſſime ſpiritus, tua ſuperba elatione tumidus, affectu propriæ excellentiæ excæcatus, electiua voluntate ad propriam excellentiam ita tuam conſiderationem inclinaſti, quòd tui caſus conſiderationem habere noluiſti. Inflatus enim nobilitate naturæ, ſuper omnem creaturam exultare voluiſti: & non ſolùm iis omnibus inferioribus dominari, verùm etiam ſimilis Altiſſimo fieri voluiſti. Sed audi, quid admirabilis conditor vniuerſorum contra tuam ſuperbiam per Iſaiam prophetam dicat. Ad infernum detraheris ô ſpiritus ingrate, atque ſuperbiſſime: quia nihil æquius, quàm humiliare ſuperbum. Audi (inquam) admirationem, quam de tua ſuperbia illa cœleſtes ſpiritus mirantur. Audi, & ipſummet Deum, qui cum exprobratione contra te per Iſaiam prophetam dicat: Quomodo (inquit) cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris; Illud verò, miſerrime, quomodò ſufferre iam potes quod Deus omnipotens de tua fœlicitate per Ezechielem prophetam

Ibidem.

Deut. 32

Iſa. 14.

profitetur, & dicit: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore, in deliciis Paradiſi Dei fuiſti. Poſui te in monte ſancto Dei: in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, peccaſti, & eieci te de monte ſancto Dei, & perdidi te, ô Cherub, de medio lapidum ignitorum, quorum conſortio te indignum effeciſti. Et vnde hæc omnia tibi euenerunt, ô miſer dæmon; non aliunde profectò quàm ex ſuperbia, & inuidia tua, quam habuiſti, quando ſtatim ab exordio tuæ conditionis, præuidens rationalem creaturam in vnitate perſonæ Filij Dei aſſumendam, inuidiſti. Sed, ô miſer, quid tibi profuit tua ſuperbia, & inuidia; Nihil profectò: immò illa ad infernum te detraxit. Cùm enim à Deo benedicto, poſt tuam creationem tibi reuelata fuiſſet Incarnatio Filij Dei, quem dominatorem vniuerſorum conſtituerat, & fideliſſimum mediatorem: vt per hæc, qui vellent à natura ad gloriam per meritum Chriſti, & gratiam aſcenderent: & qui nollens à natura ad pœnam ruerent, tu nefandiſſime ſpiritus; tua ſuperbia inflatus, cum tuis ſatellitibus contempſiſtis inferiori naturæ ſubiici, & inuidiſtis incarnationi Chriſti, atque exaltationi generis humani. Cùm boni Angeli fideliter huic incarnationi fauerent, & gratiarum actiones, ipſum laudantes agerent, & interna mentis exultatione iubilantes de Chriſti incarnatione, & de eius ſapienti diſpoſitione in ſua gratifica ſaluatione. Qui ſublimiter de Deo ſentientes, ad eius gloriam afficiebantur: & pro tradita ſibi facultate contra vos

Ezech. 28.

Henricus Arphius lib. 1. myſti Theo.

Alexander Alēſ. parte 2. q. 26. & par. 3. q. 2.

Apoc. 12.

Digitized by Google

pugnantes, pio affectu nitebantur: quibus non valuistis resistere, licèt omni vestro conatu, inordinatóque affectu beatorum Angelorum obedientiam subuertere niteremini. Non voluistis (inquam) resistere beatis Angelis, neque gratiæ, qua pugnabant: quia gratia in omnibus est sublimior, & validior, quàm natura, qua contra sanctos Angelos prælia-

Ruperius vbi supra.

bamini. Et etiam, quia sancti Angeli vicerunt in sanguine agni: ideò non prævaluistis, neque locus vester inuentus est amplius in cœlo: ô miseram, & infœlicem commutationem! Considera, ô bestia infernalis, & perspice ex quanta beatitudine explosus, in quantam miseriam de cœlo ruens descenderis. Ex quanta sublimitate, in quantam profunditatem demersus fuisti. Ex quantis diuitiis ad quantam miseriam, & calamitatem deueniisti. Ex quanta luce ad obscurissimas, & intensissi-

D. Aug. in libro Meditationum.

mas tenebras proiectus fuisti. Ad infernum, ad infernum detraheris spiritus ingratissime, in profundum laci: in abyssum scilicet, in quo infinitæ miseriæ, & calamitates tibi, & omnibus damnatis aderunt. Ibi enim inuenitur fletus, & gemitus, vlulatus, & cruciatus, clamor, & tremor, timor, labor, & dolor, ardor, & fœtor, obscuritas, & anxietas, acerbitas, & asperitas, calamitas, & egestas, angustia, & tristitia, obliuio, & confusio, torsiones, & punctiones, amaritudines, & terrores, fames, & sitis, frigus, calor, sulphur, & ignis ardens, atque omnia mala, quæ excogitari possunt, tibi præparata sunt. Hic locus inferni, loco

Canon. Iuda.

illius magni domicilij, quod ex maxima peruersitate tua perdidisti, tibi, & omnibus complicibus tuis præparatus est. Hic locus, loco principatus, quem non seruasti, tibi, & omnibus angelis apotasticis aderit, quia sub caligine, vinculis æternis ob malitiam tuam, Deus omnipotens, te seruauit, ac pœnis æternis te deputauit.

CONIVRATIO.

AVdi ergo, creatura damnata, reprobata & maledicta à Deo in æternum propter tuam nequitiam, audi spiritus immunde, scelerati ssime, nefandissime, & iniquissime, vbicunque latitas in corpore istius creaturæ Dei N. adjuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, necnon per tot, & tanta mysteria, cum tua inuidia tremens, geménsque ab ea discede. Nihil enim tibi sit commune cum isto famulo Dei N. cœlestia cogitante. Da igitur honorem † aduenienti Spiritui sancto, qui ex summa cœli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus sanctissimum Dei templum, & habitaculum perfecit, & ab omnibus penitus noxiis præteritorum criminum in baptismo liberauit, vt sic perenniter Deo gratias semper referat, & benedicat nomen sanctum ejus in sæcula sæculorum. Quòd si more tuo bestialissimo mandatis, & præceptis meis tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempseris, per omnia supradicta verba, & adjurationes, contra te conjuro Luciferum, & omnes spiritus infernales quatenùs per virtutem sanctissimi nominis Dei Tetragrammaton, & per passionem Domini nostri Iesu Christi contra te, & omnes tibi fauentes, omni sua ira, indignatione, & furore irruant, & insurgant, & te ad infernum ducant, & in locum duriorem te præcipitent, & ligent, ibi omnibus pœnis, & cru-

Ex Flagello Dæmonum

cietibus

ciatibus acriùs, & duriùs ſolito cruciandus: quia tantis, & tam ſacratiſſimis, ac ſanctiſſimis nominibus, & verbis, ac myſteriis Dei rebellis fuiſti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ira, ac indignatio beatæ virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curiæ cœleſtis veniant, & feſtinanter deſcendant ſuper te, ſpiritus ingratiſſime, & omnes tibi fauentes. Et ego, vt miniſter Chriſti (licèt immeritus) tibi præcipio, iniquiſſime proditor, vt exiens ab hac creatura Dei N. ipſam ſanam, & liberam nobis dimittas, fractis omnibus ligaminibus, quibus in hoc corpore teneris. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Matth. 25.

Explicit quartus Exorciſmus.

EXORCISMVS V.

TERRIBILIS ADVERSVS Dæmones comprimentes corpora humana.

Exorciſta accedens ad conjurandum. omni deuotione, qua poterit, peracta præparatione ſæpius dicta, procumbens ante altare, corde humiliato, ſpirituque contrito faciat ſibi ſignum ſanctæ Crucis, & dicat,

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa† tris, & Fi† lij, & Spiritus † ſancti. Amen. Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. *totum.* Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *totum. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adiuuandum me feſtina. *Verſ.* Eſto nobis Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie omnium malignorum ſpirituum. ℣. Domine, exaudi orationem meã. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Pſal. 50.

Oratio.

DOmine Deus Pater omnipotens, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus omniũ credentium, ſalus omnipotens, & ſempiterna, qui ſemper exaudis clamantes ad te, corde deuoto, & animo contrito. Te deprecor, vt me exaudire digneris clamantem ad te. Exaudi Deus meus vocem deprecationis meæ, & da mihi veram, humilémque contritionem, & pœnitentiam de peccatis meis. Da mihi, quæſo, Domine Deus omnipotens, virtutem, & potentiam expellendi hos Dæmones inimicos tuos ab hac creatura tua N. quam pretioſo ſanguine Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, dignatus es ab eorum tyrannica ſeruitute eripere. Libera eam, Domine Deus omnipotens, per merita ſanctiſſimæ paſſionis ejuſdem Filij tui, ab omnibus ſpiritibus immundis, ſicut miſericorditer liberare dignatus es Adam de inferno, Petrum de carcere, Paulum de vinculis, Teclam de tribus tormentis, Suſannam de falſo crimine, Lazarum de monumento, Ionam de ventre ceti, Loth de Sodoma, & tres pueros de camino ignis ardentis, Danielem de lacu leonum, Dauid de gladio maligno, & Mariam Mag-

Ex antiquis Exorciſmis.

Actor. 16

Digitized by Google

dalenam de septem Dæmoniis liberasti : ita liberare digneris hunc famulum tuum N. à Diabolo illum vexante, & die, ac nocte eum infestante, & ab omnibus aliis immundis spiritibus, & eum perducere digneris ad gratiam veræ liberationis, & *Mar. 16.* suæ pristinæ sanitatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hìc Exorcista surgat ab oratione, & conuersus ad Demoniacum, tenens manum dexteram super caput vexati, dicat sequentia verba.

Psal. 23. SIcut Dominus noster Iesus Christus positus fuit in ligno sanctæ Crucis, & ibi pro nostra salute mori voluit : & descendens ad infernos, dixit : Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales : & ibi ligauit Luciferum : ita in virtute ejusdem Domini nostri Iesu Christi potentissimi Saluatoris nostri, ego ligo omnem potentiam tuam, & omnium sociorum tuorum existentium in corpore hujus creaturæ Dei N. ita vt non habeas virtutem nocere illi, neque alicui creaturæ, signo sanctæ Crucis consignatæ. In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus †sancti. Amen.

Hìc Exorcista ostendendo Crucem dæmoniaco, dicat alta voce.

Ecce Crucem † Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Postea lege sequens Euangelium.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. ℣. Gloria tibi, Domine.

IN illo tempore. Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat *Cap. 11.* mutum. Et cùm eiecisset Dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Belzebub Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo : Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit : Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur : & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodò stabit regnum ipsius, quia dicitis in Belzebub ejicere me dæmonia ? Si autem ego in Belzebub ejicio Dæmonia, filij vestri in quo ejiciunt ? Ideo judices vestri erunt. Porrò si in digito Dei ejicio Dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inueniens, dicit : Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius pejora prioribus. Factum est autem, cùm hæc diceret, extol

extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. ℟. Laus tibi, Chriſte.

Deinde Exorciſta dicat ſequentem Orationem.

Oratio.

Matth. 19. DOmine Deus omnipotens qui ſedens ſuper thronum æternæ maieſtatis tuæ, Eccleſiam tuam ſemper conſeruas qui ſeruis tuis ſeruantibus mandata tua, æternam beatitudinem largiris, & eos in illa cœleſti Hieruſalem noua clarificare promiſiſti: præſta nobis, quæſumus, Domine ſancte Pater, vt per virtutem vnigeniti Filij tui Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui tecum in maieſtatis æqualitate exiſtit, hos Dæmones famulum tuum. N. vexantes, eradicare valeam, vt tua miſericordia, ab hac oppreſſione liberati, tandem ad cœleſtem patriam peruenire mereamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic Exorciſta aſpergat aquam benedictam ſuper obſeſſum: poſteà viriliter, ac forti animo incipiat Dæmones adiurare, nihil hæſitans, paſſim applicando reliquias naribus vexati.

CONIVRATIO.

IN virtute ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus † ſancti: & honorem, & gloriam beatiſſimæ, ſempérque virginis Mariæ, & totius cœleſtis curiæ, ego conjuro vos † ſpiritus malignos, Dæmones infernales, Dei rebelles, ſpiritus Acheronticos, qui veſtra obſtinata, & deprauata voluntate lædere, vexare, & occupare hanc creaturam Dei N. non ceſſatis, per illum incomprehenſibilem, inuiſibilem, & omnipotentiſſimum Deum, qui omnia ex nihilo fecit, qui vos in tanta dignitate, ſua omnipotenti manu creauit, & vt ingratiſſimos, & contra veſtrum factorem ſuperbientes, è conſortio iuſtorum, & cœleſtium ciuium vos deiecit, per ipſum (inquam) vos coniuro, adiuro, cogo, conſtringo, & ſtrictiſſimè mando, ac petentiſſimè vobis impero, & per *Apoc. 21* cœlum nouum, & terram nouam, ac per ciuitatem ſanctam Hieruſalem, quam Beatus Ioannes vidit deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, quæ eſt ciuitas Dei in ſanctorum ciuium congregatione, in qua ampliùs Sancti non erunt hoſpites, & aduenæ: ſed eius ſanctorum angelorum, domeſtici Dei. Eſt ſancta in gratiæ confirmatione, quia nul- *Epheſ. 2.* lus meretur ſanctus nominari, niſi cùm ſublata fuerit poteſtas peccandi. Eſt Hieruſalem, ô inique dæmon, in pacis quietatione & noua in vetuſtatis expoliatione. Et deſcendens de cœlo in Chriſti humilitatis imitatione, qui deſcendens *Epheſ. 4.* per humilitatem ipſe aſcendit per poteſtatem. Eſt parata denique, & ornata viro ſuo in virtutum decoratione, quia eſt ornata omni lapide pretioſo. Per hæc, & omnia alia, quibus in nomine Ieſu poteſtis conſtringi, cogo, coarctari, & adiurari, ego vos conſtringo, vt remota omni fallacia, & dolo, licet inuiti, & coacti contra veſtram proteruam, & ſceleratam voluntatem, deſinatis vexare hanc creaturam.

Digitized by Google

ram Dei N. quam tam iniquè, atque impiè moleſtatis, & eam non comprimatis: & præcipio vobis, vt ſurſum ad linguam aſcendatis, & mihi dicatis, quare in hanc creaturam ingreſſi eſtis, ſi vnus vel plures eſtis, & quomodo exire debeatis, per quem Sanctum vel Sanctam: deinde vobis impero, vt ſine læſione huius creaturæ Dei N. & omnium aſtantium, cum ſigno euidenti exeatis, alioquin per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vos in ſtagnum ignis, & ſulphuris condemnabo in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic Exorciſta inquirat à dæmonibus, cùm ſe manifeſtauerunt, quidquid expedire videbitur ad obſeſſi liberationem: ſed caueat ab eorum familiari colloquio, ne ab illis decipiatur: deinde ſic proſequatur,

Oratio.

Ex Dion. de 4. nouiſſimis. OMnipotens ſempiterne Deus, qui vnus in Trinitate, & Trinus in vnitate ab æterno beatus exiſtens, ſecundum immenſam ſapientiam, & infinitam prouidentiam tuam homines, & angelos electos ad æternam & immarceſſibilem, cœleſtémque beatitudinem & contemplationem tuæ diuinæ eſſentiæ æternaliter prædeſtinaſti, vbi cum Filio tuo, & Spiritu ſancto æterno, & infinito gaudio in illa beatiſſima, & perenni viſione fruentur: vbi de ſua æternali, ac firmiſſima beatitudine ſecuri, in illa cœleſti patria omni lætitiâ iucundabitur. Tu, Domine ſancte Pater, qui Angelus tibi: tuæque immenſæ bonitati, ac beniguitate de tot donis naturalibus in ſua creatione acceptis rebelles, & ingratiſſimos è cælo eiiciens, ad infernale ſupplicium, tua immenſa virtute, & potentia deputaſti. Per pietatem, & miſericordiam illam, qua iuſtos ſaluas, te humiliter exoro, ac deprecor, vt virtutem expellendi dæmones ex hoc corpore mihi miſericorditer concedere digneris, vt hic famulus tuus N. à diabolica vexatione liberatus, & ſuæ ſanitati reſtitutus, tibi in Eccleſia tua gratiarum referat actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

Dionyſ. Carthuſianus d quatuor nouiſſimis. COniuro te, † ſpurciſſime dæmon, per illud cœlum nouum quod beatus Ioannes vidit, in quo ipſe incomprehenſibilis Deus ſeipſum clariſſimè omnibus Sanctis ſuis manifeſtat, & vbi excellentiùs operatur, in quo valde deſiderabile, & iucundum eſt intereſſe, & cohabitare illi ineffabili, amoroſæ, ſpecioſiſſimæ, ordinatiſſimæ, potentiſſimæ, & nobiliſſimæ ſocietati cœleſtis curiæ, cui, etiam iucundiſſimum eſt intereſſe propter mutuam eius charitatem: quia illi beatiſſimi ſpiritus, ſummo amore, Deum ſuper omnia, & ſuos conciues in ordine ad ipſum diligunt, vbi amore æternali amant ſuum Regem, quem totus cœli exercitus cum maxima, ſummáque lætitia, & inæſtimabili ardore, ac feruore dilectionis indeſinenter laudat: vbi iuſti fulgebunt, ſicut Sol in conſpectu Dei. Sed, ô miſer, & iniquiſſime ſpiritus, quomodò ſuſtinere vales recordationem illius æternæ fœlicitatis, quam ſic miſerabiliter deſeruiſti? qui in tanta nobilitate creatus, contra tuum conditorem

Digitized by Google

torem cornua erexiſti, & vice laudis, quam ex tot beneficiis, & gratiis illi reddere tenebaris, illum blaſphemare cœpiſti quem laudare debueras? Quid ergo mirum eſt, ô ingratiſſime ſpiritus, ſi juſtiſſimus Deus ad infernale ſterquilinium te deputauerit, locus verè omnibus miſeriis, & calamitatibus plenus, & ſufficiens ad contundendam, conterendámque tuæ ſuperbiæ audaciam, & temeritatem: vbi manducabis linguam tuam præ dolore, & vbi omnia inordinata ſunt, ibi carebis potentia, ſapientia, & pulchritudine tua, quam in tua conditione à Deo recepiſti, vbi etiam loco ſocietatis Dei, & Sanctorum, illam turpiſſimam damnatorum ſocietatem habebis, quam ſummo odio habebis. Vide igitur, ó miſerrima creatura, quàm ingens ſit calamitas tua in illo turpiſſimo, & horribili, fœtidiſſimóque loco, & cognoſce, quàm aggrauata ſit manus omnipotentis Dei ſuper te, ex operibus malis, quæ in dies procurare non deſinis. Tibi igitur, nefandiſſime ſpiritus, præcipio, vt in virtute Dei omnipotentis, & totius curiæ cœleſtis exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. quem tantùm moleſtaſti, & amodò relinquere non deſinis: alioquin terribiliter & potentiſſime, in virtute ſupradicta, te ad infernum inferiorem condemnabo, vbi diutiùs, & acriùs ſolito cruciaberis, quia fuiſti rebellis, & inobediens tuo Creatori: diſcede ergo nunc, diſcede ſeductor, & vade ad loca inhabitabilia, vbi nullus ſit acceſſus hominum, & vbi nulli creaturæ nocere poſſit. Per illum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Apoc. 6. 16.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ex maxima, & ineffabili miſericordia tua, illam cœleſtem Hieruſalem, & triumphantem Eccleſiam ex Angelis congregaſti, hominéſque ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creatos cœleſtium ciuium conſortio ſociare voluiſti, & ad fruitionem æternæ claritatis tuæ eos adire feciſti, qui te ſine fine laudando, illa facili viſione tuæ diuinitatis perenni gaudio, & lætitia æternaliter fruuntur. Te, Domine ſancte Pater piiſſime, qui eos de contemplatione tuæ majeſtatis gaudere, de tua pulchritudine ſatiari, & de ſua immortalitate, déque victoria ſuorum inimicorum triumphare, & lætari feciſti, ſuppliciter deprecor, per illam incomprehenſibilem, & inæſtimabilem beatitudinem tuam cœleſtem, qua omnes Sancti beatificantur, vt expellere digneris ab hoc famulo tuo N. omnes Dæmones, & ſpiritus infernales dirè eum vexantes, vt ab eorum poteſtate, tua virtute liberatus, te laudare poſſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ex Dionyſio Carthuſiano.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † miſer Dæmon, per illam ciuitatem ſanctam Hieruſalem, quam beatus Ioannes vidit deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo: & per copioſam, & multiplicem beatitudinem, & gloriam Sanctorum omnium, quibus ex omni parte gaudebunt, ſcilicet de beatitudine, perfectione, decore, & eminentia humanitatis Filij Dei: de pulchritudine, excellentia, & bea-

Dionyſ. Chart. vbi ſupra. Apoc. 21. 11.

Digitized by Google

titudine, ac honore beatæ virginis Mariæ, de omnibus Angelis, & omnibus Sanctis: de vniuersa beatitudine, gratia, & excellentia eis collata. Gaudebant (inquam in tui dedecus, ô miserrime spiritus) de fœliciſſima ſocietate, & beata communione Sanctorum, qua vnuſquiſque eorum beatitudinem ſuam communicat indicibili jucunditate. Tu autem beſtia teterrima, quale gaudium tibi erit; Nullum profectò, ſed ſupplicium, quod tibi, omnibúſque damnatis minatur Chriſtus, dicens: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Ibi enim erit carentia fœlicitatis æternæ, vbi pars veſtra, & omnium iniquorum, erit in ſtagno ardentis ignis, & ſulphuris, & vbi erit ſempiterna pœna infernalis, omni alia grauior, & perenne incendium, quo vos, & omnes damnati perpetuò cruciabimini. Ignis quoque infernalis omni alio igne ineffabiliter calidior, pœnaliórque conſiſtit. Diuerſitas tormentorum, quibus vnuſquiſque veſtrum variis pœnis torquebitur. Societas deſolata, ac pœnoſa. Horribilior diſpoſitio loci ipſius inferni Et carentia diuinæ viſionis. Hæc, & alia innumerabilia, quæ cogitari non poſſunt, erunt tibi ô ſerpens infernalis, & omnibus tibi fauentibus, loco illius æternæ beatitudinis, quam ex praua, & iniqua tua obſtinata peruerſitate perdidiſti. Diſcede igitur per virtutẽ Dei omnipotentis ab hoc famulo Chriſti N. & ne diutiùs præſumas captivum tenere hominem, pro quo ipſe paſſus eſt, & vade ad loca tibi à Chriſto deputata, per virtutem eius, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & te, nefandiſſime ſpiritus, & ſæculum per ignem. Amen.

Matth. 25.

Ibidem.

Hic Exorciſta interroget damones de receſſu: & cùm ſe exire profitebuntur, præcipiat illis, vt nullum ex ſocijs relinquant in obſeſſo & quòd de cætero non reingrediantur ad vexatum: quòd ſi exire noluerint, proſequatur hoc modo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui propter maximam pietatem tuam hominem diabolica fraude deceptum, & à tua gratia propter inobedientiam primorum parentum deiectum, per mortem vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti erexiſti: illúmque tua immenſa pietate cœleſtium ciuium conſortio aggregare voluiſti: quique rebelles Angelos, tuis immenſis beneficiis ingratos tuæque gratiæ contemptores, ad infernale ſupplicium, tua juſtitia deputaſti. Te Domine ſancte Pater, ſuppliciter deprecamur, vt per eandem paſſionem, & mortem Redemptoris noſtri, hunc famulum tuum N à dæmonum vexatione eripias, & liberatum, tua clementia cuſtodire digneris. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † ſcelerate dæmon, iterùm per ciuitatem illam cæleſtem Hieruſalem, cuius ſtructura erat ex lapide, iaſpide, & auro mundo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata, cuius portæ nitent margaritis, & plateæ eius aurum mundum, cujus templum

Dimiſ. vbi ſupra. Apoc. 21.

Digitized by Google

plum eſt Deus, & agnus, qui ſua claritate illuminat illam, in quam nihil coinquinatum intrabit. Hæc eſt ciuitas ciuium ſupernorum, à qua tu, miſerrime dæmon, ob ſuperbiam ejectus fuiſti, quam Deus gloriam ſuam, & vtilitatem ſuarum rationabilium creaturarum ordinauit, ad quam aſpirare debueras: quia erat hæreditas tibi à Deo parata in terra viuentium, vbi ipſe glorioſiſſima, incomparabilia, & ineffabilia bona præparauit diligentibus ſe: vbi etiam Deus videtur non per ſpeculum, & in ænigmate, ſed facie ad faciem. Ingemiſce miſelle, qui tam ineffabilia bona amiſiſti, quando ſuperbia tumens, dediſti terga conditori tuo, quem laudare debueras. Et ideò diuina juſtitia dedit te in vexationem, maledictionem, & in opprobrium ſempiternum, eò quòd cognoſcere noluiſti immenſa beneficia tibi à Deo collata: quia noluiſti bona, ideò in illo perenni inferno tibi, & omnibus damnatis pœna ſpiritualis aderit: quia in te eſt phantaſia proterua, inuidia mordax, rancor amarus, triſtitia opprimens, timor penetrans & dolor abſorbens, irrationalis concupiſcentia, infructuoſa pœnitentia, dolores incomparabiles, conturbatio, & error in intellectu, planctus in oculis, ſtridor in dentibus, fætor in naribus, clamor vlulantium in auribus, ſitis in lingua, fames in ſtomacho, vincula in manibus, & pedibus. Et quod pejus tibi erit, optimè cognoſces, quòd damnatio tua eſt æterna: quòd omnipotenti reſiſtere nequibis: quòd electi omni fœlicitate, & gloria repleti ſunt, ex quibus omnibus grauiſſimam deſperationem & odium Dei concipies, atque inuidiam in beatos paries, ita quòd odio, & inuidia tua omni ex parte voluntas tua vallabitur: quia in omni malitia obſtinata erit. Vide, vide, miſer, dæmon, ſi iſta correſpondent iis, quæ de illa ſancta, & ſemper benedicta ſocietate & Eccleſia triumphanti dicta ſunt: ô pulcherrimum finem & præmium, quod aſſequutus es ex illa tua contumaci rebellione, præmium profectò tibi, tuæque peſſimæ voluntati optimè conueniens, quo æternaliter fruiturus es, illud tene, ipſum conſerua, quia ab illo ſemper teneris. Non te pudet, ſerpens infernalis, poſt tantam dignitatem, quam perdidiſti, omni miſeria, & calamitate circundatus, adhuc obſidere corpora humana? Erubeſce, miſerrima creatura, & fuge ex hoc corpore hujus famuli Chriſti N. Dei omnipotentis veritus imperia, & ne differas parere mandatis: quia quantò tardiùs exis, tantò majus tibi ſupplicium creſcit: quia non hominem contemnis, ſed illum, qui venturus eſt judicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

1. Cor. 2.

Mala quædam damnatorum.

Oratio.

CReator, & glorificator omnium Deus Pater omnipotens, qui tua immenſa pietate creaturas tuas mirabiliter condidiſti, & eas ſolando per verbum tuum, per quem omnia facta ſunt, mirabilius beatificare voluiſti: qui, vt eorum gloria, & gaudium in illa cœleſti contemplatione eſſet perfectiſſimum, & plenum, omnem lachrymam ab eorum oculis excludere promiſiſti, vt ibi confirmati, & glorificati, & in illa cœleſti fruitione præmio vitæ æternæ conſecuto, in te æternaliter gaudere poſſint. Te, Domine Deus omnipotens, ſuppliciter exoramus, vt ſicut eos im-

Ioan. 1.

Apoc. 21.

Digitized by Google

mensa clementia tua gloriam adire feciſti: ita tua ineffabili miſericordia liberare digneris hunc famulum tuum N. ab hac peſſima Dœmonum vexatione: vt à tyrannica eorum ſeruitute ereptus, nomen ſanctum tuum laudare poſſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Dionyſ. vbi ſupra.

COnjuro te, † ſpurciſſime Dæmon, per illum, qui promiſit Sanctis ſuis abſtergere omnem lacrymam ab oculis eorum, & quòd mors eis vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra: quia præmium eſſentiale eorum, quod eſt beata viſio Dei omnipotentis, omnia hæc excludet in illa cœleſti contemplatione, in qua ſatiabuntur omnes electi: quia in illa glorificabuntur primò in anima, & poſt Iudicium in corpore: & tantò majus illis inerit gaudium, quantò perfectiùs cognoſcent ſe euaſiſſe pericula tentationum, miſerias præſentis vitæ, & jugum totius iniquitatis. Gaudebunt etenim, quòd de vobis (Chriſto duce) præualuerunt, & quòd ampliùs peccare non potuerunt: quia in Deo confirmati, & glorificati exiſtunt, & quòd omnia eis in bonum cooperentur: poſtremò, quia infernalia ſupplicia euaſerunt: & quia aduerſarios, & perſecutores ſuos, qui eſtis vos, & membra veſtra, in inferno torqueri videbunt, ſuper quos zelo juſtitiæ, & non amore vindictæ gaudebunt: & quia cognoſcent omne malum culpæ, & pœnæ in infernum perpetuò clauſum eſſe. O fœlices ciues illius cœleſtis patriæ, & millies beati, qui de te, & tuis complicibus triumpharunt in tot aduerſitatibus, tua operatione, & perſuaſione illis intentatis! Sed væ vobis maledictis ſpiritibus infernalibus, qui vice Creatoris veſtri nitimini adorari: à quorum oculis Deus omnipotens, non ſolùm non auferet lacrymas, ſed ſtrictiſſime in vos debachabitur, & immenſitatem ſuæ juſtitiæ in vobis manifeſtabit, acerbiſſimis pœnis vos affligens, & igne infernali, qui juſſu ſui Creatoris, miro, & ineffabili modo eſt æſtuans, penetratiuus, & afflictiuus, qui & ſolo aſpectu vltra quàm dici queat, terribilis eſt, & deformis, fœtulentus, immundus, ac fœtidus tanquam ſulphureus: immò inſtar ſulphurei feruentiſſimi ignis, intenſiſſimum, & fortiſſimum calorem, grauiſſimum, intolerabilémque ardorem inducit. Et quantò ignis ille ſuo calore excedit omnem alium calorem, tantò plus frigus infernale ſua vi, & auſteritate ſuperat omnia alia frigora. Et quamuis illa tormenta infernalia quandoque interrumpantur, nunquam tamen totaliter auferuntur: immò illa interruptio non erit vobis ad leuamen, ſed ad acerbiorem, & intolerabiliorem afflictionem: quia tranſibitis ab aquis niuium ad calorem nimium. Habebitis denique illum locum fœtore maximo, tenebris, fame, ſiti, horrore, clamore timore, & vlulatu, aliiſque tormentis, miſeriis, pœnis, & calamitatibus, ac tribulationibus plenum, à quibus cruciabimini. Qualis, & quanta tunc erit mœſtitia? quæ deſolatio? quàm acerbiſſima deſperatio, ineffabiliſque anguſtia, & preſſura tua, cùm videris te in infernum præcipitari, atque æterno incendio tradi? ô miſerrime, quo nulla creatura miſerior? quid facies tunc in illo tremendo Iudicio, vbi

Apoc. 6. 12.

Iob. 24.

vbi non licebit tibi pœnitentiam agere? Sed, ô miſer, & venenoſe ſerpens
Iſa.c.14 infernalis, crede mihi, quòd non habebis tempus differendi, cùm jam ad infernum detractus ſis ob ſuperbiam, & peruerſitatem tuam: exi ergo tranſgreſſor, exi plene omni dolo, & fallacia: exi (inquam) proterue, & iniquiſſime ſpiritus ab hoc plaſmate Chriſti N. qui ad Eccleſiæ ſuæ recurrit præſidia, quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad fontem baptiſmatis, dono gratiæ ſuæ vocare dignatus eſt, & vade ad ſedes inferni, vbi cruciaberis in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

Hìc Exorciſta petat propria nomina dæmonum vexantium: quod ſi habere non poterit, imponat illis nomina irriſiua, quæ dæmonibus grauiſſima ſunt: & ſi adhuc exire recuſauerint, faciat illis ſuffumigationes horribiles, & fœtentes, vt ſuprà: poſteà ſic ſequatur.

Oratio.

Ex Dionyſio Chartuſiano.

DOmine Deus omnipotens, lumen indeficiens, qui tua maxima, & immenſa charitate, in illa æterna, & cœleſti patria, lumine tuæ claritatis, omnes Sanctos, & electos tuos illuſtrare non deſinis, & vt te feruentiſſima dilectione, & indiſſolubili vinculo charitatis ſuper omnia diligerent, illos perenni gaudio, æternáque lætitia in illa æternali fruitione illos cæleſtes conciues beatificare voluiſti, vbi ante conſpectum tuæ diuinæ maieſtatis ſtantes, & infeſſis vocibus te laudantes iucundantur: præſta quæſumus, vt ſicut tua potentia Angelos rebelles, & tibi inobedientes immenſis pœnis in infernum ſubieciſti, ita tua pietate hunc famulum tuum N. à diabolica vexatione liberare digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

COnjuro te, † ſpuciſſime dæmon per illam ſacratiſſimam ſponſam, & vxorem agni, quam Angelus oſtendit beato Ioanni, ſanctam ſcilicet Hieruſalem deſcendentem de cœlo, habentem claritatem Dei, quæ non eget lumine Solis: neque Lunæ: quia Deus omnipotens lumine ſuæ claritatis illuminat illam. Vide, miſelle, & conſidera magnam miſeriam, & calamitatem tuam, quam adeptus es, quando derelinquendo creatorem tuum, perdidiſti illam amœniſſimam præſentiam regni cœleſtis, vbi beatiſſimi illi ſpiritus æternaliter, & ineffabiliter fruuntur Deo, perdidiſti (inquam) illam ſuauiſſimam, magnam, ſpecioſam, & nobilem, ſapientem, amicabilem, & concordem politiam cœleſtem, militiamque ſupernam, & ſocietatem regis æterni, quam infinita majeſtas illius regis omnibus Sanctis ejus præparauit: cui millia millium miniſtrant: & decies centena millia, aſſiſtunt ei. Conjuro te, † miſer Dæmon, per illam affectuoſam, & liberaliſſimam communionem, quam habent illi cœleſtes ciues, qua vnuſquiſque, ſi quid gaudij habet, ſuis conciuibus communicat, & per eorum plenam, & inuiolabilem concordiam, & pacem, qua in Deo dulciſſimè conquieſcunt. Conjuro te, † ſcelerate dæmon, per pulchritudinem illius cœleſtis ſocietatis vbi omnes Sancti ſine macula ſtant ante conſpectum Dei in quibus eſt plenitudo virtutum, charitas perfecta, lumen gloriæ, ſplendidiſſima viſio deitatis, conſummata conjunctio, cum fonte totius pulchritudinis

Apoc.21.

Dionyſius vbi ſupra.

Digitized by Google

& decoris : vbi inæstimabiliter delicioſum erit, conſpicere tam ſpecioſiſſimum, ſplendidiſſimum, ſanctiſſimumque conſortium. Tibi autem & omnibus amatoribus tuis : ô iniquiſſime ſpiritus, & complicibus, qualis ciuitas aderit ; non cœleſtis, quia illam perdidiſti : quando ſubiici noluiſti Deo, & Chriſto eius Filio, *Heb.c.1.* ſicut ipſe decreuerat. Nulla igitur alia, quàm infernus, in quo cumulus, & congregatio omnium malorum inuenitur. Qui enim tu, & ſequaces tui, tibi adhærentes, impij ſcilicet homines, vt ingratiſſimi peccaſtis contra veſtrum conditorem, in quo peccato interfuit ingratitudo, & irreuerentia Dei, negligentia tui, excæcatio cordis, pigritia, ſeu acidia mentis, ſtultitia, inobedientia, peruerſitas, improbus amor, & complacentia vana, ſic etiam dignum fuit, vt variis pœnis infernalibus affligeremini, quarum quaſdam ſuſtinetis ſucceſſiuè, vt ignem, & frigus : aliquas verò ſimul, vt ignis calorem, moleſtiſſimumque fœtorem, famem, ſitim, tenebras, & horrores, deſperationem mœſtiſſimam, preſſuram, & anguſtiam mentis doloroſiſſimam, & pœnam damni : acutiſſimum, & vehementiſſimum frigus, morſus, turpitudo, & horror vermium edaciſſimorum eſt pœnaliſſimus, ac horrendus lo- *Iob.c.20.* cus inferni, vt verificetur illud, quod de damnato dicitur : Vadent, & venient ſuper eum errores, omnes tenebræ abſconditæ ſunt in oculis eius : deuorabitque eum ignis, qui non ſuccenditur : hæc autem, & omnia alia, quæ in tui miſeria nec cogitari, nedum errari poſſunt, erunt ciuitas tua nefandiſſima, tibíque in præmium tuorum malorum, quæ impiè egiſti, igníſque infernalis concrematio ſine lumine, & flamma comburens, ſed tenebras non expellens : ibi habebis mœrorem de bonis amiſſis : dolorem de tormentis, pauorem de malis futuris, & nunquam terminum habituris. O infœlicem, & peſſimam commutationem : dimittere omnia bona, & acquirere ingentia mala. Deſine igitur, & ſi non amore Dei, quem *Pſal.73.* ſummo odio habes, ſaltem timore pœnarum quæ tibi in dies, ex operibus tuis malignis augentur : deſine occupare hoc templum Chriſti N. & imaginem eius, quam ipſe proprio ſanguine redemit. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vt electos tuos per illam diuinam viſionem ineffabili *gloria* beatificares, bona inenarrabilia, tua immenſa clementia præparaſti, & omnia mala ab illo cæleſti regno excluſiſti, vbi in omni decore, gloria, & æterna fælicitate te fruuntur, à qua ſpiritus *rebelles*, & tibi inobedientes, tua *Apoc.2.* omnipotenti virtute expellendo, ad infernales pœnas & ſupplicia iuſtiſſimè deputaſti, vt æternali, & perenni igne punirentur : te piiſſime Pater omnipotens, humiliter exoramus, vt ſicut Sanctos ad gloriam & reprobos ad gehennam deputaſti, ita tua immenſa benignitate hunc famulum tuum N. à dæmonio vexatum liberare, & liberatum tua gratia cuſtodire digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO.

COniuro te, † iniquissime spiritus per illam visionem, qua Sancti in illa cœlesti patria Deo fruuntur, quæ est præmium omnium beatorum, Deum scilicet videre, & in Deo vitam habere, esse cum Deo, & esse in Deo, qui est summum bonum, in quo est summa fœlicitas summa iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna securitas, secura æternitas. In ipso est vera lætitia, plena scientia, omnis pulchritudo, omnis beatitudo, ibi pax sempiterna, pietas immensa, bonitas sempiterna, lux indeficiens, virtus quietissima, dulcedo suauis, vita perenni:, gloria æterna, laus indicibilis, requies sempiterna, amicitia glorioſa, & concordia dulcis. Ibi ciues Sanctorum, & domestici Dei, & cohæredes Christi descripti sunt. Considera, ô bestia infernalis, gaudium & fælicitatem illius beatissimi Regni, quam perdidisti, vbi est habitatio omnium lætantium. Ibi enim non est senectus, nec senectutis defectus, & miseria, nec vllus miseriæ locus, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quid, ô miserrima creatura, hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, nec ægritudinis imbecillitas? Ibi nemo irascitur, nemo læditur, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum ibi desiderium, vel ambitio honoris, aut potestatis pulsat. Nullus terror gehennæ, nec mortis inuenitur, sed immortalitatis munere jucunda vita. Nulla mala tunc erunt: nusquam discordiæ, sed cuncta conuenientia: quia omnium Sanctorum vna erit concordia, pax & lætitia cuncta continet tranquilla, & quieta super omnia. Iugis splendor, & tantò clarior, quantò fœlicior: quia illa ciuitas non egebit lumine Solis, quia Dominus Deus omnipotens illuminabit illam, & lucerna ejus est agnus: vbi Sancti fulgebunt vt stellæ in perpetuas æternitates. Ibíque nox nulla erit: nullæ tenebræ, frigoris, ardoríve asperitas nulla. Verùm hæc omnia mihi sunt respectu aliorum, quæ ibi illis beatissimis spiritibus aderunt. Consociari scilicet choris Angelorum, & omnium cælestium ciuium: sed sine comparatione multò glorioſior erit præsentem vultum Dei cernere, incircumscriptum lumen videre. Superexcellens verò gloria erit, cum Deum in seipso videbimus, & habebimus in vobis, quem cernere finis non erit. Ibi portæ illius ciuitatis nitent margaritis, & ejus plateæ auro mundissimo sternuntur, & muri pretioſissimis lapidibus constant. Ibi amœna semper virent, & florent cynnamomum, & balsamum, atque ineffabilem suauitatis odorem indesinenter spirant. Ibi pax, & requies, quæ exuperat omnem sensum, & dies externus, & vnus omnium spiritus inueniuntur. Illic certa securitas, secura æternitas, æterna tranquillitas, tranquilla fœlicitas, fœlix suauitas, & suauis jucunditas. Ibi incontaminatæ lætitiæ pelagus, synceriſſimæ voluptatis torrens, puriſſimæ delectationis abyſſus inuenitur: quod est videre Deum Deorum in Sion, incomprehensibilem illam summæ Trinitatis gloriam cernere, inæstimabilem illam pulchritudinem clariſſimè contemplari, ineffabilémque illam dulcedinem perfectè gustare, vnde omnis pulchritudo, & dulcedo promanat. Et cum beatiſſima

Dionys. vbi supra.

Psal. 16.

S. Aug in Manuali 17. cap.

Eph. 4.

Ludouicus Bleſius 31. canonis vitæ ſpiritualis.

sima virgine Maria, cum omnibus Angelorum, & omnium Sanctorum choris perpetuum consortium habere: omnesque cæli ciues agnoscere, & singulis fœlicitate æterna gratulari. Ingemisce, misselle, ac nefandissime spiritus, & sine vlla spe, vlula de amissione tantorum bonorum, & charismatum quæ dementia, & temeritate tua tàm miserabiliter perdidisti. O quàm delectabile est illis benedictis spiritibus: & Sanctis omnibus introire in potentias Domini, & videre illam Angelorum fœlicissimam societatem, & solemnitatem illius supernæ lætitiæ: superabundantes diuitias bonitatis Dei intueri. Ibi enim Sancti vident gloriæ decorem, Sanctorum splendorem, & regiæ potestatis honorem cognoscunt. Insuper Patris potentiam, & Filij sapientiam, ac Spiritus sancti benignissimam bonitatem, & clementiam, & totius sanctissimæ Trinitatis notitiam cognoscere. O quàm beatissimum erit, Deum in se ipso ipsum in nobis, & nos in eo videre. Hæc enim erit summa fœlicitas nostra, quoniam intelligetur in suo puro esse sincerissima deitas, comprehendetur incomprehensibilis Trinitas, & Dei arcana patebunt. In cuius visione tota mens beatorum satiabitur: quia ibi indefessa iubilatio, æterna laus, perenne gaudium, & immensa fœlicitas illis aderit. Coniuro te † iterùm, maledicte dæmon, per illum, qui dixit: Ego sum alpha, & omega, initium, & finis, qui sitienti promisit dare aquam de fronte vitæ gratis, qui seruos suos promisit glorificare in illa cœlesti Hierusalem, vbi nulla tristitia, sed summa gloria erit, quando ipse absterget lachrimas ab oculis eorum: vbi mors non erit amplius, neque luctus, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt: quia Dominus Deus faciet omnia noua, quando in illo cœlesti tabernaculo, per gloriam habitabit cum hominibus, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Conjuro te, † nefandissime dæmon, per illum mortem magnum, & altum, super quem Angelus sustulit beatum Ioannem, quando illi ostendit ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, habentem claritatem Dei, qui est Christus: quia humanitas Saluatoris nostri de vtero virginali nata, super montes exaltata: est mons (inquam) magnus est Christus, ô inique dæmon, quia sua magnitudine replet totum mundum vt Deus, qui per immensitatem suam vbique est. Sed quia altitudini diuinitatis est vnita humanitas personaliter, non solùm mons magnus, sed etiam altus esse perhibetur. De isto ergo monte Ioanni ciuitas sancta Hierusalem ostenditur, quia in eo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Quia enim illa superna ciuitas ex visione, & æternæ pacis fruitione, ac sanctorum ciuium congregatione constituitur, ideò Hierusalem cœlestis ciuitas ædificatur: quæ tamen in hac peregrinationis terra, dum flagellis percuritur, & tribulationibus cæduntur ejus lapides, & quotidie quadrantur, Quæ primò ab angelo vocatur sponsa, quando dicit: Sicut sponsam ornatam: deinde vocatur vxor agni, quia dum hîc Ecclesia peregrinatur in terris, sponsatur Christo per fidem, & dilectionem: sed cùm traducta, & copulata fuerit Christo, vxor ejus erit per ejus amplexus fruitionem.

Psalm. 79.

1. Cor. 13

Apoc 21.

Ibidem.

Hier. 23.

Eph. 2.

Apoc. 21

EXPRO

EXPROBRATIO IN SATAN.

O Miſerrime, & iniquiſſime ſpiritus, væ tibi creatura damnata, & omnibus ſpiritibus reprobatis, qui tót gaudia, veſtra temeritate, amiſiſtis, & in illo terribili, tremendo & formidabili judicio ad infernale ſupplicium condemnandi eſtis, vbi ſempiterna vndíque tormenta vobis perpetuò infligentur: & vbi turbo diuinæ indignationis, & tempeſtas erumpens, ſuper caput tuum, & omnium in quorum ſuperueniet. Tunc enim, ô iniquiſſime ſpiritus, furor Domini non reuertetur, nec recedet à te, donec in te compleat cogitationes cordis ſui, quando dabit vos Dæmones, & omnes impios in opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam. Illum igitur metue, ô beſtia infernalis, ante cujus conſpectum omnes Angeli flectunt genua, quem abyſſus contremiſcit, cœlum, & terra, ac mare pauent, ad cujus imperium vniuerſæ creaturæ commouentur, & ejus terrore concutiuntur. Contremiſce (inquam) & tu caput omnium iniquorum, judicem illum, qui metuendus tunc tibi, & omnibus tibi fauentibus apparebit, & rigoroſiſſimè omnia tua nefanda opera diſcutiens, te horribiliter in ſtagnum ignis, & ſulphuris, & in pœnis perpetuis condemnabit. O ſcelerate, & inique ſpiritus, qui tot mala operari non deſinis, quid reſpondebis illi juſtiſſimo judici, quem horribiliter te in illo extremo judicio, irato, & horribili, indignatóque vultu inſpicere, acerrimè increpare, & totaliter deſpicere, maximéque vituperare & æternaliter reprobare videbis? Exiſtimas forſitan, ô miſelle, quòd tu effugies manum Dei grauiſſimam, quæ ſuper te ventura eſt? Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites: quia certiſſimè aduenier dies illa horribilis, & indignatione plena. O qualis, & quanta tunc erit confuſio tua, coram vniuerſitate Angelorum, & omnium creaturarum à ſummo judice accuſari, confundi, & de tuis iniquitatibus propalari. Quàm intolerabile, & extremum dedecus, & opprobrium tibi erit, quando omnia tua ſcelera, & peccata, perenni, ac æternali igne infernali punientur? Qualis mœſtitia? quæ deſolatio? quàm acerbiſſima deſperatio, ineffabiliſque anguſtia, & preſſura tibi, & omnibus iniquis erit, cùm te videris reprobari, & in infernum præcipitari, atque æterno incendio tradi? vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, & vbi acerrimè cruciaberis, quia locus verè tibi, & omnibus à Deo auerſis, omníque malitia obſtinatis, vt viliſſimus, ſordidiſſimus, fœtidiſſimus, obſcuriſſimus, ac ſolo aſpectu horribiliſſimus debetur, vbi nulla requies inueniri poteſt, ſed continuus dolor, ſæua vexatio, lachrymabilis, ac mœſtiſſimus fletus, & vlulatus tuus, & omnium damnatorum audietur: ſuper quos pluent nix, grando, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum. Hæc, & alia, quæ nec cogitari, nedum enarrari poſſunt, erunt pars calicis tui, & omnium damnatorum, quibus fruiturus es in ſæcula ſæculorum. Amen.

Philip. 2.

Matth. 25.

Iob. 10.

Hîc interroga ſpiritum de exitu, & de impedimentis, quibus ibi detinetur, & illa remoue: & ſi adhuc ſpiritus non receſſerit, fac profumigationes, vt ſuprà: deinde ſequere forti animo, & audaciter, hoc modo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui per vnigenitum Filium tuum Ieſum Chriſtum, Sacramentum Baptiſmatis ad ſalutem humani generis inſtituere voluiſti, & per lignum ſanctæ Crucis electos tuos tibi fideliter ſeruientes, de hoſte antiquo, & tua benignitate triumphare feciſti, qui etiam quotidie illos ad veræ pœnitentiæ fructus afferendos, tua gratia vocare non deſinis: te humiliter rogo, vt interueniente eiuſdem Filij tui paſſione hunc famulum tuum N à diabolica vexatione liberes, & liberatum, in tua gratia conſerues. Per eundem Chriſtum, Dominum noſtum. Amen.

CONIVRATIO.

Apoc. c. 22. COniuro te, † ſcelerate dæmon, per illum fluuium aquæ viuæ, qui procedit de ſede Dei, & agni, cujus aqua fluit nobis æternam benedictionem: per fontem enim baptiſmi, qui procedit de ſede Dei, qui poteſt omnia creare, & dare ſacramentis virtutem efficiendi quod ſignificant: & agni, qui inſtruit Sacramentum Baptiſmi, Eccleſia Deo conjungitur: quia in Sanctis, in quibus principaliter Deus ſedet, hæc aqua baptiſmi maximè reperitur. In medio igitur plateæ fontem baptiſmi eſſe oſtendit Chriſtus: quia in medio Eccleſiæ à Deo, & à Chriſto conſtat deſcendere. Conjuro te, † ſpurciſſime Dæmon, per ſacratiſſimum illud lignum vitæ, quod eſt ex vtraque parte fluminis, afferentem fructus duodecim per ſingulos menſes, quod eſt crux Chriſti. Nullum enim eſt lignum, quod omni tempore fructificet, niſi Crux Chriſti, quam geſtant fideles, qui irrigantur aqua eccleſiaſtici fluminis, qui reddunt fructum omni tempore, & per totum annum: & non ſolùm omnibus menſibus, ſed etiam omnibus diebus. Conjuro te, † impiiſſime Dæmon, per omnia verba ſacra, & diuina myſteria, quæ ab Angelo reuelata fuerunt beato Ioanni, quæ, qui cuſtodierit, beatus erit (inquit ipſe:) Beatus eſt, qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus: quia ſunt vera, & fideliſſima: quia triplici teſtimonio probata ſunt: & primò per Dominum inſpirantem donum ſpirituum omnium prophetarum. Conjuro te, † ſceleratiſſime Dæmon, & per illum ſecundum teſtem id eſt Angelum à Deo miſſum, qui beato Ioanni hæc reuelauit. Omnia namque, quæ de Chriſto in carne venturo, paſſuro, & reſurrecturo in lege figurata ſunt, miniſterio Angelorum Sanctis reuelata ſunt. Et per tertium teſtimonium te conjuro, † qui fuit beatiſſimus Ioannes: quia hæc omnia myſteria in ſpiritu vidit, & audiuit, cujus teſtimonium quale ſit, Eccleſia in ejus Euangelio de ipſo loquens, declarat, dicens: Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus. Conjuro te, † nequiſſime ſpiritus, per illum, qui citò venturus eſt, cujus merces cum ipſo eſt: qui dat vnicuique iuxta opera ſua: qui dicit: Beati, qui:

Ibidem.

Ibidem.

Ibid. v. 12.

Digitized by Google

qui lauant ſtolas ſuas in Sanguine agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrant ciuitatem, id eſt Chriſtus, qui eſt principium per diuinitatem, & finis per aſſumptam humanitatem. Eſt principium manens æternaliter cum Patre, & finis natus temporaliter ex Matre. Beati, qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni, id eſt qui corpora ſua fonte baptiſmatis purgant: quia ij intrabunt ciuitatem per portas, ſcilicet Eccleſiæ, quæ ſunt Sacramenta, quibus datur nobis vita æterna, mediantibus bonis operibus per gratiam Chriſti factis, qui dicit: Ego Ieſus miſi Angelum meum, id eſt Ioannem teſtificari hæc Eccleſiis, vt omnes ſciant hæc vera eſſe. Conjuro te, † peſſime Dæmon, per illam vocationem, qua vnumquemque Spiritus ſanctus, & Eccleſia ad ſupernam patriam vocant, dicentes: Veni, veni ad cœleſte conuiuium, ad cœnam agni. Ad aquam accedentem, oportet habere ornamenta ſuæ ſalutis, quæ ſunt fides, & opera veri Chriſtiani, vt dignè poſſit effici particeps illius cœleſtis fruitionis, quam Deus præparauit diligentibus ſe: quam tu, nefandiſſime ſpiritus, tua peruerſa ſuperbia, & ſcelerata voluntate perdidiſti, quando vt rebellis, & ingratiſſimus receſſiſti ab illa diuina, & cœleſti contemplatione Dei omnipotentis, & à conſortio ſanctorum Angelorum, & cœleſtium ciuium. Per hæc, & omnia alia, quibus tu maledicte, ac nefandiſſime ſpiritus, in virtute Dei adjurari, cogi, conſtringi, ligari, fugari, torqueri, damnari, arctari, & cruciari potes, & ad pœnas infernales, ac tormenta mitti, te conſtringo, vt omni mora poſtpoſita, ſine vlla rebellione, & contradictione aliqua feſtinanter ab hac creatura Dei N. ſine læſione, nocumento, & terrore aliquo ipſius, & omnium aſtantium exeas, & recedas, fractis omnibus vinculis, & ligaminibus cujuſcunque conditionis, & potentiæ exiſtant, quibus tu, iniquiſſime ſpiritus, hîc teneris, & vadas ad ſedes infernales, vel ad loca tibi à Chriſto deputata, nullatenùs ad eam rediturus. Quòd ſi more tuo beſtialiſſimo, mandatis, & præceptis meis, tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempſeris, per omnia ſupradicta verba, & adjurationes, contra vos conjuro Luciferum, & omnes ſpiritus infernales, quatenùs per virtutem ſanctiſſimi nominis Dei Tetragrammaton, & per paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, contra te, & omnes tibi fauentes, omni ſua ira, & indignatione, ac furore irruant, & inſurgant, & te ad infernum ducant, & in locum duriorem te præcipitent, & ligent ibi omnibus pœnis, & cruciatibus, duriùs, & acriùs ſolito cruciandus: quia tantis, & tam ſacratiſſimis nominibus, & myſteriis Dei rebellis fuiſti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ira, ac indignatio beatæ Virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curiæ cœleſtis veniant, & feſtinanter deſcendant ſuper te, ſpiritus ingratiſſime, & omnes tibi fauentes, & ego, vt miniſter Chriſti (licèt immeritus) tibi præcipio, proditor, & iniquiſſime ſpiritus, vt exiens ab hac creatura Dei N. ipſam ſanam, & liberam, nobis dimittas. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & te, maledicte Dæmon, & ſæculum per ignem. Amen.

Apoc. 21.

Ibidem.

Ex Flagello dæmonum.

Hîc interroga ſpiritum de exitu, & de impedimentis, quibus ibi detinetur, & illa remoue: & ſi adhuc ſpiritus non receſſerit, fac profumigationes, vt ſuprà: deinde ſequere forti animo, & audaciter, hoc modo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui per vnigenitum Filium tuum Ieſum Chriſtum, Sacramentum Baptiſmatis ad ſalutem humani generis inſtituere voluiſti, & per lignum ſanctæ Crucis electos tuos tibi fideliter ſeruientes, de hoſte antiquo, & tua benignitate triumphare feciſti, qui etiam quotidie illos ad veræ pœnitentiæ fructus afferendos, tua gratia vocare non deſinis: te humiliter rogo, vt interueniente eiuſdem Filij tui paſſione hunc famulum tuum N à diabolica vexatione liberes, & liberatum, in tua gratia conſerues. Per eundem Chriſtum, Dominum noſtum. Amen.

CONIVRATIO.

Apoc. c. 12. COniuro te, † ſcelerate dæmon, per illum fluuium aquæ viuæ, qui procedit de ſede Dei, & agni, cujus aqua fluit nobis æternam benedictionem: per fontem enim baptiſmi, qui procedit de ſede Dei, qui poteſt omnia creare, & dare ſacramentis virtutem efficiendi quod ſignificant: & agni, qui inſtruit Sacramentum Baptiſmi, Eccleſia Deo conjungitur: quia in Sanctis, in quibus principaliter Deus ſeder, hæc aqua baptiſmi maximè reperitur. In medio igitur plateæ fontem baptiſmi eſſe oſtendit Chriſtus: quia in medio Eccleſiæ à Deo, & à Chriſto conſtat deſcendere. Conjuro te, † ſpurciſſime Dæmon, per ſacratiſſimum illud lignum vitæ, quod eſt ex vtraque parte fluminis, afferentem fructus duodecim per ſingulos menſes, quod eſt crux Chriſti. Nullum enim eſt lignum, quod omni tempore fructificet, niſi Crux Chriſti, quam geſtant fideles, qui irrigantur aqua eccleſiaſtici fluminis, qui reddunt fructum omni tempore, & per totum annum: & non ſolùm omnibus menſibus, ſed etiam omnibus diebus. *Ibidem.* Conjuro te, † impiiſſime Dæmon, per omnia verba ſacra, & diuina myſteria, quæ ab Angelo reuelata fuerunt beato Ioanni, quæ, qui cuſtodierit, beatus erit (inquit ipſe:) Beatus eſt, qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus: quia ſunt vera, & fideliſſima: quia triplici teſtimonio probata ſunt: & primò per Dominum inſpirantem donum ſpirituum omnium prophetarum. Conjuro te, † ſceleratiſſime Dæmon, & per illum ſecundum teſtem id eſt Angelum à Deo miſſum, qui beato Ioanni hæc reuelauit. Omnia namque, quæ de Chriſto in carne venturo, paſſuro, & reſurrecturo in lege figurata ſunt, miniſterio Angelorum Sanctis reuelata ſunt. Et per tertium teſtimonium te conjuro, † qui fuit beatiſſimus Ioannes: quia hæc omnia myſteria in ſpiritu vidit, & audiuit, cujus teſtimonium quale ſit, Eccleſia in ejus Euangelio de ipſo loquens, declarat, dicens: Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus. Conjuro te, † nequiſſime ſpiritus, per illum, qui citò venturus eſt, cujus merces cum ipſo eſt: qui dat vnicuique iuxta opera ſua: qui dicit: Beati, *Ioan. 21.*

qui:

Digitized by Google

qui lauant ſtolas ſuas in Sanguine agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrant ciuitatem, id eſt Chriſtus, qui eſt principium per diuinitatem, & finis per aſſumptam humanitatem. Eſt principium manens æternaliter cum Patre, & finis natus temporaliter ex Matre. Beati, qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni, id eſt qui corpora ſua fonte baptiſmatis purgant: quia ij intrabunt ciuitatem per portas, ſcilicet Eccleſiæ, quæ ſunt Sacramenta, quibus datur nobis vita æterna, mediantibus bonis operibus per gratiam Chriſti factis, qui dicit: Ego Ieſus miſi Angelum meum, id eſt Ioannem teſtificari hæc Eccleſiis, vt omnes ſciant hæc vera eſſe. Conjuro te, † peſſime Dæmon, per illam vocationem, qua vnumquemque Spiritus ſanctus, & Eccleſia ad ſupernam patriam vocant, dicentes: Veni, veni ad cœleſte conuiuium, ad cœnam agni. Ad aquam accedentem, oportet habere ornamenta ſuæ ſalutis, quæ ſunt fides, & opera veri Chriſtiani, vt dignè poſſit effici particeps illius cœleſtis fruitionis, quam Deus præparauit diligentibus ſe: quam tu, nefandiſſime ſpiritus, tua peruerſa ſuperbia, & ſcelerata voluntate perdidiſti, quando vt rebellis, & ingratiſſimus receſſiſti ab illa diuina, & cœleſti contemplatione Dei omnipotentis, & à conſortio ſanctorum Angelorum, & cœleſtium, ciuium. Per hæc, & omnia alia, quibus tu maledicte, ac nefandiſſime ſpiritus, in virtute Dei adjurari, cogi, conſtringi, ligari, fugari, torqueri, damnari, arctari, & cruciari potes, & ad pœnas infernales, ac tormenta mitti, te conſtringo, vt omni mora poſtpoſita, ſine vlla rebellione, & contradictione aliqua feſtinantet ab hac creatura Dei N. ſine læſione, nocumento, & terrore aliquo ipſius, & omnium aſtantium exeas, & recedas, fractis omnibus vinculis, & ligaminibus cujuſcunque conditionis, & potentiæ exiſtant, quibus tu, iniquiſſime ſpiritus, hîc teneris, & vadas ad ſedes infernales, vel ad loca tibi à Chriſto deputata, nullatenùs ad eam rediturus. Quòd ſi more tuo beſtialiſſimo, mandatis, & præceptis meis, tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempſeris, per omnia ſupradicta verba, & adjurationes, contra vos conjuro Luciferum, & omnes ſpiritus infernales, quatenùs per virtutem ſanctiſſimi nominis Dei Tetragrammaton, & per paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, contra te, & omnes tibi fauentes, omni ſua ira, & indignatione, ac furore irruant, & inſurgant, & te ad infernum ducant, & in locum duriorem te præcipitent, & ligent ibi omnibus pœnis, & cruciatibus, duriùs, & acriùs ſolito cruciandus: quia tantis, & tam ſacratiſſimis nominibus, & myſteriis Dei rebellis fuiſti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ira, ac indignatio beatæ Virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curiæ cœleſtis veniant, & feſtinanter deſcendant ſuper te, ſpiritus ingratiſſime, & omnes tibi fauentes, & ego, vt miniſter Chriſti (licèt immeritus) tibi præcipio, proditor, & iniquiſſime ſpiritus, vt exiens ab hac creatura Dei N. ipſam ſanam, & liberam, nobis dimittas. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & te, maledicte Dæmon, & ſæculum per ignem. Amen.

Apoc. c. 21.

Ibidem.

Ex Flagello dæmonum.

DEPRECATIO DAVLDICA.

Apoc.12. DOmine Deus omnipotens, qui maxima virtute, & potentia tua, rebelles Angelos inimicos tuos contra te superbientes à cœlo expellens, ad infernum deputasti, per eandem potentiam, & virtutem tuam te supplico, vt expellere digneris hos Dæmones ab hac creatura tua N. quam sanguine Filij tui redimere dignatus es. Expelle igitur illos in virtute tua: & tanquam vas figuli confringe eos. Exurge, Domine, & salua hunc famulum tuum N. & *Psal. 3.* percute omnes aduersantes illi sine causa. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: judica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te, Domine. Erubescant igitur, Domine Deus meus, *Psal 6.* vehementer omnes inimici tui isti, auertantur retrorsum, & erubescant valdè velociter. Exurge, Domine Deus meus, & exaltetur manus tua: & ne obliuiscaris vocem meam. Iustum adjutorium meum à te qui saluos facis sperantes in te, Domi- *Psal.13.* ne. Conuertantur ij Dæmones in infernum, & omnes, qui obliuiscuntur te. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, & dolo, sub lingua eorum labor, & dolor. Quia dilexerunt iniquitatem, & oderunt propriam salutem: ideò emitte super illos ignem, sulphur, & spiritus procellarum, quæ est pars Calicis eorum. Disperde Domine vniuersa labia eorum dolosa: & linguam magniloquam. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis: non est qui faciat bonum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: veloces pedes eorum ad perdendas animas. Non est timor Dei ante oculos eorum, ideò viam pacis non cognouerunt: Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Exurge, Domine præueni eum, & supplanta eum: eripe hanc creaturam tuam ab impio. Emitte sagittas tuas, & dissipabis eos: fulgura multiplica, & conturbabis eos. Persequere inimicos tuos istos, & comprehende eos: & non conuertantur, donec deficiant. Confringe eos, nec poterunt stare, cadant subtus pedes meos. Exurge, Domine, & supplanta insurgentes in seruos tuos, & dispergе odientes te, Domine. Comminue *Psal.17.* eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum dele eos, Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt: & dispердat eos à filiis hominum. Pone eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, Domine: & in ira tua conturbabis eos, & deuorabit eos ignis. Confundantur isti Dæmones iniqua agentes, superuacuè. Dextera tua, Domine, fecit virtutem: dexteram tuam erige aduersus hos inimicos tuos facientes iniquitatem. Erubescant igitur inimici tui isti, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa. Projice eos à facie oculorum tuorum: redribue abundanter facientibus superbiam. Iudica, Domine nocentes me: expugna impugnantes me: Apprehende arma, & scutum: & exur- *Psal.34.* ge in adjutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus

Ibidem.

eos

hos dæmones : qui perſequuntur hanc creaturam tuam N. Erue eam protector meus, Domine. Confundantur, & reuertantur quærentes animam eius : auertantur retrorſum , & confundantur cogitantes illi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti : & Angeli tui coarctent illos, Fiant viæ illorum tenebræ , & lubricum : & Angeli tui perſequantur illos. Veniat illis laqueus , quem ignorant , & captio , quam abſconderunt : & cadant in ipſum. Et tu , Domine : exurge in adiutorium meum : & diſſipa eos protector meus , Domine. Exurge, *Pſal 34.* & intende iudicio meo : Deus meus & Dominus meus in cauſam meam. Non dicant in corde ſuo, euge, euge animæ ſuæ: nec dicant, deuorabimus eum. Induantur confuſione , & pudore : qui quærunt mala huic creaturæ tuæ. Euagina gladium , & tende ſuper eos arcum iræ tuæ , & trucidabis eos , quia tunc conterentur , & confundentur in tempore malo: quemadmodum fumus deficient , & damnabis eos , cùm iudicaueris illos. Exurge ergò, quare obdormis , Domine ; Exurge , & ne repellas preces noſtras in finem. Exurge , Domine , adiuua nos : & redime nos propter nomen tuum. Quia iſti dæmones ſicut oues in in- *Pſal. 43.* ferno poſiti ſunt : mors depaſcet eos. Auxilium eorum veteraſcet in inferno : & gloria eorum. Ignis in conſpectu eorum exardeſcet : & in circuitu eorum tempeſtas valida. Nolite igitur , miſerrimi dæmones , gloriari in malignantibus , qui potentes eſtis in iniquitate. *Pſal 51.* Dilexiſtis malitiam ſuper benignitatem : iniquitatem magis , quàm loqui æquitatem. Propterea Deus deſtruet vos in finem , euellet , & emigrabit vos de hoc tabernaculo ſuo, & radicem veſtram de terra viuentium. *Pſal. 67.* Præcipita Domine Deus , & diuide linguas eorum : veniat mors ſuper illos , & deſcendant in infernum viuentes. Exurge, Domine , & contere eorum dentes in ore ipſorum : vt ad nihilum deuenjant Abſorbe eos in ira tua , Domine : exurge Deus Iſraël , & diſperge illos , & depone eos , protector noſter Domine : Exurgat Deus , & diſſipentur inimici eius : fugiant , qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus , deficiant : ſicut fluit cera à facie ignis : ſic pereant peccatores à facie Dei. Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum : verticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Obſcurentur oculi eorum , ne videant : & dorſum eorum ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam , & furor tuus comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deſerta , & in tabernaculis eorum *Pſal.68.* non ſit , qui inhabitet. Quoniam quem tu percuſiſti , perſecuti ſunt : & ſuper dolorem vulnerum eius addiderunt. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum : & non intrent in juſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentium : & & cum iuſtis non ſcribantur : Deus in adiutorium meum intende : Domine ad adiuuandum me feſtina Confundantur , & reuertantur : qui quærunt animam iſtius famuli tui N. Auertantur retrorſum , qui volunt illi mala. Auertantur ſtatim , & erubeſcant : qui dicunt illi , euge , euge. Confundantur , & deficiant vexantes animam eius : operiantur confuſione , & pudore , qui quærunt Illi mala. Facti ſunt in deſolationem , ſubitò defecerunt : perierunt propter *Pſal.72.* iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium , Domine , in ciuitate

Digitized by Google

tua : imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quanta malignatus est inimicus iste in Sanctis tuis, incendit igne suæ malitiæ sanctuarium tuum, polluit in terra tabernaculum nominis tui. Vt quid, Domine, auertis manum tuam, & dexteram tuam Deus meus : qui contribulasti capita draconum in aquis ? Respice ergo in testamentum tuum: & animam istius pauperis tui ne obliuiscaris in finem. Tu terribilis es : quis resistet tibi in
Psal.75. ira tua ? Tentauerunt te Deus in cordibus suis, & malè locuti sunt de te: ideò ira tua descendit super eos. Effunde iram tuam in istos Dæmones: qui te cognoscere nolunt : & in regnum eorum, quia nomen tuum non inuocauerunt. Excita potentiam tuam, & veni, vt salues hunc famulum tuum : Deus virtutum conuertere, respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam : & perfice eam, quam plantauit dextera tua. Exurge Deus meus, quoniam qui te oderunt, extulerunt caput : & super hanc creaturam tuam malignati sunt. Omnes principes eorum dixerunt : hæreditate possideamus sanctuarium
Psal.82. Dei. Fac illos sicut Madiam, & Sisare, sicut Iabin in torrente Cyson. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb : & Zebæ, & Salmana: Deus meus pone illos vt rotam : sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis, qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua conturbabis eos. Erubescant : & conturbentur in sæculum sæculi,
Psal.86. pereant, & confundantur. Respice in me, & saluum fac Filium ancillæ tuæ, fac mecum signum in bonum, vt videant, qui te oderunt & confundantur : quoniam tu, Domine, adjuuisti me, & consolatus es me. Disperge eos in furore tuo, & conturba eos : quia non posuerunt te in conspectu suo. Super aspidem, & basiliscum ambulabis : & conculcabis leonem, & draconem. Disperge omnes, qui operantur iniquitatem : & redde illis iniquitatem ipsorum. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : qui gloriantur in simulacris tuis. Ipsi peribunt, tu autem permanes : & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operto- *Psal.101*
rium mutabis eos, & mutabuntur : tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Deficiant peccatores, & iniqui, ita vt non sint : vt omnes benedicant Dominum. Contriuisti, Domine, portas æreas : & vectes ferreos confregisti. Da nobis, Domine, auxilium tuum : & in te faciemus virtutem. Turbati sunt, & *Psal.107*
moti sunt sicut ebrius : & omnis sapientia eorum deuorata est. Cùm judicantur, exeant condemnati, & desiderium eorum fiat inane. Fiant dies eorum pauci : & ejiciantur de habitatione ista. Non sit illis adjutor: & nomina eorum deleantur de libro viuentium. Quoniam dilexerunt maledictionem, veniet eis : noluerunt benedictionem, & elongata est ab eis. Qui insurgunt in hunc famulum tuum N. injustè, confundantur : vt ipse de liberatione sua lætetur. Et quia injustè iniquitatem fecerunt in illum : ideò lætabitur, quando facies de suis persequentibus judicium. Surge, Domine, & eripe hunc famulum tuum ab iniquis Dæmonibus: libera eum è manibus eorum. Dispergde omnes inimicos ejus : qui tribulant animam suam. Domine, inclina cœlos tuos, & descende : tange Dæmones istos, & dissipabis eos. Fulgura coruscationem, & dissipabis eos : & mitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Exibunt spiritus isti, & reuertentur in terram suam,

in

in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Abyſſi operuerunt eos: deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Dextera tua Domine percuſſit inimicos: & in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos. Mitte, Domine iram tuam, quæ deuoret eos ſicut ſtipulam: ſubmerge eos, quaſi plumbum in aquis vehementibus. Irruat ſuper eos formido, & pauor: in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quaſi lapis: vt liberetur ſeruus tuus iſte, quem poſſedisti. Egrediantur Dæmones iſti ante pedes meos: & corruant in terram in furore tuo, Domine. Quia tu occidis, tu viuere facis, percutis, & ſanas: & non eſt, qui de manu tua poſſit eruere. Qui reddis vltionem hoſtibus tuis: qui te oderunt, retribuis. Inebria ſagittas tuas ſanguine, & gladius tuus deuorabit hos Dæmones. Et ſicut tu Deus meus es ille potentiſſimus, qui fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui: depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles. Sic Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, libera hunc famulum tuum N. ab hac diabolica vexatione, per paſſionem, & mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Exod.16

Deut.32.

Luc.1.

CONIVRATIO.

ITerùm conjuro te, † nefandiſſime ſpiritus, per illam æternam beatitudinem Dei omnipotentis, qui eſt fons ſapientiæ, lumen indeficiens, & inextinguibile, in quo omnis mens ſatiabitur: & jucundabitur, in quo fruemur illa diuina eſſentia, quæ eſt præmium beatorum, & diadema decoris eorum, lætitia ſempiterna, quæ exuperat omnem ſenſum. Ibi in lumine Dei videbimus lumen immenſum, lumen incorporeum, incorruptibile, incomprehenſibile, lumen indeficiens, inextinguibile, & inacceſſibile, lumen diuinum, quod illuminat oculos Angelorum, quod lætificat juuentutem Sanctorum: ibi videbimus Deum ſicuti eſt: quia videbimus gloriam, & faciem Dei viui, cognoſcemus Patris potentiam, Filij ſapientiam, & Spiritus ſancti clementiam, ac ſummæ ipſius ſanctiſſimæ Trinitatis vnam, & indiuiduam eſſentiam. Ibi habebimus Deum omnipotentem, qui eſt ſummum bonum, gaudium Angelorum, atque omnium Sanctorum, præmium vitæ æternæ, gloria ſpirituum, corona decoris, brauium fœlicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum, & æternum gaudium, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium æternitatis, & pax Dei æterna. Ibi erit tota glorificatio noſtra: quia videbimus faciem Dei noſtri, qui fecit cœlum, & terram, qui creauit nos, qui ſaluauit, & glorificauit nos: quem videndo cognoſcemus, amabimus, diligemus, & poſſidebimus Deum viuum, & verum Patrem omnipotentem, inuiſibilem, & incomprehenſibilem, Filiúmque ejus vnigenitum & coæternum, & conſubſtantialem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem pro noſtra ſalute Pater miſit in mundum: & Spiritum ſanctum paraclytum à Patre, Filióque procedentem, vnum Deum in eſſentia, & trinum in perſonis, quem omnes Sancti, & electi Dei indefeſſis vocibus laudant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Per hæc, & omnia alia, quibus tu, maledicte ſpiritus, potes adjurari, cogi, conſtringi,

Geneſ.1.

Apoc. 4.

Digitized by Google

constringi, ligari, fugari, arctari, cruciari, expelli, & ad pœnas inferni mitti, te constringo, vt amoto omni impedimento, & omni mora postposita, exeas ab hac creatura Dei N. cum omnibus sociis, & maleficiis tuis, & vadas ad sedes infernales, vel ad loca tibi à Christo deputata: ad eam nunquam redituras. In nomine Pat†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Explicit Exorcismus Quintus.

EXORCISMVS VI.

POTENTISSIMVS, mirabilisque efficaciæ ad expellendas omnes facturas, maleficia, præstigia, ligaturas, & opus nefarium Diaboli de oppressis corporibus humanis.

Exorcista cupiens cum Dei adjutorio maleficiatos, & facturatos à dæmonibus, & maleficiis, curare, priùs debet perquirere omnia instrumenta maleficialia, omni diligentia, qua poterit, & inuenta, igne benedicto illa comburere. Posteà indutus stola, & cotta, pergens ad Ecclesiam vnà cum infirmo, & stans ante Altare, posita manu super caput maleficiati, & illum signo crucis muniens, voce intelligibili, maxima cum deuotione dicat.

In nomine Patris †, & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diaboli, per impositionem manuum mearum, imò per inuocationem omnium Sanctorum Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde inuocando diuinum auxilium dicat.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cœlum, & terram. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui es Deus magnus, potentissimus, fortis, & admirabilis, qui lucem habitas inaccessibilem, qui vniuersa, quæ ex nihilo condidisti, mirabiliter regis, & gubernas. Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, te supplices deprecamur, ac petimus, vt misericordiam tuam piissimam super hanc creaturam tuam N. ostendere digneris, & libera eam ab omnibus maleficiis, & incantationibus sibi arte Diabolica factis, cujuscunque virtutis, & potentiæ existant Domine Iesu Christe, qui est verbum sapientiæ, & vnicus Filius altissimi Patris, per pietatem, & misericordiam illam, qua in hunc mundum veniisti, vt dissolueres opera Diaboli, te humiliter exoramus vt dissoluere, & ad nihilum redigere digneris omnia vincula, incantationes, fascinationes, præstigia, ligaturas, & facturas, arte Diabolica factas huic famulo tuo N. cujuscunque conditionis, virtutis, & potentiæ existant, ita vt constringantur, & statim deficiant, sicut deficit fumus,

Psal. 23.

Ioan. c. 1.

Psal. 67.

Digitized by Google

fumus, & ſicut fluit cera à facie ignis, & amoueantur à quocunque loco, per virtutem ſanctiſſimi nominis tui. Cuſtodi quæſumus, Domine, hunc famulum tuum N. ab omni vinculo Diabolico, nec-
Col.2. non à malignis ſpiritibus: & ſicut liberaſti Adam, & genus humanum de faucibus inferni, & de æterna damnatione, ita tua pietate, & miſericordia illum liberare digneris à maleficiorum ligaminibus. Et tu Deus Pater omnipotens pone manum tuam dexteram plenam larga benedictione ſuper illum, & reple eum æternis be-
Heſt.13. nedictionibus. Et ſicut tu es Deus omnipotens, cujus voluntati nemo poteſt reſiſtere, Domine, non permittas aliquem contradicere ſuis maleficiis huic famulo tuo N. à quo hodie, & ſemper omnes inſidiæ, omnes virtutes Diaboli, & miniſtrorum ejus, elongentur, &
Act.12. ab eo expellantur. Et ſicut dignatus es ſoluere vincula beati Petri Apoſtoli per manus ſancti Angeli tui, ita tua miſericordia diſſoluere digneris omnes facturas, & maleficia facta, vel quæ fient huic famulo tuo N. ita vt non habeant poteſtatem ſuper eum. Reſolue ergo Domine Deus omnes incantationes, facturas, & omnia maleficia Satanæ, & miniſtrorum ejus, quæ per inuocationes, & virtutes Diaboli facta fuerunt, aut fient huic creaturæ tuæ N. per eum,
Matth. qui venturus eſt judicare viuos, &
c.25. mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Hic Exorciſta aſpergat agrotum aqua benedicta: poſteà incipiat damones, & maleficia adjurare hoc modo.

CONIVRATIO.

COnjuro vos † Dæmones infernales, ſpiritus maligni, qui fertis malum contra hanc creaturam Dei N. & qui fabricaſtis, vel conſeruatis maleficium contra ipſam fabricatum, & factum, per Deum Patrem omnipotentem, † Filiúmque ejus vnicum Dominum noſtrum † Ieſum Chriſtum, & per Spiritum † ſanctum paraclytum ab vtroque procedentem: & vobis præcipio, quæ noxia, & nociua eſtis huic famulo Dei N. vbicunque ſitis, ſiue ſitis maleficia, vel veneficia, ſeu præſtigia, aut incantationes, faſcinationes, ſignaturæ, facturæ, ligaturæ, & omne opus nefarium Diaboli, & miniſtrorum ejus, ſiue jam facta, ſiue quæ fient, agnita, vel incognita, per Deum viuum, † per Deum † verum, per Deum † ſanctum, & per ſacratiſſimum, tremendum, honorandum, & glorificandum nomen Dei Adonay, vt non noceatis huic famulo Dei N. neque illi appropinquetis, nec ad omnia, quæ ad illum pertinent, ſed recedite ab eo, & ab omnibus rebus ejus, & deſtruamini à potentiſſima manu Dei, vt ad nihilum ſtatim deueniatis & deficiatis ab eo, ſicut deficit fumus, & ſicut fluit cera à facie ignis, vt remoto omni impedimento ſatanæ, & miniſtrorum ejus, omni mora poſtpoſita, realiter, & effectualiter, ſine fraude, dolo, & fallacia, vos Dæmones deſtruatis omnia maleficia, incantationes, faſcinationes, liga-

Ex Symbolo Nicæno.

Iudit.16.

Pſal.67.

Apoc. c.1.

turas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium Diaboli arte Diabolica factum, & per nomen Dei viui, & per virtutem ejus, qui est Alpha, & Omega, Principium, & Finis, carens principio, & fine, qui ambulat super pennas ventorum, qui omnia ex nihilo sua omnipotenti virtute creauit, per quem
Psal. 96. omnes sancti, & electi Dei beatificantur in majestate diuinæ essentiæ ejus, ante cujus faciem ignis præcedet, & inflammabit vos inimicos suos. Conjuro vos † Dæmones rebelles Dei omnipotentis, & abominabiles spiritus, inimici triumphatoris Iesu Christi Nazareni, spiritus nefandissimi, & prædones infernales, spiritus inuidi, spiritus damnati, & reprobati, inimici humani generis, qui non cessatis hanc
Isa. 24. creaturam Dei N. lædere, & vestris maleficiis vexare, per potentiam illius, qui vos in tanta dignitate creauit: qui vobis inexcogitabilem fœlicitatem parauit: qui vos superbientes mox cum complicibus vestris eliminauit: qui vos à consortio bonorum spiritualium ad sedes tartareas damnando exterminauit: qui vos ibi igne, & sulphure cruciandos ligauit: qui de intemerata virgine Maria, sumpta carne
Matth. 23. passibili, pedibus supra mare ambulauit: qui Petro sub aquis labenti, dexteram porrexit: qui cæco nato oculos aperuit: qui Lazarum de monumento suscitauit: qui Mariam Magdalenam à malignis spiritibus, & omnibus peccatis: tum potenter, tùm misericorditer absoluit, & liberauit: qui suis discipulis per orbis spatia diffusis, te dejecit, & fugauit: qui in die nouissimo te cum tuis complicibus in lacum ignis, & sulphuris, in tenebris perpetuis relegabit? per ipsum,
Luc. 9. inquam, vos conjuro, ac potentissimè vobis præcipio per virtutem omnium conjurationum, alligationum, & vinculorum, quibus in nomine Domini nostri Iesu Christi conjurati, constringi, ligari, fugari, cruciari, torqueri, & coarctari: vel ad pœnas aliquas damnari potestis, vt protinùs destruatis, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, incantationes, fascinationes, facturas, ligaturas, signaturas, & omnia opera Diaboli, & ministrorum ejus. Conjuro † vos Dæmones, qui fabricatis, conseruatis, & assistitis prædictis maleficiis, & incantationibus, huic creaturæ Dei. N. factis, siue illæ sint fabricatæ in igne, ære, aqua, vel terra: siue ex aliqua imagine fabricata, ex quacunque materia sint, siue maleficium sit factum in auro, argento, ære, plumbo, vel ligno, siue aliquo filato ex lana, ligno vel bombyce: vel ex plumis animalium contextum, siue illud sit factum ex ossibus hominis mortui, vel animalium quadrupedum volatilium, piscium, vel serpentium, vel ex omnibus sumentibus, & fructibus terræ, & arborum vel maris: siue illud sit fabricatũ ex charta virginea, vel papyrea vel in ligno, aut in aliquibus herbis, vel lapidibus, aut in piscibus maris, fluminum, vel paludum, siue illud sit in aliquo Christianorum, seu Hebræorum, vel Paganorum, seu aliorum Infidelium, aut sit in agro, vel vinea, siue in montibus, vallibus, vel in fontibus, vel extra, & in quacunque parte mundi, siue in Oriente, Occidente, Meridie, vel Septentrione, aut sit in vestibus, cincturis, & omnibus indumentis hujus famuli Dei N. aut sit in domo, camera, lecto ejus, aut supra lectum, vel sub lecto, siue sit in parietibus, angulis, vel officinis, aut in rebus

Ex oratione S. Cypriani.

Ex eadem oratione.

Ex eadem.

Digitized by Google

rebus domus ejus, aut in arbore, fouea, vel puteo, ſiue ſit in profundo, ſiue in abyſſo, vel in ſylua, ſeu in antris, vel ſpeluncis ſolitariis, & ſi eſt in deſerto loco, vel in flumine aliquo, ſiue ſit in aquis matium, fontium, fluminum, & paludum, vel

Ex eadem. in quacunque ſtatue aurea, argentea, ærea, plumbea, cerea, vel lignea, aut lutea, vel ex quacunque alia materia fabricata, ſiue tale maleficium ſit factum in annulo, ſiue ſit in juncturis membrorum hujus famuli Dei N. ſiue ſit datum illi in cibo, vel potu à quocunque malefico, vel malefica, ſiue ſit poſitum in fundamentis domus ejus, vel ſub limine oſtij, aut in ingreſſu domus ejus, & in quibuſcunque locis, in quibus ipſe habitat, & quieſcit, ſiue illud ſit poſitum in puteo, fouea, vel ſterquilinio, aut via, vel ſemita, in horto, vel conducto, aut ſit in igne, aëre, aqua, & terra, vel vento, aut in quocunque loco nobis noto, vel ignoto, per nomen magnum Dei Adonay, & per virtutem ejus vobis præcipio, vt non habeatis poteſtatem conſeruandi illud, ſed per virtutem paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, illa ad nihilum redigatis, ac ſi facta non fuiſſent, & per illum, qui orbem contremere facit, vobis impero, & mando, vt non habeatis auctoritatem, poteſtatem & virtutem nocendi huic creaturæ Dei N. in die, neque in nocte, orando, nec vigilando, neque dormiendo, nec ſtando, neque ambulando, vel ſedendo, comedendo aut

Ex oratione S. Cypriani. bibendo, vel aliquid aliud faciendo, neque in vlla hora diei, vel noctis vel habeatis poteſtatem, ingrediendi domum ejus, veſtris maleficiis, aut ibi ſtando, vel morando in ejus domo, camera, lecto, & habitatione ejus, neque in vlla figura apparere ei poſſitis, illi terrorem incutiendo, ſed liberam, & ſanam, & ſine vlla læſione animæ, & corporis illam relinquatis, deſtructis omnibus maleficiis, incantationibus, & facturis, illi arte Diabolica factis, *Dan. 3.* ſicut Deus liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, quos flamma non tetigit, & ſicut Deus reſoluit vincula, & ligamina eorum, ita diſſoluantur omnia vincula, ligamina, & incantationes, omniáque mala facturarum, & omne opus nefarium diaboli, & miniſtrorum ejus ab hac imagine Chriſti N. & ab illo remoueantur per Sanguinem Domini Ieſu Chriſti, *Luc. c. 1.* qui propter noſtram ſalutem effuſus eſt, & ſic vt ſolutum fuit vinculum linguæ Zachariæ prophetæ, ita diſſoluto hunc famulum Dei N. ab omni ligamento, faſcinamento, & maleficio ſibi arte diabolica facto, & ab omni factura, & vinculo diabolico, per potentiam, & virtutem illam, qua Deus diuiſit mare *Exod. 14* rubrum, per quod populus Iſraëliticus ſuis pedibus tranſiuit, & per virtutem illam, qua Chriſtus La- *Col. 2.* zarum à monumento ſuſcitauit, & languidum ſanauit, atque cæcum natum illuminauit, & per potentiam illam, qua ipſe portas inferni deſtruxit, & ſua omnipotenti virtute januam cœli apperuit.

Hic Exorciſta aſpergat infirmum aqua benedicta in modum Crucis, deinde dicat.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, rex æternorum, & moderator omnium ſæculorum, incorruptibilis, inuiſibilis & immenſæ majeſtatis, magnus, & incomprehenſibilis rector, potens, & immortalis, Adonay *Exod. 8.* *Iudith. 9.*

Digitized by Google

magne, & admirabilis Deus Deorum, omniúmque creator, qui ſedes ſuper Cherubin, & Seraphin, Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, te ſuppliciter deprecamur, vt tua potenti virtute, per paſſionem ejuſdem Filij tui diſſoluere digneris omnia maleficia, ligamina, & incantationes, præſtigia, veneficia, & colligationes Diaboli & miniſtrorum ejus huic famulo tuo N. arte Diabolica facta, ſicut deſtruxiſti magica figmenta Magorum Ægyptiorum, & non permittas illi amplius nocere, ſed libera eum ab omnibus maleficiis, incantationibus, faſcinationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis, ac malis vmbris, & diſſolue omnia præſtigia, & omne opus nefarium Satanæ illi factum. Aperi ei Domine Deus meus januam miſericordiæ tuæ, & libera eum per interceſſionem B. Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et per omnes ſanctos Angelos, Archangelos, & Thronos, Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Et per ſanctum Ioannem Baptiſtam, per omnes ſanctos Patriarchas, & Prophetas, Apoſtolos, & Euangeliſtas tuos: per omnes ſanctos Innocentes, Martyres, & Confeſſores, atque Doctores: per omnes ſanctos Sacerdotes, & Leuitas, Monachos, & Eremitas: per omnes ſanctas Virgines, Viduas, & Continentes, & per totam cœleſtem Curiam. Et ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine, Dauid de manu Goliæ, Iudith, & populum ſuum de manu Holofernis ducis regis Aſſyriorum, ſic liberare digneris hunc famulum tuum N. ab omni poteſtate Diaboli, & miniſtrorum ejus. Et diſrumpe omnia vincula maleficiorum, atque conſtringe omnia maleficia, incantationes, faſcinationes, ligaturas, ſignaturas, facturas, & omne opus Diaboli, & machinamenta ejus. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Exod. 8.

Diuus Damaſ. in ſermo. Aſſumptionis.

Dan. 13

CONIVRATIO.

COniuro vos † dæmones, & omnia, quæ per maleficium diaboli noxia, & nociua eſtis huic creaturæ Dei N. per Deum Patrem omnipotentem, qui diuiſit lucem à tenebris, ſtabiliens cœlos, & eis menſuram ponens: & per illum, qui locutus eſt Moyſi in monte Sinai quando dedit legem filijs Iſraël, & qui in deſerto per quadraginta annos ſatiauit eos manna, & ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, vt ſtatim, & ſine mora recedatis ab ea, & ipſam ſine læſione relinquatis. Coniuro vos † iterum per Deum omnipotentem Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per Filium eius, & per Spiritum ſanctum paraclytum vobiſque præcipio quæcúque noxia, vel nociua eſtis, ſiue in anima, ſiue in corpore, ſiue iam facta, ſiue fienda, ſiue colligata, ſiue commiſſa, ſiue miſſa à quocunque dæmone, vel malefico, ſiue malefica, vel qualibet arte diabolica quoquo modo fabricata, quibuſcunque maleficijs, rebuſque noxiis, doloſis, vel præſtigiatis, ſiue ſunt propè, ſiue longè, pauefcite, & timete nomen magnum Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quod ego vos coniuro, conſtringo, & adiuro, ne noceatis, nec appropinquetis, ad huc famulum Dei N. neque ad omnia, quæ ad illum pertinent. Iterum coniuro vos † omnes.

Gen. 1.

2. Cor. 6. 1.

Digitized by Google

omnes ſpiritus malignos, & dæmones infernales, terreſtres, igneos, aëreos, aqueos, ſubterraneos, lucifugos, & omnes ſpiritus omnibus orbibus, & ſphæris ſeruientes, & in ipſis habitantes, & vos omnes maligni ſpiritus vbicunque ſitis, & habitetis magni, & parui in potentia, de quacunque parte mundi miſſi eſtis ab Oriente, Occidente, à *Ibidem.* Meridie, & à Septentrione, & ab omnibus patribus totius terræ, & mundi: & vos aëreas poteſtates, & infernales principes, & vos omnes ſpiritus generales, & ſpeciales dæmoniorum, quibus data eſt poteſtas nocendi huic creaturæ Dei N. & ad maleficia fabricanda, ferenda, & conſeruanda contra ipſam, & vobis potentiſſimè, & viriliter impero, ac ſtrictiſſimè mando ex parte Dei † Patris omnipotentis, & Filij † eius Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in virtute Spiritus † ſancti, vt omni mora poſtpoſita, deſtruatis omnia maleficia, præſtigia, incantationes, faſcinationes, omneſque ligaturas, ſignaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei N. arte diabolica factum, vt ab eo diſcedant omnes inſidiæ, & omnis verſutia, & nequitia diabolicæ fraudis. Et ſicut Moyſes exanimauit *Exod. 8.* magica figmenta Ianes, & Mambres in Ægypto, ita confringantur omnia maleficia huic famulo Dei N. à Diabolo, & ejus miniſtris inflicta, vel illa data in cibo, vel potu, ſeu in quacunque alia malefica ſuperſtitione, vel præſtigiis: Iterum fortiùs, & ſtrictiùs præcipio vobis omnibus ſpiritibus ſupradictis, & quibuſcunque aliis exiſtentibus in quacunque parte mundi, ex parte ſanctiſſimæ Trinitatis, *Ex Sacerdotali Romano* Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus† ſancti, & per merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium ſanctorum, & ſanctarum totius curiæ cœleſtis, quòd ſi aliquod maleficium datum fuit huic creaturæ Dei N. ad comedendum, vel bibendum, aut ſi vos, vel aliquis veſtrum, maledicti Dæmones, portaſtis, vel compoſuiſtis in hoc corpore, vt non habeatis virtutem, facultatem, vel poteſtatem conſeruandi illud: ſed prædicta virtute præcipio, vt illud amoueatis, & cogamini diſſipare omnem virtutem illius, & ad nihilum redigere omnem laqueum, nodum, & compoſitionem factam in ipſis rebus, & quod ſitis aſtricti, & compulſi eum diſiungere, ſeparare, & remouere à viſceribus, & ab inteſtinis ejus, & ea per ſeceſſum emitti facere, & ſine aliqua læſione animæ & corporis hujus creaturæ Dei N. Rurſum vobis ſtrictiſſimè impero, ac potentiſſimè mando ex parte ſanctiſſimæ Trinitatis Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti, quòd non habeatis facultatem abſcondendi illa in aliqua parte hujus corporis, ſcilicet in ſanguine, cholera, flegmate, & melancholia, nec in carne, nec in oſſibus, neque in medullis, nec in neruis, nec in venis, neque in omnibus juncturis hujus corporis, nec in pedibus, nec in tibiis, neque in lateribus, nec in renibus, nec ſubtus renes, neque ſupra renes, nec in dorſo, nec in ſpatulis, neque in vnguibus, nec in corde, neque in hepate, nec in ſplene, nec in interioribus, neque in pulmone, nec in inteſtinis ſuperioribus, vel inferioribus, maioribus, vel minoribus, nec in ſtomacho, nec in ventre, neque in pectore, nec in gutture, nec in collo, neque in facie, nec in mento, nec in maxillis, neque in dentibus, nec in gingiuis, nec in lingua, neque ſubtus linguam, neque

Ibidem. *Ibidem.* *Ibidem.*

Digitized by Google

ſupra linguam, neque in palato, nec nare, neque in oculis, nec in auribus, nec in cerebro, neque in panniculis cerebri, nec in arteriis nec in fæcibus, neque in aliis rebus, vel locis corporis, vel extra corpus eius, nec *Ibidem.* intrinſecè, neque extrinſecè, neque ſuperficialiter, nec in capillis, neque in veſtimentis, nec in genitalibus, nec in vmbilico, neque in partibus verecundis, neque in partibus illis circunſtantibus, neque in aliis locis, vbi ire vel ſtare debeat: ſed inuicti, & coacti, atque virtute Dei *Gen. c. 1.* compulſi, nunc cogamini omnia illa remouere ab omnibus partibus corporis iſtius creaturæ Dei N. vbicunque ſint, à planta pedis vſque ad verticem: & illa educatis extra ipſum corpus per illam viam, quæ ſit magis libera, & expedita, vt per os ſtomachi, per guttur, & per os cum ſigno manifeſto, & ſine vlla læſione animæ, & corporis huius creaturæ Dei N. & illa ducatis ad lo- *Ex itinerario D. Clementis.* ca arida, ſterilia, & inaquoſa, atque inhabitabilia, vbi non ſit habitatio hominum. Et ſicut per beatos Apoſtolos Dei Petrum, & Paulum diſſoluta, & ad nihilum reductæ fuerunt incantationes factæ per illud membrum veſtrum Symonem magum, ita auctoritate mihi tradita, & præſtita à Deo omnipotenti, & Sancta Catholica, & Romana Eccleſia, ego diſſoluo omnes ſortilegas artes, præſtigia, & incantationes, quæ atrocitate inuidiæ, vel malitia veſtra factæ fue- *Coloſſ. 1.* runt huic creaturæ Dei N. Et ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus deſcendit ad inferos, & ibi deuicta tota potentia inferni, animas ſanctorum Patrum inde extraxit: ita per potentiam, & virtutem eiuſdem, nec & omnium nominum Dei, & omnium coniurationum, ligationum, & vinculorum quibus in nomine eius poteſtis coniurari, conſtringi, cogi, arctari, ligari fugari, cruciari, & torqueri, & ad pœnas aliquas damnari, vos omnes coniuro, adiuro cogo, & conſtringo, ac potentiſſimè vobis impero, & mando, vt remoto omni dolo, fraude, obſtinatione, deceptione, & malitia, deſtruatis omnia maleficia Satanæ, & miniſtrorum eius, & omnem malignam faſcinationem huic creaturæ Dei N. factam ita vt ad nihilum redigantur, & confrigantur omnia maleficia, præſtigia, incantationes, faſcinationes, ligaturæ, ſignaturæ, facturæ, & omne opus nefarium Satanæ, & miniſtrorum eius. Quod ſi more veſtro beſtiali, mandatis, & præceptis meis, vobis in virtute Dei omnipotentis factis, obedire contempſeritis, per omnia verba, & coniurationes, quæ in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti contra vos fieri poſſunt, contra vos coniuro Luciferum, & omnes ſpiritus infernales, quatenùs per virtutem ſanctiſſimi nomini Ieſu Chriſti, & paſſionem eius, *Ibidem.* contra vos, & omnes vobis fauentes omni ſua ira, indignatione, & furore irruant, & inſurgant, & vos ad infernum ducant, & in locum duriorem vos præcipitent, ligent, & affligant ibi omnibus pœnis, & cruciatibus duris, & acrius ſolito cruciandos: quia tot, & tantis ſacratiſſimis verbis, & myſteriis diuinis rebelles fuiſtis. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus ſancti, & ira, ac indignatio Beatæ Mariæ virginis, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius curiæ cæleſtis veniant, & deſcendant ſuper vos, ſpiritus ingratiſſimi, & omnes vobis fauentes. Et ego, vt miniſter Chriſti licèt immeritus) auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, *Luc. 9.* & *Ex flagello Damonum.* *Ex flagello Damonum.*

Digitized by Google

& Spiritus ſancti, per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctiſſimæ paſſionis eius abſoluo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, faſcinationibus, ligaturis, ſignaturis, facturis, ac malis vmbris atque machinationibus diabolicis, ſibi arte diabolica factis, & ab omni opere Satanæ, & miniſtrorum eius, ita vt omnis inueterata malitia diaboli, & omne cæcum, & confuſum phantaſma eradicetur, fugetur, & elongetur ab eo. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Hìc Exorciſta ponat manum ſuper caput maleficiati & ſignando omnia membra eius dicat.

Oratio.

Ex antiquis Exorciſmis.

EXpelle, Domine Deus omnipotens, ab hac creatura tua N. omnia maleficia Diaboli, omnéſque incantationes, faſcinationes, ligaturas, ſignaturas, facturas, & omne opus Satanæ, & miniſtrorum ejus, à capite, à capillis, à vertice, à cerebro, à panniculis cerebri, à fronte, ab oculis, à lingua, à ſublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de ciliis, de ſupercilìis, de pilis, de pedibus, *Ibidem.* de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de inteſtinis ſuperioribus, & inferioribus, de femore, de ventre de ſtomacho, de corde, de ſpatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de oſſibus, de neruis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum ſuorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore ſuo intus, & extra, de quinque ſenſibus corporis, & animæ: nullúmque locum ipſa habeant intus, & foris ampliùs, vt ſana & ſalua fiat per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui, & per inuocationem Spiritus ſancti paraclyti. Tu ergo Deus *Gen. c. 1.* Pater piiſſime, qui dignatus es corpus, & animam hujus creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipſius ſaluare, & ſaluam facere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde Exorciſta benedicat Oleum olìuarum benedictione illa, quæ ponitur in noſtro Flagello damonum, ad bibendum, atque vngendum, eo modo, quo ibi dictum fuit, & illud tradat infirmo benedicátque illi panem, vinum, aquam, medicinas, & quicquid comeſtibile, vel potabile ei prabendum fuerit. *Oleum prabendum.*

Denique fiat balneum ex aqua benedicta benedictionibus poſitis in Remedijs Flagelli, & totus infirmus in eo balneetur, ne forte aliquod maleficium ſine remedio latere contingat in pilis corporis maleficiati. *Balneũ parandum.*

Explicit Exorciſmus Sextus.

EXOR

Digitized by Google

EXORCISMVS VII.

MIRABILIS EFFICACIÆ pro his, qui in matrimonio à Dæmonibus, vel maleficis Diabolica arte impediuntur, seu maleficiantur.

RVBRICA.

Quicunque arte Diabolica in vsu matrimonij, aliquo maleficio impediuntur, antequam ad alia remedia recurrat, hortari debet, vt corde contrito, & spiritu humiliato, Deo, & Sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciat, profusis lachrymis, & largioribus eleemosynis, & orationibus: atque jejuniis Deo satisfaciat. Quibus præmissis, Sacerdos seu Exorcista simili præparatione munitus, ad Ecclesiam pergens, vna cum infirmo maleficiato, stans ante sacratissimæ Eucharistiæ Sacramentum, præmissa oratione mentali, indutus Sacerdotalibus indumentis, ibi genuflexus, diuinum auxilium implorans, dicat:

33. q. 1. cap. Si per Sortiarias.

Adiutorium nostrum in nomine
Psal. 123 Domini. *Resp.* Qui fecit cœlum, & terram. *Vers.* Saluum fac seruum tuum, & ancillam tuam. *Resp.* Deus meus sperantes in te. *Vers.* Mitte eis Domine, auxilium de Sancto. *Resp.* Et de Sion tuere eos. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in eis. *Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. *Vers.* Esto eis, Domine, turris fortitudinis. *Resp.* A facie inimici. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui Genes. 1. sola clementia, & bonitate tuæ immensæ charitatis primum hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creare voluisti, & ad multiplicationem humani generis adiutorium simile sibi ei misericorditer tribuisti O altissime conditor, *Ex antiquis Exorcismis.* ô summæ maiestatis, & ineffabilis essentiæ, diuinæque sapientiæ Deitas, alpha & Omega, carens principio, & fine: verbum sine tempore cui omnia possibilia sunt. O ineffabilis, & admiranda Deitas, ô summa potestas! ô virtus altissima. In nomine piissimi Creatoris cœli, & terræ, tu, qui es benignissimus, misericors, qui semper es, & ante omnia fuisti, & post omnia eris, tu omnia finis, & nunquam finis. Quique facis vt viuens homo cognoscat, quòd Deus es, Rex regum & Dominus dominantium qui pius, Apoc. 1. 19. & misericors, ac clemens es, benignus, glorioſus, & mirabilis in Sanctis tuis, mundum tenens manu tua, & absque consilio, & alterius rei auxilio, omne, quod creatum est, in potestate tua conseruas. Ego Genes 3. quidem vt creatura tua, & indignus famulus tuus, & filius ancillæ tuæ, licèt sim puluis, & corde durus, & ignorans, & miser peccator, & insufficiens mei fragilitate, seu defectu virtutis, ad te confidenter recurro, veluti ad tutissimum portum, & refugium singulare, te Deum, ac Dominum reuerenter deprecor, & tibi humiliter supplico, quantùm scio, & possum, vt non respicias ad peccata mea, neque ad fragilitatem

Digitized by Google

litatem huius famuli tui N. ſed ad piiſſimam miſericordiam tuam quatenus digneris nunc mecum eſſe in hoc tuo ſancto ſeruitio. Nec mihi indigno peccatori tribuas ſecundum peccata mea quibus ingrauatus ſum, & mea temeritate inuolutus : ſed tu, qui clemens es, & pius, propitius, ac benigniſſimus mihi adeſto, & miſerere mei, cùm maior ſit miſericordia tua, quàm peccata mea. Quare digneris me exaudire, ſicut exaudiſti tres pueros in camino ignis ardentis : Ionam in ventre ceti : Act. 12. Petrum in carcere, Mariam Magdalenam à te pro peccatis ſuis veniam petentem. Et ſicut exaudiſti vocem matris tuæ ad nuptias, & latronem in Cruce : & ſicut Catharinam in tormentis rotarum, & Margaritam à terrore draconis liberaſti : ſic tu, dulciſſime Pater, exaudi me, & mihi miſero peccatori poteſtatem tuam tribue, quam confidenter imploro, & concede mihi donum gratiæ tuæ, quod à te nunc peto, vt in tuo nomine euellere, deſtruere, eradicare, explantare & effugare valeam omnem magicam, & malignam faſcinationem, & omne opus nefarium diaboli, & miniſtrorum eius ab hoc famulo tuo N. quibus eius potentia generandi alligatur, & impeditur, ne matrimonio ad procreandam prolem vti poſſit. Quod donum gratiæ tuæ mihi concedere digneris, tu qui ſolus, & virtus es Deus, creator omnium, qui potens, & miſericors es in perpetuum. Et, vt mihi hanc gratiam præbeas te laudo, te adoro, te glorifico, te benedico, & magnifico, & tibi deuotè gratias ago nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hîc Exorciſta ſurgat ab oratione & ponens manum ſuper caput maleficiati, dicat:

EXtinguatur in te N. omnis virtus diabolica per impoſitionem manuum mearum, immò per inuocationem omnium ſanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, & omnium ſimul Sanctorum. In nomine Patris † : & Filij † & Spiritus † ſancti. Amen. *Eccleſia Romana.*

Hîc Exorciſta aſpergat aqua benedicta agrotum poſteà legat ſequens Euangelium.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Reſp. Gloria tibi, Domine.

IN illo tempore. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, diſcipuli eius ad nuptias : & deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus : Quid mihi, & tibi eſt mulier ? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas. Dicit ei Ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus : Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vnde eſſet : miniſtri autem ſciebant, qui hauſerãt aquam *Cap. 2.*

vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum Discipuli eius.

Resp. Laus tibi, Christe.

Oratio.

Genes 3. DOmine Iesu Christe, æterni Patris, & beatæ Mariæ virginis Filius, qui in Paradiso terrestri sanctum matrimonium in officium, & conseruationem, atque multiplicationem humanæ instituisti, & ipsum matrimonium in aduentu tuo ex primordiis miraculorum tuorum mirabiliter honorasti: quæsumus clementiam tuam, vt per merita, & preces beatissimæ virginis Mariæ matris tuæ, *Ioan. 20.* & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuorum, digneris hunc famulum tuum N. quem matrimonialiter coniunxisti, bene † dicere, & liberare ab omni ligamento, fascinamento, & maleficio Satanæ, & ministrorum eius: & dare ei fœcunditatem, & gratiam, vt liberè possit vti matrimonio suo ad generandum concipiendum ac enutriendum prolem Deo, & hominibus gratam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Hìc Exorcista ponat manum super caput maleficiati, & ipsum in fronte signando, dicat.

CONIVRATIO.

IN nomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, † Filij † & Spiritus † sancti. Coniuro vos omnes Angeli tartarei, tam absentes, quàm præsentes, per eum, qui vos eiecit de supremo cœlorum habitaculo, qui fertis malum contra genus humanum, & qui fabricastis, & conseruatis malum, & maleficium huic creaturæ Dei N. à malefico, seu malefica procuratum, vel aliquo alio modo illi inflictum, vt vbicunque illud sit positum, statim, & sine mora ab illo loco amoueatis, & virtute Dei omnipotentis illud destruatis, & omne impedimentum illi iniectum festinanter ad nihilum redigatis, vt liberè, & sine difficultate matrimonio vti possit ad honorem Dei omnipotentis, qui illum creauit, & matrimonialiter eum coniunxit. *In nomine* Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen. *Apoc. 12.*

Oratio.

EXpelle, Domine Deus omnipotens, per virtutem tuam ab hac creatura tua N. omnes maleficorum vanitates, & incursus dæmonum, & per hoc signum sanctæ Crucis † Saluatoris nostri Iesu Christi, tolle potestatem, tolle impetum Satanæ & Angelorum, atque maleficorum eius, & ne permittas illos nocere huic creaturæ

tuæ

Digitized by Google

tuæ N. Memento Abraham, Iſaac & Iacob ſeruorum tuorum, & miſerere illi, atque libera eam ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis ſibi arte diabolica, à quocunque malefico, vel malefica, factis, & redde illi ſanitatem priſtinam ad procreandam prolem, & in tuo ſeruitio educandam. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hîc aſperge maleficiatum aqua benedicta in modum Crucis.

CONIVRATIO.

ITerùm coniuro ✠ vos omnes ſpiritus malignos, & dæmones infernales, cœleſtes, terreſtres, igneos, aëreos, & aqueos, & omnes ſpiritus omnibus orbibus, & ſphæris ſeruientes, & in ipſis, & in quocunque loco habitantes, ad vos, & contra vos perueniant potenter & fortiſſimè omnes coniurationes meæ, & potenter vobis præcipio, ac ſtrictiſſimè impero ex parte Dei omnipotentis, & ſanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis Patris *Pſal.56.* †, & Filij †, & Spiritus † ſancti: & in virtute, atque potentia agni diuini immaculati, qui potenter ambulat ſuper aſpidem, & baſiliſcum, qui æternaliter conculcauit, leonem, & draconem: & potenter, atque ſtrictiſſimè vobis mando, vt amota omni obſtinatione ſtatim, & ſine mora aliqua deſtruatis, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, & incantationes, ligaturas, ſignaturas, facturas, & omne opus nefarium à quocunque dæmone malefico, vel malefica factum, in quocunque loco ſit poſitum, & à quouis dæmone cuſtodiatur, non obſtantibus ligaminibus, quibus hæc creatura Dei ab actu matrimoniali impeditur. Quæ omnia per virtutem ſanctiſſimæ paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per omnia alia, quibus ligari, & cruciari, & ad varias pœnas, & tormenta infernalia mitti poteſtis, vos conſtringo, & cogo, vt ſine vlla contradictione hæc omnia adimpleatis: alioquin per virtutem eius, qui orbem tremere facit, vos ad infernale ſupplicium condemnabo, & in ſtagnum ignis, & ſulfuris æternaliter præcipitabo, vbi fumus tormentorum veſtrorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius. *Pſal.127*

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua, ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine, Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui per vnigenitum Filium tuum, verum B. virginis Mariæ mirabiliter fœcundaſti, vt de Spiritu ſancto ipſum conciperet: portaret, pareret, ac nutriret: te

Digitized by Google

Deum omnipotentem vniuersorum Creatorem humiliter inuocamus, vt per clementiam tuam, huic famulo tuo N. fœcundandi donum tribuere tua pietate digneris, vt ex legitimo matrimonio generare, ac nutrire prolem tibi, tuóque sancto seruitio valeat in vitam æternam. Amen.

Hìc Exorcista aspergat aquam benedictam super maleficiatum.

CONIVRATIO.

ITerùm atque iterùm conjuro vos † Dæmones infernales, in quacunque parte mundi sitis, & habitetis, quibus data est potestas fascinandi, & maleficiandi, corpus istius creaturæ Dei N. & ipsum impediendi ab vsu legitimo matrimonij, per Patrem †, & Filium †, & Spiritum † sanctum: & per Iesum Christum Filium Dei potentissimi, Creatoris omnium, qui omnia ex nihilo creauit: vos constringo, & cogo, vt non habeatis potestatem conseruandi
Gen.1. quodcunque maleficium, ligaturam, facturam, & incantationem arte Diabolica à quouis maleficio, vel malefica fabricatam, & illi infligtam: & vobis præcipio, vt non obstante quocunque pacto tacito, vel expresso, in virtute ejusdem Dei omnipotentis, omnia maleficia destruatis, & ad nihilum illa redigatis. Quòd si more vestro bestiali præceptis meis vobis
Luc.c.9. in virtute Dei factis obedire contempseritis: auctoritate Domini nostri Iesu Christi præcipio Lucifero, & omnibus spiritibus, & furiis infernalibus, vt contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipitent, ligent, & acriùs, ac duriùs solito vos excrucient, & omnibus pœnis vos affligant in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

DOmine Deus Pater omnipotens, Rex æternorum, creator, rector, & moderator omnium sæculorum, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui jurasti, & promisisti Abrahæ patri nostro *Gen.22.* multiplicare semen ejus, sicut stellas cœli, & velut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest: quique humanum genus, sanctissimo matrimonio ad honorem tuum multiplicare voluisti: te humiliter exoramus, Rex omnipotens, & immortalis, qui sedes *Isaiæ 6.* super Cherubin, & Seraphin, vt dissoluere, destruere, & annihilare pro tua pietate, & misericordia, & benignitate digneris omnia malefi ia, ligamina, & incantationes, signaturas, facturas, fascinationes, & omnia opera Diaboli, & ministrorum ejus, huic creaturæ tuæ facta, sicut destruxisti magica figmenta Iannes, & Mambres, vt illis non obstantibus, sanctissimo matrimonio ad procreandam, & educandam tibi, tuóque seruitio prolem, vti possit. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hìc aspergatur aqua benedicta super maleficiatum.

CONIVRATIO.

COnjuro vos † omnes spiritus Dei rebelles, & Dæmones infernæ

fernales, & vos aëreas poteſtates, & principes infernales, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, & generales, de quocunque genere ſitis, ab Oriente, ab Occidente, à Meridie, & à parte Auſtrali, & ex omnibus partibus mundi, vbicunque ſitis, & habitatis, ſiue in igne, ſiue in aëre, ſiue in aqua, ſiue in terra, ſiue in omnibus, quę ex quatuor elementis ſunt compoſita, & quæ in ipſis viuunt, & permanent, & in quocunque loco, & parte mundi ſitis, per virtutem, & omnipotentiam magni Dei omnipotentis, Patris †, & Filij †, & Spiritus † ſancti: & per paſſionem, crucem, & mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti vobis præcipio, vt per verba coniurationis meæ ſtatim, & ſine mora aliqua in virtute ipſius Dei, deſtruatis omnia maleficia, incantationes, ligaturas, & facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei factum, vbicunque ſit, & permaneat, ſine in fundamentis domus, ſiue in ingreſſu domus, in camera, aut in lecto, ſiue in ædificio, aut pariete, in agro, via, ſemita, horto, vel in parte aliqua poſitum, ſit. ſiue in veſtibus, & rebus eius, ſeu domo, aut in arbore, fouea, puteo, aut in fluuio, ſeu in quocunque aliquo alio loco ſit, & permaneat ſiue illud ſit abſconditum in ſtatua aliqua lignea, ferrea, ærea, aurea argentea, vel poſita in iuncturis membrorum eius, vel illi datum ſit in cibum, & potum: ex quacunque materia ſit fabricatum, ſiue in ære, plumbo, auro, argento, lana, lino, vel ex oſſibus mortuorum, animalium quadrupedum, volatilium vel piſcium, ſiue in charta virginea, ſiue in herbis, verbis, & lapidibus, & ex quacunque alia materia, & re materiali illud ſit fabricatum, à quouis illud ſit fabricatum, ſiue ille ſit maſculus, ſiue fœmina, ſiue magus, ſiue ſortilega, ſiue ſit mortuus ſiue viuus, ſiue ſit Chriſtianus, ſiue Hebræus, ſiue Gentilis, & Infidelis, & illa vbicunque ſint, ſtatim, feſtinanter, ſine mora ad nihilum redigatis, non obſtantibus quibuſcunque conuentionibus, & pactis inter vos, & maleficium, ſeu magum initis, ad impediendum hunc famulum Dei N. ab vſu legitimo matrimonij. Quòd ſi aliquis Dæmon, quicunque ſit ille, auſus fuerit præcepta mea in virtute Dei facta contemnere, & illis non obtemperare, in virtute ejuſdem Dei omnipotentis, & Domini noſtri Ieſu Chriſti præcipio Lucifero, Satanæ, & omnibus principibus, & ſpiritibus infernalibus, vt contra illum inſurgant, & in profundum inferni ipſum demergant, & ibi illum ligent, affligant, & excrucient, ac omnibus pœnis infernalibus, acriùs, & duriùs ſolito eum afficiant, & non ſit illi adjutor, nec ſit qui illum adjuuet, & ſit illi interdictus omnis locus, præter centrum inferni, vbi horribiliter, & acriter crucietur, & vbi fumus tormentorum ejus aſcendet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

SOLVTIO FIENDA MALEFICIATO in matrimonio.

Hìc Exorciſta ponens manum ſuam ſuper caput maleficiati, conetur deſtruere facturas, & maleficia contra ipſum facta, ſacris verbis, & adjurationibus, hoc modo.

CONIVRATIO.

SI aliquis Maleficus per ſua maleficia, incantationes ligaturas, ſignaturas, & facturas ſuas, vel aliquo verbo, aut pacto, arte diabolica inito, vel aliquo alio maleficio te N. faſcinauit, vel aliquo vinculo te ligauit vt non poſſis vti matrimonio, Chriſtus Filius Dei viui per ſuam pietatem. & miſericordiam te ab illo liberet, & abſoluat, & ego auctoritate Dei omnipotentis Patris †, & Filij, & Spiritus † ſancti, mihi ab ipſo, & à ſancta Catholica, & Romana Eccleſia tradita, diſſoluo omnia illa maleficia, quibus tu N. ab actu coniugali impediris, & diſſoluta eſſe decerno, & præcipio omnibus ſpiritibus immundis, qui ad inſtantiam aliorum dæmonum, ſeu Maleficorum impedimenta illa fabricauerunt, ſeu conſeruauerunt, vel adhuc tali impedimento fauent. & illud conſeruant, & impediunt hunc ſeruum Dei N. aliquo maleficio, ſeu factura à tali actu, vt ſtatim, & ſine mora, non obſtante quocunque pacto cum Malefico, ſeu Malefica inito ſine mora deſtruant, & ab illo remoueant omne opus nefarium diaboli, & miniſtrorum eius, per virtutem, & in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti qui propter magnam miſericordiam ſuam venit in hunc mundum, & incarnatus eſt in vtero beatiſſimæ Virginis Mariæ, vt homines perditos ad cœleſtia reuocaret, quos diabolus ua peruerſitate damnauerat, & cauſa deſtruendi, & expellendi omnia opera Satanæ, & maleficia eius ab omnibus, & condemnandi dæmones in profundum inferni, & abyſſi. Ecce Crucem Domini † fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid Ieſus, Mariæ Filius, mundi ſalus, & Dominus, qui beatiſſimæ Virgini matri ſuæ fœlicem partum tribuit, ſit tibi clemens, & propitius, & ipſe tibi N. concedat, vt matrimonio vti poſſis ad generandam, & educandam, atque nutriendam prolem Deo, hominibus gratam In nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus † ſancti. Amen.

Symbolum Nicænum.

Apoc. 5.

Hìc Exorciſta poterit reiterare omnia ſupradicta, ſi ſibi placuerit, vel finem imponere coniurationi, prout ſibi expedire videbitur: Denuò maleficiatus totus vngatur oleo benedicto, illa benedictione poſita in remedijs noſtri Flagelli, & in illis locis ibi deſcriptis, & præcipuè illa pars vngatur, in qua maleficium eſt illatum: & hoc fiat omni timore, & reuerentia qua poterit. Expediret etiam maleficiato bibere oleum illud, eo modo, quo ibi ordinatum eſt: & hæc omnia ante carnalem coniunctionem. Et ſi (his omnibus præmiſſis) adhuc poſſibilitas illa haberi non poterit: hortandi ſunt, qui iſta patiuntur, ad patientiam: & ad tolerantiam iſtorum, in remiſſionem ſuorum peccatorum, & cauere debent, ne ad aliquid remedium vanum illicitum, & ſuperſtitioſum recurrant, ne illis aliquid deterius contingat.

Digitized by Google

tingat. Apponantur etiam huic maleficio illa omnia remedia poſita in noſtro Compendio, libro tertio, cap. quarto.

EXORCISMVS VIII.

OPTIMVS, ET mirabilis efficaciæ contra eos, qui maleficio taciturnitatis voluntariè impediuntur: cujus practica ſolùm ſpectat ad Sacerdotes.

BENEDICTIO AQVÆ contra maleficium taciturnitatis.

Sacerdos, ſeu Exorciſta cupiens zelo Dei, & juſtitiæ, remouere maleficium taciturnitatis ab aliquo: fuſa priùs oratione ad Deum, habens maleficiatum coram ſe, & aquam preparatam, illam benedicat ſequenti benedictione.

Verſ. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſp. Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

EXorcizo te aqua per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum, per Deum †, qui te creauit, & qui in te baptizari voluit: qui in quatuor flumina de Paradiſo exire iuſſit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te †, aqua, per illum, qui Naam Syrum à lepra mundauit, & per illum, qui te per ſuam poteſtatem in Chana Galileæ conuertit in vinum. Exorcizo te, † per incarnationem Filij Dei viui, per Natiuitatem, Circunciſionem, Baptiſmum, & ſanctum Ieiunium eius, per paſſionem, mortem, & ſepulturam eius, per reſurrectionem, & aſcenſionem eius, per aduentum, & gratiam Spiritus ſancti paraclyti. Per beatam Mariam Virginem Matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per omnia Sacramenta Eccleſiæ Catholicæ, per ſanctum Ioannem Baptiſtam: per omnes ſanctos Patriarchas, & Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Inuocentes, Continentes Dei, & per virtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum ejus: vt in virtute ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti deſtruas omne maleficium taciturnitatis, Diabolica arte fabricatum, & omne opus nefarium Diaboli, & miniſtrorum ejus, omneſque incantationes, ligaturas, ſignaturas, & facturas, Diabolica arte huic famulo N. factas, ne veritatem fateri poſſit, & ad nihilum redigantur, & ſicut diuina potentia expoliaſti infernum, ita expoliare valeas iſtum N. ab omnibus facturis. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Gen. 2. *Ioan. 2.* *Zach. 3.*

Oratio.

Digitized by Google

Oratio.

Ioan.4. TE igitur, Domine Iesu Christe, qui es fons, & aqua salientium in vitam æternam, supplicite exoramus, vt hanc aquam bene†dicere, & exorci†zare pro tua pietate digneris in salutem, adjutorium, & liberationem creaturæ tuæ N. & ipsam liberare digneris ab omni maleficio taciturnitatis, & tueri ab omnibus aliis maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis & facturis Diaboli, & ministrorum ejus, ab ipsis potenter illum defende per virtutem tuam, de cujus latere fluxerunt sanguis & aqua in remedium, & remissionem *Ioan.19.* peccatorum nostrorum. Ita nos, Domine, famuli tui clementiam tuam, & nomen sanctum tum imploramus, vt quicunque ex hac aqua biberint, & gustauerint, liberentur ab omni maleficio taciturnitatis, & abluantur ab omnibus sordibus dæmonum, ac suæ incolumitati illæsi reddantur: nec eis in futurum nocendi habeat potentiam aduersa Dæmonum, & maleficorum potestas. Qui sanctus, & pius es, & permanes in sæcula sæculorum. Amen.

EXORCISMVS.

ITerùm exorcizo te, aqua, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt: vt omnes virtutes aduersarij, omnis exercitus diaboli, omnis incursus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te, vt sis sancta, & salutifera, & ignis ardens aduersus omnes inimicos, & quicunque te biberint, siue gustauerint, sis eis sanitas, & medicina animæ, & corporis, vt in virtute sanctæ Trinitatis effugiat omne maleficium taciturnitatis, & omne opus nefarium diaboli potatione tui separetur, effugiat, & elongetur. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio

BEnedicat, te† aqua, Deus Pater omnipotens, qui te suo verbo creauit, & det tibi ad omne malum & maleficium virtutem, vt quicunque te deuotè sumpserit, & gustauerit liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis, arte diabolica factis, & ab omni spiritu immundo, & per omnia sancta nomina tua Domine Iesu Christe sana cor, & omnia membra huius famuli tui N. & ipsum libera ab omnibus malis animæ, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Zach.3.*

Hic exsuffletur in aquam, dicendo.

Exsufflo te omnis legio Satanæ, in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti. Amen.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, creatura aquæ, in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † sancti, ne sis communis vlli spiritui immundo, ad honorem sanctiss

Digitized by Google

ſanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis viuentis, atque regnantis, vt quicunque te biberint, & guſtauerint, omnis ſpiritus immundus cum omnibus facturis ſuis ab eis recedat. Iterùm exorcizo te, † creatura aquæ, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni Filij Dei viui, Regis, & Iudicis noſtri, vt ſis purgatio omnium maleficiorum, & incantationum factarum huic creaturæ Dei N. quam ipſe ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit, & ad baptiſmum, & gratiam ſuam vocare dignatus eſt. Te ergo inuoco, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, vt hanc aquã exorci†zare, & bene†dicere pro tua pietate digneris, vt omnis immundus ſpiritus locum in ea ampliùs non habeat, ſed in virtute Spiritus ſancti, omnes qui biberint ex ea, recipiant ſanitatem corporis, & animæ, & ab omni maleficio taciturnitatis, nec non & ab omnibus ſpiritibus immundis, ac operibus eorum ſanentur. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Gen. 1.

Oratio.

Matth. 25.

DIgnare, Domine Ieſu Chriſte, exorci†zare, bene†dicere, ſanc†ti†ficare aquam iſtam ad liberandum, & ſanandum famulum tuum. N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis ſibi arte Diabolica factis, & ab omni maleficio taciturnitatis, vt omnia ad nihilum redigantur. Et ſicut tua potentia infernum ſpoliaſti, ita eadem expoliare digneris ipſum famulum tuum N. ab omni machinamento Diabolica arte facto, qui redemiſti nos in manu forti, & brachio extento. Da Domine Ieſu Chriſte, vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur, per te, Ieſu Chriſte Saluator mundi. Amen.

Zach. 9

Oratio.

Hîc aſpergatur aqua benedicta in modum crucis ſuper aquam, & obſeſſum.

MODVS BIBENDI AQVAM benedictam contra taciturnitatem.

Deinde Sacerdos accipiens ſcyphum ſupradicta aqua benedicta plenum, & in illum immittendo guttulam cere benedicta, ſub inuocatione ſanctiſſime Trinitatis ieiuno ſtomacho: tricies in potum maleficiato tribuat, & liberabitur, diuina aſſiſtente gratia.

Ex Malleo Maleſ. par 3. c. 15.

Et quia ſæpe iſti ſic maleficiati ad fingendam, & oſtendendam innocentiam ſuorum delictorum, lachrymas falſas effundere conſueuerunt coram iudice, ideò ad exhibendas falſas lachrymas, prudens Exorciſta his verbis, vel ſimilibus vti poterit, tenens manum ſuper caput maleficiati.

CONIVRATIO.

Ex antiquis Exorciſmis.

COniuro † te N. per amariſſimas lachrymas à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro pro ſalute mundi effuſas; ac per amoroſas & ardentiſſimas lachrymas beatiſſimæ, & glorioſiſſimæ virginis Mariæ matris eius ſuper vulnere ipſius hora veſpertina ſparſas: & per omnes lachrymas, quas in hoc mundo omnes Sancti, & electi Dei pro eius amore effuderunt, à quorum oculis iam omnem lachrymam abſterſit, vt ſi es innoxius lachrymas effundas: ſi autem noxius ſis, nullo modo lachrymare poſſis: In nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus † ſancti Amen.

Digitized by Google

Hîc Exorcista ponat manum sinistram super caput vexati, & signado manu dextera membra corporis maleficiati, cum omni honestate dicat.

EXpelle, Domine Iesu Christe, per virtutem tuæ sacratissimæ passionis omne maleficium taciturnitatis, & omnes fascinationes, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium Diaboli ab hoc famulo tuo N. de capillis, de vertice, de fronte, de cerebro, de panniculis cerebri, de oculis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de ciliis, de supercilijs, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, de femore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de ossibus, de neruis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus juncturis, de toto corpore suo intus, & extra, de quinque sensibus corporis, & animæ, nullúmque locum habeat in ipsa intus, & foris ampliùs, vt sana, & salua fiat per inuocationem sanctissimi nominis tui, & per inuocationem Spiritus sancti coæterni. Tu ergo, Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus & animam ipsius ab omni maleficio taciturnitatis liberare, & saluum facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula sæculorum. Amen.

FINIS.

EGo Frater Timothæus Penzonus Vitellienensis Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Prædicator, sacræ Theologiæ lector, ac Prouinciæ nostræ Bononiæ actualis diffinitor, in verbo veritatis attestor fidemque facio, me auctoritate, & commissione admodum Reuer. Patris Fratris Helisei Capys Veneti, Ordinis Prædicatorum, Inquisitoris Bononiæ diligenter vidisse, & attentè obseruasse librum, cui titulus est, Fustis Dæmonum Reuerendi Patris Hieronymi Mengi Vitellienensis: Cuius initium habet. Dæmonibus corpora humana obsidentibus: & finis. & animam ipsius ab omni maleficio taciturnitatis liberare, & saluam facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen. Et est chartarum nonaginta, in quo, quibusdam deletis, meaque manu nonnullis expurgatis: nihil vidi, nec obseruaui, quod sit contra Sanctam Catholicam Ecclesiam, & eius fidem siue contra Principes, aut mores. Et iudicio meo opus est Catholicum, & vtile futurum maleficiatis, & ideò dignum, vt imprimatur. Datum Bonon. in loco nostro Annuntiatæ Die 14. Ianuarij. 1583.

Idem Fr. Timothæus, qui suprà manu propria.

FV†GA

Digitized by Google



FVGA SATANÆ.

AVTHORE PETRO ANTONIO *Stampa Sacerdote Clauenenſi.*

PETITIO VENIÆ PECCATORVM.

§. I.

DOMINE.

Pſal.85. Verſ. *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me.*
Reſp. *Et confundantur, quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.*

Mat.28. *In nomine Patris, † Et Filij † Et Spiritus † Sancti.*
Reſp. *Amen.*
Pater noſter, Aue Maria, & Credo. Flexis genibus.

Stans Exorciſta dicat:

Lectio Libri Sapientiæ.

Eccli.36. MISERERE noſtri Deus omnium, & reſpice nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum: & immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, vt cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent mirabilia tua.

℣. Tu autem Domine miſerere noſtri. Pſal.40.
℟. Deo gratias. 1.Co.13.

Digitized by Google

Cùm Exorcista legit Euangelium, signet se primò; Deinde frontem patientis, & dicat.

Lectio S. Euangelij secundùm Matthæum.

Mat. 15. IN illo tempore: Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine filij Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur; Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierãt domus Israël. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. ℟. Laus tibi Christe.

S. Eccles. *Hîc Exorcista faciat Cruces, signando obsessum, & dicat:*

Per Euangelica dicta, Extin†guatur, dissi†petur, & destru†atur omnis malitia Diabolica.

Mat. 28. In nomine Patris, † Et Filij, † Et Spiritus †Sancti, Amen.

Et hoc seruetur, quoties cunque legitur Euangelium. Psalmus.

Psal. 50. MIserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.

4 Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo; tota die impugnans, tribulauit me. 55

Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam, quia peccaui tibi. 40

Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. 56

Deus misereatur nostri, & benedicat † nobis; illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. 66

Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis. 9

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniã conturbata sunt omnia ossa mea. 6

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: cõturbatus est in ira *oculus* meus, anima mea, & venter meus. 30

Aspice in me, & miserere mei, secundùm iudicium diligentium nomen tuum. 118

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te, Domine, animam meam leuaui. 85

Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia repleti sumus despectione. 122

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri *ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* *Ibid.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sãcto. ℣ S. Eccles. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. ℟ Eadem.

Oratio dicatur flexis genibus.

OREMVS.

INeffabilem misericordiam tuam Domine huic seruo tuo N. clementer ostende; vt simul eum, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis quas pro his meretur eripias. Per Christũ Dominum nostrum ℟. Amen. *Ab Ecclesia.*

EXPO

Digitized by Google

EXPOSITIO NECESSITATIS.

§. II.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Cap. 2. ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili, Visio dura nunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me, sicut angustia parturientis: corrui cùm audirem, conturbatus sum cùm viderem, Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Tu autem Domine miserere nostri.

℟. Deo gratias.

Lectio S. Euangelij secundùm Ioannem.

Cap. 9. IN illo tempore: Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate; & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nascerétur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

S. Eccles. ℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, Extinguantur, † &c. vt suprà. Psalmus.

Psalm.

118 DEfectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Zain 118

Thet. Coagulatum est sicut lac cor meum: ego verò legem tuam meditatus sum.

Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. 30

Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. 37

Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. 54

Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. *Ibidem.*

Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laqueis mortis. 114

Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. *Ibidem.*

Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei 121

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, quia ad te Domine, Domine oculi mei. 140

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. 68

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. 43

Sicut aqua effusus sum, & dissipata sunt omnia ossa mea. 21

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. 37

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. 22

Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. 30

Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. 118 *Thet.*

Super omnes inimicos meos factus sum 30

Digitized by Google

ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.

68 Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

78 Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.

68 Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

122 Quia multùm repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

118 Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus. *Heth.*

39 Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meũ dereliquit me.

30 In eo, dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt.

2 Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia oſſa mea.

123 Cùm iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

39 Quoniam circumdederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.

123 Cùm exurgerent homines in nos, forte viuos deglutiſſent nos.

79 Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

43 Dediſti nos tanquam oues eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.

Ibidem. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

79 Dediſti nos tanquam oues eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.

Ibidem. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem & deriſum his, qui in circuitu noſtro ſunt.

Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. 65

Quoniam probaſti Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. *Ibidem.*

Ego autem in te ſperaui Domine, dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis ſortes meæ. 30

Gloria Patri, & Filio &c. 5

Sicut erat in principio &c. *Eccleſia.*

Vt ſupra. Flectle genua.

ORÉMVS.

Oratio.

PReces famuli tui N. quæſumus Domine clementer exaudi, vt qui iuſtè pro peccatis ſuis affligitur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberetur. *Ab Eccleſia.*

Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EXPONVNTVR INSIDIÆ DIABOLI.

§. III.

Lectio Lib. Eſther.



RAVIT Mardochæus ad Dominum Deum, dicens: Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarẽ, excepto Deo meo. Et nunc Domine Rex, Deus Abraham miſere *Eſth. 13.*

Digitized by Google

miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Agypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti, & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne
Psal.40. claudas ora te canentium. Tu autem
1.Co.15. Domine miserere nostri.
℟. Deo gratias.

Lectio S. Euangelij secundùm Lucam.

Luc.11. CVm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.
℟. Laus tibi Christe, *vt suprà.*
Per Euangelica dicta, vt suprà, fol. 348.

Dicto Euangelio sedeat Exorcista, & capite cooperto dicat, Psalmus.

Psal.36. OBseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.
Cant. Moy. Dixit inimicus, persequar, & comprehendam: diuidam spolia, implebitur anima mea.
Psal.36. Vt deficiant pauperem, & inopem: vt trucident rectos corde.
118 Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
Zayn.
Psal.40. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
30 In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.
In circuitu impij ambulant: secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. 11
Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. 36
Etenim homo pacis meæ, in quo sperabam: qui comedebat panem meum, magnificauit super me supplantationem. 40
Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. 55
Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. 61
Inimici mei viuunt, & infirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè. 37
Dum confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi, qui tribulant, me inimici mei. 41
Dum dicunt mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? *Ibidem.*
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius. 40
Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt. 11
Quis noster Dominus est?
Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? 40
Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. 139
Exacuerũt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. 63
Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. 56
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. 139

In

141 In via hac qua ambulabam, abscon-
derunt laqueum mihi.

143 Querum os loquutum est vanita-
tem: dextera eorum dextera iniqui-
tatis.

117 Circumdederunt me sicut apes, &
exarserunt sicut ignis in spinis

56 Filij hominum dentes eorum, arma,
& sagittæ, & lingua eorum gladius
acutus.

36 Gladium euaginauerunt peccatores:
intenderunt arcum suum, vt deci-
piant pauperem, & inopem, & tru-
cident rectos corde.

Ibidem. Dominus autem non derelinquet
eum. N. in manibus eius, nec
damnabit eum cùm iudicabitur
illi.

Oratio, & dicatur genibus flexis.

OREMVS.

*Ab Ec-
clesia.* DEus, qui hunc famulum tuum N. in tantis periculis constitutum, pro humana scis fragilitate non posse subsistere. Da ei salutem mentis, & corporis, vt ea, quæ pro peccatis suis patitur, te adiuuante vincat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

MALA QVÆ DÆMONES OPERANTVR.

§. IV.

Lectio Libri Iob.

Iob. EVADAM die, cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus: Vnde venis? Qui respondens, ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixítque Dominus ad eum: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Cui respondens Satan, ait: Nunquid Iob frustra timet Deum; nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersámque substantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egressúsque est Satan à facie Domini.

Lectio S. Euangelij secundùm Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: *Non est* seruus maior domino *suo*, si me persequuti sunt, & vos persequentur. *Ioan.* 15.

℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica, &c. vt suprà. fol. 348.

Psalmus.

ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi. *Psal.* 118 *Lamed. Ibidem. Caph.*

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.

Quorũ os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eo- 23

rum

tum ad effundendum sanguinem.

118 Multi, qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non
Res. declinaui.

26 Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.

54 Quoniam aequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.

Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

16 Proiicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Ibidem. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.

70 Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum quia non est, qui eripiat.

10 Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro recto corde.

25 In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

21 Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Ibidem. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

128 Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël.

Ibidem. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

128 Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Eleua oculos.

54 Tu verò Deus, deduces eos in puteum interitus.

Oratio genibus flexis.

OREMVS.

DA quæsumus omnipotens Deus, vt hic famulus tuus N. qui in tot aduersis ex sua infirmitate deficit, intercedente vnigeniti Filij tui passione, respiret. Per Christum Dominum, &c. *Ab Ecclesia.*

POSTVLAT

Exorcista Auxilium à Deo pro se, & pro patiente.

§. V.

Lectio Libri Tobiæ.

IN diebus illis orauit Sara filia Raguelis ad Dominum, dicens: Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum. Qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis, his qui inuocant te. Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto Domine, vt de vinculo, improperij huius absoluas me. *Tob. 13.*

℣. Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda. *Ire. 11.*

℟. Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

Digitized by Google

Lectio S. Euangelij secundùm Matthæum.

M. 2. 10 IN illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum: vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. ℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, &c. vt suprà. fol. 348.

Psalmus.

Psal. 69. DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
7 Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.
5 Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
119 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.
143 Domine inclina cœlos tuos & descende: tange montes & fumigabunt.
Ibidem. Domine, quis est homo, quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum.
53 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me.
12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersùs eum?
63 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.
16 Exurge Domine: præueni eum, & supplanta eum: eripe animam
Ibidem. meam ab impio, framcam tuam ab inimicis manus tuæ,
Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. 43
Emitte manū tuam: de alto eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. 143
Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. 149
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. 26
Aufer à me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. 118
Gimel.
Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda. *Ibidem. Heth.*
Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. 21
Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. 21
Libera me sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. 50
Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. 141
Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. *Psal. 118* 68
Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me *profundum*, neque vrgeat super *me puteus* os suum.
Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. 73
Ne perdas cum impiis Deus animam meam & cum viris sanguinum vitam meam. 25
Neque irrideant me inimici mei; etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. 24
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum. 73
A resistentibus dexteræ tuæ custodi me: vt pupillam oculi sub vmbra 16
alarum

Digitized by Google

alarum tuarum protege me.

142 Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

24 Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

53 Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

9 Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius & non inuenietur.

78 Vsquequo Domine irascéris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus.

73 Vsquequo improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.

142 Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me. Respice, & exaudi me, Domine Deus meus.

73 Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem.

85 Fac mecum signum † in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

113 Super misericordia tua, & veritate tua, nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum.

7 Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.

78 Effunde iram tuam in gentes, qui te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Ibidem. Ne fortè dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum, & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ibidem. Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

27 Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinuentionem ipsorum.

Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis. *Ibidem.*

Pone eos vt clybanum ignis, in tempore vultus tui Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. 20

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum. *Ibidem.*

Præcipita Domine: diuide liuguas eorum quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. 54

Dispergе illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. 58

Rege eos in virga ferrea, & tamquam vas singuli confringe eos. 2

Dissipa gentes quæ bella volunt: effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. 67 68

Fulgura coruscationem † & dissipabis eos: emitte sagittas † tuas & conturbabis eos. 143

Oratio flexis genibus.

DEus refugium nostrum, & virtus; adesto piis famulorum tuorum precibus, auctor ipse pietatis, & præsta; vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Ab Ecclesia.*

Digitized by Google

Lectio S. Euangelij secundùm Matthæum.

M. 10.1 IN illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum: vt eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. ℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, &c. vt suprà. fol. 348.

Psalmus.

Psal. 69. DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
7 Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.
5 Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
119 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.
143 Domine inclina cœlos tuos & descende: tange montes & fumigabunt.
Ibidem. Domine, quis est homo, quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum.
53 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me.
12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersùs eum?
63 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.
16 Exurge Domine: præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, framcam tuam ab inimicis manus tuæ,
Ibidem. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. 43
Emitte manũ tuam: de alto eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. 143
Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. 149
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. 26
Aufer à me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. 118
Gimel. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda. *Ibidem. Heth.*
Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. 21
Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. 21
Libera me sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. 50
Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. 141
Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. *Psal. 118*
Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me *profundum*, neque vrgeat super me puteus os suum. 68
Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. 73
Ne perdas cum impiis Deus animam meam & cum viris sanguinum vitam meam. 25
Neque irrideant me inimici mei; etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. 24
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum. 73
A resistentibus dexteræ tuæ custodi me: vt pupillam oculi sub vmbra alarum 16

Digitized by Google

alarum tuarum protege me.

12 Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

24 Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

53 Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

9 Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius & non inuenietur.

78 Vsquequo Domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus.

73 Vsquequo improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.

12 Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me. Respice, & exaudi me, Domine Deus meus.

73 Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem.

85 Fac mecum signum † in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

113 Super misericordia tua, & veritate tua, nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum.

7 Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.

78 Effunde iram tuam in gentes, qui te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Ibidem. Ne fortè dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum, & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ibidem. Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

27 Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinuentionem ipsorum.

Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis. *Ibidem.*

Pone eos vt clybanum ignis, in tempore vultus tui Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. 20

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum. *Ibidem.*

Præcipita Domine: diuide liuguas eorum quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. 54

Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. 58

Rege eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringe eos. 2

Dissipa gentes quæ bella volunt: effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. 67 68

Fulgura coruscationem † & dissipabis eos: emitte sagittas † tuas & conturbabis eos. 143

Oratio flexis genibus.

DEus refugium nostrum, & virtus; adesto piis famulorum tuorum precibus, auctor ipse pietatis, & præsta; vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Ab Ecclesia.*

Digitized by Google

QVID FACIET DEVS IN AVXILIVM oppreſſorum.

§. VI.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

Iſa. 14. QVOMODO cecidiſti de cœlo lucifer, qui manè oriebaris? Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo. In cælum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient. Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram, qui concuſſit regna?

Surgat exorciſta, & dicat.

Pſal. 40. ℣. Tu autem Domine miſerere
1. Cor. 15 noſtri.
℟. Deo gratias.

Lectio S. Euangelij ſecundùm Lucam.

Luc. 11. IN illo tempore. Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum; & cùm eieciſſet dæmonium, loquutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.
S. Eccleſ. ℟. Gloria tibi Domine *vt ſuprà.*

Per Euangelica, &c. vt ſupra.
fol. 348.

Pſalmus.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. 169

Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine dextera tua Domine percuſſit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos. *Exo. 15.*

Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando & carbones ignis. 17

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati ſunt omnes inſipientes corde. 75

Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. *Ibidem.*

Inimici defecerunt frameæ in finem & ciuitates eorum deſtruxiſti. 9

Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum allcuarentur. 72

Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. 77

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis. 67

Poſuit tenèbras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aëris. 17

Parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. 7

Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum. 75

Increpaſti gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi. 9

Increpaſti ſuperbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis. 118 *Gimel.*

Tu confregiſti capita draconis: dediſti

Digitized by Google

disti eum escam populis Æthiopum.

Ibidem. Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.

144 Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos.

Ibid. Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet,

145 Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Ibidem. Dominus erigit elisos: Dominus illuminat cæcos, & vias peccatorum disperdet.

32 Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

52 Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent.

2 Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

28 Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Ibidem. Et comminuet eos tanquàm vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicoraium.

45 Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.

57 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molax leonum confringet Dominus.

128 Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

5 Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

36 Dominus irridebit eum, quoniam prospicit quòd veniet dies eius.

33 Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Velut somnium surgentium Domine, 72
in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quoniam non intellexerunt opera 27
Domini: & in opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos.

Statuit ea in æternum, & in sæcu- 148
lum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse *Ibidem.*
mandauit, & creata sunt.

Oratio flexis genibus.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordi huius famuli tui N. amoris affectum, vt te in omnibus, & super omnia diligens; promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequatur. Per Dominum nostrum, &c. *Ab Ecclesia.*

DEPRECATIO

Ad Deum in Auxilium contra Dæmones, & cooperantes.

§. VII.

Exorcista stans dicat:

Lectio B. Pauli Apostoli.

FRATRES, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Heb. 4.*

℣. Tu autem Domine miserere nostri. *Psal. 40.*

℟. Deo gratias. *1. Co. 15.*

Digitized by Google

Lectio S. Euangelij secundùm Lucam.

Luc. 11. IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis; Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.

℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta &c. vt suprà. fol. 348.

Exorcista flectat genua, & ad Deum dicat:

Psalmus.

63 EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

143 Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.

60 Exaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.

125 Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.

78 Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

79 Incensa igni, & suffosa ab increpatione vultus tui peribunt.

82 Sicut ignis qui comburit syluam: & sicut flamma comburens montes.

Ibidem. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

Ibidem. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem.

Ibidem. Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.

78 Ne quando dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum?

34 Ne dicant in cordibus suis, Euge, Euge, animæ nostræ.

Nec dicant, Deuorabimus eum. *Ibidem.*

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. 30

Ita persequeris illos in tempestate tua † & in ira tua turbabis eos. 82

Oratio flexis genibus.

DEus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende † de virtutem vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen. S. Eccles.

EXORCIZATIO SVPER INFIRMVM.

§. VIII.

Exorcista sedens dicat.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

NVNQVID tolletur à forti præda; aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Isaiæ 40.

℣. Tu autem Domine miserere nostri. Psal. 40. 1. Cor. 15

℟. Deo gratias.

Exorcista

Digitized by Google

Exorcista stans dicat.

Lectio S. Euangelij secundiem Lucam.

Luc. 11. IN illo tempore, dixit, Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. ℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica, dicta, vt suprà. fol. 348.

Sedeat Exorcista, & versus patientem dicat.

Psal. 36 EXpecta Dominum N. & custodi viam eius, & exaltabit te; vt hæreditate capias terram, cùm petierint peccatores videbis.

42 Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

26 Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

54 Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

90 Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

90 Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt costodiant te in omnibus viis tuis.

1 Et erit N. tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

120 Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.

Ibidem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Ibidem. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

90 Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno

120 Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël.

90 A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.

33 Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his † non conteretur.

Versus patientem, dic.

19 Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Ibidem. Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Syon tueatur te.

Ibidem. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.

Ibidem. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluũ fecit Dominus Christum suum.

120 Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.

4 Signatum † est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo.

1 Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quam proiicit ventus à facie terræ.

Oratio flexis genibus.

S. of Eccl. OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo N. pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

ENVME

ENVMERANTVR Mala quæ Dæmonibus, & eorum miniſtris ventura ſunt.

§. IX.

SEDE.

Lectio Libri Iob.

Iob. 20. HOc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, Quòd laus impiorum breuis ſit, gaudium hypocritæ ad inſtar puncti Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur & qui eum viderant dicent, Vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non videbit, neque vltrà intuebitur eum locus ſuus.

Pſal. 40. 1. Cor. 15 ℣. Tu autem Domine miſerere noſtri. ℟. Deo gratias.

Lectio S. Euangelij ſecundum Lucam.

Luc. 14. INillo tempore ſurgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea: Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam. Et continuò ſurgens miniſtrabat illis. Cùm ſol autem occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia, & dicentia, Quia tu es filius Dei.

Per Euangelica dicta, prout ſuprà. fol. 348.

Sedeat Exorciſta.

Pſalmus.

QVi tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Pſalm. 26

Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. 1. Reg. 2.

Periit memoria eorum cum ſonitu, & Dominus in æternum permanet. Pſal. 9.

Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. 3

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat. 14

Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. 48

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit. 7

In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. 9

Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. 56

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. 35

Sagitta paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. 63

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Ibidem.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. 62

Dum ſuperbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in conſilijs, 9

Digitized by Google

filijs, quibus cogitant.

143 Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra præterierunt.

36 Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes tanquàm fumus deficient.

Ibidem. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

48 Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet.

139 Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient interitu.

54 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

36 Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident.

1 Pluet super peccatores laqueos ignis; & sulphur procellæ pars calicis eorum.

58 Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem.

1. *Reg.* 1. *Ps* 139. Impij in tenebris conticescent: cadent super eos carbones; in ignem deiicies eos; in miseriis non subsistent.

36 Quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

139 Caput circuitus eorum: labor labiorum operiet eos.

140 Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego, donec transeam.

118 Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum.

57 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum, donec infirmentur.

111 Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Conuertetur dolor eius, in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. 7

Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. 89

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferi nouissima. *Deut.* 32.

Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. 58

Hæc via illorum scandalum ipsis, & posteà in ore suo complacebunt. 48

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. 56

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus. 17

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. 47

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. 113

Et dicet omnis populus: Fiat, fiat, fiat. Amen, Amen, Amen. 105

Oratio flexis genibus.

DEus qui B. Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti, famuli tui N. *in veneficiorum constituti* vincula absolue † & eum ipsius meritis illæsum abire concede. Per Christum Dominum nostrum, Amen. *Ab Ecclesia. Autor.*

PRÆPARATIO EXORCISTÆ.

Cum auxilio Dei, ad inuehendum contra dæmones.

§ X.

Stans Exorciſta dicat.

Lectio Libri Sap.

Ab Eccleſia.

ALLEVA Deus (dicit Eccleſiaſtes) manum tuam ſuper gentes alienas, vt videant potẽtiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in eis, vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt Deus præter te Domine. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dexterum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui ſaluatur: & qui peſſimam plebem tuam inueniant perditionem. Contere caput principum inimicorum, dicentium: Non eſt alius præter nos, Congrega omnes tribus Iacob, vt cognoſcant, quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos ſicut ab initio.

Pſal. 40. 2. Cor. 15. Pſ. 105.

℣. Tu autem Domine miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

Lectio S. Euangelij ſecundùm Marcum.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euãgelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; Qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, *linguis* loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Marc. 16.

℟. Laus tibi Chriſte.

S. Eccleſ.

Per Euangelica, &c. vt ſuprà. fol. 348.

Pſalmus.

DEus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. *Pſal. 17.*

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt. 118.

Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti.

Et præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me. 17

Da imperium tuum puero tuo, & ſaluum 85

Digitized by Google

ſaluum fac filium ancillæ tuæ.

109 Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

34 Apprehende arma,& ſcutum:& exurge in adiutorium mihi.

107 In Deo faciemus virtutem,& ipſe ad nihilum deducet inimicos nostros.

43 In te inimicos ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Ibidem. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me.

59 In Deo faciemus virtutem,& ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

118 Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.

Sedeat Exorciſta.

26 SI Conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.

Ibidem. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.

131 Inimicos eius N.induam confuſione, ſuper ipſum N. autem efflorebit ſanctificatio mea.

91 Et deſpexit oculus meus inimicos meos; & in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Ibidem. Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia vberi.

61 Quouſque irruitis in hominem? interficitis vniuerſi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ.

17 Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos,& non conuertar donec deficiant.

Ibidem. Confringam illos, nec poterunt ſtare:cadent ſubter pedes meos.

74 Et omnia cornua peccatorum confringam: &exaltabuntur, cornua iuſti.

17 Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum plateārum delebo eos.

Euaginabo gladium † meum; interficiet eos manus mea. *Ibid.* 15.

Hic N. accipiet benedictionem † à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. 23

Oratio flexis genibus.

INteruenientibus, Domine, S. Maria Virgine matre tua, & omnibus Sanctis, famulo tuo N.placatus oſtende virtutem, vt deſtructis aduerſitatibus vniuerſis, inſidiiſque diabolicis, ſecura deinceps tibi ſeruiat libertate. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum,Amen. *Ab Eccleſia.*

IMPRECATIO IN DÆMONES, & cooperantes.

§. XI.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum Ælam, & ſumam fortitudinem eorum, & inducam ſuper Ælam quatuor ventos, à quatuor plagis cœli: & ventilabo eos in omnes ventos iſtos: & non erit gens ad quam non perueniant profugi Ælam: & pauere faciam Ælam coram inimicis ſuis,& in conſpectu quærentium animam eorum. Et adducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittam *Ier.* 49.

Digitized by Google

post eos gladium donec consumam eos.

℣. Tu autem Domine, &c.

Lectio S. Euangelij secundùm Lucam.

Luc. 10. IN illo tempore: Reuersi sunt septuaginta duo discipuli cum gaudio, dicentes: Domine, & iam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedit vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.

℣. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, vt suprà. fol. 483.

Sedeat Exorcista, & capite cooperto dicat magna cum efficacia.

4. Esr. 16. DOminus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea.

Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum?

Coruscabit, & quis non timebit?

Tonabit, & quis non pauebit?

Dominus cominabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius?

Terra tremuit, & fundamenta eius: Mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: quoniam fortis dextera eius, quæ arcum tendit.

Ibidem. Sagittæ eius acutæ, quæ ab ipso mittuntur: non deficient cùm ceperint.

Psalmus.

Psal. 67. EXurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut Ibidem. fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala. 34

Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. 69

Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge, Euge. Ibidem.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum. 9

Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. 118 34

Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. 39

Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ; operiantur confusione & pudore, qui quærunt mala mihi. 70

Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. 24

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. 68

Decidant à cogitationibus suis: secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. 5

Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valdè velociter. 6

Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis. 34

Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant. 82

Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos. 34

Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Ibidem.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, in retributiones, & in scandalum. 68

Fiat

Ibidem. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

128 Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit.

Ibidem. De quo non impleuit manum suam, qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget.

39 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, Euge.

34 Induantur confusione, & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.

68 Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.

34 Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio quam abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum.

54 Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.

36 Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.

89 Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat, & vespere decidat, induret, & arescat.

108 Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.

Ibidem. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.

Ibidem. Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius.

Ibidem. Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum, pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.

Ibidem. Cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

113 Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

115 Declinate † à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

6 Discedite † à me omnes, qui operamini inquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Immissus est vobis gladius, & qui auertat illum? *Esdr.16.*

Immissus est vobis ignis, & qui est qui extinguat illum? *Ibidem.*

Immissa sunt vobis mala, & qui est qui repellat ea? *Ibidem.*

Dominus fortis immittit mala, & qui est qui repellat ea? *Ibidem.*

Præceptum.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. *Psal.23.*

Respondetur.

Quis est iste Rex gloriæ? *Ibidem.*
Dominus fortis & potens. *Ibidem.*

Præceptum.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. *Ibidem.*

Respondetur.

Quis est iste Rex gloriæ? *Ibidem.*
Dominus fortis, & potens.
Dominus potens in prælio.

Præceptum.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. *Ibidem.*

Respondetur.

Quis est iste Rex gloriæ? *Ibidem.*
Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Oratio genibus flexis.

SAna me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam *Iere.17.*

niam laus mea tu es. Non sit tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO AD EXORCISTAM.

Autor. *IMprecationem suprascriptam repetere poteris, prout tibi expedire videbitur; Et idem faciendum sequenti §. 12. Aduerte etiam, sequentem §. proprie spectare ad Exorcistas, & non ad quemlibet alium. In quo perlegendo, illud obseruandum est, quòd aptare debes sententias, vel ad singularem, vel ad pluralem casum, prout opus fuerit. Nam posita sunt, eo modo, quo in sacris paginis reperta sunt.*

Praterea prudens Exorcista interrogationes faciet, si opus fuerit ad arbitrium suum & vbi in §. sequenti viderit expedire, &, vt facilius id præstare possit, alibi, uibus in locis, vel per hoc Z. signum, vel per rubricam ante oculos ponam.

Scire etiam debet sequentem §. adhibendum esse, quando spiritus maligni præsentialiter habitant corpora humana: non autem quando tantùm potestatiue, siue per sola maleficia. Ideoque ad maleficiatos tantùm, vti poteris cæteris, hoc prætermisso. Quod si expedire videatur, legatur.

PRÆCEPTVM Diabolo Faciendum.

§. XII.

Exorcista sedens dicat:

Lectio Actuum Apostolorum.

FACTVM est euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum & nos clamabat dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit, PRÆCIPIO tibi in nomine IESV CHRISTI exire ab ea. Et exiit eadem hora. *Act. 16.*

Surgat Exorcista.

Lectio S. Euangelij secundùm Marcum.

IN illo tempore; Respondens vnus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum & cùm vidisset eum statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interro *Marc. 9.*

Digitized by Google

interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquas misit, vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum lacrymis, aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immūdo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, Ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum. Et exclamans & multùm discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit.

Per Eucharistica dicta, prout suprà. fol. 348.

Sede, & cooperto capite dicat.

Isaiæ. 26 EXpergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere.

Habac. 2. Væ qui dicit ligno, Expergiscere, surge lapidi tacenti. Nunquid ipse docere poterit?

Ibidem. Ecce iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius.

Ibidem. Dominus autem in templo sancto suo, sicut sileat à facie eius omnis terra.

Ioel. 1. Expergiscimini ebrij & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro.

4. Esd. 8. Cuius verbum verum, & dicta perseuerantia, cuius visio fortis.

Eccl. 39. In verbo eius stetit aqua sicut congeries, & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipsius placor sit.

Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. *Psal. 18.*

Præceptum posuit & non præteribit. *Ps. 148.*

Ipse de regibus triumphabit. *Hab. 1.*

Præcipio, non ego, sed Dominus. Z. *1. Cor. 7.*

Qui dixit,

Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. *Luc. 10.*

Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Z.

Qui dixit,

Esto eis in præceptum. *Exec. 38.*

Et iterum:

Si non audierint, euellam gentem illam euulsione, & perditione. Z. *Ierc. 12.*

Ad dæmones & cooperantes.

PRæcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem vt serues mandatum. Z. *1. Tim. 6.*

Non enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt; Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Dei enim minister est, vindex in iram. Ideò necessitate subditi estote. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. *Rom. 13.* *Matt. 26*

Adiuro te per Deum viuum.

Vt

Non contradicas verbo veritatis vllo modo; & de mendacio ineruditionis tuæ confundere, *Eccl. 14.*

Quod tibi nomen est? *Marc. 5.*

Interroga de nomine, & si vnus est vel plures; & scribe in charta. Quòd si loqui non vult vel reticet nomen: Tu nomen finge, & scribe.

Iuxta modum inferiùs §. 20 traditum,

Postea

Postea dicas ad Deum conuersus.

Psal.53. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.

Iudith. 16 Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

Ad diabolos.

Ioan.8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam N. lapidem mittat.

Act.19. Adiuro vos per Deum quem Paulus prædicat. Z.

Et

Interroga de causa vexationis, & cuius auctoritate expelli debet id est à quo Exorcista, &c.

Ioan.9. Da gloriam Deo.

Iterum interroga de spectantibus ad expulsionem.

Deut.12. Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito. Z.

Et

Deut.4. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis: oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuit omnes cultores eius de medio vestri.

Præcipe quæ spectant ad liberationem. Quòd si mendacibus verbis, vel nugis vtitur, insurge.

Et *dic.*

Iob. 6. Quare detrahitis sermonibus veritatis.

Iosue 19. Cur non decipere fraude voluistis? vt diceretis: Procul valde habitamus à vobis, cùm in medio nostri sitis? Ideo sub maledictione eritis.

Deut.18. Idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem,

Præcipe quæ tibi expedire videntur.

Omne mandatum, quod ego præcipio tibi, caue diligenter vt facias. *Deut.8.*

Iterum præcipe prout dixi suprà.

Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini. *3.Reg.22.*

Iterum Interroga.

Custodit mandatum, quod præcipio vobis hodie. *Deut 27.*

Et sicut præcepimus vobis. *1.Thes.4*

Quia Domini sunt mandata. *1.Cor.14*

Ad Deum stans.

Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. *Psal.7.*

Si his peractis adhuc Diabolus non recessit, vel non obedierit, dicas sequentem protestationem magna fide & efficacia, maximè verò si finis imponendus est legendi pro illa vice.

PROTESTATIO.

SEDE.

PRO eo, quòd reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subitò dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli, contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. *Quibus adde aliqua ex §.24. Sed præcipuè fol.... formido, &c.* *Isa.30.*

SOL

Digitized by Google

SOLVTIO MALEFICIORVM.

§. XIII.

Exorcista stans dicat:

Lectio Libri Exodi.

Exo. 12. IN diebus illis: Ingressi Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter, proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

Tu autem Domine, &c. *vt suprà.*

Lectio S. Euangelij secundùm Marcum.

Marc. 7. IN illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculam eius, & expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi, Epheta, quod est adaperire, & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius: & loquebatur rectè.

℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, vt suprà. fol. 348.

℣. Bene omnia fecit.

℟. Et surdos fecit audire, & mutos loqui. *Ibidem.*

Hic sede

AIt Dominus exercituum, afflixit te, & non affligam te vltrà, & nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam. *Nahum.*

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam. *Psal. 11.*

Ait Dominus exercituum: Conteram virgam eius de collo tuo, & vincula eius disrumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni. *Ierem. 30.*

Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. *Psal. 113.*

In vinculis non dereliquit eum. *Sap. 10.*

In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur: & peribunt à facie tuæ. *Psal. 9.*

In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. *1. Ioan. 3.*

Propterea Deus destruet † te in finem: euellet † te, & emigrabit † te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. *Psal. 51.*

Reges eos Deus in virga † ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. 2

Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. 117

Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes. 82

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. 67

Sicut cera quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem. 57

Quoniam brachia peccatorum conterentur; confirmat autem iustos Dominus. 36

Digitized by Google

7 Nisi conuersi fueritis, gladium † suum vibrabit: arcum † suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit † vasa mortis, sagittas ††† suas ardentibus effecit.

3 Hic N. accipiet benedictionem † à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.

90 Quoniam Angelis suis mandauit de te N. vt custodiant te in omnibus viis tuis.

2 Dirumpamus † vincula † eorum, & proiiciamus † à nobis iugum ipsorum. †.

Benedicat † te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

Oratio flexis genibus.

DEus qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti, concede, vt intercessionis eius auxilio à peccatorum nexibus, & diabolicis vinculis hic famulus tuus N. liberetur. Per eum qui est morti mors, & inferno morsus, & qui cum Patre, & Spiritu sancto venturus est iudicare sæculum per ignem.

BONA A DEO OBTENTA ENVMERANTVR, & est præludium actionis gratiarum.

§. XIV.

Lectio Libri Tobiæ.

Tob. 12. IN diebus illis; Dixit Angelus Raphaël. Tempus est vt reuertar ad eum, qui me misit. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & vltrà eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

Tu autem Domine, &c. *vt suprà.*

Lectio S. Euangelij secundùm Marc.

IN illo tempore: Dixit Iesus ad illos, qui surdum, & mutum sanandum obtulerant, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo ampliùs admirabantur, dicentes: *Bene* omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Marc. 7.

℣. Laus tibi Christe, &c. *vt suprà* fol. 348.

Psalmus.

VEnite, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit Deus animæ meæ. 65

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, & eripuit animam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. 65

Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. *Ibidem.*

In petra exaltauit me & nunc exaltauit caput meũ super inimicos meos 26

Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. 117

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. 115

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. 30

Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. 118

Bonum mihi, quia humiliasti me, vt dicam iustificationes tuas. *Ibidem.*

Bonum

Ibidem. Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri, & argenti.

Ibidem. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea quia eloquium tuum viuificauit me.

17 Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

46 Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.

77 Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

106 Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis.

26 Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

106 Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum diſrupit.

135 Et redemit nos ab inimicis noſtris, quoniam in æternum miſericordia eius.

106 Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

Luc. Pſal. Salutem ex inimicis noſtris; & de manu omnium, qui oderunt nos.

65 Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.

123 Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Ibidem. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.

Ibidem. Laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus.

15 Funes ceciderunt mihi in præclaris; etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

124 Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.

27 Et reſloruit caro mea: ex voluntate mea confitebor ei.

125 Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis.

Ibidem. Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Oratio flexis genibus.

Ex libro Tobiæ.

MAgnus es Domine in æternum, & in omnia ſæcula regnum tuum: quoniam tu flagellas & ſaluas: deducis ad inferos & reducis: & non eſt qui effugiat manum tuam. Confitemini Domino, & in conſpectu gentium laudate eum; quoniam ideo diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia non eſt alius Deus omnipotens præter eum. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. *Tob.13.*

℣. Tu autem Domine miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

GRATIARVM ACTIO.

Pro obtenta liberatione.

§. XV.

Lectio B. Pauli Apoſtoli.

BEnedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. *2.Cor.1.*

Tu autem Domine, &c. *vt ſuprà.*

Lectio S. Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Cùm ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum, oc- *Luc.17.*

Digitized by Google

currerunt ei decem viri leprosi qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, Gratias Agens, & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

℣. Laus tibi Christe. *vt suprà.*

Per Euangelica, &c. vt suprà.
fol. 348.

Psalmus.

Ps.102. BEnedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Ibidem. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis N. qui sanat omnes infirmitates tuas.

Ibidem. Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci, omnes retributiones eius.

Ibidem. Qui redemit de interitu vitam tuam: quæ coronat te in misericordia, & miserationibus.

115 Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?

114 Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

115 Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

90 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

87 Dilatasti gressus meos (Domine) subtus me, & non sunt infirmata ve-

stigia mea.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium. 55

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos, diripiebant sibi. *Ibidem.*

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. 29

In Deo laudabo verbum, in Deo laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo: Quid faciet mihi homo? 55

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. *Luc. 1.*

Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

ORATIO.

COnfitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundùm multitudinem misericordiæ nominis tui, à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circundederunt me: à pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. *Ecclesiastici 51.* 1

DE

Digitized by Google

DEPRECATIO PRO ACQVISITÆ sanitatis conseruatione.

§. XVI.

Exorcista stans dicat:

Lectio B. Petri Apostoli.

1. Pet. 5. DEVS omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Lectio S. Euangelij secundùm Ioannem.

Ioan. 1. IN illo tempore, dixit ad Patrem Iesus: Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.

Per Euangelicam lectionem, tribuat nobis Deus omnipotens suam sanctam gratiam, & Benedictionem, Amen.

Psalmus.

Psal. 90. QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

116 Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquàm sederitis, qui manducatis panem doloris. 126

Quoniam,

Nisi Dominus ædificauerit domum, *Ibidem.* in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, *Ibidem.* frustrà vigilat qui custodit eam.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradet eum in animam inimicorum eius. 40

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in sæculum. 120

Conserua me Domine, quoniam speraui in te, dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. 15

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias. 70

Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum, qui me afflixerunt. 16

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij vt saluum me facias. 30

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula; protegar in velamento alarum tuarum. 60

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi. 16

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. 83

In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus. 70

Manda Deus virtute tua: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. 69

Oratio flexis genibus.

QVæsumus omnipotens Deus, famulum tuum N. propitius respi- *S. Eccles.*

respice vt, te largiente, regatur in corpore, & te seruante, custodiatur in mente. Per Christum Dominum nostrum,&c.

ADMONITIO AD PERSONAM Liberatam, Et vt propria dimissio.

§. XVII.

Conuersus Exorcista ad personam liberatam, dicat:

Ioan. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Marc. 5. Vade ad domum tuam, ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Iudith. 8. Vade, & Dominus tecum sit in vltionem inimicorum nostrorum.

3. Reg. 19 Vade, & reuertere; quod enim meum erat, feci tibi.

1. Reg. 1. Et Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

2. Par. 25. *Dei enim est adiuuare, & in FVGAM conuertere.*

MODVS COMBVRENDI INSTRVMENTA Maleficialia.

§. XVIII.

Prepara ignem, sulphur, & picem, cum instrumentis maleficialibus, separatim tamen, & stans dic:

Lectio Libri Sapientiæ.

DOMINE.

NEGANTES te nosse, impij per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis persecutionem passi, & per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat; vindex est enim orbis iustorum. Nix & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruscans. Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt Propter hoc & tunc in omnia transfigurabat omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant, ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant, vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus, hos qui in te crediderint conseruat. Ingrati enim spes, tanquàm hyber

Sap. 16. Ibidem. Ibidem. Ibidem.

Digitized by Google

hybernalis glacies tabescet,& dispe-
i et tanquam aqua superuacua.

Exorcista dum dicit, Lectio S. Euang. &c. signet se primò deinde extendat manum versus ignem.

Et versus Sulphur, Picem, & instrumenta malefica, & alia, Cruce † signet, & dicat:

Lectio sancti Euangelij † secundùm Matthæum.

Mat. 13. IN illo tẽpore dixit Iesus Discipulis suis: Sicut colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala: & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium.

Autor. ℟. Laus tibi Christe.

℣. Per Euangelica dicta tribuatur huic igni virtus diuina.

℟. Vt sicut comburentur hæc diabolica instrumenta, sic auferatur malitia per ipsa illa, & infundatur seruo Dei N. sanctitas optata.

✠

Psal. 71. Intonuit de Cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis.

Iere. 23. Nunquid num verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram.

Psal. 20. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Psal. 45. Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

Isa. 33. Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc subleuabor: concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos.

Isai. 44. Hæc dicit Dominus: Ego sum Dominus faciens omnia, & extendens cœlos solus: stabiliens terram, & nullus mecum: irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens

Mich. 1. Omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur.

Deut. 7. *Ib. d.* 12. 2. *Re.* 23. *Isa.* 33. Sculptilia comburite, & idola comminuite. Igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.

Ad dæmones.

Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cùm consumaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus deseris contemnere, contemneris.

Nah. 3. Deuorabit ignis vectes tuos.

Es. 15. Et ipsi erunt ignis,

Et

Isa. 1. Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla & succendetur vtraque simul, & non erit qui extinguat.

Nahum. Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio; Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur; sic conuiuium eorum pariter potantium consumentur quasi stipula ariditate plena.

Iob. 21. Erunt N. sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.

Iob. 6. Tempore quo fuerint dissipati, peribunt, & vt incaluerit, soluentur de loco suo.

Isai. 5. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen

Digitized by Google

germen eorum vt puluis aſcenderet.

Exod.21. Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Quia

Sap. 12. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Pſal.58. Et de execratione, & mendacio annuciabuntur in conſummationem : in ira conſummationis & non erunt.

Eccleſ.7. Vindicta carnis impij, ignis, & vermis conſummatio illorum flamma ignis :

Et

Ibid.40 In ventre eius ignis ardebit.

Ad Deum.

Domine,

Sap.16. In memoriam ſeruorum tuorum examinabantur, & velociter ſaluabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non poſſent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus, Domine ; ſermo qui ſanat omnia.

Sap 5. Armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum.

Iudit.16. Dabit enim in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum

Pſal.17. Ignis à facie eius exarſit : carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

2.Cor.11. Satanas transfigurat ſe in angelum lucis, non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundùm opera eorum.

At,

1.Cor.4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

Quapropter,

Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulacra confringam, *Leu.26.*

Benedictio Ignis.

Lectio Libri Tobiæ.

PRofectus eſt Tobias, & canis ſecutus eſt eum, & manſit prima manſione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expaueſcens Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine, inuadit me. Et dixit ei angelus : Apprehende branchiam, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus : Exentera hunc piſcem & cor eius, & fel, & iecur repone tibi ; ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter. Interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obſecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt iſta, quæ de piſce ſeruare iuſſiſti ? Et reſpondens angelus, dixit ei: Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, *ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltra non* accedat ad eos. Recordatus itaque Tobias ſermonum angeli protulit de caſſilidi ſuo partem iecoris, poſuitque eam ſuper carbones viuos. Tunc Raphaël angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti. *Tob.6.* *Ibidem.*

BEnedicite omnia opera Domini Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. *Dan.3.*

Benedicite ignis & æſtus Domino ; benedicite frigus & æſtus Domino. *Pſal 48.*

Ignis grando, nix glacies, ſpiritus

pro

Digitized by Google

procellarum, quæ faciunt verbum eius.

Pſ.123. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Pſ.101. Ibidem. Ruth.2. ℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

S. Eccleſ. BEnedic † Domine hunc ignem tua ſana benedictione †, vt ſit remedium ſalutare generi humano, & præſta per inuocationem ſancti nominis tui, vt quicunque eo vti voluerint, corporis ſanitatem, per maleficiorum deſtructionem, & conſumptionem, & animæ tutelam accipiant. *Autor.* *S. Eccl.* Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

S. Eccleſ. Autor. S. Eccleſ. Domine ſancte Pater omnipotens: æterne Deus, Benedicentibus † nobis hunc ignem, ſulphur & picem. In nomine tuo, † & vnigeniti filij tui Dei, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, † & Spiritus ſancti, † cooperari digneris, & adiuua nos. Qui viuis, & regnas, cum eodem vnigenito tuo, & Spiritu ſancto, Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Iſa 26. Pſ. 103. Ignis hoſtes tuos deuoret.
Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.

Aſpergatur aqua Benedicta: poſtea accipe ſulphur, & proiice in ignem, & dic:

Apo. 14. Cruciabitur Igne, & Sulphure, in conſpectu Angelorum ſanctorum.

Deinde accipe Sulphur, & Picem, & proiice, & dic:

Apo. 21. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

Proiice Sulphur.

Conuertentur torrentes eius in Picem. *Iſa.34.*

Proiice Picem:

Et humus eius in Sulphur, & erit terra eius in picem ardentem: nocte & die non extinguatur: in ſempiternum aſcendat fumus eius.

Aſpergatur in tabernaculo eius Sulphur. *Iob.18.*

Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. *Iob.31.*

Ignis & Sulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis. *Pſal. 10.*

Proiice inſt. Maleficia in ignem, & dic:

Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam: vt redigatur ad nihilum. *Iſai.30. Iodem.*

Et

In ira flammæ deuoretur. *Eccl.36.*

Gladio, & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſolum hominibus, ſed etiam beſtiis inuia ſit in ſempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ. *Eſther. 16.*

Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. *Eccl.21.*

Exarſit ignis in ſynagoga eorum: flamma combuſſit peccatores. *Pſ.105.*

Facta eſt in exuſtionem ignis. *Iſa.64.*

Diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. *Act.5.*

Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Eccl.21.*

Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas, & horum quæ acciderant *Sap.19.*

cidetant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio.

Dan.9. Et vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio.

Et

Ps. 118. Omnis consummationis vidit finem.

SVFFVMIGATIO

QVA SVFFVMIGARI possunt personæ à Diabolo oppressæ.

§. XIX.

Autor. *QVæ cautè admodum, & raro exercenda est, nedum infirmis succurrere intendimus, eos grauiori morbo afficiamus. Quando ergo est adhibenda.*

Per omnia, seruare poteris ordinem suprascriptum; Et benedictione ignis facta, prout suprà §. 18. dispone patientem supra ignem ita quòd fumus ascendat ad nares, prout tibi expedire videbitur, & repete sæpe aliquos versiculos ibi positos ab eo loco, vbi dicitur: Munimenta eius, &c fol. 377 imò alios quosdam reperies, qui ad rem facient, hîc tamen animaduerte prætermittendum modum inst. proiiciendi in ignem, de quibus, & si nullum verbum feciſſem, tamen prudens Exorcista ex se animaduertisset. Possunt etiam recitari sententiæ illæ quæ §. 11. vbi sunt imprecationes, & §. 12. Quibus ad placitum. & pro opportunitate addere potes, qui sequuntur versiculi.

Ad Deum.

Surge Domine, & dissipentur inimici tui: & fugiant, qui oderunt à facie tua. Num.10.

Ad dæmones.

Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem, Ier.49.

Et quare inter vos non dicitis.

Fugiamus; Dominus pro eis pugnat contra nos. Exod.14.

Fugite ergo à facie gladij, † quoniam vltor iniquitatum gladius † est, & scitote esse iudicium. Iob.19.

Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. Ps.113.

Fugite, abite vehementer: in voragines sedete. Ier.49.

A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Ps.113.

Fugite † partes aduersæ.

†

Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid Alleluia. Apoc.5.

DÆMONIS SCRIPTI, ET IMAGINIS Dæmonis Combustio.

§ XX.

SI diabolus per os oppressi loquatur, scribe nomen eius si illud significauerit: sin autem vel loqui noluerit, vel nomen celauerit, ei nomen ad libitum imponas, ex illis quæ dæmoni magis conueniunt, ex quibus exempli gratia aliqua tibi proponam.

Inimicus. { Inimicus homo hoc fecit.

Baculus, { Contriuit Dominus Baculum impiorum. Mat.13.

Virga, { Virgam dominantium. Isai.14.

In Beelzebub principe dæmo

Luc.11.	Beelzebub.	dæmoniorum eiicit dæmonia.
Act.16.	Pytho,	Factum est,&c.puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuiare nobis quæ quæstum magnum, &c.*vt suprà.*
Apoc.17.	Bestia.	Bestia quam vidisti fuit, & non est,& ascensura est de abysso,&c.
Isai.11.	Aspis.	Super foramina aspidis.
Isai.27.	Serpens, & Serpens tortuosus.	Super Leuiathan serpentem vectem,& super Leuiatham serpentem tortuosum.
Apoc.20.	Draco.	Et apprehendit draconem, serpentem antiquum,&c.
Psal.48.	Inferus,	Redimet animam meã de manu inferi.
Apo.20.	Infernus & Mors.	Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis.
Zac. 2.	Aquilo.	O, ô, fugite de terra Aquilonis, &c.
Psal. 9.	Insidiator;	Insidiatur, vt rapiat pauperem.
Iudith.9.	Et Raptor.	Nec superbi ab initio placuerunt tibi.
Tob. 26.	Superbus.	Et prudentia eius percussit superbum.
1.Pet.5.	Leo.	Aduersus vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit,quærens quem deuoret.
Psal.77.	Angelus malus.	Misit, &c.& tribulationem:immissiones per Angelos malos.
1.Reg.	Spiritus nequam.	Spiritus autem Domini recessit à Saul,& eum exagitabat spiritus nequam.
Mat.10.	Immundus	Dedit illis potestatem spirituum immundorum.
3.Re.22.	Mendax.	Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.
	Diabolus.	Inuidia autem diaboli mors. *Sap. 2.*
	Dæmones.	In principe dæmoniorum eiicit dæmones. *Mat. 9.*
	Dæmonium.	Immolauerunt dæmoniis. *Deut.32.*
	Satan.	Affuit inter eos etiam Satan. *Iob. 1.*
	Satanas.	Vade post me Satana. *Mat.4.*

Et chartam in ignem proiicias, & dum comburitur dicas aliquos versiculos ex suprascriptis.

IMAGINIS Combustio.

PRepara duas imagines, alteram sub effigie dæmonis cum nomine, alteram quæ personam maleficam qua dæmon vsus est, in illo maleficio componendo, cui adde nomen aliquod, vt v.g. Pytho maleficus, striga, vel aliquod simile; & his præparatis ante ignem vt suprà paratum, legas sequentia, & facias prout infrà.

Lectio Libri Apoc.

IN diebus illis: Apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo. *Apoc.19.*

Proiice imagines in ignem.

In stagnum ignis ardentis: Et sulphure cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius:& omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

Digitized by Google

Ier. 11. ℣. Tu autem Domine Sabahoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda.
℟. Videam vltionem tuam ex eis, tibi enim reuelaui causam meam.

BENEDICTIO

Ad quæcumque volueris, siue illa sint per cibum, vel potum sumenda, siue portanda, siue in vnctione adhibenda.

Et ad quemcumque licitum vsum.

§. XXI.

ADMONITIO.

Scias, benigne lector, me hanc prolixam benedictionem, non eo animo scripsisse, vt semper ea integra vtaris, sed vt quæ tibi pro temporis, & rei opportunitate videbuntur, pro instituto, facere eligas: Quamuis omnia si tempus tibi suppeditauerit perlegere possis; sunt enim omnia ad benedictionem pertinentia: super & quadam vicem authoritatis sacra Scriptura gerunt.

Sacerdos superpelliceo, & stola ornatus, vel saltem stola dicat:

Psal 123. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
Psal. 62. ℣. Benedicat † nos Deus, Deus noster, benedicat † nos Deus.
℟. Et metuant eum omnes fines terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam. Psal. 101
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. Ruth. 2.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Iube Domine benedicere. S. Eccles.
℟. Benedictione perpetua benedicat nos omnipotens Deus.

Lectio Libri Geneseos.

CReauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ad imaginem Dei creauit illum; Masculum, & Fœminam creauit eos, Benedixitque † illis Deus, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus Cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram: Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Gen. 1.
℟. Deo gratias.
℣. Vnigenitus Dei filius. 1. Cor. 15
℟. Nos, & hæc N. benedi†cere dignetur. S. Eccles.
℣. Iube Domine bene†dicere.
℟. Ille nos, & hæc benedi†cat, qui sine fine viuit & regnat, Amen. Ibidem.

Lectio S. Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Cùm recumberet Iesus cum duobus discipulis, qui ibant in Emmaus, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem & inuenerunt Luc. 24

runt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant: dicentes. Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

℣. Laus tibi Christe.

8. Eccles. Autor. S. Eccles. Per Euangelicam lectionem det nobis & huic N. vel his N.N.N. Dominus suam sanctam gratiam, & Bene † dictionem †

In nomine pa†tris, & Fi†lij, & Spiri†tus san†cti, Amen.

Gen. 9. Benedixit Deus Noë, & filiis eius & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & terror vester & tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram.

Gen. 14. Melchisedech Rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, BENEDIXIT ei.

2. Par. 30 Surrexerunt autem Sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: vox eorum, peruenitque oratio in habitaculum sanctum cœli.

Ecclesiastici. 11. Benedictio Dei mercedem iusti festinat.

Psal. 3. Ioel. 2. Domini est salus, & super populum tuum Benedi†ctio tua.

Quis scit si conuertatur Deus, & relinquat post se Benedi†ctionem.

Psal. 83. Etenim Benedi † ctionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem N.N.N. videbitur Deus deorum in Sion.

Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.

Ps. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Ibidem. Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus Benedi † ctionem, & vitam vsque in sæculum. Ibidem.

Secundùm Benedi † ctionem Aaron da populo tuo N. Eccl. 36.

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Ps. 144.

Te enim Domine Benedi†cente, Benedi†cta N.N. erit in æternum. 1. Par. 17

Hic N. accipit Benedi † ctionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Psal. 23.

Bene†dicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum, terram. Ps. 133.

Bene†dicat tibi Dominus & custodiat te. Num. 6.

In quo quis benedictus est super terram, Benedi†cetur in Deo. Isa. 65.

Dicatur absolutè.

EXorcizo te creatura N. in nomine Dei Patris † omnipotentis, & in nomine, Iesu † Christi Filij eius, Domini nostri, & in virtute spiritus †sancti† vt fiat N. exorcizatus ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis, per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, &c. S. Eccl.

ORATIO.

OREMVS.

DEus, qui ad salutem humani generis in multis creaturis maxima sacramenta condidisti: Adesto propitius inuocationibus nostris, & huic N. Benedi † cendo, *vel benedicendo* præparato *vel præparatæ*, virtutem tuæ benedi†ctionis infunde; vt creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos dæmones morbosque pellen- Ab Ecclesia.

Digitized by Google

pellendos diuinæ gratiæ ſumat effectum; vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium, vel quicunque hunc *vel hanc* N. ſuper ſe habuerit, vel hoc N. quomodocũque vſus fuerit, careat omni immunditia: liberetur à noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aurora corrumpens. Diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici; Et ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti inſidiatur, hoc N. adhibito, *vel hæc N. adhibita, vel his, N. N. adhibitis*, effugiat, † vt ſalubritas per inuocationem tui ſancti nominis expetita ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Autor. Ab Eccleſia.

℣. Nos & hæc N. N. tua dona, cum prole pia.

℟. Benedicat Dei genitrix virgo Maria.

ORATIO.

S. Eccleſ.

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, ac magnificus triumphator, qui aduerſæ dominationis vires repriinis, qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potentes expugnas: Te, Domine, trementes, & ſupplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam N. *vel has creaturas N. & N.* dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore, ſancti † fices, vt vbicunque poſita, *vel poſitæ* fuerint, vel in quocumque vſu adhibita, *vel adhibitæ*, fuerit, *vel fuerint* ad honorem nominis tui, per inuocationem ipſius ſanctiſſimi nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

℟. Amen.

Per illum Benedixi vobis, dixit Dominus. *Ioſ. 24.*

In Benedi † ctione Dei & ipſe ſperaui. *Eccleſ. 3.*

Benedi † ctio Domini ſuper vos † Benediximus, † vobis in nomine Domini. *Pſ 128.*

Aſpergatur aqua benedicta, & poſtea dicas:

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, be † nedi † xit nos in omni Benedi † ctione Spirituali in cæleſtibus, in *Chriſto*. *Autor. Epheſ. 1.*

℟. Amen.

Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, ne & ipſe impleat Benedictio † nem ſuam in vobis. Amen. *Tob. 7.*

Alia Benedictio generalis, & breuis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *Pſ. 113.*

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Domine, exaudi orationem *meam*. *Pſ. 101.*

℟. Et clamor meus ad te *veniat*. *Ruth. 2.*

℣ Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

OREMVS.

DOmine Ieſu Chriſte, qui dignatus es benedicere quinque panes in deſerto. *S. Eccleſ.*

Benedic † creaturam iſtam N. vt ſit remedium ſalutare generi humano, & præſta per inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunque eam adhibuerint corporis ſanitatem, & animæ tutelam accipiant. *Ab Eccleſia.*

ORE

Digitized by Google

OREMVS.

S. Eccleſ. Immenſam Clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam N. quam in vſum generis humani tribuiſti, Bene†dicere, & Sancti†ficare tua pietate digneris, vt ſit omnibus eam adhibentibus ſalus mentis, & corporis; & vbicunque poſita fuerit locus ille careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

℟. Amen.

BENEDICTIO CANDELARVM.

§. XXII.

S. Eccleſ. DOMINE Ieſu Chriſte Fili Dei viui, Bene†dic Candelas iſtas, ſupplicationibus noſtris inclinatus. Infunde eis Domine per virtutem ſanctæ Cru†cis Benedi†ctionem cœleſtem, vt qui eas ad repellendas tenebras, humano generi tribuiſti, talem Benedictionem ſignaculo Cru†cis accipiant vt quibuſcunque locis accenſæ, ſiue poſitæ fuerint, diſcedant principes tenebrarum, & contremiſcant, & fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis, vel locis, nec præſumant amplius inquietare, aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

BEnedictio & claritas, & ſapien- Apoc. 7.
tia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Amen.

BENEDICTIO DOMVS.

§. XXIII.

Quando iturus ad domum aliquam benedicendam, primò in ipſo itinere dicas:

DOMINE deduc me in iuſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam. Pſal. 5.

Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum N. Pſal. 89.

Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuum noſtrarum dirige. Ibidem.

Qui

Gentes in terra dirigis. Pſal. 66.

Greſſus meos dirige. 118

Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas Iuſtificationes tuas. Ibidem.

Et

Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Luc. 1.

In ingreſſu Domus dicas:

Pax huic Domui. Luc. 10.

Deinde dicas ad habitantes in Domo illa:

Pax vobis, Gratia vobis, & pax à Ibid. 24.

Deo

Digitized by Google

Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Rom. 1. 1. Cor. 1. 2 Cor. 1. 2. Ioan. Leda. Gratia vobis & pax multiplicetur, & adimpleatur.

Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax; à Deo Patre, & à Chriſto Ieſu, filio Patris, in veritate, & charitate.

Miſericordia vobis, & pax; & charitas adimpleatur chariſſimi.

In primo loco Domus legatur hæc Lectio:

Lectio Libri Numeri.

Num. 31. IN diebus illis: Dixit Eleazar Sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerant: Hoc eſt præceptum legis, quod mandauit Dominus Moyſi, Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & ſtannum, & omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur: Quicquid autem ignem non poteſt ſuſtinere aqua expiationis ſanctificabitur.

In alio loco Domus, & ſi plus fuerint loci legatur ſequens Lectio, & diuidatur pro opportunitate locorum & temporis.

*Quæ diuiſiones fient vbi Signum hoc * reperitur.*

Lectio Libri Leuit.

Leu. 14. IN diebus illis: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron, dicens: Cùm ingreſſi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuncians Sacerdoti, & dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea. At ille præcipiet vt efferant vniuerſa de domo priuſquàm ingrediatur eam, & videat vtrùm leproſa ſit, ne immunda fiant omnia, quæ in domo ſunt. Intrabit poſtea vt conſideret lepram domus, & cùm viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore, ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. Reuerſuſque die ſeptimo conſiderabit eam ſi inuenerit creuiſſe lepram, iubebit erui lapides, in quibus lepra eſt, & proiici eos extra ciuitatem, in locum immundum: domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitū, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum, lapidéſque alios reponi pro his, qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. * Sin autem poſtquàm eruti ſunt lapides, & & puluis etaſus, & alia terra lita, ingreſſus Sacerdos viderit reuerſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans & immunda domus, quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proiicient extra oppidum, in locum immundum. * *Ibidem.* Quod ſi introiens Sacerdos viderit lepram non creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit; purificabit eam reddita ſanitate, & in purificatione eius ſumet duos paſſeres lignumque cedrinum, & vermiculum hyſſopum, & immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyſſopū, & coccum, & paſſerem viuum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus, & aſperget domum ſepties, purificabitque eam, tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis viuentibus, & in paſſere viuo, lignoque cedrino, & hyſſopo atque vermiculo, * Cumque dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè

Digitized by Google

liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur.

Et pro opportunitate temporis, & loci legi poterunt etiam Epistola, & Euang. posi. §. 8. pag. 359.

Pergas ad principalem locum domus, vbi præparentur aqua, sal, & aspersorium ex hyssopo, & dicatur Lectio sequens.

Lectio Libri Reg.

4. *Reg.* 2. IN diebus illis: Dixerunt viri qui habitabant in Iericho ad Elisæum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse Domine perspicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mitte in illud Sal. Quod cùm attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. Sanatæ ergo sunt aquæ vsque in diem hanc; iuxta verbum Elisæi, quod locutus est.

℣. Tu autem Domine miserere nostri, &c.

Dum dicis Initium S. Euangelij &c. Signa te primò, deinde extende manum super Aquam, Sal, Domum, & Habitantes.

Initium sancti Euangelij † secundùm Ioannem †.

℟. Gloria tibi Domine.

Ioan. 19. IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deum erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non cõprehẽderũt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederẽt per illũ. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum Caro Factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

Dum dicis sequentia verba, signa te primò, postea extende manum super Sal, Aquam Domum, & Habitantes in ea cum Signo †.

PEr Euangelicam lectionem, det nobis Deus Pater, & vnigenitus eius Filius Dominus noster Iesus Christus, & paraclitus Spiritus sanctus suam sanctam gratiam, & Benedi†ctionem, Amen. *Aut.*

Vel sic.

Per Euangelicam lectionem, det omnibus Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus nobis † Sali, & Aquæ, † ac huic Domui, *Signa in quatuor partibis loci.* †††† suam sanctam gratiam, & Benedi†ctionem, Amen.

Ordo ad faciendam Aquam benedictam.

Digitized by Google

Psal.123 ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

S. Eccleſ. ℟. Qui fecit Cælum & terram.

Exorcizo te creatura Salis per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum, per Deum qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ, vt efficiaris Sal exorcizatum in ſalutem credentium, vt ſis omnibus ſumentibus te ſanitas animæ & corporis: & effugiat, atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fuerit omnis phantaſia, & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

ORATIO.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam Salis, quam in vſum generis humani tribuiſti benedi†cere, & ſancti†ficare tua pietate digneris, vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritualis nequitiæ. Per Dominum noſtrum, &c.

Exorciſmus Aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei † Patris omnipotentis, & in nomine Ieſu † Chriſti Filij eius Domini noſtri, & in virtute Spiritus † ſancti, vt ſias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis ſuis apoſtaticis, per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

ORATIO.

DEus, qui ad ſalutem humani generis maxima quæque ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedi†ctionis infunde, vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones morboſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum, vt quicquid *in domibus*, vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aurora corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici, & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat, vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Hîc mittitur Sal in Aquam in modum Crucis, dicendo ſemel.

Commiſtio Salis, & Aquæ pariter fiat. In nomie Pa†tris, & Fi†lij & Spiritus † ſancti. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij Rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui aduerſæ dominationis vires imprimis, qui inimici rugientis ſæuitiam.

Digitized by Google

tiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potentes expugnas; te, Domine, trementes, & ſupplices deprecamur, vt hanc creaturam Salis, à quæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres † & pietatis tuæ rore ſanctifices, † vt vbicunque fuerit aſperſa inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum, &c.

EXHORTATIO.

Sedeat Exorciſta, & conuocatis habitatoribus Domus dicat:

Gen. 35. IN diebus illis: Iacob conuocata omni domo ſua, ait: Abiicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.

Sic enim &

1. Mac. 12. Simon mundauit ædes, in quibus fuerant ſimulachra, & tunc intrauit in eam cum Hymnis & Canticis.

Iſa. 1. Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus; Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata noſtra fidelis eſt Deus, & iuſtus, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate.

Dicit enim Saluator noſter.

Mat. 23. Munda priùs quod intus eſt Calicis, & paropſidis, vt fiat & id, quod deforis eſt mundum.

Fiat exhortatio ad Patremfam. & ad reliquos, vulgaribus verbis de infraſcriptis rebus, & de aliis opportunis.

Primò, Vt doleat de peccatis præteritis.

Secundò, Vt proponat emẽdationem.

Tertiò, Vt ſatisfaciat proximo, ſi quoquo modo offendit.

Quartò, Vt qui aliquid ab eo paſſi ſunt, remittant offenſam.

Quintò, vt ipſimet pro ſe ornet, & precentur Deum Opt. Max. pro illis à quibus iniuriam acceperũt.

Sextò, Vt de his, & ſimilibus filios hortentur, & moneant.

Poſtea ſurgat Exorciſta, & capite detecto, dicat ſequentia:

BEnedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris, cunctam eius ſubſtantiam. Gen. 39.

Reuerſus eſt Dauid, vt benediceret domui ſuæ. 2. Reg. 6.

Domine,

Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal. 18.

Deus in loco ſancto ſuo, Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Pſal. 67.

Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Pſ. 112.

Hæc dicit Dominus: Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & Benedi†ctionem meam ſuper ſtirpem tuam. Iſa. 44.

Egeſtas à Domino in domo impij, habitacula autem iuſtorum Benedi†centur. Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. Prou. 3.

Domine,

Digitized by Google

2. Reg. 7. Benedictione tua, Benedicetur domus serui tui.

Qui dixisti:

Ezec. 36. Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus idolis vestris, mundabo vos.

2. Reg. 7. Incipe ergo, & Bene † dic domui serui tui N.

Ps. 113. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Ibidem. Super misericordia tua, & veritate tua, ne quando dicant gentes, Vbi est Deus eorum?

Ibidem. Deus autem noster in cœlo, omnia quæcumque voluit, fecit.

Ibidem. Qui timent Dominum sperauerunt in Domino adiutor eorum, & protector eorum est.

Ibidem. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquàm sederitis qui manducatis panem doloris.

Ibidem. Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Ibidem. Sicut sagittæ in manu potentis ita filij excussorum.

Ibidem. Beatus vir, qui impletit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta.

Benedictio.

Ps. 123. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, &c. *vt suprà.*

ORATIO.

S. Eccles. TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus, ac rebus; vt eam Benedicere, & Sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis Domine de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum Benedicere, & Sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob, & intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Alia Benedictio.

BEnedic Domine Deus omnipotens locum istum, vt sit in eo Sanitas, Castitas, Victoria, Virtus, Humilitas, Bonitas, & Mansuetudo; Plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & hæc Benedictio maneat super hunc locum; & super habitantes in eo. Per Christum, &c. S. Eccles.

Benedictio Thalami.

BEnedic Domine *Thalamum* hunc, & omnes *habitantes in* eo in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino. Dan.

℟. Et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Domini. Ps. 148.

Sumat Exorcista partem Aquæ benedictæ, & tradat custodiendam in vsum domus, & dum accipit Aquam, dicat:

Assumet Aquam sanctam in vase fictili. Num. 5.

Dum

Digitized by Google

Dum porrigit Aquam, dicat:

Num. 19 In cuſtodiam, & in aquam aſperſionis.

Accipiat Aſperſorium, & intingat in aquam, & dicat:

Domus.

Num. 19 Aſpergatur ex hac aqua.

Et aſpergat dicendo:

Num. 8. Aſpergatur aqua luſtrationis.

Aſpergat de aqua omnia loca domus: poſtea incendatur incenſum priùs ſequenti benedictione benedictum, in omnibus locis domus, maximè verò in illis, vbi magis viaebitur expedire.

Benedictio Incenſi.

Pontif. Rom. DOmine Deus omnipotens, cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, quorum ſeruitium Spirituale & ignem eſſe cognoſcitur, dignare reſpicere, Bene†dicere, & Sancti†ficare hanc creaturam incenſi, vt omnes languores: omneſque infirmitates, cunctæque inſidiæ inimici, eius odorem, ſentientes effugiant, & ſeparentur à plaſmate tuo, *& ab hac habitatione*, vt nunquam lædatur à morſu antiqui ſerpentis, quod pretioſo Filij tui ſanguine redemiſti. Qui tecum, & cum Spiritu ſancto, viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Pro qualitate domus addi poſſunt verſiculi ex Pſal. 50. hoc modo dum aſpergis, dicas:

Pſal. 50. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. *Ibidem.*

Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. *Ibidem.*

Aſperges, repetatur.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. *Ibidem.*

Amplius repetitur.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Pſal. 50.

Aſperges, repetatur.

Et ſic ſequere donec perficiatur aſperſio hoc ordine.

Poteris etiam recitare aliquos verſus ex illis, qui poſiti ſunt §. 11. fo. 365.

Preparetur Crux vna ponenda in principaliori loco domus, vel plures ſi placet, & ponantur in habitationibus: forma autem Crucis ſit vt infrà, qua benedicatur hoc modo.

Lectio Libri Regum.

HAbitauit arca Domini in domo Obedom Getæi tribus menſibus: benedixit Dominus Obedom, & omnem domum eius. Nunciatumque eſt Regi Dauid, quòd benedixiſſet Dominus Obedom, & omnia eius propter arcam Dei, Dixitque Dauid: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. 2. Reg. 6.

Verbum Crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. 1. Cor. 1.

Domine.

Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & con- Pſal. 85.

Digitized by Google

2. Reg. 7. Benedictione tua, Benedicetur domus ſerui tui.

Qui dixiſti:

Exec. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus idolis veſtris, mundabo vos.

2. Reg. 7. Incipe ergo, & Bene † dic domui ſerui tui N.

Pſ. 113. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

Ibidem. Super miſericordia tua, & veritate tua, ne quando dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum?

Ibidem. Deus autem noſter in cœlo, omnia quæcumque voluit, fecit.

Ibidem. Qui timent Dominum ſperauerunt in Domino adiutor eorum, & protector eorum eſt.

Ibidem. Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquàm ſederitis qui manducatis panem doloris.

Ibidem. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Ibidem. Sicut ſagittæ in manu potentis ita filij excuſſorum.

Ibidem. Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Benedictio.

Pſ. 123. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, &c. *vt ſuprà.*

ORATIO.

S. Eccleſ. TE Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus, ac rebus; vt eam Benedicere, & Sanctificare, ac bonis omnibus ampliſare digneris. Tribue eis Domine de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiam & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum Benedicere, & Sanctificare digneris hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, Iſaac, & Iacob, & intra parietes domus iſtius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Alia Benedictio.

BEnedic Domine Deus omnipotens locum iſtum, vt ſit in eo Sanitas, Caſtitas, Victoria, Virtus, Humilitas, Bonitas, & Manſuetudo; Plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: & hæc Benedictio maneat ſuper hunc locum; & ſuper habitantes in eo. Per Chriſtum, &c. S. Eccleſ.

Benedictio Thalami.

BEnedic Domine *Thalamum* hunc, & omnes habitantes in eo in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino. Dan.

℟. Et aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini. Pſ. 148.

Sumat Exorciſta partem Aquæ benedictæ, & tradat cuſtodiendam in vſum domus, & dum accipit Aquam, dicat:

Aſſumet Aquam ſanctam in vaſe fictili. Num. 5.

Dum

Digitized by Google

Dum porrigit Aquam, dicat:

Num. 19 In custodiam, & in aquam aspersionis.

Accipiat Aspersorium, & intingat in aquam, & dicat:

Domus.

Num. 19 Aspergatur ex hac aqua.

Et aspergat dicendo:

Num. 8. Aspergatur aqua lustrationis.

Aspergat de aqua omnia loca domus: postea incendatur incensum prius sequenti benedictione benedictum, in omnibus locis domus, maximè verò in illis, vbi magis videbitur expedire.

Benedictio Incensi.

Pontif. Rom. DOmine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum seruitium Spirituale & ignem esse cognoscitur, dignare respicere, Bene†dicere, & Sancti†ficare hanc creaturam incensi, vt omnes languores: omnesque infirmitates, cunctæque insidiæ inimici, eius odorem, sentientes effugiant, & separentur à plasmate tuo, *& ab hac habitatione*, vt nunquam lædatur à morsu antiqui serpentis, quod pretioso Filij tui sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto, viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Pro qualitate domus addi possunt versiculi ex Psal. 50. hoc modo dum aspergis, dicas:

Psal. 50. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. *Ibidem.*

Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. *Ibidem.*

Asperges, repetatur.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. *Ibidem.*

Amplius repetitur.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Psal. 50.

Asperges, repetatur.

Et sic sequere donec perficiatur aspersio hoc ordine.

Poteris etiam recitare aliquos versus ex illis, qui positi sunt §. 11 fo. 365.

Preparetur Crux vna ponenda in principaliori loco domus, vel plures si placet, & ponantur in habitationibus: forma autem Crucis sit vt infrà, qua benedicatur hoc modo.

Lectio Libri Regum.

HAbitauit arca Domini in domo Obedom Getæi tribus mensibus: benedixit Dominus Obedom, & omnem domum eius. Nunciatumque est Regi Dauid, quòd benedixisset Dominus Obedom, & omnia eius propter arcam Dei, Dixitque Dauid: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. 2. Reg. 6.

Verbum Crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. 1. Cor. 1.

Domine.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & con- Psal. 85.

Digitized by Google

fundantur; quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Isa. 1.13 ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Psal. 101 ℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Ruth. 2 ℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Pontif. Rom. Benedic Domine hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum à potestate dæmonum, & superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per vetiti ligni sumptionem; Qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Alia Oratio. Oremus.

Ibidem. ROgamus te Domine sancte Pater omnipotens sempiterne Deus Vt digneris Benedicere hoc lignum, *vel signum, si fuerit in charta,* Crucis, tuæ, vt sit remedium salutare generi humano: sit soliditas fidei, bonorum operum profectus, & redemptio animarum: sit solamen, & protectio, ac tutela contra sæua iacula inimicorum: Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Alia Oratio. Oremus.

Ibidem. DEus, qui beatæ Crucis patibulum, quod prius erat, sceleratis ad pœnam conuertisti, redemptis ad vitam, concede plebi tuæ, eius vallari præsidio, cuius est armata vexillo. Sit ei Crux fidei fundamentum, spei suffragium, in aduersis defensio, in prosperis adiuuamen, sit ei in hostes victoria, in ciuitate custodia, in campis protectio, in domo futura, vt per eam pastor in futuro gregem conseruet incolumem, quæ nobis agno vincente † conuersa est in salutem. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Accipe Crucem, & dic:

Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Gal. 6.

Reponat Exorcista Crucem in loco conuenienti, & dicat:

Ponam te quasi signaculum. Agg. 1.

Postea dicat:

Signum habentes salutis, ad commemorationem. Sap. 16.

Sicut

Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cùm percussi respicerent, sanabantur. Num. 21

Aspergatur Crux Aqua benedicta.

℣. Per signum Crucis de *inimicis* nostri. S. Eccles.

℟. Libera nos Deus *noster.*


Oremus.

EXaudi nos Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis qui (*extende manum & fac Cruces per quatuor partes in modum Crucis*) Custodiat † Foueat, † Protegat, † Visitet † (*Fac signum Crucis versus Cælum, deinde versus pauimentum*) atque defendat † † omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. S. Eccles. Amen. Amen.

℟. Amen.

Forma

Digitized by Google



Forma Crucis, ponendæ in Domibus, in cuius medio includatur cera Agni, vel Paſchalis Cerei.

S. CRVCIS

Digitized by Google

S. CRVCIS ADORATIO ANTIPHONA.

ADoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemiſti mundum.

℣. Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi.

℟. Pſalmum dicat nomini tuo Domine.

ORATIO.

OREMVS.

Ab Eccleſia.

ADeſto nobis Domine Deus noſter, & quos ſanctæ Cru†cis lætari feciſti honore, eius quoque perpetuis defende ſubſidiis. Per Dominum noſtrum, &c.

Antequam Exorciſta diſcedat à domo, quam benedixit, conuocato domino domus, & vniuerſa familia, quæ commodè adeſſe poteſt, dicat ſequentes Pſal. In quorum primo inuitantur omnes ad Deum laudandum; in ſecundo enumerantur bona, quæ Deus confert timentibus ſe, vt homo diſponat ſe, & omnia ſua ad Dei timorem, & amorem: ideo vulgaribus verbis euulgarizandi ſunt, pro captu illorum ad quos fit ſermo.

Pſalmus. 133.

ECce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini.

Qui ſtatis in domo Domini, & in atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite Dominum.

Benedi†cat tibi N. Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

Pſalmus. 127.

BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic Bene†dicetur homo qui timet Dominum.

Bene†dicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ieruſalem *omnibus* diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

Hos Pſalmos, ſi volueris breuiter, & iuxa ſenſum vulgaribus verbis recitare, traduxi, quos deuotè, & attentè legito, & abſque alia ſermocinatione abſolues.

ECcoui cariſſimi, in quanti modi ſete inuitati à benedire, & render gratie al Signore.

Tanto più voi, che hauete particolari doni dal ſupremo Iddio nel Chriſtianeſmo, ô nella ſanta chieſa.

Di giorno ſolamente? non già, ma leuateni ancora ſu la mezza notte, & in ſegno di gratitudine, alzate le mani, e benedite, e lodate il Signore.

Quale ſcambieuolmente, dalla celeſte Sion v'eſſaudità, & come fece col cielo, & con la terra, quale lui creò, vi Bene†dira.

Salmo 27.

DOnde ne auerrà, che quelli, che di cuore temendo Iddio, e dimoſtrandolo conſegni nell'oſſeruanza della ſua ſanta legge, ſaran beati.

E non

Digitized by Google

E non ſolo aſpetterà Iddio, di darti il premio dopo la morte, qual è ſenza paragone, mà cominciando quà giù in terra (quando vederà eſſer iſpediente) farà che le tue fatiche non ſian vane, ne ti mancaranno le coſe neceſſarie.

La tua moglie ſe per ſorte foſſe ſterile, ſarà feconda nella caſa tua, à modo de' pampini, che creſcono, e moltiplicano ſorgendo dalle viti.

Et acciò ſia maggio il premio, vedrai intorno alla tua menſa, i tuoi figliuoli, in quell'iſteſſo modo, che ſorgendo le nouuelle oliue, circondando, fanno corona à genitori.

Vedi adunque come ſono benedette l'oppre di quelli, che temono Iddio?

Iddio dunque dal cielo ti dia la ſua beneditione † e ti dij la conſolatione promeſſa à Gieruſalem, ſin che viuerai.

In modo che per il longo viuere, vedi i figliuoli de tuoi figliuoli, e la pace d'Iſraël in te s'adempi encora.

VSVS STOLÆ

DE MODO LIGANDIS ſtolam ad collum patientis.

§. XXIV.

Præpara Stolam, & quando tibi expedire videbitur ſedens dicas:

Lectio Libri Apoc.

Apoc. 12. Actum eſt prælium magnum in cœlo: Michaël, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius non valuerunt; neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. Et proiectus eſt ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt. Et vidi de ore draconis & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modum ranarum; ſunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna. * Et vidi angelum deſcendentem de cœlo habentem clauem abyſſi, & catenam magnam. Ibid. 16.

Accipe ſtolam in manu tua.

In manu ſua: apprehendit draconem ſerpentem antiquum, *pone Stolam ad collum oppreſſi:* & ligauit eum, *forma Stolam ſub gutture oppreſſi verſus pectus in modum* † *Crucis*, per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni. Et poſt hæc oportet illum ſolui modico tempore. * Et diabolus miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia, & pſeudo prophetæ cruciabuntur die, ac nocte in ſæcula ſæculorum.

℣. Dominus vobiſcum. Ruth. 2.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Lectio S. Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore dixit Ieſus ad Phariſæos: Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius allegauerit fortem; & tunc domum eius eripiet. Mat. 12.

℟. Laus tibi Chriſte.

Inuenti ſunt in populo impij inſidiantes, quaſi aucupes laqueos ponentes, Ier. 6.

Digitized by Google

nentes, & pedicas, ad capiendos homines ſicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo.

Nahum. 1. Ait Dominus exercituum: Afflixi te, & non affligam te vltrà, & nunc conteram virgam eius in dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam.

Iere. 30. Conteram virgam eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni.

Iſai. 42. Dicit Dominus: Ego dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cœcorum, & adduceres de concluſione vinctum, de domo carceris, ſedentes in tenebris, Ego Dominus. Hoc eſt nomen meum: Gloriam meam alteri non dabo: & laudem meam ſculptilibus.

Accipe Stolam, & dic:

Eccl. 1. Stolam gloriæ indues N. & coronam gratulationis ſuperpones tibi.

Facias ſub gutture tres nodos, & dicas:

Ibidem. Vincula illius N. alligatura ſalutaris. In nomine Patris, † & Filij † & Spiritus ſancti † Amen.

Quia.

Eccl. 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur.

Accipiat patiens de manu Exorciſtæ vtramque Stolæ partem extremam, alteram dextera, alteram ſiniſtra manu, poſtea dicat:

Eccl. 40. Funiculus lineus, in manu eius.

Num. 16. Vt cernat eum pro ſign.

Hic inuehendum contra ſpiritus, & cooperantes.

Prou. 6. INiquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur.

Iob. 18. Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum.

Ibidem. Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulare tenebitur: planta eius laqueo, & exardeſcet contra eum ſiti.

Eccl. 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa doloſi inuidet vulnera.

Ibidem. Et qui foueam fodit incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem Proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Ibidem. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde aduenerit illi.

Ibidem. Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum.

Eccl. 6. Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capientur homines in tempore malo, cum eis extemplò ſuperuenerit.

Iſai. 22. Cuncti principes tui fugerunt ſimul duréque ligati ſunt: omnes qui inuenti ſunt iuncti ſunt pariter.

Sap. 17. Vna enim catena tenebrarum omnes erant ligati.

Iſai. 8. Vt vadant, & cadant retrorſum, & conterãtur, & illaqueentur, & capiantur. * Dixiſtis enim, Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. *Ibidem.* Flagellum inundans cùm tranſierit non veniet ſuper nos. * Idcirco hæc dicit Dominus Deus: delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit. *Ibidem.* Flagellum inundans cùm tranſierit, eritis ei in conculcationem.

Ita compoſita Stola legas Exorciſmos, qui tibi expedire videbuntur, fine autem legendi impoſito ſic Stolam ſolue, prout inferius diſponitur & eſt legendi finis. Solutio Stolæ.

℣. Quis

Iob. 39. ℣. Quis dimisit Onagrum liberum; & vincula eius quis soluit?

Ps. 67. Quis educit vinctos in fortitudine?

Ibid 106 Et eduxit eos de tenebris?

℟. Qui ligat aquas in nubibus.

Domine,

Psal. 8. Quid est homo, quòd memor es eius, aùt filius hominis, quoniam visitas eum?

Iob. Quid est homo, quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum.

Psal. 8. Minuisti eum paulominus ab angelis; gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ibidem. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas insuper, & pecora campi.

Ibidem. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Qui dixisti discipulis.

Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

Et

Mat. 18. Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

Et iterum:

Mat. 21. Soluite, & adducite.

ORATIO.

Ab Ecclesia. QVique B. Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti, famuli tui N. vincula, *solue nodos stolæ, & depone*, absolue † & eum ipsius meritis illæsum abire concede. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

HÆc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: vt diceres, qui vincti sunt: Exite, & his qui in tenebris, Reuelamini. Isa. 49.

Sedens capite cooperto dicat ad Dæmones, & cooperantes, finem imponens.

Formido, & fouea, & laqueus super te; qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. * Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur tibi in carcere. Isai. 24

Odientes eum in
FVGAM Conuertam.
Psalmus 88.

Quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite. Mat. 23.

Propterea
Sto iudicio subiectus. Act. 16.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM IN HOC LIBELLO Contentarum.

Primus numerus §. secundus verò, fol. tertius columnam. designat.

A

ADMONITIO *ad Exorcistas.* §.12.*f.* 366.*c.*1
Aqua benedictio iuxta ritum sanctæ Rom. Eccl. §. 23 *f.*383.*c.*2.
Aquam benedictam, aspergendi modus. §.23.*f.*385.*c.*1.
Authoritatis exorcistæ expositio. 10. 361.*c.*1.
Sub titulo Præparatio Exorcistæ.
Auxilium petitur à Deo. 5.353.*c.*2
Auxilium petitur cum potestate. 10. 362.*c.*1.

Benedictio.
- *Aquæ iuxta ritum S.R.E.* 23. 386.*c.* 1.
- *Candelarum.* 22.383.*c.*1.
- *Crucis.* 23.382.*c.*1.
- *Domus longa.* 23.383.*c.*1
- *Breuis.* 23.385.*c.*1.
- *Generalis ad quæcunque.* 21. 380.*c.*1
- *Ignis.* 18.374.*&* 376.*c.*2
- *incensi.* 25.389.*c.*1.
- *Suffumigationis.* 18.378. *col.* 1.
- *Thalami.* 23.388.*c.*1.

B

BOna à Deo obtenta enumerantur. 14.370.*c.*1.

C

CAnanea Euangelium. 1.348.*c.*1.
Causæ, propter quas hic liber est collectus, & impressus. f. 349.*c.*1.
Comburendi instrumenta maleficialia modus. 18.374.*c.*2.
Combustio imaginis diaboli, & maleficij. 20.378.*c.*2.
Conseruandæ sanitatis deprecatio. 16. 373.*c.*1.
Crucis signi † præparatio. 1.348.*c.*1.
Crucis benedictio. 23.383.*c.*1
Crucis ponendæ in domibus forma. 391.*c.*1.
Crucis forma. 23. *ibid.*

D

DIabolica insidiæ multa. 3.4.350. *col.* 2. *&* 352.*c.*1
Diabolis ac eorum ministris mala eueniens. 9. 360.*c.*1.
Diaboli nomina varia. 20. 378.*c.*2.
Diaboli imaginis combustio. 20. *ibid.*
Dimissio liberati. 17.374.*c.*1.

F

FInis *impositio; ibi Pro eo quod.* 12.366.*c.*2.
Finis impositio,& dimissio. 17.374.*c.*1.

Gratia

Digitized by Google

G

GRratiarum actionis preludium. 14.370.c.1.
Gratiarum actiones. 15.471.c.2.

H

HOrtatio ad patrem familias. 23. 387.c.2.

I

IMaginis diaboli combustio.20.379. col. 2.
Imprecatio in damones. 11.363.c.2.
Inimicorum insidia verbo insidia.
Inimicis quæ mala euenient. 9.360.c.1.
Insidiæ diabolicæ multæ. 3.4.350.c.2. & 352.c.1.
Instrumentorum maleficorum combustio 18.374.c.2.

M

MAla, quæ inimicis euenient. 9. 360.c.1.
Mala, quæ inimici operantur. 3.4.350. col.2. & 352.c.1
Maleficorum instrumentorum combustio. 18.352.c.1.
Maleficinominis combustio. 20. 379. col.2.
Maleficiimaginis combustio. 20. 398. cap.1.

N

NEcessitatis expositio. 2.349.c.1
Nominis diaboli combustio. 20. 378 c.2.
Nomina varia diabolis attributa. 20. 379.c.1.

P

PEccatorum venia petitur. 2.348. col.2.
Præceptum diabolis faciendum.12.366. col. 2.
Præparatio Exorcistæ. 10.362.c.1
Protestatio, & finis impositio. 12.368. col. 2.

S

SAnitatis obtentæ conseruandæ precatio. 16.373.c.1.
Solutio maleficiorum. 13. 369. c.1
Stolæ vsus. 24.393.c.1
Suffumigatio oppressorum. 19.378.c.1
Suffumigationis benedictio.18.374.c.1

INDEX SECVNDVS, Qui est Euangeliorum.

C

COnuocatis Iesus duodecim Apostolis 5.354.c.1.
Cum fortis armatus custodit atrium. 8.359.c.1.
Cum immundus spiritus exierit.3.351. col. 1.
Cum ingrederetur Iesus quoddam Castellum. 15.371.c.2.& 372.c.1
Cum recumberet Iesus cum duobus discipulis, qui ibant in Emaus. 21. 380. c. 2.

D

DIxit Iesus ad illos, qui surdum, & mutum sanandum obtulerunt.

E

EGo dedi ei sermonem meum. 16. 373 c.1.
Egressus Iesus secessit in partes Tyri, 1.348. c. 1.
Erat Iesus eijciens damonium. 6. 356. col. 2.
Exiens Iesus de finibus Tyri. 13. 369. col. 1.

Digitized by Google

I

IN principio erat Verbum. 23. 385. col. 1.

P

PEtite, & dabitur vobis. 7. 358. c. 1.
Preteriens Iesus vidit hominem cecum à natiuit. 2. 349. c. 1.

R

REcumbentibus vndecim discipulis. 10. 362. c. 2.
Respondens vnus de turba dixit, Magister attuli filium meum. 12. 366. c. 2.
Reuersi sunt Septuaginta duo. 11, 364. col. 2.

S

Sicut colligitur zizania. 18. 375. c. 1
Si mundus vos odit, Scitote. 4. 312. col 2
Surgens Iesus de Synagoga. 9. 360. c. 1

D

DEus omnis gratiæ, qui vocauit. 16. 373. c. 1.
Dixerunt viri, qui habitant Ierico ad Eliseum. 83. 385. c. 2
Dixit Angelus Raphaël Tempus est. 14. 370. c. 1
Dixit Eleazar Sacerdos. 23. 384. c. 1

F

FActum est euntibus nobis. 12. 366. col. 2.
Fratres adeamus cum fiducia. 7. 357. col. 2

H

HÆc dicit Dominus exercituum. 11. 363. c. 2
Hoc scio à principio, ex quo. 9. 360. col. 1

I

INgressi Moyses, & Aaron. 13. 369. col. 1

L

LOcutus est Dominus ad Moysen. 23. 384 c. 1

M

MIserere nostri Deus omnium. 1. 347. c. 1

N

NEgantes te nosse impij. 18. 374. col. 2
Nunquid tolletur à forti prada. 8. 358. col. 2

O

ONus deserti maris. 2. 749. c. 1
Orauit Mardochæus. 3. 350 c. 1
Orauit Sara filia Raguelis. 5. 353. c. 2

INDEX TERTIVS
Qui est Lectionum.

A

ALleua Deus, dicit Ecclesiastes. 10. 362. c. 1.
Apprehensa est bestia. 20. 379. c. 2

B

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. 15. 371. c. 1

C

CReauit Deus hominem ad imag. 21. 380. c. 2.

Digitized by Google

P

PRofectus est Tobias. 18.376.c.1

Q

QVadam die cum venissent filij Dei. 4.351.c.1
Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer. 6. 356.c.1.

INDEX ORATIONVM Qui est quartus.

C

COnfitebor tibi Domine Rex. 15. 372.c.2

D

DA quæsumus omnipotens Deus vt hic fam. 4.353 c.2
Infirmitatis humanæ singulare præsidium. 7.358.c.2
Deus, qui B. Petro Apostolo tuo collatis clauibus. 13.370.c.2
Deus, qui B. Petrum à Vinculis absolutum. 9.361.c.2
Deus, qui hunc famulum tuum N. 3. 352.c.2
Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti. 6. 357.c.2
Deus refugium nostrum, & virtus. 5.355. col. 2

I

INeffabilem misericordiam tuam. 1. 348.c.2
Interuenientibus Domine S.M.V. matre tua, & omnibus Sanctis. 10.363. col. 2

M

MAgnus es Domine in æternum 14.371.c.2.

O

OMnipotens sempiterne Deus. 8. 359.c.2

P

PRæces famuli tui N. quæsumus Domine. 2. 350.c.2

Q

QVæsumus omnipotens Deus famulum tuum. 16.373.c.2

S

SAna me Domine, & sanabor. 11.365. col. 2

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



COMPLEMENTI
ARTIS EXORCISTICÆ
PARS PRIMA,
Quæ DOCTRINALIS dicitur.

DOCTRINA I.

Vtrum sint Spiritus, & de quibusdam eorum effectibus in communi; ad rem nostram facientibus?

ANTE omnia sciendum est, quòd Æternus Deus, vt communicaret eius immensam Charitatem, ex nihilo cuncta creauit. *Gen.* 1. in principio creauit Deus Cœlum, & Terram; & Plato, ait Charitas Dei causa fuit factionis huius Mundi, & originis omnium rerum, & inter cætera creaturam spiritalem, quæ Angelica est, creauit; de qua legitur. *Dan.* 7. millia millium ministrabant ei. & Dauid *Psal.* 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te; Item Iob. *cap.* 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus &c. De eorum quoque creatione, & apparitionibus, veraque Scriptura plena testatur, Deusque eam super omnem creaturam constituit, nam est substantia incorporea, & intellectualis, corporibus non vnita, hoc attestantibus Theologis: propter quod, Cum dixit, substantia incorporea, intelligitur subtilitas Naturæ spiritus, per quam tria notantur. Primò, eius subtilitas, qua aërem, & terram, & cuncta corpora penetrat, & non occupat locum, cum non habeat corpus, sed in loco continetur, non circumscriptiuè, sed diffinitiuè. Secundò, eius inuisibilitas; Nam videri non potest, quia inuisibilis est, vnde secundum Isid. redditur visibilis, quando missus corpus aëreum sumit. Tertiò, eius excellentia, quæ superminet corporali creaturæ: Nã creatura corporalis naturaliter obedit incorporali, ideſt spirituali, quoad motũ localem, vnde Daniel accepit prandiũ in lacu Leonum ab Angelo portante Abacuch. Item legitur in actib. Apost. c. 5. Quòd iubente Angelo, apertæ sunt januæ carceris, & ibid. cap. 12. eciderunt catenæ de manibus Petri, & porta ferrea Ciuitatis aperta est eis, & sic omnia causare potest, quæ ex motu locali corporum inferiorum proue

prouenire poſſunt; vbi verò legitur, intellectualis, notatur intelligentiæ perſpicacitas, vnde ſpiritus ſcientia ſunt perſpicaciſſimi, & cognoſcunt Naturas,& virtutes mineralium,herbarum, animalium, Planetarum, & cunctarum creaturarum, omniaque ſciunt ſicut Deus ſimul actu,& ſcientia viſionis,licet neſciant omnia,quæ Deus ſcit, qui omnia ſcit præſentialiter,perfectè,& immutabiliter,futuráque,& cordium ſecreta cognoſcit. Differt Spiritus ab homine in hoc, quia licet homo videat multa, illa tamen, non videt ſolo actu videndi, ſed multis actibus. Fuerunt etiam Spiritus, in quibuſdam æquales creati, & quibuſdam differentes, cuius operationis ratio ſapientiæ Dei æquo moderamine cuncta ordinantis, remittitur. Fuerunt autem æquales in hoc, quia, & ſpiritus, & immortales,& inuiſibiles erant, ſed differentes in eſſentiæ tenuitate, & ſapientiæ perſpicacitate,& poteſtatis ſuperioritate, prout videbitur in humanis, cum vnus ſit alio fortior, & ſapientia perſpicacior, in regiminéque ſuperior. Diſtinctiones verò in vnoquoqe eorum, ille ſolus comprehendit,& ponderat, qui cuncta fecit in numero,pondere,& menſura; Aliquis tamen Angelus malus fortior eſt alio Angelo bono,per Naturam, & è contra accidit,per gratiam, quia minimus Angelus bonus, eo quod adhæret diuinæ voluntati, habet regimen ſuper cunctos Angelos malos. Auguſt. *lib. 3. de Trinitate*, Spiritus vitæ deſertor,atque peccator, regitur per Spiritum vitæ rationalem, pium, & iuſtum. Loquuntur etiam inter ſe Spiritus verbo mentis; Nam triplex eſt verbum, operis, oris, & mentis: verbo operis,loquitur Deus; Verbo oris, loquuntur homines, & verbo mentis,loquuntur Spiritus; Vnde D. Thom. *p. 1. ſum. quæſt. 109. art. 3.* de Spiritibus rebellibus loquens, dicit; Ad inuicem concepta ſua manifeſtant. Loquuntur etiam Spiritus ad homines duplici modo. Primo,verbo locali,in aſſumpto tantum corpore; ſed non audiuntur,niſi ab iis,ad quod ordinantur: Legitur enim,quod Sanctus Seruulus in eius tranſitu,audiebat Angelos cantantes,qui verò aderant, nequaquam eos audiebant. Idem accidit in eorum apparitionibus,vt legitur. *Num. 22.* Quod Aſinus videbat Angelum gladium euaginatum tenentem,Balaam verò non videbat. Item legitur *4. Reg. cap. 6.* Quòd Eliſæus videbat Montem plenum Equorum, & Curruum igneorum in eius circuitu,eius verò puer, videre non poterat. Secundo modo, per impreſſionem rerum ſenſibilium, moto inſtrumento imaginis, & hoc modo loquuntur vigilantibus, & dormientibus. Loquuntur etiam hominibus Spiritus immundi alio modo, immutando ſcilicet ſenſum, & hoc dupliciter, vel inſtrumento viſus, imaginationem alicuius rei imprimendo, vel obiiciendo viſui ſimilitudinem alicuius rei. *Loquitur, item* Spiritus bonus Diabolo, ſpecies ſui intellectus ei ſine aliqua illuminatione oſtendendo,& reuelat ei multa de diuinis myſteriis, vt tamquam exequutor diuinę Iuſtitiæ,ea exigat, ſecundum diuinam Iuſtitiam, ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bonorum: Qui omnes Spiritus à Deo fuerunt creati boni. *Geneſ. 1.* vidit Deus cuncta,quæ fecerat, & erant valde bona, habuerunt etiam boni,& mali notitiam,intelligentes quid appetendum,quidue reſpuendum ipſis foret. Et ſic in libero arbitrio conſtituti,eos relinquamus, cum ſatis dictum ſit de præſenti primo fundamento Doctrinæ noſtræ.

Virum

Digitized by Google

Doctrina II.

Vtrum sint Dæmones, & Malefici? & de quibusdam aliis ad propositum facientibus.

A IN præcedenti doctrina, Spiritus esse, & à Deo creatos bonos, in liberoque arbitrio constitutos fuisse, satis ostensum est, ex quibus, Alij sponte elegerunt bonum; alij verò malum, ita quod boni ordinantes se ad rationem, fuerunt per gratiam appositam confirmati: Illi verò à veritate se auertentes, propria potestate sibi vendicare præsumentes impedimentum beatitudini suæ, per peccatum posuerunt Isidorus *lib. 1. cap. 25. de summo bono, super Isa.* Quomodo cecidisti Lucifer; ait, Postquam creatus est, eminentiam Naturæ, & profunditatem Scientiæ suæ perpendens, in suum Creatorem superbiuit, in tantum, quòd etiam Deo se æquiparare voluerit. Et Augustus *lib. 4. super Gen. c.* B 24. de Angelis loquens, ait; Prima operatio fuit omnibus communis, sed in secunda sunt distincti, & sic in primo instanti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni à malis diuisi; Hoc fuit figuratum in Genesi. *Gen. c. 1.* Quando diuisit Deus lucem à tenebris, idest: Spiritus bonos, à malis. Item Iob. *cap. 4.* & in Angelis suis reperit prauitatem. Ptolomæus *in 4. Quadrup.* Malignos Spiritus Dæmones appellat, & Plato *in Thimeo* solebat dicere, inuisibilium Potestatum, quæ Dæmones nuncupantur, monstrare rationem, majus est opus, quam ferre valeat hominis ingeniũ. C Nolens ergo, Lucifer vnà cum omnibus suæ prauitatis sequacibus beatæ vitæ dulcedinem gustare, ipsam cum illis amisit, & è cœlo aliqui in infernum, ad cruciandum peccatores, alij, in hunc aerem caliginosum ad exercitationem hominum sunt præcipitati, & inter cætera nomina, Dæmones sunt appellati. Augustus. *lib. 3. super Genes. cap. 10.* ait, Aer caliginosus, est quasi carcer Dæmonibus, vsque in diem iudicij, & *Isa. 14.* Quomodo cecidisti Lucifer de Cœlo? In Apoc. legitur *cap. 12.* Draco de Cœlo cadens secum traxit tertiam Stellarum partem, & *Lucas 10.* Videbam Sathan, sicut fulgur de Cœlo cadentem. Et licet Dæmones non actu alligentur igni gehennali, dum sunt in isto caliginoso Aere, attamen scientes illam allegationem ipsis deberi, non diminuitur pæna. Glossa ordinaria super D verba Iacobi *cap. 3.* inflammat rotam, dicit; Quòd portant secum Dæmones ignem Gehennæ quousque vadunt. Et quamuis legatur *Luc. 8.* quod Dæmones rogauerunt ipsum ne imperaret illis, vt in abyssum irent, non tamen contradicit, sed hoc petierunt Dæmones, quia pæna fuisset illis, si à loco excluſi essent, in quo hominibus nocere non potuissent, cum valdè doleant, male operari non posse. Peripateticorum autem contraria opinio, dicentium, Dæmones, non esse, sed quæ attribuuntur Dæmonibus, fieri virtute corporum Cœlestium, quàm falsa sit, probatur ratione, authoritate, & exemplo. Ratione, non essent maligna Spiritualia, si non essent etiam maligni Spiritus, à Spiritu enim Spiritualia nominantur, Teste Augustus. *super Ioan. c. 13.* Item vi- A demus multa fieri, quæ nullo modo virtus Cœlestium corporum facere potest, v.g. Vt Idiota loquatur varijs linguis, carmina recitet, & orationes, Testetur realiter authoritates, obscura, & difficilia interpretetur, occulta manifestet, secreta hominum reuelet, & vt Statuæ loquantur cum similibus. Probatur authoritate, & primo.

Digitized by Google

Apoſt. *ad Epheſios c.* 6. Nouit quædam Spiritualia nequitiæ in Cæleſtibus, & aduerſus nos colluctationem eſſe, teſtatur Iſidor. *de ſummo bono lib.* 1. Triplici acumine vigent Dæmones, ſubtilitate Naturæ, experientia temporum, & reuelatione Spirituum ſupernorum. Probatur exemplo: Nam allegantur Gentilium, & Sanctorum facta, & præſertim S. Antonij Abbatis vita, vbi multa à Dæmonibus fuerunt facta, quæ virtus corporum Cœleſtium nequaquam facere poteſt; &, vt breuiter concludam, dico, prout in theologorum collectione de Dæmonibus legitur, quod ſunt Spiritus impuri, humani generis inimici, mēte rationales, ſine diſcurſu intelligentes, in nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſuperbiam tumidi, ſemper in fraude noui, immutant ſenſus, inquinant affectus; vigilantes turbant, dormientes per ſomnia inquietant, morbos inferunt; Tempeſtates concitant, in lucis Angelos ſe transformant, vt decipiant, Infernum ſecum portant, in Idolis ſibi diuinum cultum vſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicas Artes faciunt, bonis ad exercitium dantur, & ſemper fini hominis inſidiantur; Quare patet per hæc omnia, & per ſacrum Euangelium, quàm falſa ſit Peripateticorum opinio. Dæmones ergo ſunt, qui poſt peccatum fuerunt ſpoliati gratia, quæ erat ſupranaturale donum: Duplex enim eſt gratia; perfecta, & imperfecta. Perfecta eſt ſtatus gloriæ. Imperfecta vero eſt ſtatus merendi, in quo fuerunt creati, vt ſummum bonum intelligerent, intelligendo amarent, & amando ad gratiam perfectam, quæ ſtatus eſt gloriæ, peruenirent, vt ipſo ſummo bono fruerētur; Sic ergo per peccatum fuerunt ſpoliati: ipſa duplici gratia, & puritate Naturæ, liberi arbitrij facultate, ſtatu innocentiæ, fælicitate, dilectione, & diuina contemplatione, quam habere potuerunt, & dum hæc amiſerunt, dona tamen Naturalia remanſerunt integra, & ſplendidiſſima, vt teſtatur Dionyſ. 4. *de diuinis nominibus*; Per paſſionem tamen Ieſu Chriſti, & eius mortem, debilitata permanſerunt, ita quod à ſeipſis, nihil agere poſſunt, niſi permiſerit Deus, quod oſtenditur in Dæmonibus, qui nec in porcos poterant intrare, & idem videtur in Sathan contra Iob, qui eum vexare non poterat; Multa ergo virtute ſuæ Naturę D faciunt, quæ nos valdè miratos reddunt, & hæc, vt ſupra diximus, quia à principio ſuæ creationis omnia cognouerunt, quæ ad Naturalem cognitionem pertinent. Vnde quædam occulta ſemina in corporibus huius mundi latent, per quæ ab eis cognita, acceptaque, & per congruas temperationes elementorum applicata multa Dæmones faciunt Deo permittente, quæ à nobis ſupernaturalia iudicantur, licet Naturalia ſint, vt probat Auguſt. *lib.* 3. *c.* 8. *tom.* 3. *de Trin.* & Thom. *part.* 1. *ſum.* 9. 55. *art.* 1. 2. Exemplum habemus *in Exod.* de Magis Pharaonis, per Dæmones, facientibus ranas, & veros ſerpentes qui per putrefactionem generantur, per triplicemque acuminis vegetationem, ab Iſid. *ſup.* allegatum, multa addiſcunt, & diuinando prædicunt, qua peſte vtuntur, vt multos ſibi credentes, decipiant. Scire etiam A poteſt Dæmon tempus ſui exitus, vel per reuelationem Spirituum ſupernorum, vel quia cognoſcit Archangelum cum poteſtate aſſiſtentem ad eum fugandum, vel quia videt aliqua pia exerceri, quæ Deum ad miſericordiam mouent, & ad ſe expellendum multum valent. Ad propoſitum, ſciendum quoque eſt; Quod inter C

Dæmo-

Digitized by Google

Dæmones eſt prælatio, quia prælatio eſt bonum Naturæ, vnde naturalis diſpoſitio Dæmonum requirit, quod ſit prælatio in eis, tãquam bonum, & ordo naturalis, & ſic naturali ordine quidam Dæmones ſub alijs conſtituuntur, & ſucceſſiuè eorum actiones, & hac ratione Dæmon eijcere poteſt alterum Dæmonem ſibi inferiorem, nec aduerſatur illud Lucæ: Omne Regnum in ſeipſum diuiſum, de-
B ſolabitur, Quia Dæmonum fugatio, qua alter alterum ejicit, non fit contentiosè, ſed ex communi conſenſu. Et hoc, quia, cum homines talia procurantes grauiſſimè peccent, Luciferi Regnum propter animarum lucrum, non deſolatur, ſed augetur. Concordia verò, qua aliqui alijs obediunt, non procedit ex amicitia, quæ ſit inter eos, ſed ex communi nequitia, qua homines odio proſequuntur. In Dæmonibus lætitia quoque eſt: & dolor; lætitia, non à bono, ſed à malo procedit. Auguſt. *lib. 2. de gen. contra Manich. cap. 17.* Diabolus poteſtatem habet in eos, qui Dei præcepta contemnunt, & de hac tam infelici poteſtate lætatur, & ſic in corporibus habitantes gaudent, quia malè agunt. Dolor autem, non de malo culpæ ipſorum, ſed ex praua vo-
C luntate procedit; Quia apprehendentes actum oppoſitum ſuæ prauæ voluntati, triſtantur, vellent enim nos omnes damnari, & tamen non omnes damnamur: Naturaliter appetunt beatitudinem, & tamen ſunt ea priuati, nollent vnquam obedire, & tamen voluntas ſua cohibetur; vellent venerari, & adorari, & tamen ſuſtinent irriſiones, & contumelias. Licet quoque Dæmones afficere poſſe irriſionibus, & contumelijs, non vt Dei creaturas; quia ſic ſunt amandi, ſed vt eius inimicos, & noſtros aduerſarios. Iob. *cap. 41.* Hoc eſt initium figmenti Dei, quod fecit Deus, vt illudatur. Et Dauid *Pſalm. 103.* Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei, principalis verò irriſio, & contumelia, quæ Dæmoni fieri poteſt, hæc eſt, vt nihil nobis ab eo ſuggeſtum faciamus, nec eius verbis credamus.

Maleficos, & Maleficas eſſe, per D legem Diuinam, Canonicam, & Ciuilem probatur, Primò Exod. *cap. 22.* Ait Deus, Maleficos non patieris viuere. Item Leuitic. *cap. 20.* Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata cum eis fuerit, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi. *Ibidem c. 19.* Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini. Item in lege Ciuili, facientes incantationes, prout dicitur *in lege eorum. C. de Malef. & Mathema.* & qui Dæmones inuocant, ſunt capite puniendi. *L. multi C. eod.* Item in Iure Canonico. Incantatores, Sortilegi, & Malefici, velut Chriſti inimici, inſequi debent *cap. pernenit 26. q. 5.* & *ibid. cap. contra eod. cauſa*, & *qu.* Clericus, Monacus, vel Laicus incantationes, & maleficia ſequutus, excommunicatur; & *c. ſi quis Epiſcopus, 26. q. 5.* Epiſcopus, vel Presbyter malefi- A cia ſequens, Magos conſulens, priuetur honore. Item cantat Eccleſia de Cypriano, quòd Iuſtinam virginem, cantionibus, atque veneficijs ad ſui libidinis conſenſum, allicere conabatur. Item Magorum Pharaonis exemplo, & experientia, quæ quotidie per Reuer. Patres Inquiſitores S. Officij fit, comprobatur. Vnde ad propoſitum, ſciendum eſt, Quòd Dæmones aſtutia ſua, tales malos Chriſtianos ſub ſpecie boni ſeducũt, aliquid dulce, & ſpirituale eorum ſpurcitij miſcentes, vt nomen Ieſu Chriſti, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorumve, aquã, herbas, vel ceram benedictam, &

ſimilia, & formam alicuius viri, vel mulieris Sanctæ ſuſcipientes, magnalia promittunt, & ſic gradatim ab vnione Eccleſiæ eos ſeparant; Quòd Auguſt. *Tract. 7. ſuper Ioan.* probat dicens, fingunt enim Spiritus mali vmbras qualdam honoris ſibimetipſis vt ſic decipiant eos, qui ſequuntur Chriſtum. Vſque adeo fratres mei, vt illi ipſi, qui ſeducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, miſceant præcantationibus ſuis nomen Chriſti, Quia iam, non poſſunt ſeducere Chriſtianos, vt dent venenum, addunt mellis aliquid, vt per id, quod dulce eſt, lateat quod amarum eſt, & bibant ad perniciem.

Vnde vana exercentes, & Diabolica, illi nomen Malefici, vel Maleficæ acquirunt, & Dæmones operantur ſecundum intentionem eorum, & corporum, humorumque diſpoſitionem, vt dictum eſt ſupra, Deo C tamen permittente. Quare, non mirum, ſi his noſtris temporibus valde creſcat Maleficorum numerus, quia verificatur illud *Eſaiæ 10.* Ita immundi veſpere ad Occaſum declinante, & malitia hominum creſcente, & Charitate refrigeſcente, ſuperabundat omnis Maleficorum iniquitas; Multi tamen ignari Malefici ab ipſiſmet vanis operationibus, & non à Dæmonibus hæc euenire arbitrantur, dicentes quoque: Quòd Dæmones afficiuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, carminum, rituum, & ſimilium, & quòd certis conſtellationibus vocati, veniſunt in annulis, amphoris, & ſimilibus. Quod quàm falſum ſit, probat Auguſtin. *de ciuitate Dei lib. 21.* Quia non alliciuntur vi, vel fraude D Dæmones, ſed quia ſic volunt triplici malitia. Prima, vt decipiant credentes, ex virtute talis conſtellationis, effectus ſuarum incantationum ſortiri, quia ſic cadunt homines in peccato Idololatriæ, & hereſis, nam nec cõſtellationes, corporaque quæcunque cœleſtia, nec carmina, nec ſimilia operari poſſunt in Angelicam Naturam. Imò ipſis Dæmonibus obediunt corporalia cuncta; & ratio eſt, quia corporea ſubijciuntur incorporeis. Secunda, Quia Dæmones propter lucrum animarum obediunt hominibus talia exercentes, quia hæc omnia ipſis Dæmonibus, in ſignum Diuini honoris exhibentur, cuius ſunt valdè cupidi. Quorum omnium præcipuum eſt fundamentum Maleficarum, & Necromanticorum operationes, nam ſi Dæmonibus, non daretur fides, & non exhiberentur honores, reuerentiæ, adorationes, & ſimilia, non obedirent, nec operarentur: Vnde in Prouincia Sannutij in A Ciuitate Penarum, quædam Maleſica me præſente & audiente, in tormentis confeſſa eſt, quòd multos offendebat, & Dæmoniacos, & alios à diuerſis infirmitatibus liberabat, applicando nonnullas herbas, & ſimilia, & poſt harum rerum applicationem, adorabat Luciferum Angelum maiorem, ab ea ſic appellatum. Tertia. Quia naturaliter procedunt in dicto tempore conſtellationum effectus aptiores, & materiæ corporales magis diſpoſitæ ſunt ad operandum quidquid velint Malefici: Qui Dæmones non ſunt neceſſitati vti maleficijs ad cruciandos homines, ſed hoc faciunt, vt iam dixi, ad eorum perditionem, quam ſequuntur. Nunc cùm ſupra in hac, & prima Doctrina ſatis dictum ſit ad rem, huic ſecundæ Doctrinæ authoritate Iob. *cap. 41.* dicentis. Non eſt ſuper terram poteſtas, quę B valeat ei, hoc eſt Dæmoni comparari, finem facio.

DOCTRI

Digitized by Google

Doctrina III.

De Permißione Diuina.

C MVlti Idiotæ, neſcientes quomodo Deus permittat, quòd Dæmones corpora humana, ad Creatoris imaginem, & ſimilitudinem creata, & Sacramentis munita, cruciare valeant, mirantur, & dolent. Ad extirpandas ergo à cordibus Simplicium has ignorantiæ, & lamentationum radices, ne de Deo obloquantur: Sciendum eſt, quòd permiſſio eſt ſignum voluntatis Diuinæ, non reſpectu mali, quod Deus permittit, ſed reſpectu boni, quod ex modo permiſſo Deus elicit. Deus enim eſt author omnium bonorum, & non malorum. Teſte Euangeliſta Ioanne, dicente, (ſcilicet bona) per ipſum facta ſunt, & authorem malorum eſſe negat: dicens: & ſine ipſo factum eſt nihil, id eſt malum. Quàm melius ergo ſit, modum eſſe, quàm malum nullum eſſe permittere, probatur ra-
D tione, authoritate, & exemplo. Ratione quidem, videlicet, Deus malum permittit, ergo malum eſſe, bonum eſt, aliter ab omnipotenti bono, non permitteretur, quia ſummus bonus eſt. Aduerte tamen, quòd mala, inquantum mala ſunt, non ſunt bona; Nam ſi aliter eſſet, vtique Deus author fuiſſet mali, quod falſum eſt, & tamen bonum eſt, vt non ſolùm ſint bona, ſed etiam, & mala, quia de malo bonum elicit Deus. S. Thomas *in p. 1. q. 49. art. 3.* & *q. 109. art. 1.* bonum inueniri poteſt ſine malo, ſed malum, non poteſt inueniri ſine bono. Ita quòd, ſi Deus malum aliquod permittit, hoc facit, pro aliquo bono. Prouiſor vniuerſalis eſt Deus, & quia multa bona elicere poteſt, ex particularibus malis, ideò non impedit omnia mala particularia, vt vniuerſo contingant multa bona. Item malum eſſe propter admirabi- A
lem perfectionem vniuerſi, bonum eſt; Nam, ſi Deus non permitteret malum, in bono non eſſet pulchritudo, per malum enim bonum clarius eluceſcit, laudabiliúſque eſt, & magis placet. Teſte Auguſtino *in Enchir.* Ex omnibus bonis, & malis conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. Authoritate verò probatur per Auguſt. *ibidem.* Melius iudicauit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla eſſe permittere. Idem Auguſt. *ſuper Ioann. Tract. 28.* Sicut enim iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei, ſic è contrà, Deus bene vtitur malis operibus iniquorum. Idem *de Trinitate.* Proſunt ma- B
la, vel ad delenda peccata, vel ad exercendam, probandámque iuſtitiam, vel ad demonſtrandam huius vitæ miſeriam. S. Thomas *p. 1. ſum. q. 109. art. 4.* Diuina ſapientia permittit aliqua mala fieri, per malos Angelos, & homines propter bona, quæ ex eis elicit. Tandem probatur exemplo, Permiſit enim Deus Petrum negare Chriſtum, vt inde humilior, & ſapientior fieret. Permiſit etiam Chriſtum crucifigi, vt inde ſequeretur redemptio: Permiſit perſequutiones, & mortem in Sanctis Martyribus, vt inde ſequeretur miracula ad conuerſionem gentium, & corroborationem multorum. Et tandem permittit Hæ- C
reticos Nauiculam Piſcatoris perturbare, vt magis fidei noſtræ veritas clareſcat, & ſic de ſingulis; eadem ratione permiſit corpora humana à Dæmonibus vexari, multiplici de cauſa. Primò, vt Peripateticæ opinionis Sectatores ſciant, Dæmones eſſe, & ab ipſis affligi poſſe, iuxta illud *Ioan. 4.* Niſi ſigna videritis, non

creditis.

Digitized by Google

creditis. Secundò, vt quis propter eius obſtinationem in peccatis puniatur in hoc, & in futuro ſæculo, vt nobis exemplum fuit Rex Antiochus. Tertiò. Propter pœnam peccatorum, in hoc tantùm ſæculo puniendorum. Quartò. Vt caſtigatus à Dæmone, à culpis futuris declinet. Paulus enim fuit obcæcatus, vt de perſequutore Prædicator euaderet. Quinto. Propter peccata Parentum. *Exod.* 20. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, viſitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Sextò. Propter culpam alicuius peccati grauis
D puniendi, vt de Saule Rege legitur. 1. *Reg.* 16. Septimò. Ne quis in gratia conſtitutus, ab ea declinet. Paulus. 2. *Cor.* 12. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi Angelus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt auferret à me, & dixit. Sufficit tibi gratia mea. Octauò. Ad aliquorum conuerſionem, nam multi peccatores, infeſtationes aliorum videntes, territi, relinquunt vias ſuas peſſimas. Nonò. Vt Diuina potentia ſimul, & miſericordia manifeſtetur; vt de cæco nato. *Ioan.* 9. Neque hic, neque Parentes eius peccauerunt: ſed, vt manifeſtetur gloria Dei in illo. Decimò. Ad oſtendendam alicuius vitæ ſanctitatem; vt de diſcipulo Antonij fugante dæmonem, non volente Ma-
A giſtro. Vndecimò. Propter alicuius corporis Sancti manifeſtationem, vt de SS. Martyribus Ioanne, & Paulo. Duodecimò. Ad meritorum augmentationem. Decimotertiò. Vt Deus ſuos probet electos, tamquàm aurum in fornace: vt de Tobia, nam dixit Angelus, quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Decimoquartò, vt Dæmon noſtram quærens perditionem, ipſe confuſus exiſtat, vt in Iob. Et vt vnico verbo concludam. Iudicia Dei Abyſſus multa. Permittit etiam Deus magicas artes ad fallendum fallaces, ſicut Ægyptios, & ipſos Magos. *Exod.* 7. Item admonendum fideles, ne tale quid faciant, ne eis accidat, vt Ægyptijs. Permittit poſtremò Deus Dæmonem in formam boni Angeli ſe transmutare, iuxta illud *Apoſt.* Transformat ſe in Angelum lucis, & in diuerſis formis apparere, quia ſic homo fit callidior per experientiã mali, & melius reſiſtere nouit fraudibus inimici. Attamen verum eſt, quod non B tantum malum permittit Deus ſuper iuſtos in charitate exiſtentes, ſicut ſuper malos peccatores.

Doctrina IV.

Vtrum Dæmones vexare poſſint corpora & quomodo?

QVod Dæmones Corpora humana vexare poſſint, quamuis ſatis per allegata in Prima, & Secunda Doctrina oſtenſum eſt, *cùm ſint* ſubſtantiæ incorporeæ, *& intellectuales*, quibus *corporeæ* ſubduntur; Ad maiorem tamen declarationem ex Sacra Scriptura, adduco authoritates, & exempla. *Luc. cap.* 4. 8. *Marc.* 1. 5. *p. Matth.* 12. 17. & Sanctorum facta, in quibus innumerabiles Dæmones à corporibus humanis fugatos fuiſſe, legitur. Imò quàm hæreticum ſit, contrarium tenere ex ſe patet, cum ſit contra ſacrum Euangelium; Quod ſanè intelligendum eſt, ſcilicet, Deo permittente, & non aliter, vt dictum eſt, ſupra de Permiſſione Diuina. Et Auguſt. *in* 3. *de Trinit. cap.* 7. confirmat, dicens. Diabolus, multa poteſt virtute ſuæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute Diuina.

Digitized by Google

D uina. Exemplóque probatur de Maleficis Pharaonis, qui per incantationes ſuas fecerunt Dracones, aquam in ſanguinem verterunt, & ranas, ſicuti fecerat Aaron ſeruus Domini, ſed non potuerunt facere Ciniphes, non quia, non potuiſſent, ſicut & Ranas, & Dracones, & alia fecerunt, ſed quia, non permiſit Deus, quod quidem ipſi Malefici confeſſi ſunt, dicentes. Digitus Dei eſt hic. *Exod.* 78. Poſſunt ergo Dæmones ingredi corpora, Deo permittente,& ea vexare,aut plures vnà ſint, aut ſingulares, vt notatur, de Spiritu ſurdo, & muto, & de legione.

A Sed ſciendum, quòd duplex eſt ingreſſus Dæmonum in homines,primus eſt contra Animam, & hoc modo intrant,& implent cor, mentem, & ſenſum, non ſubſtantia ſua, cùm hoc ſolùm Deo conueniat,qui capax eſt ſuæ facturæ, iuxta illud Bedæ ſuper illud Petri ad Ananiam : Cur tentauit Sathanas cor tuum ? dicit. Notandum, quòd mentem hominis iuxta ſubſtantiam nihil implere poteſt,niſi creatrix Trinitas, quia tantummodo ſecundum operationem, & voluntatis inſtinctum, Anima de his,quæ ſunt creata,impletur,Sed fit per ſuggeſtionem,callida, & fraudulenta deceptione, venenum peccati in voluntate ſuggerens, & ſic propter effectum malitiæ eorum,dicuntur Dæmones,intrare, & vexare ad exercitationem noſtram, & meritum.Secundus ingreſſus eſt,contra corpora,

B Et licet Dæmonis voluntas intendat principaliter contra Animam, ſubſtantialiter tamen, ipſa Diuina permiſſione concurrente,corpora intrat, & affligit, & hoc dupliciter,aut ab intra, aut extra ; Ab extra, mutans phantaſiá,& ſenſus corporeos,vel ſumens corpus Aëreum,vt ſupra doctrina prima, & ſic oſtendit vexatis,Serpentes,Tauros,Aues,homines armatos,& ſimilia, eos occidere volentes, vt tales in aliquod periculum inducat, prout practicando inueni Puellam, cui apparebant Bubali,& homines euaginatis gladiis,eam occidere volentes, ſigno tamen Crucis facto, euaneſcebant, in Eccleſia tamen ipſas apparitiones,non videbat. Ab intra,vt in Iob legitur 2.& Saule. *Regum* 1. 16. & prout in multis, ſacro Euangelio teſte, & experientia, C
quorum viſcera,& interiora,cæteræque partes corporis, diuerſimodè exagitantur, & cruciantur : Et hoc duplici modo eſſe poteſt, aut ſimpliciter per ſe, aut interueniente Maleficio, vnde Dæmon ingrediens corpora,conſiderat eorum qualitates, & defectus,& præcipuè, in qua corporis parte, effectus alicuius infirmitatis procedere poſſit,mouendo virtutes, & potentias, & humores, & ſic perturbatis ſpiritibus, potentiis, & humoribus, apparent multæ imaginationes, faciuntque homines mutos, ſurdos, claudos, cæcos, febricitantes, & diuerſas generant infirmitates, acutiſſimos dolores,& alia tormenta, quæ numerari non poſſunt : Cuiuſmodi ſunt vlcera peſſima,vt in Iob.Egreſſus Sathan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo,à planta pedis vſque ad verticem eius.Exagi- D
tationem, vt in Rege Saule,quem Spiritus malus exagitabat.Facit inſuper homines lunaticos,*Matt.* 17.Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt &c.Et dixit Dominus,afferte illum ad me, & increpauit illum Ieſus,& exiuit ab eo Dæmon, & curatus eſt Puer, ex illa hora. Vnde Chryſoſt.*hom.* 58.dicit.Quòd Dæmones hoc faciunt propter duo, vt infament lunam, tamquam Dei creaturam, & quia non poſſunt operari,

Digitized by Google

niſi mediantibus naturalibus virtutibus rerum. Item generat cæcitatem, vt *Matth.* 12. Oblatus eſt ei Dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret. Item affert impedimentum ad loquendum. *Marc.* 9. Magiſter attuli filium meum ad te habentem Spiritum mutum, & *Luc.* 11. erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum, non quia Dæmon eſſet mutus, ſed reſpectu ſuæ operationis dicebatur mutus, quia ipſum filium
A reddebat mutum. Inducit etiam ſurditatem, ſtridorem dentium, diſſipationem, dilaniationem, rabiem, febrim, & diuerſas infirmitates. *Luc.* & *Mar.* 9. Item *Luc.* 13. Chriſtus ſanauit filiam, quam alligauerat Sathanas detentam à ſpiritu infirmitatis annis decem & octo, præcipuè verò experientia Teſte. Dæmones vexant Melancholicos, & hoc multiplici ratione. Primò. Quia hic humor melancholicus difficiliter eradicatur, quia ex ſui natura inobediens, & rebellis redditur euacuantibus; maximè, ſi ab aliqua cauſa, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca ſuſtentetur. Secundò, quia humor malancholicus aptior eſt ad generandas diuerſas infirmitates, &
B incurabiles. Nam ſi ſupra modum exuſtus, & verſetur circa ſubſtantiam, & membranas cerebri, furorem parit: Si circa ventriculos, Apoplexiam: Si circa ariginem, neruorum conuulſionem: Si circa oculos, cęcitatem. Vnde Galenus 3. *de loc. affect.* c. 7. vbi in ipſo cerebri corpore melãcholicus ſuccus abundat, eam inſaniæ ſpeciem, quam Græci vocant melancholiam, efficit, quo fit, vt neque ſubito, neque affatim ſoluatur. Nam totius ſubſtantiæ cerebri temperies mutatur, generátque rabiem lupinam, & caninam, phrenesímque & Amorem inſanum cum diuerſis ſuis effectibus. Occupat inſuper Melancholia potentias principales, & nobiliores: vt mentem obſcurat, intellectum, & memoriam, turbat rationem, & iudicium. Vnde Auicenna *lib.* 3. *Phen.* 1. *Tract.* 4. *c.* 18. Melancholia eſt mutatio exiſtimationum, & cogitationum à curſu naturali ad corruptionem, & timorem, & ad malitiam, propter complexionem melancholicam C facientem pauidum, & triſtem cerebri ſpiritum interius, & propter tenebras ipſius. Quia per has occupationes latet iniquitas, & aſtutia Dæmonis, quare ſic vexatus à Deo, & ſui ipſius cognitione decidit, & ad ea, quæ ad ſalutem pertinent, fit piger, & immemor; tum melancholico humore commiſcetur, quia Dæmonum naturæ ſedes congrua eſt propter ſuam amaritudinem, triſtitiam, & turbulentiam, qui humor ſi fuerit euacuatus Dæmon cogitur recedere. Tertia ratio eſt; nã in dictis naturalibus infirmitatibus dęmon, quàm ſæpiſſimè ſe occultare ſolet. Et hoc, quia in dictis morbis ſolent concurrere ſigna, & accidentia ſimilia, quæ, & ipſe Dæmon facere ſolet. Et *ſic Exorciſta* ſolet dubitare, an *infirmitas* ſit diabolica, vel naturalis, & fallitur. Vn- D de Dæmon aliquando, non cognita ab Exorciſta eius aſtutia, impunè euadit. Inducunt interdum Dæmones mortem, vt legitur *Tob.* 3. de ſeptem viris Saræ ab Aſmodæo occiſis. Impedit aliquando Dæmon vim generatiuam, aut obſtando, ne vna ſeipſos coniuges coniungant: prout ego vidi Mulierem maleficiatam, quæ morſu, vnguibus, & eo peiori modo, quo poterat, erigebat ſe contra Maritum, dum eam ad conſummationem matrimonij inuitaret. Et tandem poſt annos tres obdormiuit in

Digitized by Google

Domino: Aut reprimendo erectionem membri, aut obstruendo vias, ne semen emittatur, aut emisso semine ne recipiatur, aut ipsum semen surripiendo, aut applicando, vel inducendo aliqua naturalia contraria ad
A semina destruenda. Inclinat quoque ad Amorem, vel odium inordinatum. Et licet Dæmon non sit causa illius inordinati Amoris directè, arctando hominis voluntatem, quia hoc illi soli possibile est, qui eam creauit, vt supra diximus, sed operatur in potentias corporis, siue corpori alligatas. Nam videntur quidam homines, per motionem spirituum, & humorum magis proni ad passiones, idest, ad iram, & concupiscentiam, & sic de eiusmodi, quæ insurgentes disponunt hominem ad consensum. Sic ergo Dæmon, cognoscens has passiones illis magis subdere, facilius potest, & fortius persuadet ad talem Amorem: vel odium, & mouendo passiones, disponit imprimens in imaginatione rem amatam, tùm præcipuè, cùm Amans in tali cogitatione delectabilius, & diutius perfistit. Transmutat etiam aliquando, & membra, & corpus in bestiales formas, vnde secundum rei veritatem, sciendum est, quod transmutationes rerum corporalium, quæ
B virtute naturali fieri non possunt? nullo pariter modo, virtute Dæmonum transmutari valent, vt mutetur corpus humanum in bestiam, & è contra, vel quòd mortuum corpus reuiuiscat, & similia, quòd probat August. 18. *de ciuit Dei. Tom.* 5. Nec corpus quidem humanum; nulla ratione crediderim Dæmonum arte, vel potestate in membra bestialia conuerti posse, sed quia mortales sensus per phantasmata decipiuntur, quæ vera non sunt, nobis vera videntur; & hoc dupliciter contingit. Primo modo: dictum est in Doctrina prima. Et hæc est operatio naturalis, cum Angelus virtute suæ naturæ possit mouere imaginationem hominis per motum localem spirituum, & humorum, & apparitiones imaginariæ causantur in nobis, ex dicta locali mutatione spirituum, & humorum. Quapropter Arist. *in lib. de som. & vigil. cap.* 3. assignat causam apparitionis somniorum, dicens. Quòd cùm Animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus, idest impressiones relictæ ex motibus sensibilium, quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouent principium sensitiuum, ita vt fiat apparitio quædam, ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus mutaretur, tantusque esse potest Spirituum, & humorum concursus, quod huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, vt patet in phreneticis, dicentibus multa videre, quæ realiter non sunt, & sic hæc omnia possunt fieri virtute Angeli mouentis dictos Spiritus corporales, & humores. Secundo modo fit, quando visibiliter apparet in quauis figura, sumens corpus ex Aere, & eadem ratione potest circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunque formam, & figuram. Inducunt quoque Dæmones fructus, & animalia ad sterilitatem, vel ad mortem. Generant insuper Animalia minuta, & volatilia, & terrestria, quæ fructus dissipant. Generant etiam tempestates coagulatis frigidissimis humoribus, vnde legitur *Apoc.* 7. Quod Angelus Dei clamauit quatuor Angelis, quibus datum est nocere Terræ, & Mari, dicens. Nolite nocere Terræ, neque Mari, neque arboribus quoad vsque signemus seruos Dei in frontibus

Digitized by Google

eorum. Quandoque etiam faciunt ſe Succubos, & Incubos aſſumpto corpore Aëreo. Vexant præterea hominum habitacula, & omnes habitatores perturbant, ac terrent diuerſimodè. Poſſunt tandem vexare paruulos materna vbera lactantes. Teſte Aug. *lib. 21. de ciuit. Dei.* Item Hier. *ad Paulam.* Et poſſunt nocere hominibus Sanctis, vt eſt, de Iob, & de Sancto Antonio.

DOCTRINA V.

De ſignis, quibus cognoſcitur, Dæmoniacus, & Maleficiatus.

ALiquem eſſe Dæmoniacum duobus modis accidere poteſt; vel poteſt eſſe Dæmoniacus ſimpliciter, vel cum Maleficio. Tunc dicitur ſimpliciter, quando Dæmon vexat aliquam creaturam, non interueniente maleficio, & tunc, non ſemper eſſentialiter adeſt, quia, vt ſuperius dixi, Dæmon adeſſe dicitur per vexationem, & abeſſe per quietem. Cùm maleficio verò, cum Dæmon aſſiſtit, per aliquod maleficium factum, & tunc ſine interuallo creaturam affligit, plus, & minus ſecundum Diuinam permiſſionem. Si autem certo cognoſcere volueris, an ſit Dæmoniacus ſimpliciter, an cum maleficio notato quæ ſequuntur.

Signa Dæmoniaci.

PRimum, linguam tumidam, & nigram, multoties Dæmoniacus, de ore præter naturam profert, vel inflatur guttur, vel diſtringitur anguſtè, ita vt videatur velle ſtrangulari, ſed tamen in ſuum priſtinum ſtatum redit.

2 Plorant, neſcientes, quid plorent, Dæmoniaci.

3 Cum ira, & contentione reſpondent, interrogantibus.

4 Quandoque etiam coacti, vt loquantur, nolunt loqui.

5 Claudunt dentes, & nolunt A comedere.

6 Odio homines proſequuntur.

7 Multa dicunt, ex quibus minimè dignoſcitur, quid velint innuere.

8 Opprimuntur ſopore graui.

9 Remanent tanquam ſenſibus deſtituti.

10 Seipſos pugnis percutiunt, ac veſtes lacerant, & capillos.

11 Terribiles habent oculos, & horribiles.

12 Terrore repentino afficiuntur, & confeſtim terror ille recedit.

13 Diuerſorum Animalium voces imitantur, & ſic audiuntur rugitus Leonum, balatus Ouium, Boum mugitus, latratus Canum, Porcorum grunnitus, & ſimilium.

14 Strident dentibus, ſpumant, ac ſigna alia oſtendunt tanquam Canes rabidi.

15 Multoties exponunt ſe præci- B pitijs.

16 Diſcurrit aliquando per eorum corpora igneus, *vel glacialis* vapor.

17 Sentiunt per corpus ſigna, tanquam formicas diſcurrentes, Ranas ſaltantes, Viperas, Serpentes, Piſces natantes, Muſcas volantes, & ſimilia.

18 Varia præter naturam vident, & audiunt.

19 Sentiunt ſub manu Sacra capiti ſuperpoſita, vel ex Sacra lectione quid frigidiſſimum, vel caliditſſimum, vel graue.

20 Clamant, cum aliquas Sanctorum reliquias capiti ſuperponas, etiam occultè, & dicunt, auferte has à me quoniam malè olent, vel ſunt nimis graues, aut efflant, aut cir- C cum

Digitized by Google

cumuoluunt caput, aut ipſas reliquias projicere ſtudent, aut contra Miniſtrum, & Aſtantes ſe iratos oſtendunt, & ſimilia.

21 Omnia ſpiritualia odio habent, à facie Sacerdotum, & præcipuè Exorciſtarum fugiunt, in Eccleſiam ingredi nolunt, & ſi ingrediuntur, ab ea ſtatim fugere procurant, vel Coronæ, vel ſpiritualium librorum, tædet; cuncta benedicta, Sanctorumque imagines, & maximè Crucifixi, nolunt inſpicere, nec deoſculari, imò, proijciunt, & in hæc omnia conſpuunt.

22 Sacra verba proferre negligunt, qualia ſunt. Miſerere mei Deus; Qui habitat in adiutorio altiſſimi; Magnificat anima mea Dominum; In principio erat verbum, & ſimilia. Et ſi ea pronunciauerint, balbutire ſtudent, vel verba corrumpunt, tædium graue demonſtrant, tandem ea
D perficere non poſſunt. Ita vt palàm ſe Dæmoniacos oſtendant.

23 Sentiunt in aliqua ſui corporis parte dolorem, & ſi ſuper eum ſignum Sanctæ Crucis feceris, ſtatim per corporis membra fugiet, ſed ſi eidem dolori locum præciſum aſſignaueris, in ea corporis parte, in qua volueris ſigno Sanctæ Crucis † patientia, & perſeuerentia arctabis.

24 Cum ſuper Dæmoniacos Euangelia, Paſſionem Ieſu Chriſti, coniurationes, & ſimilia legeris, conturbabuntur, ſenſus occupabuntur, intolerabiles etiam in illis anxietates, ac inſiationes, vel guttas ſudoris defluentes, conſpicies: Inſuper ſtridores ad Cœlum vſque mittent, proſternent ſe, & ſimilia facient.

A 25 Cum audieris Idiotas, & Literarum Ignaros, interpretari difficilia, aliorum manifeſtare ſecreta, pulſare, vel muſicaliter canere, aliqua prædicere, loqui varijs linguis, & (vt verbo concludam) ſupernaturalia facere; abſque dubio, ſignum erit Diabolicæ præſentiæ.

Aduertendum tamen, quòd ſupradicta ſigna poſſunt etiam concurrere in Maleficiato.

Signa Maleficiati.

1 PRimum: Maleficiati cibos peſſimos appetunt, & ſuper cibis ſuſtantialibus ſtomachantur.

2 Cibum ſumptum retinere non B poſſunt, à continuo vomitu moleſtati.

3 Alij ſemper ſunt indigeſti, ſentiuntque onus graue ſuper ſtomachum.

4 Sentiunt nonnulli bolum à ſtomacho ſæpe aſcendens ad guttur, quod euomere videntur, & tamen ad priſtinum locum deſcendit.

5 Quandoque aliquibus horis ventriculi morſus accidit.

6 Alij frequentem pulſationem in collo, vel dolorem in renibus ſentiunt.

7 Quibuſdam ſæpe fiunt Sincopæ. Et præcipuè vna, & eadem hora.

8 Aliquibus, præter naturam ineſt continuus dolor in capite, vel cerebro, propter quod videntur grauari, perfringi, & perforari.

9 Maleficiati affligitur cor, ita quòd videtur lacerari à Canibus, à Serpentibus morderi, vel claua, ſeu acu transfigi, conſtringi, vel ſuffocari.

10 Nonnullis accidunt ſubitanei dolores frequentes, quos dum neſciunt exprimere, emittunt clamores, & quandoque ab ijſdem doloribus interficiuntur.

Digitized by Google

11 Alijs, extenuatur corpus, & ad nihilum redigitur.

12 Aliquando membra videntur flagellata, conſtricta, & lacerata.

13 Nonnullis viſcera torquentur, & venter valde, ac repentinè inflatur, aut per interanea, ac ſi eſſent vacua, diſcurrit ventus.

14 Grauantur multi Maleficiati à melancholico humore, quorum alij adeò infirmantur, vt, nec loqui, nec cum hominibus conuerſari velint.

15 Signum notiſſimum Maleficij eſt, quando medicamenta applicata, Maleficiatos non iuuant.

Concurrunt tandem diuerſi effectus, & ſigna, ſecundum Malefici intentionem, & iuxtà genus Maleficij facti, vt patet per exemplum. Romæ accidit, vt quidam Fullo maleficiatur venerit ad me, ad petendum auxilium, cuius domum ego vnà cum eius familiaribus ingreſſus, cum ſubuertiſſem, inueni in quodam tincturæ vaſe fæce pleno, figuram ceream, clauo ferreo, à capite vſque ad anum tranſfixam, brachia, crura, ac totum denique corpus, clauis refertum; qui claui, ipſum Maleficiatum in cunctis partibus affligebant, eo modo, quo in figura cerea collocati erant. Aduertendum inſuper, quod ſunt etiam alia ſigna in Maleficiatis aliquibus, quæ aliquando haberi non poſſunt, niſi ex circunſtantijs, & ſuſpicationibus, vt eſt in Maleficijs ad odium, vel ad amorem, ad ſterilitatem, aut ad tempeſtates, vel circa vim generatiuam, aut inſuper beſtias perpetratis. Sciendum quoque quod in paruulis non habentibus vſum loquelæ, non tàm facilè cognoſcitur infirmitas maleficialis, eo quòd exprimere non poſſunt dolores ſuos, nec circumſtantias, ſed diligentiſſimè inquirantur lectuli eorum, & ſi aliqua ſigna maleficialia inuenientur, poterit Exorciſta indicium inferre. Aduertat etiam Exorciſta, quod in aliquibus Maleficijs Dæmones non loquuntur, licet, dent ſigna præſentiæ ſuæ.

Illud etiam animaduerſione dignum eſt, quod prudens Exorciſta, antequam ad remedia deueniat, cognoſcere debeat, an infirmitas Diabolica ſit, nec ne, nam in infirmitatibus melancholicis, & matricalibus, difficilis eſt cognitio concurrentibus ſignis multis, & accidentibus ſupradictis. Quapropter, *ad* huius cognitionem attendendum eſt, quòd ſi duodecimum, decimumtertium, aut decimumquartum ſignum, ſuperius deſcriptum in ſignis Dæmoniaci ſimplicis concurrerit, vel ſi Medicorum applicata medicamenta, non iuuabunt, vt in fine de ſignis Maleficiati, dixi, proculdubio Diabolicæ præſentiæ ſignum erit. Nonnulli enim opinantur, ſe Dæmoniacos, & Maleficiatos eſſe, & talem opinionem in mente *imprimunt* ita vt nulla ratione *ab hac ſententia* dimoueri *poſſint*. Romæ, quidam iuuenis, *Eccleſiam* Sanctæ Mariæ in montibus: vbi per me coniurabantur Dæmones, frequentabat: quadam autem Die, dixit ſe Dæmoniacum eſſe, & Maleficiatum, oſtendebatque nonnulla, ac ſi vere Dæmoniacus fuiſſet, qui tamen rogabat ſæpius, vt ſibi auxilium darem. Ego cognita eius inſania, illum vocaui intra Ædes Sancti Clementis, præſentibus fratribus ordinis mei, & dum fingerem eum coniurare, dixit ille, eſt ſpiritus vnus in aure dextera, qui oſtendit ſe velle fugere. Tunc ego, dixi, ne dubites, eſto bono animo. Fratribus tamẽ circunſtãtibus, ſubri

Digitized by Google

ſubridentibus, vas aquæ benedictæ plenum, quod in promptu habebam, totum in eius aurem, & caput projeci, quod factum eſt, vt ille aſſereret, ſic confirmantibus fratribus, quod Dæmon receſſiſſet, & ſic curatus eſt ab inſania ſua.

Doctrina VI.

De contemptu, & taciturnitate Dæmoni imponenda.

A INter cætera, taciturnitas Dæmoni imponenda eſt, quia arma potentiſſima Dæmonis ſunt loquutiones illius, quibus, & Exorciſtam, & Dæmoniacum, & aſtantes ſeducit, ac in diuerſos errores inducit. Diabolus enim, non gladio accinctus, nec gladio armatus, ſed verbo malum ſeminauit, & primum hominem interfecit, quare ſilentium illi eſt imponendum, etiam ſi vera fateretur. Hoc autem probatur ratione, exemplo, & authoritate.

Probatur. Primò, ratione, nam, quod quæris à Dæmone, vel notum eſt, vel occultum: Si notum, fruſtra curioſè te extendis, cum Auguſtinus dicat *ſuper Ioan.* de curioſitate quantum poteſt, nos tentat, quia opus eſt: Si occultum eſt, cur
B à Patre mendacij vis doceri? Eò diabolicum magis, cum nunquam certum ſit tibi dicturus, nunquam enim intendit hominis intellectum illuminare, ſed eius rationem obtenebrare, cùm bene nouerit, quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quemque admiratione ſeducat. Et tandem, nunquam verum fatetur, niſi cognouerit ſub ſpecie veritatis, peſtiferi aliquid ad hominum perditionem plantare poſſe, & ad propoſitum eſt illud Apoſtoli 2. *Cor.* 11. Non enim deſinit hoſtis antiquus figuram ſumere Angelorum lucis, laqueos vbi- C
que prætendens, & Cypriani *Tract.* 2. *de Idolorum vanitate*, ait, quod Dæmones falſa veris ſemper inuoluunt.

Probatur exemplo. *Luc.* 4. Chriſtus impoſuit Diabolo ſilentium, licèt veritatem fateretur, dicente illo, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene, veniſti perdere nos? Scio te, quod Sanctus es Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens; Obmuteſce, & exi ab eo. Vnde *Marc.* 1. & *Luc.* 4. concludunt, dicentes, Ieſus non ſinebat Dæmonia loqui; quare ſi Dominus veritatem fatentibus ſilentium impoſuit, quanto magis nos idem ſtudere debemus? Nec eſt dicendum, quod huic veritati obſtet illud *Marc.* 5. de Chriſto interrogante, quod nomen eſt tibi? quia ſi reſponſum Dæmonis conſidere- D
mus, dicentis; eſt mihi nomen Legio factum (fauente Deo) aperiemus; ſed quia quæcunque ſcripta ſunt, vt ait Apoſtolus, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ob id Chriſtus Dæmonem interrogauit, non, vt ignarus, ſed duabus potiſſimum de cauſis. Primò, vt ipſe confiteretur ſuam peſtem. Secundò, hoc fecit ad noſtram doctrinam, quia ſi Chriſto mentitus eſt (ipſo permittente) ſciendum nobis eſt, quod, & nos ſua malitia decipiet. Quòd autem Dæmonis reſponſio, dicentis, eſt mihi nomen Legio, falſa ſit, probatur; quia aut reſpondit ſecundum nomen ſuæ naturæ, aut ſui officij. Primo modo, falſum eſt, cum ſub nomine naturæ, omnes ſpiritus vocentur. Secundo modo, certum eſt, A
quod ab officio diuerſimodè nominantur, & tunc dicuntur Angeli, id eſt, Miſſi.

Ad

Ad propoſitum ergo, Dæmon reſpondens Chriſto, eſt mihi nomen legio, non reſpondit veritati, cùm Legio ſit multitudo Spirituum, quæ in ſe non habet nomen, ſed multitudinis, officium enim eſt, quòd quemque pro conditione ſuæ perſonæ, facere decet, obſeruata locorum, temporum, & perſonarum ratione. Sancti tandem omnes, non loquutione, ſed fide, & charitate Dæmones calcarunt.

B Probatur vltimò authoritate Auguſtini, Dæmon, qui ſemper intendit hominum perditionem, aliquando vera dicit, vt aſſueſcat homines ad credendum, in damnationem animarum ſuarum, & ſic currentes ad Dæmones, vel eis fidem præbentes, non habentes poteſtatem præſeruari à fallacia maledicti, cum Deus derelinquat eos in manu inimici; ad quem confugere conſueuerunt. Orig. *ſuper Ezech.* Serpens eſt hoſtis contrarius veritati. Athan. & Chryſoſt. *Conc. 2. de Lazaro*, prohibuit Chriſtus Dæmones loqui, & compeſcebat eorum ſermones, quamuis vera fatarentur, tum propter exemplum, vt nos etiam aſſuefaceret, non curare talia, quamuis vera loqui videantur, tum etiam quia, non oportebat eos ſurripere officij Apoſtolici gloriam, cum non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris.

Notent igitur Exorciſtæ, qui per Dæmones ſtudent veritatem inquirere, ſacra exponere, & diuina loqui.

C Poteſt tamen aliquid inquiri à Dæmone ſponte occurrente, per modum tranſeuntis, & hoc ad imminentem vtilitatem proximi, vel forte ex ſpeciali reuelatione Diuina aduenerit, & tunc ſemper hoſtiliter ſe habere debet. Aduertendum tamen, & certò ſciendum, quòd, & ſi Dæmon licita, & vera fateatur, nihilominus tamen eius voluntati, non eſt adhærendum, nihilque faciendum de his, quæ nobis ſuadet, imò Dæmonis voluntas eſt contemnenda. Et hoc docemur à Ieſu Chriſto, qui in deſerto à Dæmone ſuaſus, vt de lapidibus panem faceret, eius voluntatem contempſit. Vt nos doceret Dæmonis voluntati non eſſe obtemperandum, Auguſt. *de verbis Domini, Serm.* 11. *ſuper Ioan.* probat ſic dicens. Non fecit Ieſus panem de lapidibus, vt voluntatem contemneret tentatoris, aliter enim non vincitur tentator; niſi contemnatur. Et ad hoc pugnat Imperator, vt milites diſcant. Nec obſtat illud *Marc.* 5. Quando D Dominus, Dæmonibus petentibus, permiſit intrare Porcos, quia, vt ait Chryſoſt. *in homil.* 29. *in Matth.* permiſit Dæmones ire in porcos, non perſuaſus ab eis, ſed primo, vt inſtruat magnitudinem nocumenti Dæmonum, qui nobis inſidiantur. Secundò, vt omnes diſcerent, quòd, nec aduerſus porcos auderent aliquid facere, niſi ipſe conſenſiſſet, ac permiſiſſet. Tertiò, quia grauiora eſſent operati, niſi Diuina prouidentia illos prohibuiſſet, teſte etiam experientia rerum magiſtra, quia aſtutiſſimus ille Serpens (mihi credite fratres) reaſſumit vires, & lætatur in Exorciſtarum deceptione, & cum A permittunt eum loqui, loquutione ſua plurimos decipit Exorciſtas, & ad peccata multos inducit. Cum ergo nulla temporalis vtilitas comparari poſſit detrimento ſpiritualis ſalutis, quæ imminet ex loquutione, & inquiſitione, præcipuè occultorum, per Dæmones, ſilentium eſt illis imponendum.

Tamen notandum eſt, quòd ſi Dæmon poteſt aſtringi in nomine IESV ad fugam parandam, à fortiori eadem virtute, & poteſtate poteſt aſtringi ad

Digitized by Google

ad veritatem confitendam. Et sic restrictiuè concedendum est Exorcistam postpositis curiositatibus in fide,& humilitate tantummodo interrogare posse Dæmonem de tribus. Primò,vbi sit caput maleficij, quando adest Maleficium, & ad dictam veritatem habendam opus arduum mihi videtur. Secundò, per cuius Sancti merita, & quo loco sacro sit
B exiturus. Tertiò, interroget de die sui exitus, & hora, tunc Exorcista perseueranter arctare tenetur Dæmonem præceptis ad extorquendam veritatem. Cum verò Dæmon dixerit se velle tali die præcisè exire, maledictus ille positis manibus super Crucifixum iuret secundum formam scriptam,tunc Exorcista omni mora postposita intimabit Dæmoni primum peremptorium. Altera verò die Spiritus ratificet iuramentum ante Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ positis manibus super tabernaculum, & circa,qua ratificatione facta statim habeat Exorcista ignem, habeat & fumigationem benedictam ad torquendos Dæmones, & denuo serpens in tormentis illud ratifica-
C bit. Tertiave die, quæ erit dies exitus,per tres horas saltem ante horam præcisam sui exitus Exorcista Dæmonem affligat Exorcismis efficacissimis, appropinquante autem hora, faciat illi tertium peremptorium ante Sanctissimam Eucharistiam cum Exorcismis ibidem notatis,ac omnia sequatur,vt suo loco, &c.

DOCTRINA VII.

De astutiis Dæmonum præcipuis.

A DÆmon, Qui in insidiis semper nouus est,ante, & post coniurationem, imo in ipsius actu, multis vtitur calliditatibus. Primò, Vbi Dominus permisit illi alicuius corporis ingressum, ne ibi esse cognoscatur, sæpissimè morbos inducit, signáque, & accidentia illius morbi dat, ita vt Medici ipsi decipiantur, credentes ipsam infirmitatem verè meram naturalem, & non diabolicam esse. Item,creaturam vexatam,sacras orationes, signum Crucis,actúsque virtutis humilitatis,deuotionis,& similium aliquando facere permittit. Imò,quod magis est, ipse altutus aliqua Sancta dicit,& sic ouina pelle indutus, non cognoscitur, attamen in ea perseuerare non potest. Insuper, B
cum Exorcista eum esse Diabolum cognoscit,familiares, & amicos Dæmoniaci,ne illi cura adhibeatur, inducit ad credendum in illo humorem potius, quam Diabolum esse. Simulat etiam se fatuum, & ignarum, & ab actionibus supranaturalibus se abstinet,ne cognoscatur. Cum autem omnibus notum est ipsum adesse, ne remedia applicentur,& ne ad coniurationem adducatur, procurat impedimenta diuersa. In coniuratione, diuersas causas affert, vt Exorcistam inducat ad eum interrogandum, interrogatus verò respondere recusat, vel simulat veritatem fateri non posse, & verba dat Exorcistæ, vt teneat eum in spe veritatis habendæ, quapropter, sæpe sic impune euadit. Aliquando Dæmon veritatem nar- C
rare, vel aliqua facere videtur, coactus propter Exorcistæ vitæ bonitatem,ad hoc, vt eum inani gloria inflet. Interiori suggestione sæpe Dæmones dicunt Dæmoniaco, quid sunt facturi, & ostendunt se habituros ipsius corporis curam, & defensionem, vt paulatim se credibilem præbeat. In coniuratione sæpè fingunt, se nullum sentire dolorem, nec dant signa terroris, licet affli-

Digitized by Google

gantur, & tacendo demonſtrant ſe admodum fortes, vt affligant animum Exorciſtæ, qui demiſſo animo fit tepidus, & quandoque, quæ ipſi Dæmones minus metuunt, valde pertimeſcere fingunt. Accidit aliquando, vt creaturam obſeſſam agitent, ac proſternant, vt eam crucient, & Exorciſtam à coniuratione amoueant, vt ipſi creaturæ opem præſtent. Stridores emittunt, vt interpellant coniurantem, vel iocantur, multáque iocatoria proponunt, vt concitent riſum, & tunc, quando adblandiuntur, ſunt magis cauendi. Diuinam ſcripturam exponunt, vt hæreticorum fautores, & de ea loquuntur, dicente Diuo Patre Ambroſio, *ſuper Luc.* Quòd de ipſis diuinis ſcripturis laqueos fidelibus parant, non vt doceant, ſed vt decipiant. Quandoque latitant, & creaturam tanquam liberam relinquunt, ad hoc, vt Exorciſta coniurationi finem imponat.

Quando Exorciſmis torquentur, promittunt, & iurant in craſtinum velle exire, data hora, & ſigno, ita quòd inducunt Exorciſtam, ad terminandam coniurationem. Item turpia dicunt, & Exorciſtam, & aſtantes infamant, vt territi, vlterius curam de vexato, non habeant; Sæpe etiam aliquam perſonam de tali maleficio ream faciunt, & dant ſigna aliqua, vt inducant ad credendum, & hoc facit, vt inde ſcandala deueniant. Somnum in vexato inducunt, in quo aliquam viſionem ſanctam oſtendunt, ac dicunt, eſſe liberatum, & tamen ipſi Dæmones latitant. Male loquuntur de Catholica fide, dicentes, ſe eſſe animas aliquorum errantes, vt confirment errorem Gentilium, ſicut in Simone Mago, qui illudebatur à Dæmone, credens ſuas Magicas operationes fieri per animam pueri ab eo interfecti, aut quòd ardebat amore inter Seraphin, vel quòd Chriſtus eos fugere non poteſt, vel lugent, dicentes: Dolemus de peccatis commiſſis, & non parcit nobis Deus, eò quia iniuſtus eſt, ac alia ſimilia, & vt aſtantes credant eos deprecantur, & ſupplicant, vt orent, eleemoſynas erogent, quibus etiam apparentibus rationibus ornant propoſita, vt in mente ſimplicium permaneant. Sed tunc Exorciſta, aſtantibus, ipſorum falſitatem detegat, & quidquid ſancta Catholica Eccleſia ſentit aperiat, & declaret. Aliquando videntur *manibus* Exorciſtam percutere, *licet* eum, non attingant, & dicunt, eſt nobis conceſſa facultas ſuper te, vt in aliquibus iudicium aliquod perpetrent. Laſciuè intuentur Exorciſtam, & iungere dexteram dexteræ, vel pedem pedi procurant, & *alios* huiuſmodi actus faciunt, vt eum ad impudica incitent. Ante Sanctiſſimam Euchariſtiam quieſcunt, vt hac de re admirati aſtantes, dicant, illos quietos ſtare ante Chriſtum, ſed è contra, accidit, quia *ſignum eſt timoris*, nam famulus *ante Regem*, & Dominum ſuum, *etiam inuitè*, eum timet, & colit. *Poſt coniurationem*, multoties delectabilia, & curioſa familiaribus proponunt, & ad inuicem facta, tam propria, quàm aliena communicanda inducunt, & ſic familiares facti, Dæmoniacum, prout volunt, regunt, ac ipſi dominantur, loquentes per os eius ſæpiſſimè: Subuertunt domum, ac volunt ſibi obedientiam præſtari. Quare multa mala euenire ſolent inque mentem Dæmoniaci, & familiarium inducunt, aliter liberari non poſſe, niſi per Maleficos. Et vt vno verbo concludam, infinitis (vt vincant, & animas perdant) vtuntur aſtutiis,

astutiis, quas practicando in dies cognoscere licebit.

DOCTRINA VIII.

De qualitatibus Exorcistæ, & de necessariis in Coniuratione.

A DÆmonum fugatio à corporibus obsessis miraculum est, quia fit præter ordinem totius naturæ creatæ,& non ab alio, quàm à solo Deo fieri potest. Quocirca bellator Exorcista se ipsum cognoscat infirmum, & debilem pugnaturum cum antiquo hoste forti,& astuto,& ideò,non ferro, sed fide debet esse munitus, virtutum etiam munimine, & mandatorum Dei obseruatione,nec in semetipso, sed in Altissimi misericordia,& in virtute, & potestate Christi spem habere debet, docente Petro. *Act. Apost.* viri Israëlitæ, quid miramini in hoc,aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute,aut potestate fecerimus hunc ambulare? sed in nomine Iesu Christi Nazareni. Exorcista nihil dat de suo, sed simplex est
B Minister,iuxta illud *Apost.* 1. *Cor.* 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.Iuxtà,ergo potestatem datam à Christo. *Luc.* 10. dedi vobis calcandi supra Serpentes,& Scorpiones,& supra omnem virtutem inimici.Exorcista Dæmones coniurante in nomine Iesu Christi, ac Sanctæ Ecclesiæ, ne ipsi nobis noceant spiritualiter, nec corporaliter, ipso etiam orante,
C per custodiam Angelorum assistentium, & per auxilium Diuinæ gratiæ, ab aliquo Angelo à Deo misso, fugatur Dæmon. *Tob. cap.* 8. ad fugandum Dæmonem, Tobias protulit de cassilidi suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos, tunc dicit scriptura. Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Ægypti.

Exorcista, sit Sacerdos, quia Dæmones dignitatem ipsam valdè abhorrent, & sæpè timentes fugiunt. Sit præterea ieiuniis, & orationi, tam vocali, quàm mentali assiduè deditus; Nam legitur, quòd tanta est eorum virtus, vt quod facere non potuerunt Apostoli, factum est per ieiunium, & orationem, dicente Christo. Hoc genus Dæmoniorum, non eiicitur, nisi in ieiunio, & oratione. Sed, sciendum est, quòd ieiunium, vt ait Ven. Beda, D
non intelligitur solum abstinentia ciborum, sed & cunctarum illecebrarum carnalium, & omnium vitiorum. Augustus. ad Eremitas serm. de ieiunio. Ieiunium est debita satisfactio cunctorum membrorum.

Sic etiam de Oratione exponit Beda, Non in verbis solum est Oratio, quibus diuinam Clementiam inuocamus, verum etiam in omnibus, quæ ad obsequium nostri Conditoris fidei deuotione gerimus. Sit præterea Exorcista in disciplinis, & ciliciis solicitus.Dauid *Psal.* 34. Ego autem, cum mihi molesti essent (hoc est Diaboli) induebam me Cilicio. Sit in humilitate profundus, nam maledictus ille in superbia, & astutiis pugnat: & tu in humilitate, & simplicitate vince, quia contraria contrariis curantur. Sit A
ad Dæmonis leuitates, & cogitationes constantissimus, non curiosus, nõ personarũ acceptor vt potius Mulierem quàm virum, iuuenem quàm Senem, diuitem, quàm pauperem,

Digitized by Google

ſpecioſum, quàm deformem exorcizare velit. Non ſit inanis gloriæ cupidus, ne (ſicut Phariſæi) magis hominum, quàm Dei gloriam quærat. Quia de eo dicetur, recepiſti mercedem tuam; Sed more Chriſti quærentis gloriam eius, qui eum miſerat, ſic Exorciſta eius quærat gloriam, à quo habet dignitatem, & gratiam. Nulla cauſa moueatur, niſi propter Dei gloriam, & proximi ſalutem, & dicat: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Affirmante Chriſto; nolite gaudere, quia Dæmonia ſubjiciuntur vobis, ſed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

B Vnde, quia Petrus dixit; etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, per ſolum ſui amoris ſtudium, non adhibito Domini auxilio, ſtare non potuit, quapropter in tanti miraculi conſummatione, nobis opus eſt diuino auxilio, cum ipſe Dominus *Ioan.* 15. dicat: Sine me nihil poteſtis facere.

Sit etiam Exorciſta coactus mente, & in cunctis ſenſibus mortificatus, præcipuè verò in duplici fide radicatus, & primò, in indubitata, & integra Catholica fide, ſine qua, nec in hoc ſæculo quidquam iuſtificationis, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. Nemo igitur à fide aberrans exorcizet, nec cum Dæmonibus iocetur, ne ei eueniat ſicuti exorciſtis Iudæis, inter quos exiliens homo, qui habebat Dæmonium peſſi-

C mum, inualuit Dæmon contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent. *Act. Apoſt.* 19. Secundò, habeat fidem, quæ confidentia dicitur, de qua ait Dominus Ieſus, *Matth.* & *Luc.* 17. Si habueritis tantam fidem quantum granum Sinapis, dicetis huic monti, tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis: qua fide armati, Sancti, non ſolùm montes tranſtulerunt, & Dæmones fugauerunt, ſed & mortuos ad vitam reuocarunt, aliáque mirabilia in nomine Ieſu Chriſti ſunt operati. Et quia fides ſine operibus mortua eſt; ideò fungatur charitatis officio; de qua Apoſtolus 1. *Cor.* 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, ſi habuero Prophetiam, & nouero myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fi- D dem, ita vt montes transferam, & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas autem Dei hæc eſt, Teſte Ioanne 1. *cap.* 4. vt mandata eius cuſtodiamus, ſic & Dauid pulſante Citharam obſeruationis Diuinæ legis, recedebat Dæmon à Saule, quia dicitur Dæmon adeſſe per infeſtationem, abeſſe verò per quietem, eodem modo Exorciſta in vnitate legis, hoc eſt, in obſeruatione præceptorum Dei, id eſt, in charitate fugabit Dæmones, quæ quidem charitas ſine ſpe mercedis exercenda eſt, quia ſicut in charitate nihil *vnquam mali*, ſic & in auaritia nihil *vnquam boni* poterit inueniri. Ob id *Dominus* ejecit de Templo *ementes*, & *vendentes* Columbas, quia *non* eſt venalis. Qui A ergo in corde ſuo qualemcunque fauillam auaritiæ compererit, Chriſto adjuuante, eradicet, quia aliter non reportabit de inimico triumphum. 1. *Regum* 8. Acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Nam ſi munera acceperis, illi obligaris, ex quo multa mala exoriri conſueuerunt. Hoc poteſt confirmari exemplo, & authoritate *Tob.* 12. Quando vnà cum filio voluit dare viro Sancto, id eſt, Angelo Raphaëli, medietatem de omnibus, quæ tulerant pro Dæmonio.

Digitized by Google

monio fugato, & cæteris beneficiis, ille noluit accipere, sed dixit, Benedicite Deum Cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

B Confirmatur etiam authoritate, quia docet Dominus, quando Discipulis suis dedit potestatem super Spiritus immundos, & omnem languorem. *Matth.* 10. dicens. Infirmos curate, Dæmones ejicite, gratis accepistis, gratis date. Dominus autem, qui est omnium remunerator bonorum, centuplum retribuet in resurrectione iustorum.

Exorcista, non mente abstractus, non negotiis impeditus accedat, nec ipsum coniurare pigeat, nec coniurationem breuiter, sed patienter terminet. Super omnia autem studeat, ne Dæmon aliquid obtineat, quia callidissimus Serpens, si victor semel extiterit, in cunctis victoriam reportabit. Nam, à quo quis superatur, eius seruus efficitur. Ecce, exemplum ad rem, non tacendum.

C In dicta Ciuitate Penarum, tempore coniurationis terminandæ, videbam Dæmones rebelles, nolentes Sacerdotibus cedere, & dum tantæ prauitatis causam inquirerem, nefandum dictu inueni, nam aliqui Exorcistarum volentes Conjurationi finem imponere, deprecabantur Dæmones, vt crederent ipsi, videntes, quòd victoriam de Exorcistis, reportabant, nemini vltra in nomine IESV præcipienti obediebant, quod quidem mihi ipsi accidit, dum in Ecclesia maiori Dæmonem coniurarem, qui Mulierem quandam Isabellam nomine, affligebat, præsente Reuerendissimo Domino Ioanne Baptista de Benedictis, Ophydani ipsius Ciuitatis Episcopo, adstante simul Clero, & Populo. In fine conjurationis ego præcipiens Dæmoni in nomine IESV, vt in vngulam mortiferam digitis parui sinistri pedis descenderet, vt ipsa paupercula, liberè sua naturalia exercere posset. Respondit Dæmon, hoc non faciam, D nisi benignè postulaueris. Ego, his auditis, in nomine IESV, ille in superbia, simul diu contendentes, sperabat nequissimus victoriam, addebat enim afflictæ Mulieri grauissimos cruciatus, & mihi post longum tempus, non parum lassitudinis impartiebatur. Ego, qui re vera, satis fatigatus eram, cum per horas duas, vt cederet, supra alias quinque pugnauissem, eleuatis oculis ad Sanctissimum Sacramentum super Altare positum, Deo inspirante, Tabernaculum, in quo Sanctissima Eucharistia erat reposita, accepi, ponénsque supra Dæmoniacæ caput, firma fide, ac alta voce multoties exclamaui: Misericordia Signore. A Respondentibus iisdem Episcopo, Clericis, & Populo: Tandem summa omnium admiratione, cessit, ac obedientiam præbuit. Et sic, non victor, sed victus, succubuit.

Exorcista conjuraturus, à Litaniis semper incipiat, vt multiplicatis intercessoribus, gratia largiatur. Quia, efficacior, non legitur Conjuratio, quam Sanctissimæ Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum inuocatio. Repetat multoties illa præcipuè, quæ scit Dæmonem abhorrere, siue Sanctorum nomina, siue Mysteria fuerint, & ne decipiatur, sciat. Quòd ex aliqua de his tribus circunstantiis cognoscet, an Dæmon timeat, necne. Primò, si mirabilis virtutis erit My- B sterium. Secundò, si Sanctus nominatus sit particularis aduocatus, vel mirabilia pro Iesu Christi fide operatus fuerit, & à fidelibus mirificè cultus.

Digitized by Google

Tertiò. Si de Dæmonis terrore certiorem eum fecerit Dæmoniacus. Nam ipſe cognoſcet Dæmonem pauentem, quia à timore compulſus, debilitatur, & per diuerſas partes corporis aufugit. Intendat Exorciſta coniurare Dæmones principales, & præſertim vexantes, & omnes ſimul auxilium præſtantes. Cogat Dæmonem principalem ad dandum ſignum ſupernaturale de receſſu ſuo pro ſigno liberationis, ſine alicuius
C læſione. Et licet Dæmon poſſit dare ſignum, & tamen remanere in corpore. Iuſtus nihilominus Deus non permittit, vt à Dæmone Miniſtri ſui legitimè certantes in aliquo decipiantur. Quoties hoc ſignum Crucis † inuenerit, ſcriptum, in fronte ſignabit Dæmoniacum, niſi aliter faciendum legerit. Cum tamen fœminas erit ſignaturus, videat, ne eas tangat propter Dæmonis aſtutias, nam ſerpens ille, ſignum potius quam tactum pertimeſcit. Non permittat Exorciſta, dum coniurat alios adeſſe Dæmoniacos. Nam mihi euenit in ſupradicta ciuitate Penarum, vt dum in Ædibus Sancti Franciſci extra Vrbis mænia, Dæmoniacum coniurarem, ille Dæmonem, in ſummitate linguæ afflictum, viribuſque euidenter fractum cognoſcens, oculis ad Sanctiſſimam Euchariſtiam ſuper Al-
D tare poſitam eleuatis, manibus extenſis, cum lacrymis clamabat, *Miſerere mei dulciſſime Ieſu*, & dum repleti gaudio aſtantes deuotiſſimè orarent, & ego in fide perſeuerarem, occurrerunt alij Dæmoniaci, in quorum ſtridoribus reſonabat Eccleſia, ac eorum vnus procidens, adorauit Maledictum, quem in duello tenebam, qua actione, illicò cunctis cognoſcentibus, Serpens vires reaſſumpſit. Eſt quoque aduertendum, vt non adſint homines curioſi, & peccatores, hoc docente Chriſto. *Marc. 7.* Qui apprehendens hominem mutum, & ſurdum, vt eum liberaret, de Turba illum exemit. Sanaturus etiam & reſurrecturus Archiſinagogi fi-A liam mortuam, eiecit Turbam tumultuantem. *Luc. 8.* Idem fecit de alijs multis. *Marc. 8.* & hoc, quia Dæmones propter præſentiam ſuorum ſequacium, augent, vires. Sed aſſiſtant potius homines credentes, deuoti, & ſine intermiſſione orantes, vt legitur, quod quando reſuſcitauit Archiſinagogi filiam introierunt ſolùm cum Ieſu, Petrus, Iacobus, & Ioannes, Pater, & Mater filiæ. Super omnia autem aduertat Exorciſta, ne quemquam, & præcipuè Mulierem ſolam abſque vllo aſtante, coniuret. Non grauiter percutiat Dæmoniacos, vt quidam imperiti Exorciſtæ ſolent, imò leuiſſimè tangat, quòd ſi aliter fecerit, Exorciſta vnà cum Diabolo ad perditionem corporum tendet. Nam Dæmon, cum ſit incorporeus, ac na-B tura nobiliſſimus, actus irriſorios, & non tactum timet; pari ratione dicendum eſt, de fumigationibus Sulphuris, Aſſæ fœtidæ, & ſimilium, quæ caput, oculos, ac cerebrum maximè lædunt, morbos producere poſſunt, & ipſum Dæmoniacum valde affligunt, ſed cum ſimiles fumigationes exercere contigerit, vt Dæmonibus pæna augeatur, repræſentantes Tartari cruciatus, fiant procul ſtudio veritatis extorquendæ à Dæmone, & quæ ſub naribus Dæmoniaci fieri contigerit, ſint aromaticæ, quæ cor, & cætera membra corroborent, & humores purgent. Sit igitur Exorciſta hæc omnia edoctus, quæ hoc opus edocet, ne incaſſum elaboret.

Qua

Digitized by Google

Quæ sint Necessaria Exorcistæ, tempore Coniurationis.

CVm Coniurationem incipere voluerit Exorcista, habeat coadiutores, præcipuè Religiosos, & statim Missa expleta, Cotta, & Stola indutus, aliam habeat pro Dæmoniaco. Habeat etiam Sanctorum Reliquias, Librum Exorcismorum, Crucem, Aquam benedictam, cum aspersorio, Virgas Oliuarum benedictas, figuraſque Dæmonum, & eorum nominum ſchedulas inferius notatas. Habeat item materiam duplicis fumigationis; vt infra, ac aliam quæ poſſit igne reſolui in guttas, vt puta tocinum porcorum, vel huiuſmodi vt ipſas imagines inſtillet ſuo loco, & tempore. Habeat inſuper ſedilia, vt ipſemet, & Dæmoniacus tempore debito ſedeant. Tum lampadem accenſam, cuius extinctionis ſignum detur Dæmoni, in indicium ſui exitus: Poſſunt tamē ſimilia ſigna dari arbitrio ipſius Exorciſtę ſiue publica, ſiue ſecreta fuerint. Sulphurata benedicta ſecum teneat, vt ſi Serpens ille, in Dæmoniaco ſomnum induxe-
D rit arctum, & profundum, ea accenſa, ponat ſub naribus Dæmoniaci, vt à ſomno excitetur. Sine præterea omnia parata, quæ requiruntur circa expoſitionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, vt ſi opus fuerit illam exponere, ea ſint ſine ſtrepitu, & tumultu in promptu.

Doctrina IX.

De qualitatibus Dæmoniaci, & qua cura ſit circa eum habenda.

A DÆmoniacus, Iuxtà illud Ieſu Chriſti. *Marc.* 7. Qui in liberatione Dæmoniaci, ſurdi, & muti ſuſpiciens Cælum ingemuit; Non quia neceſſarium haberet gemitum, qui dabat, quod poſtulabat, vt ait Greg. *Hom.* 10. *in Ezech.* Sed, vt nos, coram eo gemeremus, qui Cœlo præſidet, docuit; quærat liberationem à Domino Deo noſtro, vt inueniat; petat, vt accipiat: pulſet, vt aperiatur. Ipſe verò Pater cæleſtis, qui ad correctionem flagellat, & non ad damnationem, iuxtà illius indigentiam, & ſalutem retribuet, & quid dare vult, multoties differt: tum, quia deſideria dilatione creſcant, tum etiam, ne vileſcat citò datum. Ad hoc autem obtinendum, oportet renunciare pompas, vanitates, & cuncta Sathanæ opera, vt proficiat de virtute in virtutem, ſicut dictum eſt de qualitatibus Exorciſtæ. Super omnia autem habeat fidem, de qua legitur, quòd Dominus Ieſus, in patria ſua, niſi paucos curauit infirmos, & non poterat ibi aliquid virtutis operari propter incredulitatem eorum. Quod & *Marc.* 6. *Matth.* 17. & *Luc.* 9. probant, de Dæmone, hominem ſurdum, mutum, & lunaticum reddente, quem Diſcipuli eijcere non potuerunt, propter vexati incredulitatem. Vn- C
de ad propoſitum dicit Ven. Beda, quòd impoſſibilitas curandi, non ad imbecillitatem curantium, ſed ad eorum, qui curandi ſunt fidem referatur. Idem cognoſcitur ex verbis Domini, qui in cunctis curationibus dicebat, credis? Fiat tibi ſicut credidiſti, fides tua te ſaluam fecit: Magna eſt fides tua, & ſimilia. Si forte Dæmon ad aliquod particulare vitium, vexatum inclinat, ipſe apprehendat virtutem repugnantem, & vincat, excitet ſe ad amorem ardentem Ieſu Chriſti cum humilitate, vt ipſe imperet Diabolo in nomine Ieſu Chriſti, vt obediat, & quieſcat, eum

eum contemnat, eius actiones non timeat, & illi dominari in Chriſti
D poteſtate omninò procuret. Non delectetur, nec curet, ſed doleat de loquutione, & motibus Dæmonis. Commercium cum curioſis, & alijs Dæmoniacis nequaquam habeat, ſenſus cuſtodiat, antequàm ad coniurationem vadat, ſe reconciliet; & ſi Mulier eſt, depoſito omni ornatu, ſe cooperiat. Dum coniuratur, mente oret Dæmoniacus, & ſi aliqua myſteria Dæmonem timere cognouerit, Exorciſtam certiorem faciat, qui in applicandis remedijs ſit ſolicitus. Quia ſi tanta diligentia vtuntur Medici, & Parentes in alicuius infirmitate naturali, vt ſanitatem ægrotus recipiat, vt diu noctuque peruigilent, ſumptibus, ac laboribus non parcentes, quanta in his Diabolicis infirmitatibus cura eſt habenda? Maledictus enim ille diuerſis obſtaculis procurat, vt, & coniurationes, & remedia
A non applicentur. Idcircò peruigiles ſint, & diligentiſſimi Exorciſtæ, & Parentes in inſidijs aduerſarij ſuperandis, vt ſanitatem recipiat infirmus, præcipuè verò familiares, non dent verba Dæmoni, & aures, ac oculos ad eius verba, & actiones claudant, ne eos, ſicut Euam ſeducat. Cum autem applicata fuerint remedia licita, & per triennium continuum ſanitatem non obtinuerit, habetur infirmitas, maleficiata pro perpetua, quia legitur *in C. fin. de frigid & malef.* & ibi Panor. *num.* 1. Quòd Honorius Tertius reſcripſit, quòd Maleficiatus, ſi triennio continuo habitauerit cum vxore, & non potuerit conſummare, ipſis coniugalibus cum ſeptima propinquorum manu firmantibus cum iuramento, Ma-
B trimonium ſedarentur, & tunc ſciat Demoniacus, quod ei expedit flagellum, iuxta illud Apoſt. 2. *Corin.* 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quòd ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, & ſuper hoc dicit Auguſt. Ergo ſcias, ſi non vult te ſanare Deus, adhuc tibi expedit flagellari, à Leone deuoreris. Interrogatus Petrus, cur Petronillam, eius filiam non ſanaret, qui tantos curabat. Reſpondet. Quia ſic expedit ei, dicente Apoſtolo virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Sic, &C Dæmoniacus ſuſtineat diſciplinam æterni Patris cum omni patientia, vt non amittat Cœleſtum hæreditatem, & dicat cum Iob. Si bona de manu Domini ſuſcepimus, cur non & mala ſuſtineamus? Sicut Domino placuit, ita factum eſt, Sit nomen Domini benedictum.

DOCTRINA X.

De ſignis demonſtrantibus Dæmonem receſſiſſe, & Maleficium eſſe deſtructum.

PRimo, Dæmon *fugiens* dat ſignum ſupernaturale ab Exorciſta
A ſibi aſſignatum, vel per extinctionem luminis, vel alicuius rei tactionem, vel aliquid ſimile, vt legitur *Marc.* 5. de legione, quæ dum exiit ab homine, ingreſſa eſt porcos, ſic permittente Domino, & in Mare ſuffocati ſunt.

Secundo: Exit Dæmon per os, nares, vel aures, in ſimilitudinem flammæ igneæ, vel venti frigidiſſimi, vel alicuius beſtiæ. *Apoc. 14.* 10. Vidi de ore Draconis, & de ore beſtiæ, & de ore Pſeudo Prophetæ ſpiritus tres immundos exire in modo ranarũ.

Tertio

Digitized by Google

B Tertio. Euaneſcunt Dæmones gradatim. Cyprian. *Trac. 4. de Idolorum vanitate*, vel exiliunt ſtatim, vel euaneſcunt gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aſpirat.

Quarto. Dæmon per inteſtina circumit in ſimilitudinem Pilæ donec exit per ſeceſſum.

Quintò Euomunt Dæmones, vt docet experientia, non ſolum humores melancholicos, ſed & capillos, & maiora, tamen maledicti ipſi multoties incautos Exorciſtas decipiunt.

Sextò. Relinquunt hominem vti mortuum, vt habetur de Dæmoniaco ſurdo, & muto. *Marc.* 9. Exclamans, & multum diſcerpens eum, exit ab eo. Vnde in Euangelio legitur, & factus eſt, ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Quare Dæmon hoc modo multos incautos
C Exorciſtas decipit. Idcircò animadnertant, ne ipſos Serpens ſeducat, quia niſi cum primo, ſecundo, vel quinto ſigno, hoc ſextum fuerit conjunctum, non erit Dæmoni credendum.

Doctrina XI.

De nonnullis neceſſario obſeruandis.

A PRimò. Medicinalia ſeu ſenſibilia poſſunt Dæmoniacis, & Maleficiatis applicari. Et licèt hæ res ſenſibiles, vt multoties dixi, in ſubſtantias incorporeas, ſcilicet Dæmones, naturaliter omninò operari non poſſint, eorum tamen vexationem, vel leuiorem reddunt, vel ſi leuis fuerit, auerſantur, non in Dæmonem, ſed potius in vexatum operando. Quia hæc ſenſibilia adhibita ſe opponunt indiſpoſitioni, per Dæmonem introductæ: vel dicendum, quòd ſenſibilia operantur in Spiritus malos, propter aliqua myſteria quæ continent in ſe, vel quia ſic placuit Altiſſimo, ad maiorem Dæmonum confuſionem, & pœnam. Nam concentus Dauid expellebat Spiritum malum à Saule Rege. Fumus jecoris piſcis Tobiæ fugauit B Aſmodæum. Sancti pariter Martinus, Pacomius, & Hoſpitius ad hoc vſi ſunt pane, & oleo benedicto, & ſancta Monegunda vſa eſt folio pampini viridis, & ſputo. Vlterius cùm Dæmones in Maleficiis vtantur his rebus, & mediis naturalibus, vt introducant infeſtationes quæ procedunt ab iiſdem cauſis, à quibus procedunt pariter, & cæteræ infeſtationes, & infirmitates naturales, licèt maligniores ſint, pari ratione dicendum, quòd procul dubio poſſunt applicari alia naturalia ad deſtruendum morbum conttaria, & ad recuperandum ſanitatem, valida, cùm contraria contrariis curentur, eò magis, cùm virtutem curandi his naturalibus dederit Deus.

Secundò. Quia nonnulli Phyſici ab C his noſtris remediis diſſentiunt, friuolas rationes adducentes, legant Malleum Maleficarum, Problemata Iani Matthæi Durantis Philoſophi, qui circa hoc ſcripſerunt, quare obſecro, vt tantorum virorum doctrinis meritò eſſentiantur, eò magis, cùm ipſimet in ſimilibus ſuis curis, ſæpius experti ſint, oleum, & operam perdere, licèt remedia debita efficaciſſima præbeant infirmis: & hoc euenit, quia Dæmones non permittunt ſortiri talium medicamentorum effectus, tum quia humores, & morbos refouent, & cauſas augẽt, tum etiam, quia cùm homines, & hæc inſenſibilia ſint inferioris virtutis Spirituum, pro- D pterea non poſſunt deſtruere infirmitates has Diabolicas, virtute ſua naturali,

Digitized by Google

turali, niſi talia dent Exorciſtis, vt in eis infundant virtutem ſupernaturalem, videlicet, benedictiones, & ſic retinent fortiter virtutem medicamentorum, vt ſuum ſortiantur effectum, ſuiſque Exorciſmis, & benedictionibus Diabolicam coarctent potentiam.

Tertiò. Cum non ſit ponenda manus in Meſſe aliena, idcircò Exorciſtæ omnino obſeruent, ne infraſcripta, nec alia medicamenta corporalia alicui tribuant inconſulto Phyſico, cuius proprium eſt cognoſcere morborum, & eius ſpeciem, robur, debilitatem, temperiem naturalem, ætatem, mores, ſitum, magnitudinem, intentionemque, ſenſuum proprietatem, & externa omnia; quæ hominem affligunt, vt tempus, regionem, medicamentorum diuerſitatem, ac cætera. Idcircò pro cura horum morborum; Exorciſta, & Medicus eiſdem ſint ſententiæ, vt eorum alter remedijs naturalibus, alter ſpiritualibus, A ideſt benedictionibus, & exorciſmis amoueant Maleficia, & Dæmones expellãt. Quod ſi aliter fecerit Exorciſta abſque dubio periclitabitur, vt ipſe vidi aliquos Exorciſtas ſine conſilio Phyſicorum homines occidiſſe, in eorum conſcientiæ maximum detrimentum.

Quartò. Sciant Exorciſtæ, quod ſicut Chriſtus inſtituit Sacramenta, & Eccleſia Sancta conſtituit, vt vnumquodque Sacramentum conſtet ex materia, forma, & intentione Miniſtri, ſic Diabolus qui ab initio ſtuduit ſe Deo æquiparare, & ipſi Eccleſiæ Sanctæ, ſuiſque inſtitutis ſemper repugnare intendit, ex diuerſo Diabolicas artes ſuas, ex materia, forma, & B intentione Miniſtri inſtituit: Pro materia vtitur his rebus corporalibus pro forma, verbis, & inuocationibus à Malefico prolatis, pro Miniſtro, ipſiſmet Maleficis, quorum intentio eſt hominibus detrimentum inferre, ſecundùm eorum intentionem. Et ſicut Deus in ſanctiſſimis Sacramentis infundit gratiam. Sic è contra Diabolus perditionem, quæ omnia ad perpetrandum Maleficium fiunt ſub quadam conſtellatione, propter quod hoc obſeruatione dignum adiudicaui, vt ipſa creatura vexata, diligentiſſimè interrogetur de die & hora qua ſenſerit ſe malè habere, & cùm veritas, ex his pullulauerit, ſtatim Exorciſta perquirat, & cognoſcat, quænam Cõſtellatio tunc temporis regnaret, cum quo ſigno ſe conjungeret, & an fuerit creſcente *Luna* necne, cum cæteris concurrentijs, & C cum ipſa Conſtellatio deuoluta fuerit ad eundem curſum, dentur tunc præcipuè Maleficiatis dicta, & cætera remedia; inſtrumentaque maleficialia, & quæ in lectis, & extra inueniuntur, eodem tempore inuenta comburantur; Nam aliqua Maleficia, licet, non omnia, contra vim generatiuam facta, ſic edoctus deſtruxi, regnante ſigno Martis, creſcente Luna, ſed cum de curſu, & *conſtellationum* effectu nihil apud *me ſit, ſecundum* indigentias, & *occurrentes* neceſſitates, Conſule *Mathematicos*, vbi rectè concludendum cenſes.

Doctrina XII.

De remediis vnicuique vexato admodum neceſſarijs.

QVomodo ſanabuntur pauperes A Dæmoniaci, & Maleficiati, cum permiſſiones Diuinæ iuſtæ ſint, & peccata noſtra in dies creſcant nimis? cum fides, & religioſa pietas (heu miſeros in Exorciſtis præcipuè,

Digitized by Google

& Energumenis his noſtris temporibus valde frigeſcat, & in remedijs aggregandis, ita inertes ſint Parentes? Vnde non mirum, ſi oleum, & operam perdunt, affirmantibus Thom. & Bonauent. ſic Maleficium ita eſt perpetuum, quòd non poteſt habere humanum remedium, quapropter duo notantur.

Primum. Quòd liberatio in manu Dei conſiſtit, his verbis. Non poteſt habere humanum remedium. Secun-
B dum. Quòd ſit infirmitas incurabilis, ibi, perpetuum: & hoc, quia non ſolum refrigeſcit fides, & charitas, ſed etiam, quia Dæmoniaci ad præcantatores, ad ſortilegos recurrunt, & vanitatis remedia, vt plurimum applicant, & miſcentes, Chriſti ſignum cum Diabolo, dicunt; Non liberat nos Chriſtus, neſcientes, quòd Dominus, non vult communionem, nec Diaboli conſortium, ſed ſolus poſſidere vult, quod pretioſo eius ſanguine redemit, & ſic iratus Deus, totum Diabolo relinquit, vt teneat quod habet. Hæc igitur eſt potiſſima cauſa, quòd Dæmoniaci, & Maleficiati non liberantur, nihilomninus ta-
C men Deo adiuuante, bono, & conſtanti animo eſſe debent, quia duo ſunt medicamentorum genera eodem tempore applicanda, ſpiritualia, ſcilicet, & corporalia. Et quia Dæmones ſunt inimici ſpirituales, ſic principaliter modo ſubſequenti ſunt expugnandi.

Primum, ergo vniuerſale remedium eſt contritio, & ideò Dæmoniacus doleat de omnibus peccatis commiſſis, & amaro fletu ſæpe lauet maculas animæ ſuæ, vt ait Dauid *Pſal.* 6. Lauabo per ſingulas noctes, hoc eſt per ſingula peccata lectum meum, hoc eſt, conſcientiam, lachrimis meis ſtratum meum rigabo.

D Secundum. Eſt Sacramentalis confeſſio, quare confiteatur integrè omnia peccata ſua, generali confeſſione, in qua eſt adhibenda diligentia, & præcipuè circa cenſuras, ſuperſtitiones, & circa aliquod inueteratum peccatum, vel alicuius peccati non confeſſi.

Tertium eſt refectio Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, quæ dari debet omnibus Dæmoniacis (modò ſint rationis capaces, iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, & Eccleſiæ Sanctæ vſum) toties, quoties in Domini noſtri Ieſu Chriſti amore ſuccenſi fuerint, ita vt, non ſolum Sacramentum, ſed & Sacramenti virtutem ſint recepturi, præſertim diebus, in quibus Dæmoniaci coniurantur, in fine tamen coniurationis, & hoc propter tria. Primò, quia in coniuratione, & ſputa, & vomitus ſæpe accidere ſolent, Secundò, quia Dæ-A
mon laſſus coniuratione præmiſſa, ſuperueniente refectione corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti aufugit.

Tertiò, quia in coniuratione Dæmoniacus à Dæmone agitatus, per refectionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ reſtauratur, & conſolatur. Aduertat tamen prudens Exorciſta, ne hunc cibum diuinum tradat his, qui à Dæmone, pro aliquo proprio peccato torquentur, vel à multitudine peccatorum grauantur, vel his, qui de facili redituri ſunt ad vomitum.

Quartum eſt, continuum ieiunium, & Oratio, de Ieiuno legitur, quòd eius ſaliua fugat Serpentem, & Sanctus ieiunans totam Quadrageſimam eiecit Dæmonem, quem prius fugare non poterat, & (vt ſuperius dixi,) Tanta eſt ieiunij virtus, vt quod facere non potue-B
runt Apoſtoli, erat facturum ieiunium, & oratio ſimiliter, dicens

Digitized by Google

Domino, Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio, & oratione. Ieiunet igitur Dæmoniacus quantum valetudo permittit, & ipſe Exorciſta. Fiant quoque orationes, & ieiunia à familiaribus, & perſonis deuotis, & humilibus, præſertim à Religioſis, ita quòd quotidie aliquis ſit ieiunans. Humilium enim, & manſuetorum ſemper Deo placuit deprecatio, & ieiunium; Orabunt autem duplici oratione, mentali ſcilicet, & vocali, pro mentali oratione, ſemel ſaltem in die meditentur quanta bona triumphi omnipotens Deus nobis C contulerit. Nam nos ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit, & vt de Diaboli Tyrannide nos eriperet, homo factus eſt, nobiſcum conuerſatus prædicans, & Euangelizans Regnum Dei, & tandem captus, illuſus, conſputus, flagellatus, ſpinis coronatus, & pro nobis peccatoribus ignominioſè eſt cruci affixus. Hoc idem docebat Sanctus Antonius, qui docens Diſcipulos ſuos, quibus armis vinceretur Dæmon; Mihi credite (dicebat) fratres pertimeſcit Dæmon Piorum vigiliας, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, miſericordiam, & humilitatem, maximè verò ardentem amorem in Chriſtum Dominum, cuius vnico Sanctiſſimæ Crucis ſigno debilitatus, D aufugit. Pro vocali verò oratione quotidie orent ſecundum vniuſcuiuſque deuotionem Beatam Mariam Virginem, Aduocatum ſuum, vt multiplicatis interceſſoribus accipiant, quod petunt, eleemoſynas erogent, & alia id generis opera conficiant.

Quintum eſt; Locorum, & Sanctorum corporum viſitatio. Sunt igitur diuerſa deuota loca, & Sanctorum reliquiæ, & corpora viſitanda; & vbi Dæmon cognoſcitur expaueſcere, illa aſſiduè ſunt frequentanda.

Sextum eſt: Reliquiarum, vel alicuius rei benedictæ, & orationis ſuperpoſitio. Nam Dæmones virtutem ſentientes, ex ſacris, vel ex Sanctorum corporibus emanantem, pauidi ab eorum conſpectu fugiunt, vt legitur hoc accidiſſe in vita Machabæorum. Et Sanctus Sthephanus Preſbyter Conſtantinopolitanus, per impoſitionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ capiti cuiuſdam Mulieris, fugauit Dæmonem proteruum, illam vexantem. Legitur etiam de S. Bernardo, quòd non potuit liberare hominem vexatum, niſi per applicationem vnius orationis, nam Spiritus *ille* maledictus non poterat ſuſtinere conſpectum Bernardi, & inde aufugiebat, ſed reuertebatur, Sanctus tamen id animaduertens, applicuit Dæmoniaco orationem, ſic vlterius Dæmon non eſt reuerſus. Impoſitio quoque manuum ſacrarum cum benedictione, non ſolùm fugat Dæmonem, ſed quod magis eſt, ponit obicem, ne egreſſus Dæmon iterum redire poſſit, vt patet de Muliere habente Spiritum infirmitatis per annos decem, & octo. *Luc. 13. quam* B. cum vidiſſet Ieſus *impoſuit illi manus*, & confeſtim *erecta eſt*, & glorificabat Deum.

Septimum *eſt*, inquiſitio, diligentiſſime enim ſunt inquirenda oſtium liminaria, & omnes Anguli domus, & præcipue loci, in quibus ſenſerit Dæmoniacus ſe magis grauari. Inter cætera verò diligentiſſimè cribrentur plumæ lectulorum, paleæ, & obſtragula, & quæ Exorciſtæ iudicio inuenta fuerint ſuſpecta, igne benedicto, comburantur in Cemeterio, vel in alio loco ſacro, & vnà cum maleficialibus inſtrumentis comburantur aliqua benedicta, vt rami Oliuarum, Ruta, Ypericon, Incenſum, vel ſimilia. Eodemve tempore

tempore pulsetur aliqua Campana,
C & dicatur Psal. Exurgat Deus, vt suo loco, perseueranter donec fuerint totaliter consumpta. Hæc autem inquisitio, & combustio sæpius esset repetenda, quia solent Malefici sua reiterare maleficia, tamen his peractis benedicantur plumæ, vel lanæ, & in ipsis plumis, vel lanis collocentur herbæ benedictæ, vt puta, Ruta, Ypericon, Oliua benedicta, Thus, Cera benedicta Virginis Mariæ, Cerei Paschalis, & Cera Papalis, Nomina Dei Euangelia, vel orationes scriptæ in carta benedicta, prout infra, in benedictione Thori. Nec erit frustratorium, in his collocare figuram, vel mensuram alicuius Crucifixi, quia sic alij liberati sunt. Si instrumentum maleficij inueniretur, tunc Exorcista eum destruat, seruata forma præscripta in fine vltimæ partis, quæ est validissimum remedium ad maleficium destruendum.

Octauum est, permutatio, si fieri potest domus, lectus, vestes, indumentaque omnia mutentur, in quibus solent Maleficia latere. Hoc do-
D cet Raguel contra Asmodæum Dæmonem in matrimonio Tobiæ *Tob.* 7. Vocauitque Raguel ad se Annam vxorem suam, & præcepit ei, vt præpararet alterum cubiculum, & introduxit illuc Saram filiam suam.

Nonum est, continuata benedictio, quia cuncta comestibilia, potabilia, indumenta, medicinalia, & cætera ad vsum interiorem, vel exteriorem, sunt quotidie benedicenda, tum domus, & ipsa Creatura, & ea, quæ in præcedentibus capitulis sunt assignata, benedictionibus sunt munienda, vt docet Sanctus Antonius Abbas.

A Decimum est, exuflatio, & aquæ benedictæ aspersio: exuflatio, more Iesu Christi, denotat Dæmonis expulsionem: qua in cunctis Exorcismis, Ecclesia Sancta vtitur ad fugandam Dæmonum virtutem, aqua benedicta aspersa, infestationem exteriorem, sed potata interiorem fugat.

Vndecimum est Contemptus, quia de rebus vilissimis domanda est Dæmonum superbia, videlicet, verbis contumeliosis, irrisorijs, sputis, pedum conculcationibus, flagellis vel alijs similibus, quæ afflictorum renouant memoriam. Nec contradicit illud Iudæ *in sua Epist. Can.* Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit. Imperet tibi Dominus, quia hoc loco, loquitur Apostolus de Diabolo, vti Creatura Dei, & ego loquor de illo, tanquam de Dei inimico. Nam Dominus Pha- B
raonem, Populumque suum superbum poterat domare Vrsibus, Leonibus, & Serpentibus; immisit tamen Ciniphes, Muscas, & Ranas: Sic Superbus Dæmon à vilibus domandus est, qui aliqua sibi fieri conspiciens, vel dici contra suam inanem gloriam, ambitionem, & naturæ suæ ingentem magnitudinem, tristatur, & fugit. Vt narrat Greg. *in lib. Dialogorum,* dicens. Quòd Datius Mediolan. Episcopus Corinthi domum quandam ad quiescendum ingressus, in qua malignus Spiritus habitabat, dum rugitus Leonum, Pecudum balatus, Serpentum sibilos, Porcorum grunitus, Murium stridores audisset, contra antiquum Serpentem clamauit, dicens, Verè tibi euenit mi- C
ser, vt iam dixi, quando per superbiam elatus, ausus es proferre illa verba: Ascendam in Cœlum, ponam Solium meum ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ecce quomodo per superbiam tuam,

Digitized by Google

porcis, ſerpentibus, muribus, & beſtiis ſimilis factus es, & qui indignè Deum imitari voluiſti, nunc vt indignus beſtias imitaris, & illis compararis, & tunc malignus Spiritus aufugit, nec dictam domum vlterius ingreſſus eſt.

Duodecimum eſt; Dæmoniaci Exorcizatio & Dæmonis conjuratio, quæ in Eccleſia per approbatos Exorciſmos, non quotidie, ſed in ſolemnitatibus Domini noſtri Ieſu
D Chriſti, Beatæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, Antonij Abbatis, & Aduocatorum, in hebdomada Sancta, & huiuſmodi; & toties, quoties Dæmon ſuperbierit, fiat. Fiat autem Coniuratio manè poſt Miſſam, vt ſuperius docuimus, per horas ſaltem quatuor, vel quinque.

Decimumtertium eſt; Exorciſtarum mutatio, quia debent à diuerſis Exorciſtis, & in diuerſis Eccleſiis coniurari, ſicut legitur, quòd Sanctus Antonius, & ſi tam formidoloſus eſſet Dæmonibus, quòd multi per Ægyptum à Dæmonibus agitati, inuocato tantum Antonij nomine liberabantur, non potuit tamen quendam Dæmonium fugare, quem Paulinus eius Diſcipulus fugauit. Et hoc diſponente Deo, vt Paulini Sanctitas, & curationum gratia cognoſceretur, quia aliquando gratiam potius vni, quàm alteri dat.

REMEDIA CORPORALIA.

LIcet omnes maleficiati non liberentur propter malignitatem maleficij; tum quia renouantur incantationes; vel propter notabilem negligentiam in applicandis remediis; aut ſic diſponente diuina voluntate: attamen copioſa hîc deſcribuntur remedia efficaciſſima, & experta medicamina ad deſtruenda quæcunque maleficia: & à maleficorum incantationibus vnicuique præſeruatiua: præmiſſis tamen remediis ſpiritualibus, & benedictionibus, quæ ſemper pro repetitis intendo in omni medicamento corporeo.

De Remediis præſeruatiuis.

PRimum, ſit homo verſatus *in remediis ſpiritualibus ſupraſcriptis*; vel ſaltem ſit aliqua deuotione continua munitus.

Secundum, intermiſſiuè ferat orationem in parte ſecunda notatam, & in benedictione chartæ, & attramenti deſcriptam cum ſuis ingredientibus, prout ibidem notatur.

Tertium, Sardius lapis portatus, ab incantationibus, & maleficiis tuetur.

Quartum, Iaſpis viridis coloris, maleficiis, & incantationibus *reſiſtit.*

Quintum Antiſtites *lapis præſeruat* à maleficiis.

Remedia communia omnibus maleficiatis opportuna.

GAgates lapis in Gagante flumine in Sicilia repertus, ac portatus, deſtruit maleficia, Phantalmata, ac dæmonum vexationes nocturnas.

Chriſolytus terret, & fugat dæmones, & præcipuè melancholiam depellit.

Theriaca, vel Mitridatum drach. 1. in potu cum vino optimo ſumptum.

Semen herbæ paris in puluerem redactum, & quotidie drach. vna

per

Digitized by Google

per ſpatium viginti dierum cum aliquantulum vini ſumptum, optimum eſt remedium.

Lectura Exorciſmorum, & coniurationum eſt neceſſariiſſima, Benedictiones, Vnctiones, Fumigationes aromaticæ, Balnea, & odorabilia omnibus maleficiis ſunt opportuna remedia.

Forma Olei.

℞. Rutæ caprariæ.	An. pug. 1.
Rutæ domeſticæ.	
Herbæ paris.	
Ypericonis.	
Saluiæ.	
Maioranæ.	
Abſinthij.	
Foliorum perſici.	
Sabinæ.	
Abrotani.	
Formicullariæ.	
Meu.	
Aneti.	
Artemiſiæ.	
Appij.	
Celidoniæ.	
Iuniperi.	
Foliorum papaueris.	
Sinapis.	
Baccarum lauri.	Vnc. 1. num. xij.
Nucum cupreſſi.	
Radicum exulæ.	An. vnc. 1.
Mori.	
Cardamomi.	An. manip. 1.
Dictami.	
Thuris.	An. vn. 1.
Sandrachæ.	
Myrrhæ.	
Santalorum albo-	An. vnc. ß.
rum.	
Citrinorum.	

Incidantur incidenda, & contundantur contundenda, & bulliant in libris decem olei antiqui: & tunc accipe.

Cariophylorum.	Añ. vnc. 1.
Cinamomi.	
Nucis muſc.	

Et in tela linea, prius contuſa, ligentur, & in ipſo oleo ponantur, vt ſic omnia bulliant vſque ad conſummationem humiditatis, poſtea exprimantur; & addantur olei de ſpica odoriferi drach. tres; & cùm frigidum fuerit, adde grana quatuordecim muſci electi, & in vaſe vitreo collocato in infimo ponatur in putrefactione per dies quadraginta: Deinde benedicatur propria benedictione, & ex dicto oleo quotidie ſacerdos vngat pulſus capitis, manuum, ac pedum, necnon oculos, aures, nares, labia, ac partes cruciatas maleficiati (dum honeſtè fieri poſſit) abſoluens maleficium, prout in ſecunda parte in fine benedictionis ipſius olei.

Forma Fumigationis Aromatica.

℞. Storacis calam. drac. 1. cum dimidia, Belgiuuini; drac. 1.	
Nucis muſc.	Añ. drac. 1. cum dimidia.
Cariophylorũ.	
Ligni Aloës.	Scrop. 1.
Ambræ griſæ.	gra. 1.
Muſci electi.	gra. ij.
Laudani ping.	drac. ij.

Puluerizentur puluerizanda S. A. & cum modico draganti infuſi, & molliti in aqua roſarum, fiat maſſa, & formentur ad formam trochiſci, & benedicantur, & ex dicta fumigatione fumigetur maleficiatus pluries in die, veſtimentáque, & domus, &c.

Forma

Forma Balnei.

℞. Spicæ Nardi. pug. medium.
Origani.
Maioranæ.
Calamenti montani. } An. pug. med.
Timo.
Sticados.
Giunchi odorati.
Calami Aromatici.
Dicami cretici. } An. pug. med.
Hyſſopi montani.
Roſarum rubearum. manip. i.
Florum ſquinanti. pug. i.
Rutæ.
Ypericonis. } An. pug. med.
Saluiæ.

Quæ omnia in aqua benedicta buliant ad conſummationem tertiæ partis, deinde balneum benedicatur; & abluat ſe maleficiatus ſemel in die.

Suffumigium ad Torquendos Damones.

℞. Caro, vel limatura vngulæ Aſini. vn. i.
Stercoris canis. vnc. ij.
Stercoris diabol. vnc. i.
Sulphuris.
Ypericonis. } An. vnc. iij.
Rutæ.

Miſce, & fiat ſuffumigium.

Forma Odorabilium.

℞. Maioranæ.
Mentæ. } An. ſcrop. i.
Citri.
Meliſcæ. } An. ſcrop. i.
Florum Antos.
Squinanti.
Calendulæ. } An. ſcrop. ij.
Lambruſæ.
Seminis citri.
Mertilorum.
Iuniperi. } An. ſcrop. i.
Cartami.
Cubebarum.
Ligni Aloës.
Sandalorum citri. } An. ſcrop. i. ß.
Iridis.
Zedouariæ.
Ciperi.
Galangæ.
Calamenti odor. } An. ſcrop. ß.
Ditami cret.
Nucis muſc.
Macis.
Cinamomi. } An. gra. xij.
Gariofilorum.
Croci.
Ambræ. } An. gra. iv.
Muſci electi.
Boli ar. } An. gra. ij.
Coralorum rub.
Specierum Dia.
Ambræ.
Dia muſci. } An. gra. vj.
Galie muſ.
Meſ.
Storacis calam. } An. drac. i.
Laudani.

Puluerizentur *puluerizanda ſubtiliter*, & cum aqua *florum* citri, & roſarum, & *parum* olei de ſpica fiat paſta, addendo terebintum ex cypro quantum ſufficit, formeturque in modum pilulæ cum foramine in medio.

Remedia particularia particularibus maleficiorum infeſtationibus neceſſaria.

MAleficia diuerſas inducunt infirmitates, rationibus deductis in doctrina quarta, & licèt plures partes corporis affligant; hoc per concomitantiam euenire poteſt, itaque

Digitized by Google

que principali parte curata, cæteræ ſanitati reſtituuntur.

Si maleficium vexauerit os ſtomachi ponderoſitate quadam reddens omnia indigeſta, & cum bolo aſcendente in gutture, & deſcendente poteſt curari, vel per vomitoria, vel per ſeceſſum tribuens medicamina infra ſcripta.

Per vomitoria.

℥. Aſſari non exquiſitè triti drac. ii. vel iii. infundatur in ſufficienti quantitate ſeri lactis, vel iure pulli, vel hydromelle & bulliant, & facta forti expreſſione, & colatura patienti exhibeatur.

Aliud vomitorium.

℥. Antimonij electi præparati gra. ii.iii. iiii.v. vi. pro ætate, & viribus zuchari roſati drac.ii.vel iii. vel Bugoloſſati, & fiat bolus.

Aliud vomitorium.

℥. Antimonij electi præparati gra.iiii.v.vi.pro ætate, & viribus, & infundatur vnciis tribus vini albi per noctem, & facta colatura ſolum vinum exhibeatur.

Aliud vomitorium.

℥. Ellebori albi drac. 1. cum dimidia in fruſta inciſi, & poſito in pomo decoquatur ſub cineribus, & electis fruſtis pomum ſolum exhibeatur, ad manducandum.

Aliud vomitorium.

℥. Ellebori albi drac. 1. Cinamomi electi ſcrop. medium, infundantur in vnciis duabus vini albi optimi per noctem, & facta diligenti colatura cum modico zuchari patienti exhibeatur: vel addantur iuris pinguis vnc.viii.

Enuacuatio per ſeceſſum.

℥. Syr.roſ.ſolutiui. Infuſionis Sennæ. Diaprunis ſolutiui. Conf.Lamech. Miſce, & fiat potio.	An.vn.ii.iii. & cum dim. pro ęt.& vir. An.drac.i.ij. pro ætate circa.
℥. Syr.de Pomis. De Cicoria. De duabus radicibus. Deco. Abſinthij. Agremonij. Acetoſæ. Boraginis. Cichoreæ. Fumiterræ. Cardi Sancti. Paſſularum. Miſce pro Syr.n.v. vel vij.	An. vnc. ij. iij.iiij pro ætate.&c.
℥. Syr. de Polipodio magiſtrali. Roſati ſolutiui cum Rhab.	An. vnc. i. ij. & cũ dimidia pro ætate,&c.
Diaprunis ſolut. Conf.Lamech. Infuſionis Sennæ. Miſce,& fiat potio.	An.drac.i.i. pro ætate &c. Vnc. ij. iij. iiij. pro ætate, & viribus.

Alia Enuacuatio per ſeceſſum.

℥. Ellebori nigri præparati Foliorum Sennæ.	An.drac.i.
Seminum citri. Cinamomi.	An.drac. mediam.

Fiat infuſio in fero caprino, & facta expreſſio

Digitized by Google

expreſſione.. Adde
Syr.roſ.ſolutiui.. vnc.iij.
Elect.linitiui.. drac.vj..
Miſce,& fiat potio.
℥.Sirup.de pomis compoſiti vn. 1.s..
De cicoria Nicoli.. vnc.mediam..
Decoct.fumiterræ..
Lupulorum.
Agrimoniæ..
Cetrach,
Radicum caparorũ. } Vnc..v..
Miſce pro ſirupo numero v.vel vij..
℥.Rhaubarbari elect.. drac.1.s.
Infundatur cum ſuis correctiuis per noctem in aqua boraginis S.A.. & facta diligenti expreſſione, & colatura..
Adde ſyr.. de pomis compoſiti.. vnc. iiij..
Conf.Annæ.. drac.iij.
Miſce fiat potus..

Pro Paralyſi ex maleſcio praticuè illata, pro prima Medicina.

℥.Diaſiniconis.drac.iij..
Sirop.roſ.ſolut.vnc.iiij..
Cum aquæ viu.q.ſ.fiat potio..
℥.Sir..de Betonicæ..
Stæcados.. } An.vnc.med..
Matricariæ..
Aquæ viu..
Tomariæ..
Boraginis.. } An.vnc.1..
Miſce pro ſirupo..

Pro ſecunda medicina.

℥.Sir.roſ.ſolut.. vnc.iv..
Diaſiniconis.. drac.iij..
cum Decord.cord.q.ſ.fiat potio..

Vnguentum..

℥.Olei vulpini..
Irini..
Lombricorum.. } An.vnc. med..
Miſce..

Alia Enacuatio. Per ſeceſſum.

℥.Extracti Ellebori.. Scrop.ij..
Fiant pillulæ tres, & propinentur infirmo, quando petierit ſtratum..

Vnguentum pro ſtomache..

℥.Gariofilorum præparat.
Cinamomi electi..
Nucis muſc..
Zedouariæ..
Ligni Aloes.. } An.ſcrop.i
Maſticis.—————— ſcrop.ij..
Olei Gariofilorum.——vnc.med..
Et puluerizatis puluerizandis, & cum modico ceræ fiat vnguentum S.A & per horam ſaltem ante prandium, & cœnam vnge os ſtomachi ſuperpoſito panno calido..

Remedia contra Maleficia cordis.

Alia ſunt ab intra,& alia ab extra..

Ab intra.

℥.Electuarium lætificans.drac.1..
Et exhibeatur patienti per vices interpolatas..
Vel..
℥.Theriacæ,vel Mitridat.drac.1.cum ſpecierum cord.calido ſcrop.1.& tormentur pilulæ num..v..& aureentur..

Ab extra:

℥. Specierum cord..Montagn.drac: med..
Olei ſcorpionum Mattioli.ſcrup.i..
Vnguenti roſati Meſuæ..vnc. mediam..

Et:

Digitized by Google

Et fiat vnguentum, quo inungatur regio cordis.

Vel aliud.

℥. Olei nenupharini. vnc.i.
Ceræ albæ. drac.ij.
Santalorum rub.
Citrinorum.
Ligni Aloës. } An.ſcrop.med.
Semen Acetoſæ.
Corallorum rub.
Margaritarum. gra.ſex.
Canforæ. } An.gra.iij.
Croci.
Miſceantur ſecundum A. & fiat vnguentum.

Remedia pro dolore Capitis.

℥. Specierum Hyeræ ſimp. Galeni. drac.i.cum dimidia.
Trochiſci mirabolanorum citrinorum. drac.ij.
Arabicarum. drac.j.
Reubarbar. ſcr.iv.
Roſarum rubearum. drac.mediam.
Miſce, & cum ſyrupo violato fiat maſſa pro pill.

Lixiuia pro ablutione Capitis.

℥. Lixiuiæ ex cineribus radicum arundinis quantumvis, & bulliant ſoliorum.
Bethonicæ.
Abſinthij.
Abrotani. } An.pug.i.
Capillorum veneris.
Stæcados.
Spicæ Nardi. } An.pug.medium.
Seminis Naſturci.
Agarici. } An.vnc.i.
Laudani. vnc.mediam.
Florum camomillæ. Manip.medium.

Forma Saponis ad ipſius Capitis ablutionem.

℥. Aloës.
Myrrhæ.
Zodouariæ. } An.drac.i.
Spicæ Nardi.
Saponis Veneti. vnc.iv.
Et fiat puluis ſubtilis, & cum Sapone fiat maſſa.

Collyrium pro oculis.

℥. Aquæ roſæ. vnc.iv.
Zuchari cand.pul. drac.mediam.
Albuminis oui conq. numero ij.
Et omnia miſce pro collyrio oculorum.

Vel.

℥. Aquæ rutæ.
Cardi benedicti.
Bethonicæ.
Sum.rubi. } An.vnc.ij.
Eufragiæ.
Appij.
Roſarum.
Tuciæ præp.
Sief.albiſ.opio. } drac.i.
Sarcocollæ nutritæ in lacte aſinino. drac.ij.
Opij. ſcrup.
Miſce, & fiat collyrium, addendo ſaccari fini. drac.ij.

Pro dolore colico, & inflatione ventris.

℥. Specierum eleſchoph. ſcrup.iv.
Et exhibeatur cum iure pulli.

Pro Clyſterio ad idem.

℥. Florũ Camomillæ.
Meliloti.
Aneti. } An.manip.i.
Pulegij.
Calamenti.

Digitized by Google

Seminis lini.
Aniforum.
Feni græci.
Feniculi. } An.drac.iij.

Misce, & bulliant ad consummationem tertiæ partis. de quo recipe lib.vnam, & Adde.

Hyere ogodionis.
Benedictæ. } An.manip.i.
Olei rutacij. Vn.iv.
Salis communis. Vn.i.cum dimidia.

Aliud Clysterium.

℞. Rosmarini.
Saluiæ.
Mentæ.
Feniculi.

Et bulliant leui bullitione in aqua feniculi, & facta expressione.

Adde.

Olei Camomillæ.
Spicei. } An.vnc.ij.
Olei anisorum. drac.ij
Sachari rub.
Mellis rosacei. } An.vnc.ij.
Salis gemmæ. drac.iv.

Misce pro clisterio.

Pro impotentia consummationis Matrimonij ex maleficio proueniens.

Vnge maleficiati renes oleo benedicto, maleficiatæ verò vmbilicum, modo supra citato. Et adde remedia infrà scripta.

℞. Stinchi marini. numero iij.
Pistacharum incisarum.
Penearum eodē modo. } An. vn.i.ß.
Seminis vrticæ.
Basiliconis. } drac.ij.
Musci electi.
Ambræ. gra.v.
Sacchari fini dissoluti in aqua
Rosarum. vnc.ij.

Et S. A. fiant morselli octo, quorum mane ante prandium sumat vnum, & alterum post cœnam, antequam eat cubitum, per horam.

Aliud Remedium.

℞. Olei recent. nucum pinarum. vn.ij.
Semen eruæ. scrop.ß.
Musci electi. gra.iv.
Vinum maluaticum. vn.iij.

Et exhibeatur per horam ante cœnam.

Pro Maleficiatis pueris non habentibus vsum rationis, inter cætera remedia communia, vnge oleo, & ablue eos balneo, & præcipuè eorum partes extremas.

Pro incubis, & succubis, vltra remedia communia, vt suis locis optimum remedium est mutatio *loci*, & *eius* continuata benedictio; maledictionisve, & excommunicationis contra Dæmonem quotidiana sententia.

Pro bestiis maleficiatis stallæ continuata benedictio commistibilium-ve, & potionum, ablutióque jumenti, & fumigatio.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

COMPLE

Digitized by Google



COMPLEMENTI
ARTIS EXORCISTICÆ
PARS SECVNDA,
Quæ BENEDICTIONALIS dicitur.

BENEDICTIO SALIS & Aquæ.

Adjutorium noſtrũ in nomine † Domini. Qui fecit Cœlum & terram.

Exorciſmus Salis.

EXorcizo te creatura Salis, per Deum † viuum, & verum, qui oblationes, & ſacrificia iuſſit Sale condiri: per ipſum Deum † te exorcizo, qui filiis Iſraël ſtatuit pactum Salis in æternum coram ſe; Per † eum te Exorcizo, qui Eſdræ Sacerdoti iuſſit dari Sal abſque menſura, vt ſis omnibus ex te ſumentibus, ſanitas animæ, & corporis, & effugiat, atque diſcedat, à quocunque homine, & loco, vbi aſperſum, ſumptum, & poſitum fueris, omne Phantaſma, omnis nequitia, & omnis verſutia Diabolicæ fraudis, omniſque ſpititus immundus; adiuratus: Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Exorcizo te iterum creatura Salis, per Ieſum † Chriſtum, Dominum noſtrum: qui Diſcipulos docens, dixit, bonum eſt Sal: habete in vobis Sal: & iterum; vos eſtis Sal terræ: per † eum te exorcizo, qui per Apoſtolos nos docere dignatus eſt, dicens: Cor veſtrum, ſermo veſter ſemper in gratia Sale ſit conditus: vt nulla ſit tibi communicatio cum ſpiritibus malignis, ſed ſis Sal exorciſatum in ſalutem credentium, & Sal ſapientiæ, temperans omnes actus humanos: Sal pœnitentiæ, præſeruans à putredine damnationis; Sal amicitiæ cum Deo, & proximo; Sal exterminationis cunctorum maleficorum, phantaſmatum, & Dæmonis infeſtationum: Ideò efficere Sal ad euacuandos, expellendos, & exterminandos ipſos inimicos noſtros, vaſa Dei Sacramentis munita, vexantes. In nomine † Patris, & † Filij, & Spiritus † ſancti. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Digitized by Google

Oremus.

VIrtutis tuæ, inuictam fortitudinem deprecamur Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus ſuper hoc Sal, cui non minimam gratiam conferre dignatus es, vt ex illo poſſint vniuerſa condiri; quæ hominibus ad eſcam, & potum per filium tuum procreari iuſſiſti; per quem te Domine ſupplices exoramus, vt Sal iſtud ſanctificare † benedicere † & conſecrare † pro tua pietate digneris, vt ex vultu diuinæ Maieſtatis tuæ virtutem tuam contra omnes immundos ſpiritus poſſit accipere: expellat de Tabernaculis famulorum, famularumque tuarum quicquid peſtiferum eſſe poteſt: Fuget de habitaculis eorum omnes inſidias latentis inimici; deſtruat de cunctis rebus ad vſum hominum omne opus nefarium; deterreat præſtigia, phantaſiaſque compeſcat, & exhibeat plenum ſalutis, conferatque ſanitatis effectum, per virtutem Sanctæ Crucis † Domini noſtri Ieſu Chriſti: tutelamque fideliſſimam petentibus, & deſiderantibus præſtet per hoc tuum Domine † ſignaculum, in cuius virtute hanc creaturam Salis benedico, † & in nomine ſancto tuo trino, & vno ſanctifico, † & conſecro, † vt contra Spiritus percutientes, efficiatur ſalutare Sacramentum, & medicina perfectiſſima in viſceribus fidelium, Per merita paſſionis filij tui Domini noſtri, Qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſeculorum Amen.

Exorciſmus Aquæ.

EXorcizo te creatura. Aquæ, in nomine Patris, † & Filij, † Spiritus † Sancti: Ne communis ſis vlli ſpiritui immundo; Sed des honorem viuenti, atque regnanti Deo, vt cuilibet in potum, vel vbicunque aſperſa: & mixta fueris, omnis ſpiritus immundus ab eo corpore, & loco recedat: Itaque adiuro te creatura Aquæ, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni filij Dei viui Redemptoris, & Iudicis noſtri, vt ſis purgatio, & ſanctificatio hominum, quos Deus ad ſuam ſanctam imaginem creare, & ad gloriam vocare dignatus eſt. Amen. Antiphona.

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Alleluia.

Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ Alleluia.

Pſalmus 41.

Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die, ac nocte; Dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?

Hæc recordatus ſum: & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: Salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonim à monte modico.

Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius; apud me, oratio Deo vitæ meæ.

Dicam

Digitized by Google

Dicam Deo, ſuſceptor meus es tu, quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Alleluia,

Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Alleluia.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Iube Domne benedicere.

Vnigenitus † Dei filius nos benedicere, & adiuuare dignetur. Amen.

Lectio Libri Geneſis.

IN diebus illis; Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Malenæ vxoris Nachor, fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua, puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro. Deſcenderat autem ad fontem & impleuerat hydriam aquæ, & reuertebatur: Occurrítque ei ſeruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua: quæ reſpondit: Bibe, Domine mi; celeriterque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum: Cumque ille bibiſſet, adjecit: Quia, & Camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant: Effundénſque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & hauſtam omnibus Camelis dedit.

Tu autem Domine miſerere nobis.

Deo gratias.

Oremus.

DEus, qui ad ſalutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius inuocationibus noſtris: Et elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene † dictionis infunde, vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos Dæmones, morboſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: Vt quicquid in domibus, locis, & corporibus fidelium hæc vnda reſperſa fuerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: Et ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantum inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Amen.

Antiphona.

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in Piſcinam, & mouebatur aqua. Alleluia. Et qui primus deſcendiſſet in Piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Alleluia.

Pſalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis æducauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas Iuſtitiæ propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga

Digitized by Google

Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quam præclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt in habitem in domo Domini in longitudinem dierum. Gloria Patri, & filio, &c.

Antiphona.

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in Piſcinam & mouebatur aqua. Alleluia. Et qui primus deſcendiſſet in Piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Alleluia.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Iube Domne benedicere.

Vnigenitus † Dei filius nos benedicere, & adiuuare dignetur. Amen.

Lectio Libri Numeri.

IN diebus illis, Ingreſſus Moyſes, & Aaron in Tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt; Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ; vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorum; & apparuit gloria Domini ſuper eos: Locutuſque eſt Dominus ad Moyſem, dicens; Tolle virgam, & congrega populum tuum, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis; & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram dixitque eis. Audite rebelles, & increduli; Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumque eleuaſſet Moyſes manum percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet, & iumenta.

Tu autem Domine noſtri miſerere.

Deo gratias.

Oremus.

EXaudi nos Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, & bene † dic, & ſancti † fica hanc aquam benedictione cœleſti, & aſſiſtat ſuper eam virtus Spiritus ſancti & vbicunque fuerit, longe recedat virtus inimicorum, infeſtationes Dæmonum, vmbra phantaſmatum, cruciatus maleficorum, Incurſio turbinum, omnis ſpiritus fulminum, tonitruorum, tempeſtatum, & procellarum arceantur, per te ipſum omnipotentem; Qui cum Filio, & Spiritu Sancto viuis, & regnas, in ſecula ſeculorum. Amen.

Antiphona.

Angelus oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam chryſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni. Alleluia: & ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis, dicit Dominus. Alleluia.

Pſalm. 68.

SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.

Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.

Veni in alitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati

Digitized by Google

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniustè, quæ non rapui tunc exoluebam.

Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me ; qui expectant te Domine : Domine virtutum.

Non confundantur super me, qui quærunt te Deus Israël.

Quoniam propter te sustinui opprobrium ; operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis , & peregrinus filijs matris meæ.

Quoniam zêlus domus tuæ comedit me , & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam ; & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium ; & factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur , qui sedebant in porta : & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego verò orationem meam ad te Domine; tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ, exaudi me : in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto vt non infigar : libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ : neque absorbeat me profundum ; neque vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua : secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo : quoniam tribulor , velociter exaudi me.

Intende animæ meæ ; & libera eam , propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum , & confusionem meam , & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me ; improperium expectauit cor meum, & miseriam.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum ; & in retributiones , & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum , ne videant : & dorsum eorum semper incurua.

Effunde super eos iram tuam , & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta : & in Tabernaculis eorum , non sit qui inhabitet.

Quoniam , quem tu percussisti, persecuti sunt : & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : & non intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viuentium ; & cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper, & dolens : salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum nouellum : cornua producentem, & vngulas.

Videant pauperes ; & lætentur : quærite Deū, & viuet anima vestra.

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus : & vinctos suos non despexit.

Laudent illum Cæli, & terræ; mare, & omnia reptilia in eis.

Digitized by Google

Quoniam Deus ſaluam faciet Syon, & ædificabuntur Ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi,& hæreditate acquirent eam.

Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam : & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto,&c. *Antiphona.*

Angelus oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam Cryſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni. Alleluia, & ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis, dicit Dominus.Alleluia.

Pater noſter,&c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Iube Domne benedicere.

Spiritus † Sancti auxilium maneat ſemper nobiſcum.Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore, dixit Ieſus Samaritanæ : Si ſcires donum Dei, & quis eſt,qui dicit tibi, da mihi bibere ; tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine,neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam viuam ? Nunquid tu maior es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum ; & ipſe ex eo bibit,& filij eius, & pecora eius. Reſpondit Ieſus, & dixit ei : Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterum : Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum ; Sed aqua,quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.Dicit ad eum mulier : Domine,da mihi hanc aquam,vt non ſitiam.

Tu autem Domine noſtri miſere.

Deo gratias.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Ieſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum vulnera noſtra curare dignatus es, quæſumus clementiam tuam,vt hanc aquam mundare † purificare,† benedicere † digneris, & quoſcunque ex ea bibentes viſitare digneris,& ſicut Tobiam, & Saram, filiúmque lunaticum,ſurdum,& mutum ; Ita etiam omnes ex hac aqua bibentes, ab omni maleficio, & infeſtatione Dæmonum liberare digneris, & cæleſtis gratiæ præta eis medicinam. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui tecum, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum.Amen.

Ponat Sal in aquam dicens.

Sicut Eliſeus egreſſus ad fontem aquarum,miſit in illum Sal,& dixit, Sanaui aquas has,& non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas : *Sic per* hanc commixtionem *Salis,& Aquæ,* nulla infeſtatio *Serpentis venenoſi* ſit vltra in creaturis *Dei. In* nomine Patris † Filij † & *Spiritus* † Sancti, Cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.Amen.

Exorciſmus ſuper Aquam Sale commixtam.

Exorcizo te creatura Salis, & Aquæ per Deum viuum, per Deum verum, per Deum vniuerſi Creatorem : & per eum te adiuro, qui te ſua potentia ſuſpendit ſuper Cœlos, congregauit in terra, miſcuit in mari, & de fonte Paradiſi manare fecit, & in quatuor fluminibus exire iuſſit, & totam terram rigare præcepit.

Hic

Digitized by Google

Hic diuidat aquam in quatuor partes in modum crucis.

VT TE MVNDAM exhibeas, nec aliquam virtutem Diaboli retineas: ſed ſis aqua † Sancta: aqua benedicta: aqua † lauans ſordes, & peccata, aqua † deſtruens maleficia: aqua † exorcizata ad effugandum inimicum: & vbicumque aſperſa fueris, ſiue in domo, ſiue in angulis cubiculorum, ſiue in ſeminatis campis, vineis, & in cunctis fructibus, ſiue in pane, vino & cunctis commeſtibilibus, ſiue in plumis, lanis, paleis, lectis, & indumentis, ſiue in medicinis, ſyrupo, balneis, & aliis medicaminibus, vel ſi quis ex te guſtauerit, vel biberit, vel lauerit, fias ei defenſio tutiſſima, medicina efficaciſſima, remedium ſanitatis, & portus ſalutis. Ipſe quoque Diabolus cum ſuis ſequacibus, & maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis elongetur, & ſeparetur à quocumque loco, in quo aſperſa fueris, & à quacunque creatura, quæ ex te biberit quantum elongatum eſt Cœlum à terra, Lux à tenebris, veritas à mendacio, iuſtitia ab iniuſtitia, & dulce ab amaro. In nomine Patris, † Filij, † & Spiritus † Sancti.

Immergat crucem, & dicat ſignans Aquam, in modum crucis.

Et per ipſum te exorcizo † adiuro † benedico † & ſanctifico, † qui per Moyſem ſeruum tuum virga tetigit mare, & currus, & equites cunctos exercitus Pharaonis in mediis fluctibus inuoluens, populum Iſraëlem liberauit.

Immergat ſecundo Crucem, vt ſupra.

Et per eum te exorcizo † adiuro † benedico, † & ſanctifico, † qui oſtendit Moyſi lignum, quod cum miſiſſet in aquas amaras, in dulcedinem verſæ ſunt.

Immergat tertiò Crucẽ, vt ſupra.

Et per eum te exorcizo, † adiuro, † benedico, † & ſanctifico, † qui per Moyſem percuſſit virga bis petram Horeb & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, & bibit populus. VT TE MVNDAM EXHIBEAS, vt ſupra.

Immergat Cereum Paſchale, & dicat.

Per huius cerei benedicti immerſionem, deſcendat in te Aqua virtus Spiritus ſancti, totámque tuam ſubſtantiam fœcundet effectu, VT TE MVNDAM EXHIBEAS, vt ſupra.

Et ſufflet ter in Aquam dicendo.

Exſufflo te omnis legio Satanæ; In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus Sancti, VT TE EXHIBEAS MVNDAM, vt ſupra.

Benedico † te creatura Aquæ per Deum, qui te in principio, verbo ſeparauit ab arida, cuius ſpiritus ſuper te ferebatur. Sanctifico † te Aqua per Deum, qui Eliæ aquam dedit tempore ſiccitatis in torrente Charit. Sánctifico † te per Deum, qui per Eliſeum dedit aquas, vt biberent Reges Iſraël, Iuda, & Ædom. Benedico † te per Deum, qui aperuit molarem dentem, ex maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ & bibit Samſon: Sanctifico † te per Deũ, qui legẽ poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos. Cõſecro † te

Digitized by Google

per Deum, qui Delboræ, & Baruch de Cœlis, & nubibus ſtillauit aquas. Benedico † te per Deum, qui recordatus miſericordiæ ſuæ diminuit aquas Diluuij, & benedixit Noë, & filijs ſuis. Sanctifico † te per Deum, qui Eliſeo percutiente aquas Iordanis, illas diuiſit huc, atque illuc, & tranſijt Eliſeus. Conſecro † te per Deum, qui aqua refectionis educat, nutrit, & viuificat ad ſanctam Eccleſiam confugientes, Benedico † te per Ieſum Chriſtum, qui aquis Iordanis voluit à Ioanne baptizari. Sanctifico † te per Ieſum Chriſtum, ex cuius puteo aquarum viuentium fluunt impetu aquæ de Libano. Conſecro † te per Ieſum Chriſtum, qui dat mercedem, danti in nomine ſuo calicem aquæ ſitienti. Benedico † te per Ieſum Chriſtum, cuius pedes lachrymarum aquis rigauit Magdalena. Sanctifico † te per Ieſum Chriſtum, qui imperat ventis, & obediunt ei, & pedibus ſuis ſuper te ambulauit, & facta es quaſi terra ſtabilis Conſecro † te per Ieſum Chriſtum, qui aquam conuertit in vinum. Benedico † te per Ieſum Chriſtum, qui dat aquam ſalientem in vitam æternam. Sanctifico † te per Ieſum Chriſtum, qui deſcendentes in piſcinam poſt motionem aquæ ſanabat à quacunque detinebatur infirmitate. Coniuro † te per Ieſum Chriſtum, ex cuius latere exiuit ſanguis, & aqua Benedico te † per myſterium in Iordane factum, dum Sacerdotes Arcam Domini portarent, Ioſue, & populus tranſirent ad terram promiſſionis. Sanctifico † te per nouem Choros Angelorum Dei. Conſecro † te per torrentem lachrymarum beatæ Virginis Mariæ, & per merita ipſius ſanctiſſimæ Virginis, totiuſque Curiæ cœleſtis. Benedico † te tandem, ſanctifico, † & conſecro. † In nomine Dei Patris, † & Filij, † Spiritus † Sancti, qui te ad regenerationem hominum conſtituit, & mirabilia valde in te fecit. Amen.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

Et ſalutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sancte, pater omnipotens, æterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, exorcizantem, & benedicentem, † me iſtam creaturam Salis, & Aquæ, precor, vt exaudire digneris, in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni filij tui Dei viui, Regis & Iudicis noſtri, ſicut exaudiſti Noe in diluuio, Moyſem in Ægypto, Iob in paſſionibus, Danielem in lacu Leonum, tres pueros in camino ignis ardentis, Suſannam in falſo crimine: & ſicut exaudiſti toties Eccleſiam ſanctam tuam in perſecutionibus aduerſariorum, vt hæc aqua ſit purgatio, purificatio, & ſanctificatio omnibus hominibus, atque in eis, in quibus, aſperſa fuerit, habeat poteſtatem ad effugandos immundos, phantaſmaticos ſpiritus, & omnem nefarium Diabolum, atque omnes figuras, minas, & operationes Satanæ. Concede etiam ei poteſtatem ad exterminanda fulgura, & grandines, & omnes aduerſitates humanæ naturæ: vt non poſſit immundus ſpiritus nocere rebus, locis, nec hominibus, in quibus aſperſa fuerit; Sed confuſus, & deſtructus abſcedat per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Sancti Spiritus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Bene-

Digitized by Google

BENEDICTIO PANIS.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Oremus.

OMnipotens, æterne Deus, qui per paſſionem crucis dilectiſſimi filij tui Domini noſtri mundum redemiſti, & antiquæ arboris amariſſimum guſtum, crucis medicamine indulcoraſti; & mortem, quæ per lignum vetitum venerat; per ligni trophæum deuiciſti. Vt mirabili tuæ pietatis diſpenſatione: qui per ligni guſtum à florigera ſede diſceſſimus per lignum Crucis ad Paradiſi patriam redeamus, Exorcizare † benedicere, † ſanctificare † digneris panem hunc, prout ego, in nomine tuo Sancto, & dilecti filij tui, & Spiritus ſancti exorcizo † benedico † & ſanctifico. † Sicut Elias benedixit farinam & in hydria Viduæ, & fecit ſubcinericium panem; Sicut Angelus dedit ſubcinericium panem benedictum Eliæ, qui ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb: Sicut benedixit Dominus Ieſus Chriſtus filius tuus quinque panes in deſerto; Sic hunc panem, quem in nomine ſancto tuo benedico † & ſanctifico † creaturæ tuæ N. trado, vt accipiat, & comedat ad ſatiandum cor ſuum in te Domine, & ad eradicandum è corpore ſuo omne maleficium, incantationem, ligamen, ſignum, & opus diabolicum, omnemque febrem, & qualemcunque ægritudinem. Imò ſatietur panibus cœleſtibus; ſicut, qui pronus eſt ad miſericordiam, & de panibus ſuis dat pauperi; Sicut ſplendidus in panibus, in quibus benedicentur labia multorum: Sicut panes ſupra menſam in ædificatione noui Altaris, in emundatione, & renouatione Sanctorum. Et ſicut panes ſeruientium Ciuitati Hieruſalem. Loquere Domine Deus ad cor famulæ tuæ N. vt inueniat gratiam apud oculos tuos, & conſolare eam, vt comedat panem ſicut Ruth: vt intingat buccelam in oleo, & confortetur cor eius. vt reuertatur ſpiritus eius, & refocilletur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es panis natus in Bethleem, panis vitæ, panis Angelorum, & quotidie de Cœlo deſcendis ad ſatiandas, & ſanctificandas animas noſtras, & reples eas benedictione ſancta tua: Sic nunc deſcendere digneris ſuper panem iſtum, & benedic † & ſanctifica † eum vt ſaties, & ſanctifices, & repleas cor, & viſcera, & membra cuncta creaturæ tuæ N. eſſentia tua: & ego per glorioſiſſimum, triumphale nomen tuum Ieſu delectabile, magnificum, & amabile, benedico † hunc panem, & ſanctifico † ac per ipſum Sanctum nomen terribile, excelſum, & ſuper omne nomen ſublimatum deſtruo omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, arte diabolica factas, creaturis tuis ſanguine tuo pretioſiſſimo redemptis: & quicquid in ipſo ſancto tuo nomine fideliter petitur: tu propitiatus ſemper impendis. Ideò per ipſum ſanctum nomen, vbique prædicandum, & tota deuotione adorandum, panem hunc benedico † ſanctifico † & conſecro, † virtutem tui ſanctiſſimi nominis infun-

do † ad reſtituendum cœcis, viſum: ſurdis, auditum: claudis, greſſum: ægrotantibus, ſanitatem, & credentibus omnibus ſalutem. Benedico † ſanctifico, † & conſecro † hunc panem, & Dominus tecum ſit, ô panis benedicte, vt extinguas venena: noxia comprimas; aduerſa depellas, maleficia deſtruas: Dæmonia fuges; & Tartari, mundique Principis tyrannidem potentiſſimum eradices à membris huius creaturæ N. & à cunctis creaturis Dei; & tandem omnibus ex te ſumentibus, proueniat continua ſalus, atque protectio, peccatorum remiſſio, & perpetua, & optata nominis Ieſu fruitio. Amen.

Oremus.

DOmine Deus, qui dediſti eſcam timentibus te in memoriam mirabilium tuorum: & qui es panis verus, nobis datus, & ex intacta Virgine natus, benedic † panem iſtum, & ſanctifica † ſicut benedixiſti ſubcinericios panes Abrahæ datos tribus viris in Conualle Mambre, & ſicut iam benedixiſti populum Iſraelem, & introduxiſti in terram bonam, terram riuorum, aquarumque, & fontium: in cuius campis, & montibus erumpebant fluuiorum Abyſſi, terram frumenti, hordei, ac vinearum, in quo ficus, & malogranata, & oliueta naſcuntur; terram olei, ac mellis: vbi abſque vlla penuria comedebant panem, & rerum omnium abundantia perfruebantur: Benedic † Domine hanc panem; Sicut benedixiſti panem, & dediſti piſcatoribus tuis ad mare Tyberiadis. Benedic † hunc panem, ſicut accepiſti panem, & benedixiſti, fregiſti, & dediſti Diſcipulis tuis, dicens: Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum. Benedico † hunc panem, in nomine Altiſſimi, qui eſt ſalutaris hoſtia, qui pandit oſtium Cæli, & qui bella comprimit hoſtilia. Sanctifico † & conſecro † hunc panem, vt ſit panis pinguis Chriſti: vt quicunque comederit ex hoc pane, beata ſit anima eius; & oculi Domini ſint ſuper eum, & confortetur cor, viſcera, & membra cuncta ſua: Sit illi Dominus protector potens, firmamentum virtutis: tegumen ardoris, vmbraculum meridianum, lætificans animam, illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem; Sit panis benedictus † Sanctificatus, † & conſecratus † ad deſtruendum omne maleficium, arte diabolica factum Benedico † te, vt ſis tanquam pulmentum, & panes Iacob; quos coxerat Patri ſuo Iſaac, in benedictionibus æternis ad annihilandum omnem incantationem inimici. Sanctifico † te, vt ſis tanquam carnes aſſæ igni, & azymi panes cum lactucis agreſtibus, & tanquam carnes, & azymi panes ſupra petram poſiti, quos tangat Angelus Domini ſummitate virgæ ad extirpandam omnem ligationem Diaboli. Conſecro † te, vt ſis tanquam panis ſubcinericius azymus, conſperſus oleo; & tanquam panis propoſitionis poſitus ſuper menſam in conſpectu Dei ſemper, ad eneruandam omnem ſignaturam Luciferi. Benedico † te, vt ſis tanquam panis ſubcinericius ex hordeo Gedeonis, per ſomnium viſus, tanquam gladius in Madian, ad diſſipandam omnem facturam Satanæ, & tanquam torta panis oblata Chriſto, ad fugandum inimicum à creaturis Dei: Sanctifico † te, vt ſis panis peritus à Iacob in Bethel, & panis Ioſeph, datus Beniamin, ad eradicandum omne maleficium Diaboli.

Conſecro

Digitized by Google

Conſecro † te, vt ſis panis pinguis Aſſer, præbens delicias Regibus, & panis Ephraim, qui non reſeruatur, ad extirpandum omne incantamentum inimici: Benedico † te, vt ſis panis lacrymarum, contritionis Dauid, & panis Iudith, ad decapitandum Holophernem: Sanctifico † te, vt ſis panis in deliciis Paradiſi, panis ſapientiæ, panis vitæ, procedens de verbo Dei; panis de Cœlo, omne delectamentum in ſe habens, ad frangenda omnia vincula Diaboli. Conſecro † te, vt ſis panis quotidianus, panis non mittendus canibus, panis conſtitutus ſuper ſepulturam iuſti, ad deſtruendum omnem facturam aduerſarij. Sanctifico † te, vt ſis tanquam torta illa panis abſque fermento tradita in manus Nazarei, & tanquam panes primitiarum; panis oleatus & oblatio animæ, & ſacrificium coctum in Clibano, & hoſtia pro peccato, & gratiarum actione, ad expellendam omnem infirmitatem, & naturalem, & diabolicam. Et qui comederit ex hoc pane, ſit tanquam mulier, & quaſi Nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum; & ſanetur, & liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, arte diabolica factis; & ab omni febre, & ægritudine, & Sathanas retrò confuſus abſcedat: tandem, benedico † te panis; ſanctifico † & conſecro † in nomine illius, quem cognouerunt Diſcipuli in fractione panis, qui eſt panis ſuauiſſimus, & eſurientes replet bonis cœleſtibus: & per Sanctam Mariam Virginem, quæ ſola meruit inter mulieres ſuis viſceribus panem cœleſtem portare: Et quiſquis comederit ex hoc pane repleatur omnibus benedictionibus Cœleſtibus; & loquatur ei Angelus pacem, & det ei Dominus benedictionem, & ſaturitatem cum Angelis ſuis in gloria: In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO VINI.

Adjutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit Cœlum & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † te creaturam vini, per † eum, qui in Cana Galileæ aquam legis Moſaïcæ conuertit in optimum vinum Euangelicum, per † eum, cui ſitienti ſalutem animarum noſtrarum, dederunt Iudæi vinum felle mixtum, vt nulla intelligentia, nulla virtus, nulla communicatio ſit tibi cum ſpiritibus maledictis: ſed ſias vinum bonum, optimum, & ſanctum, ad ſanandas creaturas quaſcunque Dei ex te bibentes, ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, facturis, febribus, infeſtationibus, perturbationibus, & ab omnibus infirmitatibus animæ, & corporis. Per ipſum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

ADeſto nobis Domine, & perpetuam benignitatem largire poſcentibus, & creaturam tuam à Diabolo vexatam propitius reſpice, benignúſque in hoc vinum tuas largas benedictiones † & ſanctificationes † infunde; vt alligata ſint vulnera Sathanæ, infundens tua miſericordia oleum, & vinum, & ego benedico † hoc vinum, & ſanctifico † in nomine ſancto tuo, vt vulpes infernales demolientes hanc vineam tuam,

Digitized by Google

tuam,ponentes eam in desertum, vnà cum operibus suis , & maleficiis , & incantationibus , & ligationibus , & signaturis , & facturis destruantur, confringantur,& annihilentur : Nam plantasti eam Domine , & sæpè circundedisti eam à principio,& tempore siccitatis sanguine diuino filij tui irrigasti. Succurre ergo Domine , & benedic † & sanctifica † hoc vinum: vt sit vinum gratiæ, scientiæ, doctrinæ, feruoris,& amoris,& ex pluribus virtutibus confectum , ad sanandas quascunque creaturas ex eo gustantes, & bibentes. Nutriat , & vegetet animam ad deuotionem, ad constantiam , & consolationem spiritualem, corpúsque reficiat,& corroboret : intellectum clarificet, cor lætificet, dolorem , & tristitiam quamcunque expellat, maleficia cuncta destruat,& annihilet à creaturis tuis ex eo bibentibus. Per ipsum Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus,fac nos tuam clementiam cum omni supplicatione precari super hoc vinum ; vt benedicendo † benedicas, & sanctificando † sanctifices , vt sit vinum positum , & benedictum à Sapientia increata , super mensam in domum suam: Sit tanquam vinum seruatum Regi ad destruendum omnem languorem Diaboli : Sit tanquam libamenta vini,quæ per singulas sunt fundenda victimas : Sit vinum abundans de manu Regis diuini ad eradicandum omne maleficium: Sit tanquam vinum super sepulturam iusti : Sit vinum emptum absque argento, & absque vlla commutatione , lætificans corda bibentium : Sit vinum , quod pollicitus es Domine seruis tuis,& psallant bibentes hoc vinum in iucunditate : Trahe eos, post te currant , introduc eos in Cellam vinariam tuam , & exultent, & lætentur in te ;de sanitate percepta, & de Sathana confuso. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotens Deus , miserere famulæ tuæ à Diabolo vexante,& à continuis maleficiorum cruciatibus propitius respirare concede : benedic ergo † hoc vinum , & sanctifica † vt sit tanquam vinum , quod Christus dat suis deuotis bibere in conuiuio suo spirituali : Sit vinum, quod miscuit Sapientia, vt multiplicentur dies , & addantur anni vitæ omnibus ex eo bibentibus, & extinguatur in eis omnis virtus *Diaboli.* Da Domine , vino huic augmenta gratiarum , & benedictionum : & corona inclyta protegat bibentes illud , & liberentur ab omnibus maleficiis, incantationibus , ligationibus, signaturis, & facturis. Memento,Domine Deus , huius Seruæ tuæ N. & ne deleas miserationes tuas, quas in cruce fecisti sibi : Bibat vinum hoc vinum optimum , benedictum † & sanctificatum , † dignum dilecto sponso ad potandum : *Veni Iesu dilecte mi, surgamus ad vineas, vt videamus , quia floruit vinea tua Sabaoth ad extinguendum fœtorem* Luciferi : *sint hæc verba benedictionis † & sanctificationis , † sicut botrus de vinea Euangelica Sacramentis impinguata, cuius odor interficiat serpentem antiquum* : Redundent torcularia de vinea Engaddi , & stillent ex ea benedictiones innumerabiles , & largissimæ sanctificationes, & consecrationes multiplicentur super hoc vinum, & super creaturas à Diabolo vexatas , vt ex hoc vino bibentes , à morsibus Dæmonum sanentur, & liberentur , quas araneus infernalis momordit. Adhuc , bone Deus, dic verbum , & benedic † & sanc-

ti

ſanctifica † vinum, & creaturam tuam. N. ſicut iam poſt vinum ſumptum ab Iſaac dediſti benedictiones filio ſuo Iacob: & poſt vinum ſumptum à Rege Aſſuero, benedixiſti Reginæ Æſter. Tandem, benedico, † & ſanctifico † hoc vinum, vt inebrietur N. in laude Dei noſtri, qui fecit mirabilia nobiſcum, & non confundatur creatura ipſa in æternum: & per vinum benedictum, & ſanctificatum deſtruo, annihilo, extirpo, confundo, & eradico omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, arte diabolica omnibus creaturis, & præcipuè huic Seruæ N. factas. Per eum, qui torcular calcauit ſolus, & in vino lauit ſtolam ſuam, & viuit, & regnat cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS & vini, & quorumcunque commeſtibilium.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus,

Exorcizo vos creaturæ, panis, & vini, & cuiuſcunque commeſtibilis; & In nomine † illius, qui panes in deſerto benedixit, & multiplicauit, qui aquam in vinum conuertit, & manna in deſerto patribus dedit, omne delectamentum in ſe habentem, vt ſitis fortitudo, ſanitas, & purificatio huic, & omnibus Dei creaturis ex vobis ſumentibus ad effugandos omnes ſpiritus immundos, omnemque nefariam vim Diaboli, & omnes figuras, & minas Sathanæ exterminandas. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Oremus.

OMnipotens Deus, æternæ vitæ, & Angelorum panis viuus, qui Eliam in fortitudine ſubcinericij panis, vſque ad montem Oreb ambulare feciſti, & quinque panes in deſerto tua ſancta benedictione multiplicaſti, aquam in optimum vinum tranſſubſtantiaſti, Moyſemque, & populum tuum in deſerto cibis ſuauiſſimis cibaſti, purificare † benedicere, † & ſanctificare † digneris has creaturas cibi & potus, quas in nomine ſancto tuo purifico † benedico, † & ſanctifico, † vt quicunque ex eis comederint, & biberint, per dilectionem beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum bibant, & comedant coram Domino, cum omni lætitia, & ſint contra maleficia, inſidias, & callidi hoſtis morbos præſidium, & tutamen; & comedentium corda, viſcera, & cuncta corporis membra per Spiritus ſancti gratiam ſanctificentur: Quæ omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, per hæc comeſtibilia, & potabilia deſtruo † anihilo † & à corporibus humanis eradico. † Per te Ieſu Chriſte, qui viuis, & regnas in ſæcula ſeculorum. Amen.

Aſpergantur Aqua benedicta.

BENEDICTIO PRANDII, & Cœnæ quæ debet fieri præſente vexato.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini Qui fecit cælum, & terram.

Digitized by Google

Exoreiſmus.

EXorcizo vos † creaturæ Panis, & vini, & cuiuſcunque commeſtibilis. In nomine † illius, qui panes in deſerto benedixit, & multiplicauit, qui aquam in vinum conuertit & qui Manna in deſerto Patribus dedit, omne delectamentum in ſe habentem, vt ſitis fortitudo, ſanitas, & purificatio huic, & omnibus Dei creaturis ex vobis ſumentibus ad effugandos omnes ſpiritus immundos; omnemque nefariam vim Diaboli, & omnes figuras, & minas Sathanæ exterminandas, per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Oremus.

OMnipotens Deus, æternæ vitæ, & Angelorum panis viuus, qui Heliam in fortitudine ſubcinericij panis vſque ad montem Oreb ambulare feciſti, & quinque panes in deſerto tua ſancta benedictione multiplicaſti: aquam in optimum vinum tranſubſtantiaſti, Moyſémque, & populum tuum in deſerto cibis ſuauiſſimis cibaſti, purificare † benedicere, † & ſanctificare † digneris has creaturas cibi, & potus, quas, in nomine ſancto tuo purifico, † & ſanctifico, † vt ſint tanquam cibi de venatione Iacob, vt benedicantur animæ comedentium: & tanquam carnes aſſæ igni, & azymi panes, quos cum lactucis agreſtibus feſtinanter comediſti. Benedico † vt ſint tanquam Manna, quod comederunt filij Iſraël in deſerto, & tanquam fauus cum melle, & vinum cum lacte, & tanquam fructus pomorum, vt comedentes, & bibentes inebrientur in horto cum Dilecto, & Sponſa. Sanctifico, † vt ſint tanquam cibus, & potus Danielis, Ananiæ, Miſſaëlis, & Azariæ, & tanquam Examen Apum in ore comedentis: ac fauus mellis in ore Leonis: vt de comedente exeat cibus, & de forti egrediatur dulcedo, ad eradicandum, & deſtruendum omne maleficium, incantationem, ligationem, ſignaturam, facturam, & faſcinatorem huic creaturæ N. arte diabolica factum, vnà cum Dæmonibus ipſam vexantibus. Benedico, † & ſanctifico † has creaturas cibi, & potus; vt quicunque ex eis comederit, & biberit, per dilectionem Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum; ſit tanquam qui comederit mel, & fauum, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum: Sit tanquam, qui quærit, inuenit, & comedit volumen ſermonum Dei viui: Sit tanquam ſumens cibum perfectorum cum lætitia, & exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudans Deum. Et tandem hæc creatura cibi, & potus, ſit contra maleficia, inſidias, & callidi hoſtis morbos præſidium, & tutamen, & comedentium corda, viſcera, & cuncta corporis membra, per *Spiritus ſancti* gratiam ſanctificentur, *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen. Creatura Dei *N. tolle* has creaturas cibi, & potus, quos miſit tibi Deus, & quas ego exorcizo † purifico † benedico †, & ſanctifico †, in nomine ſancto eius. Qui recordatus eſt tui Deus, & non dereliquit diligentes ſe: Requieſce ergo, comede, bibe, epulare in Domino: Vt anima tua habeat multa bona poſita in annos plurimos. Et à te recedat Sathan cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, tibi arte diabolica factis. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus ſancti. † Amen.

Aſper

Digitized by Google

Aſpergantur Aqua benedicta.

BENEDICTIO OMNIVM medicinalium, vnctionum, balneorum, & odorabilium, mutatis tamen mutandis.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † te creatura medicinæ, per Medicum æternæ ſalutis, qui à morte æterna genus humanum proprio ſanguine ſanitati reſtituit, per eum, qui ad curationem hominum virtutem medicinalem, herbis, lapidibus, ac diuerſis creaturis contulit, vt nulla ſit tibi communicatio cum Angelis Apoſtatis: Sed in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti cunctas inimici fallacias à te expelle: & ſicut ex diuerſis materijs facta es compoſitio medicinalis ad ſanandas Dei creaturas, & præcipuè à Diabolo vexatas ſic virtutem tuam naturalem retineas, ſupernaturalemque recipias, adiurata in virtute Dei Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti cuncta maleficia deſtruentis, ac regnantis in ſæcula ſæculorum Amen.

Oremus.

OMnipotens eterne Deus, qui es vera ſalus, & medicina, & à quo omnis ſanitas, & medicamentum venit: Quæſumus clementiam tuam, & pietatem: vt hanc medicinam, quam ad expellendas omnes ægritudines, & quaſcunque virtutes diabolicas, & infeſtationes maleficiales: Imò, & ipſos Dæmones à corporibus, & viſceribus hominum, in nomine ſancto tuo benedico † ſanctifico, † & conſecro: † Sic clementiſſime Domine benedicere † ſanctificare, † & conſecrare † digneris: & in homine, qui eam biberit, extingue febrium infeſtationes, viſcerum tormenta cura; cordis, & capitis dolores, & paſſiones cunctas diſſolue; grauitates pectorum remoue; infeſtationeſque cunctas à quibuſuis partibus corporis reſolue: phantaſmaticis adeſto periculis: tumoreſque compeſce: fiat etiam illi hæc medicina ſancta morbi præſentis expulſio, & peccatorum omnium optata remiſſio: vt dum gloriatur aduerſarius de habitatione percepta, ab hac ſerua tua N. cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, ipſe confuſus recedat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

OÆterne Deus, qui tua prouidentia ab initio cuncta gubernas, quoniam dediſti, & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens quoniam potens es, ex omnibus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare: Nam per hæc viſibilia medicamenta non ſanatur quis à morſu ſerpentis antiqui, Domine; Sed per te omnium Saluatorem, quia tu ſolus es, qui liberas ab omi malo: & miſericordia tua adueniente ſaluas filios tuos. Imò tuus Domine ſermo velociter ſanat omnes ad te confugientes, quia liuore ſanguinis præcioſiſſimi filij tui totum mundum ſanaſti. Infunde ergo Domine tuam ſanctam virtutem, & benedictionem † in hanc medicinam, & ſana potentiſſime Deus creaturam tuam N. quia conturbata ſunt oſſa eius, & anima illius turbata eſt valde: Sana eã à deſcẽdentibus in lacũ, quia clamat ad te,

Digitized by Google

ſicut ſanaſti Cananæam, & Publicanum, & Abraham orantem: Sicut ſanaſti aquas per Eliſeum; Sicut percuſſos aſpicientes in ſerpentem æneum; & ſicut tu Domine Ieſu ſanaſti Hydropicum, & tangentes fimbriam veſtimenti tui: Sana eam, ſicut qui prior deſcendebat in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate: Sicut ſanaſti ſocrum Petri febricitantem, & ſicut ſanabas omnem languorem, & infirmitatem in populo, & omnes oppreſſos à Diabolo. Nam multitudo ſapientiæ ſanitas eſt orbis terrarum, & cum aqua deleret terram, ſanauit iterum ſapientia tua, & cuius liuore ſanati ſumus, cuius tactu vis febrium mox receſſit, cuius ſermone confeſtim ſurdus audiuit: cuius iuſſu Mutus fari non diſtulit, Sathan fugit; Claudus cucurrit; Cæcus vidit; ægrotus præualuit; ſurrexit de ſepulchro quatriduanus; Sic ſana eam Domine Ieſu ab omni ægritudine, & à vulneribus Sathanæ, & miniſtrorum eius. Et ſicut ſanaſti pluries populum Iſraël, & puerum Centurionis, & curaſti vexatos à ſpiritibus immundis, & ſanaſti multitudinem copioſam plebis ab omni Iudæa, & Hieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sydonis à languoribus ſuis: Sic huic creaturæ tuæ N. languenti conferas ſalutem, & veram medicinam. Sint oculi tui Domine, ſuper eam, & da illi ſanitatem, & vitam: & huic medicinæ vim, & virtutem, & benedictionem † & ſanctitatem, vt ab hac creatura N. expellat Dæmonem, & deſtruat, & eradicet omnia maleficia, incantationes, ligationes, tumores, dolores, ſignaturas, faſcinationes, & facturas diabolicas: Nam veniſti Domine, quærere, & ſaluum facere quod perierat.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine, & ſanctifica ✠ hanc medicinam, & virtus Spiritus ſancti ſit ſuper eam, ad euacuanda, deſtruenda, annihilanda, & eradicanda à corpore huius creaturæ N. maleficia cuncta, cuiuſuis maledictionis ſint facta, & ſimul ad expellendum ipſum Dæmonem; prout ego in nomine ſancto tuo, & in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi filij tui exorcizo † benedico, † & ſanctifico, † quia ipſe propitiatur omnibus iniquitatibus noſtris, & ſanat omnes infirmitates noſtras. Benedico † te per ipſum, qui redimit de interitu vitam noſtram, & coronat nos in miſericordia, & miſerationibus. Sanctifico † te per ipſum; qui miſit verbum ſuum, & ſanauit nos, & redemit nos de interitionibus noſtris, & producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum. Benedico † te, per ipſum, cuius manus vulnerat, & medetur; percutit, & ſanat; Sanctifico † te, per ipſum, qui miſit Apoſtolos prædicare Regnum Dei, & ſanare infirmos, benedico † & ſanctifico † hanc medicinam; vt ſit medicina ſalutis animæ, & corpori huius creaturæ N. & languor huius ægritudinis ſit in conſpectu diuinæ Maieſtatis. Sit hæc medicina tanquam aquæ egredientes de ſanctuario Dei, in potum ad expellendam omnem febrem, & ægritudinem, & tumorem, & dolorem: Et ad extirpandum omne maleficium, incantationem, ligationem, ſignaturam, & facturam, arte diabolica factam: Sit tanquam cor, & fel, & iecur piſcis Archangeli Raphaëlis, & Tobiæ ad medicamenta vtiliter: Et ſicut ipſe Archangelus duxit, & reduxit Tobiam ſanum, eiuſque Patri reſtituit viſum,

&

& fecit eum videre lumen Cœli; Sic tu, ô medicina! per iſtam ſanctam benedictionem, † & virtutem Spiritus ſancti, quam in te infundo, reſtitue ſanitatem creaturæ Dei N. Nam altiſſimus creauit te de terra, vt ſis medicina ſanitatis, medicina pacis, conſolationis, & benedictionis: Sit ſuper te virtus Spiritus † ſancti, & virtus diuina tecum ſit ad ſanandam creaturam Dei N. ab omni ægritudine, & tumore, & dolore, & ab omni maleficio, & infeſtationibus Sathanæ. Tandem, in nomine illius, qui eſt Deus omnipotens, Deus exercituum, qui facit mirabilia magna ſolus; Accipe, ô medicina! virtutem Spiritus ſancti †, & vbicunque attigeris virtute diuina à corpore creaturæ N. expelle omnem infirmitatem, tumorem, & dolorem, omnéque maleficium, incantationem, ligationem, ſignaturam, & facturam ſibi factam, & omne vinculum diabolicum confringe, diſſipa, deſtrue, euacua, extirpa, eradica, vome, per ſeceſſum emitte. prout magis expedierit, ſine læſione aliqua animæ, & corporis, prout ego, in nomine Ieſu Chriſti expello, † confringo, † diſſipo, † deſtruo, † extirpo, † eradico, & ad nihilum redigo, † à corpore ipſius creaturæ Dei N. & infundo in te omnes benedictiones † æterni Dei. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO OLEI ſolemniter facienda ante Altare.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EExorcizo † te creatura olei, per † Deum Patrem omnipotentem, qui creauit cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt; per † ſapientiſſimum filium eius Ieſum Chriſtum, per quem omnia in ſapientia ordinata ſunt; per Spiritum † ſanctum, per quem bonitatem & clementiam conſequimur, per † Mariam Virginem debellatricem Dæmoniorum, per † Sanctos Angelos caſtra Summi Regis: per † Patriarchas, tentoria Iſraël, per † Prophetas, oracula Sancti Spiritus; per † ſanctos Apoſtolos, Iudices ſæculi: per † Euangeliſtas, Cancellarios Chriſti fideles: per † Innocentes, flores Martyrum: per † Sanctos Martyres, charitate feruidos: per † Sanctos Confeſſores lumina mundi, per † Sanctos Doctores, tubas Sancti Spiritus: per † Monachos, ſemina benedictionis: per † Sanctos Eremitas, mundi contemptores: per † Sanctos Sacerdotes, ſacra Chriſti dantes: per † Sanctos Leuitas præceptorum ſeruatores: per † Sanctas Virgines, ſponſas Chriſti: per † Sanctas viduas, ſpecula morum: vt omnis virtus Diaboli, omnis exercitus aduerſarij, omnis incurſus, omnis tumor, & dolor, & phantaſma Sathanæ, miniſtrorúmque eius eradicetur, & effugiat ab his, qui ex te biberint, vel ſe vnxerint: maleficia cuncta diabolica deſtruas: & conſumes, & medicina optima, & ſancta efficiaris menti, & corpori ſanitatem reſtituens; nec valeant Dæmones ſe latitare in corporibus ipſis, ſed in virtute potentiſſimi nominis Ieſu ſe manifeſtent, & obedientiam Miniſtris Ieſu Chriſti præſtent, & exeant cum omnibus maleficiis. In nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Pa-

Digitized by Google

tris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti, & omnium ſanctorum. Amen.

Antiphona.

Tulit autem Samuël lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum.

Cantic. Moyſi. DEVTER. 32.

AVdite Cœli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.

Concreſcat, vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.

Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina: quia nomen Domini inuocabo.

Date magnificentiam Deo noſtro: Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia.

Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus, & rectus: peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.

Generatio praua, atque peruerſa: hæccine reddis Domino populo ſtulte, & inſipiens?

Nunquid non ipſe eſt Pater tuus: qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?

Memento dierum antiquorum: cogita generationes ſingulas.

Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam.

Conſtituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum Iſraël.

Pars autem Domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eum in terra deſerta: in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis.

Circumduxit eum, & docuit: & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos: & ſuper eos volitans,

Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum: atque portauit in humeris ſuis.

Dominus ſolus, Dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.

Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum.

Vt ſugeret mel de petra: oleumque de ſaxo duriſſimo.

Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum: & arietum filiorum Baſan.

Et hircos cum medulla tritici: & ſanguinem vuæ biberent meraciſſimũ.

Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus.

Dereliquit Deum factorem ſuum: & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

Prouocauerunt eum in Diis alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt Dæmoniis, & non Deo: Diis quos ignorabant.

Noui, recentéſque venerunt: quos non coluerunt patres eorum.

Deum, qui te genuit dereliquiſti: & oblitus es Domini creatoris tui.

Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ.

Et ait, abſcondam faciem meam ab eis: & conſiderabo nouiſſima eorum.

Generatio enim peruerſa eſt: & infideles filij.

Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus: & irritauerunt in vanitatibus ſuis.

Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus: & in gente ſtulta irritabo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.

Deuorabítque terram cum germine ſuo:

Digitized by Google

ſuo : & montium fundamenta comburet.
Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis.
Conſumentur fame : & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.
Dentes beſtiarum immittam in eos : cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium.
Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor : inuenem, ſimul ac virginem lactentem, cum homine ſene.
Et dixi, vbi nam ſunt ? ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum diſtuli : ne fortè ſuperbirent hoſtes eorum.
Et dicerent, manus noſtra excelſa : & non Dominus fecit hæc omnia.
Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.
Quomodo perſequetur vnus mille : & duo fugent decem millia ?
Nonne ideò quia Deus ſuus vendidit eos : & Dominus concluſit illos ?
Non enim eſt Deus noſter, vt dij eorum : & inimici noſtri ſunt iudices.
De vinea Sodomorum vinea eorum : & de ſuburbanis Gomorrhæ.
Vua eorum, vua fellis : & botrus amariſſimus :
Fel Draconum vinum eorum : & venenum aſpidum inſanabile.
Nonne hæc condita ſunt apud me : & ſignata in theſauris meis ?
Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum.
Iuxta eſt dies perditionis & adeſſe feſtinant tempora.
Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur.
Videbit quod infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti ſunt.
Et dicent, vbi ſunt dij eorum : in quibus habebant fiduciam ?
De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum.
Surgant, & opitulentur vobis : & in neceſſitate vos protegant.
Videte quod ego ſim ſolus : & non ſit alius Deus præter me.
Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere.
Leuabo ad Cœlum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.
Si acuero, vt fulgur gladium meum : & arripuerit iudicium manus mea.
Reddam vltionem hoſtibus meis, & iis, qui oderunt me retribuam.
Inebriabo ſagittas meas ſanguine : & gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populum eius : quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.
Et vindictam retribuet in hoſtes eorum : & propitius erit terræ populi ſui.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum.
Iube Domne benedicere.
Deus author Cæli, & terræ det nobis hæreditatem vitæ æternæ. Amen.

Lectio libri Leuitici.

ANima cũ obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio : fundetque ſuper eã oleũ : &

& ponet thus,ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ, & olei ac totum thus, & ponet memoriale ſuper Altare in odorem ſuauiſſimum Domino:Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini. Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila, panes ſcilicet, abſque fermento conſperſos oleo,& Lagana azyma oleo lita:ſi oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo, & abſque fermento,diuides eam minuatim, & fundes ſuper eam oleum: Sin autē de craticula fuerit ſacrificiū, æquè ſimila oleo conſpergetur quam offerens Domino,trades manibus Sacerdotis,Qui cum tulerit eam,tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper Altare, in odorem ſuauitatis Domino.

Tu autem Domine noſtri miſerere.

Deo gratias.

Antiphona.

Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem, & liberabit populum ſuum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt.

Pſalmus 88.

MIſericordias Domini, in æternum cantabo.

In generatione,& generationem:annūciabo veritatem tuā in ore meo.

Quoniam dixiſti, in æternum miſericordia ædificabitur in Cœlis: præparabitur veritas tua in eis.

Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo vſque in æternum præparabo ſemen tuum.

Et ædificabo in generatione, & generationem ſedem tuam.

Confitebuntur Cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Eccleſia Sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei?

Deus, qui glorificatur in concilio Sanctorum magnus, & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt.

Domine Deus virtutum, quis ſimilis tibi? potens es Dom:ne,& veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius *tu mitigas.*

Tu humiliaſti ſicut vulneratum, *ſuperbum*: in brachio virtutis *tuæ* diſperſiſti inimicos tuos.

Tui ſunt Cæli,& tua eſt terra:*orbem* terræ, & plenitudinem eius *tu* fundaſti Aquilonem, & mare *tu* creaſti.

Thabor, & Hermon in nomine *tuo* exultabunt: tuum bra*chium cum* potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ.

Miſericordia, & veritas *præcedent* faciem tuam; be*atus populus qui* ſcit iubilationem.

Domine in *lumine vultus cui* ambulabunt: & *in* nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es:& in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.

Quia Domini eſt aſſumptio noſtra: & Sancti Irael Regis noſtri.

Tunc locutus es in viſione Sanctis tuis,& dixiſti,poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo,vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabatur ei: & brachium meum confortabit eum.

Nihil

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum, in fugam conuertam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

In æternum seruabo illi misericordiam meam & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & Thronum eius sicut dies Cæli.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neque profanabo testamétum meũ: & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar; semen eius in æternum manebit.

Et Thronus eius sicut Sol in conspectu meo: & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in Cœlo fidelis.

Tu vero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum.

Auertisti testamentum serui tui: profanasti in terra sanctuariũ eius.

Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentũ eius formidinẽ.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum: Lætificasti omnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

Vsquequo Domine auertis in finem, exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Quis est homo, qui viuet, & non videbit, mortem: eruet animam suam de manu inferi?

Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine: sicut iurasti Dauid in veritate tua?

Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui Domine: quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.

Benedictus Dominus in æternum. Fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona.

Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem, & liberabit populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt.

Iube Domne benedicere

Sapientia Dei Patris sit nostrũm semper auxiliatrix.

Digitized by Google

Lectio Epiſtolæ Sancti Iacobi Apoſtoli.

INfirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini; multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit, vt non plueret ſuper terrã, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cælum dedit pluuiã, & terra dedit fructum ſuum.

Tu autem Domine noſtri miſerere.

Deo gratias.

Antiphona.

Mulier dixit Eliſeo, non habeo niſi parum olei, quo vngar.

Pſalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ: propter nomen ſuum.

Nam, & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus eſt?

Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Antiphona.

Mulier dixit Eliſeo, non habeo niſi parum olei, quo vngar.

Iube Domne benedicere.

Per Euangelium Ieſu Chriſti vngat nos miſericordia Dei.

Lectio Euangelij ſecundum Lucam.

SVſpiciens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones: qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit autem, vt Sacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo præteriuit: Similiter & Leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum: pertranſiit: Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum, & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in ſumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit: & altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.

Tu autem, Domine noſtri miſerere.

Deo gratias.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui oliuas creaſti, habentes amaritudinem in radice, fortitudinem in ligno, pulchritudinem in folijs, latitudinem in ramis, durationem in longitudine, celſitudinem in erectione; & plenitudinem in fructificatione: ex quibus ad vniuerſi condimentum, liquorem ſuauiſſimum emanare feciſti,

Digitized by Google

feciſti, quo Iacob titulum lapideum in Bethel vnxit ad conſecrationem Sacerdotum: Et in ſacroſanctis Sacramentis oleo vti iuſſiſti: ſuper Reges fundi, & eo infirmos vngi ordinaſti, Tabernaculumque, & altare cum omnibus vaſis eorum; vt eſſent ſancta ſanctorum, conſecrari; ſacrificia, & primitias conſperſas oleo offerri, præcepiſti: Sic Domine, per hæc, & alia mirabilia, quæ in ſancto oleo operatus es, dignare hoc oleum benedicere † ſanctificare, † & conſecrare, † vt quicunque ex eo biberit, vel ſe vnxerit, vinctus ſit dolore pœnitentiæ, ſoliditate conſcientiæ, ſanctarum virtutum diuerſitate, charitatis amplitudine, perſeuerantia in omni bono opere, æternorum contemplatione, & æternæ vitæ conſecutione; & ab eo eradicentur omnes facturæ, maleficia, incantationes, phantaſmata, tumores, dolores, & ligationes quomodolibet contra creaturas tuas factæ: Sit omnium operum Sathanæ, & miniſtrorum eius deſtructio, expulſio, & exterminatio: Et ſicut oleum benedixiſti, & per Samuelem, Saulem, & Dauid in Reges, & Prophetas vnxiſti; per Moyſem, Aaron in Sacerdotem; per Sadoch, Salomonem; per vnum de filijs Prophetarum Iehu; per Eliſeum Reges ſuper Syriam, & Iſrael, & Prophetam pro ſe oleo ſancto vnxiſti: Sic in nomine ſancto tuo hoc oleum benedico † ſanctifico, † & conſecro, † & omnibus benedictionibus Dei repleo; & ſic benedictum, ſanctificatum, & conſecratum creaturis à diabolo vexatis in vnctionem, vſum, & potum trado ad extirpandum, & eradicandum omne nefas Diaboli: Sitque omnium operum Sathanæ deſtructio, & exterminatio & quiſquis hoc oleo vſus fuerit, non poſſit in eo diabolus latitare, imò ſe manifeſtare aſtrictus ſit. Hoc oleum benedico † ſanctifico, † & conſecro † ad reſtituendum obſeſſos; Febricitantibus, valetudinem: ægrotantibus, ſanitatem; ad extinguendum venena, tumores, & dolores; ad comprimendum noxia: ad depellendum aduerſa; ad reſtituendum coniugis amorem, & odium expellendum: & quiſquis ex eo vſus fuerit ab omni pariter languore, & infirmitate ſanetur, à cunctis operationibus, & inſidijs inimici liberetur: à morſu ſerpentis antiqui nunquam lædatur, & cunctæ aduerſitates ſeparentur à plaſmate tuo quod precioſo ſanguine filij tui redemiſti: Sit oleum Iudith, ſit oleum gaudij, oleum exultationis, præ participibus tuis in viſceribus creaturarum Dei: & oleum miſericordiæ in oſſibus eorum; Sit oleum fructificationis, fidei, charitatis, & pacis; Multiplica benedictiones † tuas æterne Deus ſuper hoc oleum ſicut Stellas Cæli, & ſuper arenam, quæ eſt in littore maris. Quia ego per eum, cuius nomen eſt oleum effuſum, benedico † ſanctifico, † & conſecro. † Fundat Petra riuos olei ſacri ſuper vexatos à Diabolo, † vngat eos Deus, Deus oleo lætitiæ in habitaculis iuſtorum, & proficiat in ſalutem ſempiternam. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mundum vnxit oleo miſericordiæ ſuæ, & tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui per potentiam tuam cuncta creaſti, & per mirabilem bonitatem curationem morborum oleo dediſti; Sic miſericordiam tuam, & virtutem ſuper hoc oleum inuocamus, vt benedicendo † benedicas, ſanctificando † ſanctifices, & conſecrando † conſecres, quatenus quicunque

Digitized by Google

hoc oleo vſi fuerint, benedictionis † tuæ opulenta repleantur, corda, & viſcera, & capita, & cuncta membra per gratiam Sancti Spiritus: à turpitudine callidi hoſtis purificentur, & ſanctificentur. Per Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Exorciſta, vngat Quotidie, mane infirmi pulſus capitis, manum, & pedum: tum aures, nares, labia, cæteraſque partes vexatas, dum honeſtè fieri poſſit, & vngendo dicat.

SIcut Sanctus Sanctorum vnctus fuit ſpiritu Domini: Sic ſpiritus Sanctus ſit ſuper te creatura Dei, quam ego vngo ſacrati olei liquore: & per iſtud Sanctum oleum, & vnctionem ſacram libero te, & abſoluo ab operibus Sathanæ; ac deſtruo omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, facturas, dolores, tumores, tibi arte diabolica factas: vt in omni parte olei ſancti, & crucis † virtute munita, diabolicos impetus viriliter contemnere valeas; ac hoc medicamento ſancto omnem Dæmonis infeſtationem procul repellere poſſis, prout ego repello, annihilo, & deſtruo. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

In fine totius vnctionis, dic.

Dominе exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu chriſte, qui es ſalus, & medicina vera, à quo omnis ſanitas: qui inſtituiſti, vt languidos olei liquore tangentes, vngamus; Quæſumus clementiam tuam, vt hanc creaturam tuam diabolica vexatione laborantem ſanare digneris, fiatque ſibi hæc olei ſacra perunctio morbi præſentis expulſio: & ſicut oleo ſancto tuo vnxi eam; Sic manus tua auxilietur ei; Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

BENEDICTIO THORI.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini, Qui fecit Cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † te creatura plumarum per eum quem vidit Iſaias ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum; & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant Templum, Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabant alter, ad alterum, & dicebant: *Sanctus*, Sanctus, Sanctus *Dominus Deus exercituũ*, Plena *eſt omnis terra gloria* eius: vt nulla communio ſit tibi cum Angelis maledictis, & excommunicatis: Sed ſis creatura benedicta † & ſanctificata † ad expellendos, & fugandos inimicos noſtros, & eſto inimica inimicis noſtris, & affligе affligentes creaturam hanc N. Per Ieſum Chriſtum, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

CLementiſſime Deus, qui affligendo ſanas, & caſtigando nos ſaluas, deprecor Maieſtatem tuam & clementiam ſuper has plumas, quas benedico † & ſanctifico † per nomen tuum, qui iuſſiſti plumas projici prope Altare ad orientalem.

Digitized by Google

talem plagam, qui cortinas Tabernaculi variatas opere plumario fieri iuſſiſti: & qui diceris Aquila plena multis plumis: vt ſicut ego exorcizo † benedico, † & ſanctifico † has plumas, & lectulum; & thorum, vt ſit immaculatum, & mundum ab omni opere Sathanæ: Sic & tu benedicere, † & ſanctificare † digneris. Vt quiſquis, & præcipuè creatura tua N. ſuper has plumas, & lectulum, vt dormiat, proſtrata fuerit, tuam ſanctam benedictionem recipiat, dormiat, & ſecura quieſcat. Imò omnis ſpiritus immundus, omnis incurſio Sathanæ, omne phantaſma, omne maleficium, omnis incantatio, ligatura ſignatura, factura, & omne opus quomodolibet diabolicum in ea N. factum, deſtruatur, annihiletur, exterminetur, diſſipetur, expellatur, & ab ea ſeparetur, quantum eſt elongatum cælum à terra, lux à tenebris; nec amplius reuertatur, prout ego, in nomine tuo Tetragrammaton deſtruo † annihilo † extermino † diſſipo † & expello, † & ab ea N. ſeparo, vt non reuertatur: & ſpiritus maledictos thorum creaturæ tuæ N. precioſo ſanguine filij tui redemptæ, violare volentes, contero, & diſperdo per ſanctum nomen Iehoua. Sicut verò mulier Sunamitidis fecit cænaculum paruum, & poſuit in eo lectum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, & recepit Eliſeum virum Sanctum Dei, qui ibi requieuit; Sic Plumas, & lectulum, & thorum iſtum benedicere, † & ſanctificare † digneris. Et ſit nunc, & ſemper benedictus, † & ſanctificatus † prout ego in nomine ſancto tuo benedico, † & ſanctifico † per eum, quem adorauit Iſrael conuerſus ad lectuli caput; per eum, quem adorauit Dauid iacens in lectulo, per eum, qui ſanauit paralyticum iacentem in lecto; per eum, qui dormiebat in nauicula, & fecit ceſſare ventos: per eum, qui dixit, non eſt mortua puella, ſed dormit; per eum; qui dixit Diſcipulis ſuis, dormite iam, & requieſcite: per eum, qui dixit Petro, Simon dormis? per eum, qui dixit, ſi dormit, ſaluus erit: & qui viuit, & regnat cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, ſicut iuſcitaſti puerum Sunamitidis iacentem in lecto per ſeruum tuum Eliſeum: & ſaluaſti Ioam per manum Ioſobeth in cubiculo lectulorum ne interficeretur; Sic digneris ſaluare hanc creaturam tuam N. ab infeſtationibus Dæmonum: & ſicut Sunamitidis illa recepit gratias à viro Dei & benedictionem: Sic hæc creatura N. conſequatur tuam gratiam, & largam benedictionem, vt ſuper lectum hunc, & plumas dormiat fiducialiter, & requieſcat, & inueniat locum Domino, Tabernaculum Deo Iacob, aſcendat ſupra lectum ſtratus ſui, & des ſomnum oculis ſuis tanquam in ſinu ſancto tuo, & requieſcat ſicut in lectis eburneis: Sicut in tentoriis Iſrael pacificè, cum pace, cum charitate, in timore Dei à veſpere vſque mane, & adoret te toto corde, & mente: nec ſit, qui eam terreat. Lectulus hic ſit floridus, benedictus, † & ſanctificatus † ex diuerſis nominibus Dei: ex aromatibus Myrrhæ, & Thuris, & ex diuerſis pulueribus pigmentarij: Et ſicut lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiebant ex fortiſſimis Dei potentis, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum propter timores nocturnos. Et tu Domine, qui dixiſti, ego dormio, & cor meum

vigilat : & alibi. Ego dormiui , & ſoporatus ſum , & exurrexi , quia Dominus ſuſcepit me : Sic hæc creatura N. audiat vocem tuam melliſluam , & dormiat. Sicut Iacob in Bethel : Dormiat vt Leo , & inimicus ſuſcitare non audeat : Dormiat inter medios cleros , & inter columbas habentes pennas deargentatas : Dormiat in ſinu Abiſag Sunamitidis , & foueat , & calefaciat ſicut Regem Dauid,Dormiat ſuper ſtratum ſuum, & viuat Dominus , qui eruit animam ſuam de omni anguſtia. Irruat ſopor ſuper eam , & dormiat in lecto ſuo , tanquam non timens , ſed quieſcens , & ſuauis ſit ſomnus eius; Et cum dormierit , cuſtodiant eam Angeli ſancti Dei , & mandata Ieſu Chriſti : & euigilans , loquatur cum eis verba vitæ,vt in lecto ſuo,per noctem quærat quem diligit anima ſua. Et tandem benedicte Deus, multiplicentur tuæ benedictiones † ſuper hãc creaturam N.vexatam , & ſuper plumas has, & ſicut Stellæ Cœli,& arena maris , ſicut iam multiplicaſti ſuper Abraham , Iſaac , & Iacob. Per ipſum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

In ſequenti oratione quæ ſcripta ſit in carta benedicta , inuoluatur Aurum , Thus , & Myrrha , & collocetur in quatuor Angulis Tori.

† QVi manifeſtatus eſt in carne , iuſtificatus in ſpiritu, prædicatus gentibus,in cruce occiſus, & aſſumptus in gloria ; ſedens ad dexteram Dei Patris vt credentium preces,vt vota exaudiat: Ipſe per ſuum ſanctum nomen,cui omne genu flectitur Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum:& per miſericordiam ſuam infinitam,& ſanctam paſſionem,& crucem, & per merita , & preces Sanctæ Mariæ Virginis,& Angeli Dei cuſtodis mei,totiúſque Curiæ Cæleſtis,me à cruciatibus Dæmonum,& ab eorum operibus maleficialibus , torúmque hunc ne maculetur bene † dicere , & præſeruare dignetur ; Qui in vnitate perfecta cum Patre,† & Spiritu † Sancto viuit , & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

Quo facto , in medio Tori collocetur menſura alicuius Crucifixi , & in plumis ipſis , ſine lanis incorporentur , videlicet Thus, Myrrha, Ruta , Ypericon, oliua , cera benedicta , ac diuina nomina ſequentia.

ECce crux † Ieſu Chriſti † cruce Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat † Agios † Iſchyros † Sother † *Sabaoth † Adonay* † Heloym † *Homouſion † Tetagrammaton* † Otheos † Athanatos † Alpha , & Omega † Saluator † Principium & finis † Primogenitus † Via † Veritas † Iehoua † Vita † Sapientia † Æternus † Virtus † Paracletus † Ego ſum †. Qui ſum. † Meſſias † Agnus † Ouis † Vitulus Aries † Leo † Os † Miſericors. † Charitas † Lux † Omnipotens † Creator † Redemptor † Amor † Emanuel † Primus , & nouiſſimus † Ianua † Petra † Gloria † Imago Patris † Vnicus † Fons vitæ † Panis † Brachium † Dominus † Mons magnus † Clauis Dauid † Dux domus Iſraël † Radix Ieſſe † Sceptrum domus Iſraël † Oriens † Splendor † Adonay † Sol iuſtitiæ † Rex gentium † Expectatio gentium † Candor lucis æternæ. † Rex gloriæ

Digitized by Google

gloriæ † Ieſus Chriſtus † Dominus virtutum † Triumphator Inferni † Ieſus, Deus de Deo, † Ieſus æterna ſapientia, † Ieſus Patri coæqualis † Ieſus, & homo † Ieſus, Ieſus ſplendor paternæ gloriæ † Ieſus lumen de lumine † Ieſus, quo Cœli firmati ſunt † Ieſus amor Patris † Ieſus brachium Spiritus ſancti † Ieſus Thronus ſanctiſſimæ Trinitatis † Ieſus Maieſtas gloriæ † Ieſus ſemen vitæ æternæ † Ieſus, natus de Maria Virgine † Ieſus Sacerdos magnus † Ieſus Lapis Angularis † Ieſus Princeps Pacis † Ieſus Stella ex Iacob † Ieſus Liber vitæ † Ieſus medicina ſalutis † Ieſus vena aquarum † Ieſus Scala Cœli, † Ieſus porta Paradiſi † Ieſus caput Eccleſiæ ſanctæ † Ieſus panis viuus † Ieſus fides firma † Ieſus ſpes noſtra † Ieſus charitas perfecta † Ieſus fundamentum humilitatis † Ieſus fons pietatis † Ieſus Iudex vniuerſi † Ieſus ſanitas languentium † Ieſus conſolator afflictorum † Ieſus oppreſſor Superborum † Ieſus deſtructor Idolorum † Ieſus fugatio tenebrarum † Ieſus depopulator Dæmonum † Ieſus malleus maleficorum † Ieſus iugum ferreum Luciferi † Ieſus prædator Tartari † Ieſus morſus Sathanæ, & Angelorum eius † Ieſus triumphator Inferni † Ieſus illuſtratio Paradiſi † Ieſus Angelorum ferculum † Ieſus gloria Sanctorum omnium. † Maria Mater vniuerſorum † Maria arca theſaurorum Dei † Maria Paradiſus † Maria deliciarum hortus † Maria Cedrus † Maria Cypreſſus † Maria Palma † Maria roſa † Maria oliua † Maria Vitis † Maria Platanus † Maria Balſamum † Maria Mirrha † Maria Galbanus † Maria Lilium † Maria Scala Cœli † Maria Porta Paradiſi † Maria mare † Maria ros † Maria Luna † Maria Sol † Maria Terra † Maria Arcus Cœleſtis † Maria collum † Maria columba † Maria Elephans † Maria Ouis † Maria Ebur † Maria dies † Maria fons omnium gratiarum † Maria Nauis ſecuriſſima † Maria Nubes † Maria Mons Synai † Maria Thronus † Maria Vellus † Maria Lux † Maria Vas Dei † Maria roſa Dei † Maria ſedes Dei † Maria Ciuitas Dei Maria Caſtellum † Maria Stella matutina † Maria lignum Vitæ † Maria ſpeculum perfectionis † Maria bonitatis metrum † Maria puteus aquarum viuentium † Maria regula morum † Maria via ſalutis † Maria Sponſa Dei † Maria mater Chriſti † Maria Spiritus ſancti Templum † Maria palatium ſuperni Imperatoris † Maria hoſpitium Deitatis † Maria Cella Dei aromatica † Maria Imperatrix vniuerſi † Maria dominatrix Dæmoniorum † Maria Virga Dæmonum † Maria pauor Inferni † Maria auxiliatrix potentiſſima † Maria Aduocata prudentiſſima † Maria mediatrix efficaciſſima † Maria medicina peccatorum † Maria ſalus deſperantium † Maria conſolatrix afflictorum † Maria ſanitas infirmorum † Maria liberatrix captiuorum † Maria defenſio oppreſſorum † Maria portus ſalutis † Maria Ciuitas refugij tutiſſima † Maria Virgo Virginum † Omnes Spiritus beati defendite me, † Omnes ſancti Apoſtoli orate pro me, † Omnes Sancti Martyres intercedite † pro me, Omnes Sancti Confeſſores ſupplicate pro me, Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ orate pro me. †

BENE

vigilat : & alibi. Ego dormiui , & ſoporatus ſum , & exurrexi , quia Dominus ſuſcepit me : Sic hæc creatura N. audiat vocem tuam mellifluam , & dormiat. Sicut Iacob in Bethel : Dormiat vt Leo , & inimicus ſuſcitare non audeat : Dormiat inter medios cleros , & inter columbas habentes pennas deargentatas : Dormiat in ſinu Abiſag Sunamitidis , & foueat , & calefaciat ſicut Regem Dauid,Dormiat ſuper ſtratum ſuum, & viuat Dominus , qui eruit animam ſuam de omni anguſtia. Irruat ſopor ſuper eam , & dormiat in lecto ſuo , tanquam non timens , ſed quieſcens , & ſuauis ſit ſomnus eius; Et cum dormierit , cuſtodiant eam Angeli ſancti Dei , & mandata Ieſu Chriſti : & euigilans , loquatur cum eis verba vitæ,vt in lecto ſuo,per noctem quærat quem diligit anima ſua. Et tandem benedicte Deus, multiplicentur tuæ benedictiones † ſuper hãc creaturam N.vexatam , & ſuper plumas has, & ſicut Stellæ Cœli,& arena maris , ſicut iam multiplicaſti ſuper Abraham , Iſaac , & Iacob. Per ipſum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

In ſequenti oratione quæ ſcripta ſit in carta benedicta , inuoluatur Aurum , Thus , & Myrrha , & collocetur in quatuor Angulis Tori.

† QVi manifeſtatus eſt in carne , iuſtificatus in ſpiritu, prædicatus gentibus,in cruce occiſus, & aſſumptus in gloria ; ſedens ad dexteram Dei Patris vt credentium preces,vt vota exaudiat: Ipſe per ſuum ſanctum nomen,cui omne genu flectitur Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum:& per miſericordiam ſuam infinitam,& ſanctam paſſionem,& crucem, & per merita , & preces Sanctæ Mariæ Virginis,& Angeli Dei cuſtodis mei,totiúſque Curiæ Cæleſtis,me à cruciatibus Dæmonum,& ab eorum operibus maleficialibus , torúmque hunc ne maculetur bene † dicere , & præſeruare dignetur ; Qui in vnitate perfecta cum Patre,† & Spiritu † Sancto viuit , & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

Quo facto , in medio Tori collocetur menſura alicuius Crucifixi , & in plumis ipſis , ſine lanis incorporentur , videlicet Thus, Myrrha, Ruta , Ypericon, oliua , cera benedicta , ac diuina nomina ſequentia.

ECce crux † Ieſu Chriſti † cruce Chriſtus vincit † Chriſtus regnat † Chriſtus imperat † Agios † Iſchyros † Sother † Sabaoth † Adonay † Heloym † *Homouſion* † Tetagrammaton † Otheos † *Athanatos* † Alpha , & Omega † Saluator † Principium & finis † Primogenitus † Via † Veritas † Iehoua † Vita † Sapientia † Æternus † Virtus † Paracletus † Ego ſum †. Qui ſum. † Meſſias † Agnus ✠ Ouis † Vitulus Aries † Leo † Os † Miſericors. † Charitas † Lux † Omnipotens † Creator † Redemptor † Amor † Emanuel † Primus , & nouiſſimus † Ianua † Petra † Gloria † Imago Patris † Vnicus † Fons vitæ † Panis † Brachium † Dominus † Mons magnus † Clauis Dauid † Dux domus Iſraël † Radix Ieſſe † Sceptrum domus Iſraël † Oriens † Splendor † Adonay † Sol iuſtitiæ † Rex gentium † Expectatio gentium † Candor lucis æternæ. † Rex gloriæ

Digitized by Google

gloriæ † Ieſus Chriſtus † Dominus virtutum † Triumphator Inferni † Ieſus, Deus de Deo, † Ieſus æterna ſapientia, † Ieſus Patri coæqualis † Ieſus, & homo † Ieſus, Ieſus ſplendor paternæ gloriæ † Ieſus lumen de lumine † Ieſus, quo Cœli firmati ſunt † Ieſus amor Patris † Ieſus brachium Spiritus ſancti † Ieſus Thronus ſanctiſſimæ Trinitatis † Ieſus Maieſtas gloriæ † Ieſus ſemen vitæ æternæ † Ieſus, natus de Maria Virgine † Ieſus Sacerdos magnus † Ieſus Lapis Angularis † Ieſus Princeps Pacis † Ieſus Stella ex Iacob † Ieſus Liber vitæ † Ieſus medicina ſalutis † Ieſus vena aquarum † Ieſus Scala Cœli, † Ieſus porta Paradiſi † Ieſus caput Eccleſiæ ſanctæ † Ieſus panis viuus † Ieſus fides firma † Ieſus ſpes noſtra † Ieſus charitas perfecta † Ieſus fundamentum humilitatis † Ieſus fons pietatis † Ieſus Iudex vniuerſi † Ieſus ſanitas languentium † Ieſus conſolator afflictorum † Ieſus oppreſſor Superborum † Ieſus deſtructor Idolorum † Ieſus fugatio tenebrarum † Ieſus depopulator Dæmonum † Ieſus malleus maleficorum † Ieſus iugum ferreum Luciferi † Ieſus prædator Tartari † Ieſus morſus Sathanæ, & Angelorum eius † Ieſus triumphator Inferni † Ieſus illuſtratio Paradiſi † Ieſus Angelorum ferculum † Ieſus gloria Sanctorum omnium. † Maria Mater vniuerſorum † Maria arca theſaurorum Dei † Maria Paradiſus † Maria deliciarum hortus † Maria Cedrus † Maria Cypreſſus † Maria Palma † Maria roſa † Maria oliua † Maria Vitis † Maria Platanus † Maria Balſamum † Maria Mirrha † Maria Galbanus † Maria Lilium † Maria Scala Cœli † Maria Porta Paradiſi † Maria mare † Maria ros † Maria Luna † Maria Sol † Maria Terra † Maria Arcus Cœleſtis † Maria collum † Maria columba † Maria Elephans † Maria Ouis † Maria Ebur † Maria dies † Maria fons omnium gratiarum † Maria Nauis ſecuriſſima † Maria Nubes † Maria Mons Synai † Maria Thronus † Maria Vellus † Maria Lux † Maria Vas Dei † Maria roſa Dei † Maria ſedes Dei † Maria Ciuitas Dei Maria Caſtellum † Maria Stella matutina † Maria lignum Vitæ † Maria ſpeculum perfectionis † Maria bonitatis metrum † Maria puteus aquarum viuentium † Maria regula morum † Maria via ſalutis † Maria Sponſa Dei † Maria mater Chriſti † Maria Spiritus ſancti Templum † Maria palatium ſuperni Imperatoris † Maria hoſpitium Deitatis † Maria Cella Dei aromatica † Maria Imperatrix vniuerſi † Maria dominatrix Dæmoniorum † Maria Virga Dæmonum † Maria pauor Inferni † Maria auxiliatrix potentiſſima † Maria Aduocata prudentiſſima † Maria mediatrix efficaciſſima † Maria medicina peccatorum † Maria ſalus deſperantium † Maria conſolatrix afflictorum † Maria ſanitas infirmorum † Maria liberatrix captiuorum † Maria defenſio oppreſſorum † Maria portus ſalutis † Maria Ciuitas refugij tutiſſima † Maria Virgo Virginum † Omnes Spiritus beati defendite me, † Omnes ſancti Apoſtoli orate pro me, † Omnes Sancti Martyres intercedite † pro me, Omnes Sancti Confeſſores ſupplicate pro me, Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ orate pro me. †

BENE

BENEDICTIO veſtimentorum.

Adjutorium † noſtrum in nomine Domini, Qui fecit Cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † vos creaturæ diuerſæ indumentorum, per eum † qui ad decorem, & ornamentum generis humani vos parauit: per eum † qui volucres cœli, beſtias terræ, & piſces maris induit; per eum † qui per Moyſen veſtes ſanctas in gloriam, & decorem Aaron fecit; & Salomonis Templum de lignis cedrinis, & oliuarum, auróque puriſſimo veſtiuit, & picturis, & ornamentis pretioſiſſimis ornauit vndique; vt ſitis indumenta pura, benedicta, † & munda ab omni labe, virtute, & macula ſpurciſſimi Sathanæ, & ipſius inimici operationes, & vires nequaquam retinere valeatis: ſed ſitis indumenta benedicta, † & ſanctificata † per eum, qui cinctus humanitate, vt genus humanum redimeret, mórti ſe ſubjecit, & nunc immortalitate, & gloria indutus, viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui inter cætera mirabilia, creaturas tuas diuerſis ornamentis decoraſti: & tunicas pelliceas Adæ, & Euæ feciſti: nóſque veſte miſericordiæ, in hoc ſæculo, & in Regno tuo peruenientes, ſtola gloriæ circumdas: Quæſumus, vt hæc indumenta, pro tuo nominis amore, purificare, † mundare, † & benedicere † digneris; quæ in tuo nomine purifico, † mundo, † & benedico, † vt ad inſtar humilis armaturæ digneris hanc creaturam tuam N. veſtire diſcoloribus, & ſubtilibus, calceare hyacinto, & cingere byſſo: daréque armillas in manibus ſuis, & torquem circa collum, & circulos auribus ſuis, & coronam decoris in capite ſuo: ornatáve ſit auro, & argento, & veſtita polymito, & multis coloribus, vt decora ſit nimis coram te Deo optimo maximo ſuo. Et cum ſenſeris fragrantiam horum veſtimentorum, des huic ſeruæ tuæ N. filiæ tuæ oſculum pacis, conſolationis, & benedictionis. Concede Domine, vt odor horum veſtimentorum ſit ſicut odor Thuris: & qui ea portauerit, & induerit cœleſtis gratiæ plenitudinem in eis, & munimen valeat tuæ benedictionis percipere, vt ab omnibus inimicorum maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, & inſidiis defenſa incolumis, te in ſæcula glorificare poſſit. Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui tecum viuit, &c.

BENEDICTIO Herbarum.

Adjutorium † noſtrum in nomine Domini, Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus.

DEus omnipotens, qui in creatione vniuerſi inter mirabilia opera tua dixiſti; Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen: & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram, & eam dediſti nobis in eſcam, & vſum, quia valdè bona: Sic propter nomen

nomen ſanctum tuum laudabile, & benedictum; magnum, & glorificatum in Cœlo, & in terra, pone dexteram tuam plenam larga benedictione † ſuper has herbas. N. N. & reple eas cunctis benedictionibus, prout ego in nomine ſancto tuo, Iehoua, eas exorcizo † benedico, † & ſanctifico, † vt vbicumque collocatæ fuerint, ſiue in lanis, vel plumis, vel paleis, vel lectis, vel in domibus, cubiculis, habitationibus, & in quibuſuis locis, vel ſuper ſe habuerit, vel portauerit, vel ſi quis fuerit ex eis fumigatus, vel in balneo lotus, per omnipotentiam tuam, & virtutem acerbiſſimæ paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui, elongetur ab eis omne malum, omne periculum, omnes virtutes, & opera Sathanæ, ſicut elongatum eſt Cœlum à terra: Lux à tenebris; veritas à mendacio. Nec habeant poteſtatem ipſi aduerſarij noſtri latitandi, nocendi, veritatem tacendi, nec permanendi in creaturis ipſis, & locis: & ideò, per eum: qui dat herbam ſeruituti hominum, & per virtutem ſanctiſſimi nominis ſui Tetragrammaton, & per vocem ipſius, dicentis: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, has herbas N. N. benedico, † ſanctifico † ad fugandos Dæmones, ad deſtruendum, anihilandum, & extirpandum, & eradicandum omne maleficium, incantamentum, ligationes, ſignaturas, & facturas, à corporibus humanis, & ab alijs creaturis, & à quibuſuis locis, omne opus diabolicum factum, vel fiendum, ita quod ibi nulla habitatio, & nulla virtus ſit inimici: Sed in nomine Ieſu, cuius Sanctiſſimum nomen, & virtutem, & potentiam inuoco, ſuper has herbas, recedant maledicti, & vadant præcipites confuſi in barathrum, in Tartarum, in Gehenna, & in Infernum cum omnibus operibus ſuis hæreticalibus: & inhabitent Sanctiſſimi Angeli Dei, vt recipiant ſanitatem: Et ſicut pluuijs germinat herba de terra: ſic ros de cœlo, & virtus Spiritus Sancti pluat ſuper has herbas, & per ſuam ſanctam benedictionem † hanc herbę virentes, paſcua pinguia ſuper montes Iſraël: Require æterne Deus, quod perierat: reduc quod abiectum eſt, alliga confractum, & conſolida quod infirmum eſt. Cuſtodi quod forte, & pingue eſt, & paſce oues tuas, accubareque facias in ſinu Abrahæ. Per Ieſum Chriſtum, qui languores noſtros, & dolores portauit; qui vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra: Et liuore eius ſanati ſumus. Amen.

BENEDICTIO

Fumigationis aromatum, & cubiculi, quæ debet fieri quotidie præſente Maleficiato.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † te creatura fumigationis ex diuerſis aromatibus compoſita, per Deum omnipotentem, qui fecit Cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: Et per tres Reges Orientales, qui Chriſto obtulerunt aurum, thus, & myrrham, vt nullus exercitus Diaboli, nulla incurſio Sathanæ, nullum phantaſma tecum ſic; ſed efficiaris fumigatio benedicta, † & ſanctificata † ad fugandos Dæmones à corporibus humanis,

Digitized by Google

humanis, & ab eorum habitaculis; & ad eradicandum omne maleficium arte diabolica factum: In nomine Dei Patris † omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu † Chriſti, & in virtute Spiritus Sancti. † Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, tuam imploramus clementiam; vt ſaluare nos digneris ex ore Leonis; qui circuit, quærens de vnitate Eccleſiæ tuæ, quem deuoret: Sed tu fortiſſime Leo de Tribu Iuda contere contrariæ virtutis ſæuitia rugientem, & benedic, † & ſanctifica † fumigationem hanc aromatum ad fugandos à corporibus humanis Dæmones, & ab eorum habitaculis: & ab eis radicandum omne maleficium, incantationem, faſcinationem, ſignaturam, facturam, ligationem, infeſtationem, & omne opus diabolicum; nec inimicus poſſit præualere contra creaturas tuas, ſanguine filij tui redemptas. Sanctifica † & benedic † hæc aromata, vt ſint tanquam aromata, quibus conditi ſunt Iacob, & Ioſeph; & quibus vtebatur Heſter; & tanquam aromata multa Salomonis: & thymiamata de aromatibus boni odoris ad diſſipandum inimicum: & vapor, & nebula, & odor huius fumigationis, ſit ſicut odor Cypri, & Nardi, & Croci, fiſtulæ, & Cinnamomi, Myrrhæ, & Aloës, & ſuper omnia aromata ad deſtruenda omnia phantaſmata, & incantamenta Sathanæ. Et ego benedico † te creatura, fumigationis, & ſanctifico † per eum, quem Cælum, & Cœli Cœlorum capere non poſſunt: per eum te ſanctifico † qui tangit montes, & fumigant, vt domus hæc benedicatur, † & ſanctificetur, † & à te fumigetur, & repleatur fumo à maieſtate Dei; & de virtute eius aſcendat fumus incenſorum de manu Angeli coram Deo: & aperiatur Templum Tabernaculi teſtimonij in Cœlo; & exeant Angeli habentes miſericodias Dei, veſtiti lapide mundo, & candido, & præcincti circa pectora, zonis aureis, & inhabitent in hac domo, cuſtodientes hanc creaturam *N. & omnes habitantes* in ea: & fumus huius fumigationis aſcendat, & eradicet omne genus Dæmoniorum, & omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, ab hac domo, & ab hac creatura N. quam in nomine ſancto tuo benedico, † & ſanctifico, † & benedictionibus Cœleſtibus † repleo, ſit hoc cubiculum, & domus Thalamus Dei, ſit palatium Chriſti: Sit habitaculum Spiritus ſancti: Sit hæc domus, tanquam cella aromatum, & odoramentum vnguenti optimi: & impleatur odore vnguenti, & fumi Nardi piſtici pretioſi: Sit tanquam domus, Dei ad adolendum incenſum coram eo, & ad fumiganda aromata, & deſcendat Dilectus in hanc domum, ſicut in hortum ſuum ad areolam aromatum, & quiſquis fumigatus fuerit ex his aromatibus, benedicatur, † & ſanctificetur, † & videat, & audiat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ de Cœlo, & montem fumigantem, & loquatur cum Deo, & reſpondeat ei Deus, verba vitæ, & ſalutis: & ſit, ſicut quæ aſcendit per deſertum, vt virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij, vt liberetur ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignationibus, ſignaturis, facturis, & à Dæmonibus eam vexantibus. Sit odor huius fumigationis aromaticæ: Sicut odor vinearum florentium, & malorum, & mandragoræ: Sit quaſi myrrha, dans odorem ſuauitatis; quaſi

Digitized by Google

quasi balsamum, & quasi odor suauitatis libani : Sit tanquam incensum aromatum , quo adolebatur Altare aureum , sub tecto testimonij contra velum : Sit tanquam odor holocaustorum Noe, quæ odoratus est Dominus odore suauissimo : Sit sicut odor agri pleni,cui benedixit Dominus,& sicut odor pretiosissimus victimæ Domini. Sit sicut odor Nardi in accubitu Regis , & sicut odor diuinus effusus in fundamento Altaris Principi excelso : & sicut Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo,in odorem suauitatis, sic in odore illius benedicatur † hæc domus , sanetur hæc creatura N. ab omnibus infestationibus Sathanæ: & eius potentiæ , membraque tota sui corporis sanctificentur † in odorem vitæ , & dulcorentur varijs odoribus in vitam æternam : Et ad odorem, & fumum huius aromaticæ fumigationis , non lateat se Sathan , sed fugiat cum satellitibus suis, & maleficiis, & incantationibus , & ligationibus , & signaturis, & facturis, & cæteris operibus suis diabolicis ab hac creatura Dei N.& ab hac domo : Et elongetur ab eis , quantum est elongatum Cœlum à terra,lux à tenebris , & veritas à mendacio, Per Iesum Christum Dominum nostrum.Amen.

Aspergatur cibiculum, & fumigatio aqua benedicta , & super ignem benedictum ponatur.

BENEDICTIO IGNIS, Ad fumigationes faciendas, & ad comburenda Dæmonum nomina, & imagines, & eorum instrumenta maleficialia.

Adiutorium † nostrum in nomine Domini , Qui fecit Cœlum , & terram.

Exorcismus.

EXorcizo † te creatura ignis , per Deum † tuum , & vniuersi totius creatorem,qui pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphurem,& ignem: subuertitque Ciuitates , & omnes eorum habitatores : per † eum,à quo egresso igne Nadab, & Abiu : & iterum extremam partem castrorum populi murmurantes, deuorauit : per eum † qui te in Inferno statuit ad cruciandum peccatores , super quos pluit laqueos, ignem , sulphurem, & spiritus procellarum , vt sias creatura ab omni labe inimici purgata , & benedicta:& in te retineas omnem vim, & virtutem comburendi.

Si Pro Fumigatione, Dic.

AD superbiam maledictorum Dæmonum coercendam , vt ex effumigatione hac , fumum horribilem , & tenebrosum taliter emittas, vt cum omni impetu, & furore super Dæmones seruam Dei N. vexantes sint cunctæ confusiones,dolorum,asperitates,fœtores, culmen cunctarum iniquitatum , & tormentorum , calamitates , angustiæ , conquassationes, mœrores, cunctorum scelerum inundationes , gladij : hastæ , sagittæ , & fulmina percutientia, incendia inextinguibilia, ignis,sulphur,ira Dei,vt ipsosmet cruciatus , & dolores valde intolerabiles Inferni rememores,donec virtute diuina , mihi Exorcistæ obedientiam præstent: & tandem à locis fumigatis , & à corporibus obsessis,fugam parent confusi. Per eum, qui venturus est iudicare viuos , & mortuos , & sæculum per ignem Amen.

Digitized by Google

humanis, & ab eorum habitaculis; & ad eradicandum omne maleficium arte diabolica factum: In nomine Dei Patris † omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu † Chriſti, & in virtute Spiritus Sancti. † Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, tuam imploramus clementiam; vt ſaluare nos digneris ex ore Leonis; qui circuit, quærens de vnitate Eccleſiæ tuæ, quem deuoret: Sed tu fortiſſime Leo de Tribu Iuda contere contrariæ virtutis ſæuitia rugientem, & benedic, † & ſanctifica † fumigationem hanc aromatum ad fugandos à corporibus humanis Dæmones, & ab eorum habitaculis: & ab eis radicandum omne maleficium, incantationem, faſcinationem, ſignaturam, facturam, ligationem, infeſtationem, & omne opus diabolicum; nec inimicus poſſit præualere contra creaturas tuas, ſanguine filij tui redemptas. Sanctifica † & benedic † hæc aromata, vt ſint tanquam aromata, quibus conditi ſunt Iacob, & Ioſeph; & quibus vtebatur Heſter; & tanquam aromata multa Salomonis: & thymiamata de aromatibus boni odoris ad diſſipandum inimicum: & vapor, & nebula, & odor huius fumigationis, ſit ſicut odor Cypri, & Nardi, & Croci, fiſtulæ, & Cinnamomi, Myrrhæ, & Aloës, & ſuper omnia aromata ad deſtruenda omnia phantaſmata, & incantamenta Sathanæ. Et ego benedico † te creatura, fumigationis, & ſanctifico † per eum, quem Cælum, & Cœli Cœlorum capere non poſſunt: per eum te ſanctifico † qui tangit montes, & fumigant, vt domus hæc benedicatur, † & ſanctificetur, † & à te fumigetur, & repleatur fumo à maieſtate Dei; & de virtute eius aſcendat fumus incenſorum de manu Angeli coram Deo: & aperiatur Templum Tabernaculi teſtimonij in Cœlo; & exeant Angeli habentes miſericordias Dei, veſtiti lapide mundo, & candido, & præcincti circa pectora, zonis aureis, & inhabitent in hac domo, cuſtodientes hanc creaturam N. & omnes habitantes in ea: & fumus huius fumigationis aſcendat, & eradicet omne genus Dæmoniorum, & omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, ab hac domo, & ab hac creatura N. quam in nomine ſancto tuo benedico, † & ſanctifico, † & benedictionibus Cœleſtibus † repleo, *ſit* hoc cubiculum, & domus Thalamus Dei, ſit palatium Chriſti: Sit habitaculum Spiritus ſancti: Sit hæc domus, tanquam cella aromatum, & odoramentum vnguenti optimi: & impleatur odore vnguenti, & fumi Nardi piſtici pretioſi: Sit tanquam domus, Dei ad adolendum incenſum coram eo, & ad fumiganda aromata, & deſcendat *Dilectus* in hanc domum, ſicut in *hortum* ſuum ad areolam aromatum, & *quiſquis* fumigatus fuerit ex *his aromatibus*, benedicatur, † & *ſanctificetur*, † & videat, & audiat *voces*, & lampades, & ſonitum *buccinæ* de Cœlo, & montem *fumigantem*, & loquatur cum Deo, & reſpondeat ei Deus, verba vitæ, & ſalutis: & ſit, ſicut quæ aſcendit per deſertum, vt virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij, vt liberetur ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignationibus, ſignaturis, facturis, & à Dæmonibus eam vexantibus. Sit odor huius fumigationis aromaticæ: Sicut odor vinearum florentium, & malorum, & mandragoræ: Sit quaſi myrrha, dans odorem ſuauitatis;

quaſi

quasi balsamum, & quasi odor suauitatis libani : Sit tanquam incensum aromatum , quo adolebatur Altare aureum , sub tecto testimonij contra velum : Sit tanquam odor holocaustorum Noe, quæ odoratus est Dominus odore suauissimo : Sit sicut odor agri pleni,cui benedixit Dominus,& sicut odor pretiosissimus victimæ Domini. Sit sicut odor Nardi in accubitu Regis , & sicut odor diuinus effusus in fundamento Altaris Principi excelso : & sicut Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo,in odorem suauitatis, sic in odore illius benedicatur † hæc domus , sanetur hæc creatura N. ab omnibus infestationibus Sathanæ: & eius potentiæ , membraque tota sui corporis sanctificentur † in odorem vitæ , & dulcorentur varijs odoribus in vitam æternam : Et ad odorem, & fumum huius aromaticæ fumigationis , non lateat se Sathan , sed fugiat cum satellitibus suis, & maleficiis, & incantationibus , & ligationibus , & signaturis, & facturis, & cæteris operibus suis diabolicis ab hac creatura Dei N.& ab hac domo : Et elongetur ab eis , quantum est elongatum Cœlum à terra,lux à tenebris , & veritas à mendacio, Per Iesum Christum Dominum nostrum.Amen.

Aspergatur cibiculum, & fumigatio aqua benedicta , & super ignem benedictum ponatur.

BENEDICTIO IGNIS, Ad fumigationes faciendas, & ad comburenda Dæmonum nomina, & imagines, & eorum instrumenta maleficialia.

Adiutorium † nostrum in nomine Domini , Qui fecit Cœlum , & terram.

Exorcismus.

EXorcizo † te creatura ignis , per Deum † tuum , & vniuersi totius creatorem,qui pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphurem,& ignem: subuertitque Ciuitates , & omnes eorum habitatores : per † eum,à quo egresso igne Nadab, & Abiu : & iterum extremam partem castrorum populi murmurantes, deuorauit : per eum † qui te in Inferno statuit ad cruciandum peccatores , super quos pluit laqueos, ignem , sulphurem, & spiritus procellarum , vt sias creatura ab omni labe inimici purgata , & benedicta:& in te retineas omnem vim, & virtutem comburendi.

Si Pro Fumigatione, Dic.

AD superbiam maledictorum Dæmonum coercendam , vt ex effumigatione hac , fumum horribilem , & tenebrosum taliter emittas, vt cum omni impetu, & furore super Dæmones seruam Dei N. vexantes sint cunctæ confusiones,dolorum,asperitates,fœtores, culmen cunctarum iniquitatum , & tormentorum , calamitates , angustiæ , conquassationes, mœrores, cunctorum scelerum inundationes , gladij : hastæ , sagittæ , & fulmina percutientia, incendia inextinguibilia, ignis,sulphur,ira Dei,vt ipsosmet cruciatus , & dolores valde intolerabiles Inferni rememores,donec virtute diuina , mihi Exorcistæ obedientiam præstent: & tandem à locis fumigatis , & à corporibus obsessis,fugam parent confusi. Per eum, qui venturus est iudicare viuos , & mortuos , & sæculum per ignem Amen.

Digitized by Google

Pro comburendis vero nominibus, & Dæmonum imaginibus, dic.

VT figuras,& Dæmonum nomina in te proiicienda, & per te comburenda taliter torqueas, excrucies,& cõburas,ac ſi eorummet ſubſtantiæ inter horrores, & confuſiones gehennæ cruciarentur,ac torquerentur.Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos,& mortuos,& ſæculum per ignem.Amen.

Pro Inſtrumentis vero maleficialibus comburendis habeas inſtrumentum maleficiale, & gladium paratum ante Altare indutus ſaltem ſtola Sacerdotali, illud deſtrue hoc modo, vt ſequitur.

IVdas cum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus, & Phariſæis miniſtros,venit illuc cum laternis,& facibus,& armis.Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit,& dixit eis : Quem quæritis ? Reſponderunt ei : Ieſum Nazarenum.Dicit eis Ieſus.Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipſis.Vt ergo dicit eis:Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.

Hic exorciſta percutiat inſtrumentum maleficij ſemel malleo, deinde ſequatur.

SImon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum,& abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.

Percutiat bis exorciſta maleficij inſtrumentum,& ſequatur.

VIdens Iudas qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Iunioribus, dicens,Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt : Quid ad nos ? tu videris, & proiectis argenteis in templo,receſſit : & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.

Percutiat ter,vt ſupra: Deinde dicat.

IEſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum : & terra mota eſt,& petræ ſciſſæ ſunt.

Hic exorciſta incidat inſtrumentum ipſum maleficij, deinde tradat igni benedicto ſeruato modo, & forma in doctrina duodecima.

ET ſicut, hæc inſtrumenta *hæreticalia*, & *maleficialia*, *creaturas* Dei vexantia in *fumum nunc* es conuerſurus, & *ad nihilum* redacturus, ſic in virtute Domini exercituum, eorum operationes, & diabolicæ vexationes euaneſcant,& cuncta maleficia, incantationes, faſcinationes, ligaturæ,ſignaturæ,& facturæ à cunctis membris maleficiatorum eradicentur,confringantur ; & annihilentur,ſine tamen ſpirituali, nec corporali læſione eorum.Per eum,qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus,qui in igne,& flammis iuſtitiam tuam

ſæpe

ſæpe oſtendiſti,& mirabilia operatus es, & qui ſpectaculum tremendum, & horribile es ſpiritibus immundis: quæſumus,vt hunc ignem, quem in nomine tuo ſancto,& terribili,benedico,† & ſanctifico †: ad tuam ræpreſentandam iuſtitiam rigidam inferni, potentia, & virtute tua corrobores, & hos maledictos Dæmones igni crudeliter ſubiicias, ac ſi realiter præſentialiter, & ſubſtantialiter in igne infernali cruciarentur,donec ad tuam gloriam, creaturæ tuæ N.ſalutem, & ipſorum Dæmonum confuſionem,obedientiam præſtent Sacerdoti Miniſtro. Et tandem doloribus atrociſſimis inuoluti, territi, & confuſi fugiant à facie noſtra, & vadant præcipites ad loca per ipſum deputata,vel ad nouiſſima inferni deſcendant ſuperati, ſecundum beneplacitum diuinæ Maieſtatis tuæ. Ignis vero tui amoris,& charitatis illuminet tenebras conſcientiæ noſtræ, vt expulſis à corporibus noſtris, peccatorum tenebris, ad cognitionem tuæ miſericordiæ peruenire mereamur: Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum.Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta: & in ipſa actione, cantetur Pſalmus ſubſequens.

Pſalmus 67.

EXurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.

Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo,Pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei,qui aſcendit ſuper occaſũ;Dominus nomẽ illi.

Exultate in conſpectu eius turbabuntur à facie eius: patris orphanorum,& Iudicis viduarum.

Deus in loco ſancto ſuo Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine,ſimiliter eos,qui exaſperant,qui habitant in ſepulchris.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt, etenim Cœli diſtillauerunt à facie Dei Synai: à facie Dei Iſraël.

Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ:& infirmata eſt,tu verò perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti,Dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.

Dum diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei,mons pinguis,

Mons coagulatus,mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex: millia lætantium,Dominus in eis in Syna in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus: etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis,Deus ſalutarium noſtrorum.

Digitized by Google

Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & Domini, Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

Dixit Dominus, ex Baſan conuertam: conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine? lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, Regis mei: qui eſt in ſancto.

Præuenerunt Principes conjuncti pſallentibus: in medio iuuencularum tympaniſtrarum.

In Eccleſiis benedicite Deo: Domino de fontibus Iſraël.

Ibi Beniamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu.

Principes Iuda, duces eorum: Principes Zabulon: Principes Nephtali.

Manda Deus virtutis tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A Templo tuo in Hieruſalem: tibi offerent Reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt: vénient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino.

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper Cœlum Cœli: ad Orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.

Date gloriam Deo ſuper Iſraël magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem, & fortitudiné plebi ſuæ: benedictus Deus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat, &c.

BENEDICTIO MATERIAlis fumigationis ad torquendos Dæmones.

Adjutorium † noſtrum in nomine Domini, Qui fecit cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo † te materia fumigationis N. N. per † eum qui tangit montes, & fumigant: per † eum, qui in monte Synai fumigante, deſcendens perterruit, ac pauore concuſſit populum; vt virtutem Diaboli in te retinere non valeas. Imò creatura fortis, & fumigatio potens efficiaris ad cremandos, & cruciandos, & fugandos Dæmones, creaturas Dei vexantes. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, te humiliter deprecamur, vt hanc creaturam fumigationis N. N. quam in nomine ſancto tuo purifico † mundo † benedico, & ſanctifico † tua ſancta virtute corroborare digneris: Et ſicut fumante monte Synai perterritus, & concuſſus eſt populus, & iecore piſcis per Raphaëlem Archangelum, & Tobiam ſuper carbones viuos poſito: & fumigante relegatus eſt Dæmon in deſerto ſuperioris Ægypti. Sic, in hac fumigatione benedicta, ignem, & vaporem fumi emittente, & odorem, Dæmones hos, creaturas tuas vexantes obedientiæ Sacerdotali coarctare digneris, & veritatem, licet, inuiti, arctentur confiteri, flagellaréque, & eorum vires

Digitized by Google

vires cõfringere, & vexationes relegare digneris, ita vt non ſolum, obediant, & veritatem confiteantur, ſed fugiant confuſi, non valentes ad eas vlterius accedere: Per meritorum abyſſum paſſionis dulciſſimi filij tui Ieſu Chriſti Domini noſtri: Qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

BENEDICTIO *Cartæ, & atramenti.*

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini.
Qui fecit Cælum, & terram.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, qui in dilectiſſimi filij tui Titulo triumphali ſanctæ Crucis, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, ſcribi voluiſti, ipſiúſque Ieſu nomen, in corde ſancti Ignatij, literis aureis ſcripſiſti, quæſumus; vt hanc cartam, & atramentum benedicere † & ſanctificare † digneris: vt qui orationes, vel ſancta nomina ſuper eos ſcripta, deuote portauerit, vel ſi in plumis, lanis, & paleis, vel in lectis, domibus, & indumentis; vel in quibuſuis locis collocata fuerint, non poſſint latitare Dæmones, ſed ſint aſtricti dare ſignum reale ſuæ præſentiæ, & contra Dæmones ſint armaturæ ſanctę, & benedictæ potentes in deſtructionem cunctorum maleficiorum, incantationum, ligationum, ſignaturarum, facturarum, faſcinationum, & omnium inimicorum inuiſibilium. Nec habeant poteſtatem inquietandi, vel perturbandi creaturas tuas ſanguine pretioſiſſimo Filij tui redemptas, vt poſſint deuotè orare, quietè dormire, comedere, bibere, ac alia naturalia liberè exercere; Ideò exorcizo † te cartam, & atramentum, benedico † & ſanctifico † te per eum, qui dixit Moyſi, ſcribe hoc in libro, & trade auribus Ioſue: Delebo enim memoriam Amalech ſub Cœlo: per eum, qui ipſiſmet Moyſi præcepit, vt ſcriberet in tabulis verba fœderis decem: & Tobiæ, vt accepta carta faceret conſcriptionem coniugij. Per ipſum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta, & in ea carta ſcribatur, ſequẽs oratio. Deinde accipiatur aliquantulum cartæ, agnus Dei, cerei Paſchalis, & candelæ purificationis Beatæ Mariæ; nec non & palmæ in Dominica Palmarum benedictæ, rutæ, perforatæ, ſalis, auri, thuris, & myrrhæ: & hæc omnia benedicta, vnà cum eadem oratione ſimul inuoluatur, & continuè portentur.

Oratio.

† QVi manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatus in ſpiritu, prædicatus gentibus, in cruce occiſus, & aſſumptus in gloria; Sedens ad dexteram Dei patris, vt credentium preces, & vota exaudiat, ipſe per ſuum ſanctum nomen, cui omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & per miſericordiam ſuam infinitam, & ſanctam paſſionem, & crucem, & per merita, & preces ſanctæ Mariæ Virginis, & Angeli Dei, cuſtodis mei, me adiuuet, liberet, & cuſtodiat ſemper: qui in vnitate perfecta cũ Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in ſęcula ſæculorũ. Amẽ.

Ecce

Ecce crucem Domini nostri Iesu Christi, signum æternæ confusionis vestræ, & vexillum redemptionis nostræ. Ideo fugite partes aduersæ, quia vicit Leo de Tribu Iuda, radix Dauid. Sancta Trinitas † Agios † Soter † Sabaoth † Adonay † Helojm † Homousion † Saluator † Alpha & Omega † Thetagrammaton † Otheos † Athanathos † Primogenitus † Principium, & finis † Via † Veritas † vita † Ieoua † Sapientia † Virtus † Paracletus † Ego sum † Qui sum † Messias † Agnus † Ouis † Vitulus † Aries † Leo † Serpens † Os † Misericors † Charitas † Æternus † Omnipotens † Creator † Redemptor † Amor † Emmanuel † Primus † Nouissimus † Ianua † Petra † Gloria † Imago Patris † Vnicus † Fons vitæ † Panis † Brachium † Dominus † Mons Magnus. †

Aue gratia plena, Dominus tecum: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: O Sapientia! quæ ex ore Altissimi prodiisti, attingens à fine vsque ad finem fortiter, suauitérque disponens omnia. Veni ad docendum nos viam prudentiæ. O Adonay; & Dux domus Israël, qui Moysi in ignea flamma rubi apparuisti: & ei in Synai legem dedisti veni ad liberandum nos in brachio extento. O radix Iesse, qui stas in signum populorum super quem continebunt gentes os suum, quem gentes deprecabuntur, veni ad liberandum nos, iam noli tardare. O clauis Dauid, & sceptrum domus Israël, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit: veni, & educ vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, & vmbra mortis. O Oriens splendor lucis æternæ, & Sol iustitiæ, veni & illumina sedentes in tenebris, & vmbra mortis. O Rex gentium, & desideratus earum, lapisque angularis, qui facis vtraque vnum, veni, & [illegible] hominem, quem de limo formasti. O Emmanuel Rex, & Legifer noster, expectatio gentium, & Saluator noster, Veni ad saluandum nos Domine Deus noster. Cum ortus fuerit Sol de Cœlo, videbitis Regem Regum procedentem à Patre, tanquam Sponsum de thalamo suo. Christus natus est. Saluator apparuit, In terra canunt Angeli, lætantur Archangeli, exultant iusti, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Alleluia. Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit; in similitudinem carnis peccati, Alleluia. Magi videntes Stellam, dixerunt ad inuicem. Hoc signum magni Regis est, eamus, & inquiramus eum, & offeramus aurum, thus & myrrham, Alleluia. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. Christus factus est pro nobis obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Cum accepisset Iesvs acetum dixit: Consummatum est: & inclinato capite, emisit spiritum. O mors! ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Surrexit Dominus de sepulchro, Alleluia. Viso Domino: Alleluia, Mane nobiscum Domine, Alleluia, & salui erimus, Alleluia. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi; nunc autem pro eis rogo, non pro mundo; quia ad te venio. Alleluia. O Rex gloriæ; Domine virtutum, qui triumphator super omnes Cœlos

ascen

Digitized by Google

aſcendiſti, ne derelinquas nos Orphanos, ſed mitte promiſſum Patris in nos Spiritum veritatis Alleluia. Aſcendit Deus in iubilatione Alleluia: & Dominus in voce tubæ Alleluia. Completi ſunt dies Pentecoſtes Alleluia: Spiritus Sanctus in igne Diſcipulis apparuit, & tribuit eis chariſmatum dona; miſit eos in vniuerſum mundum prædicare, & teſtificari: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit Alleluia: Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcendi: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum Alleluia, ô beata Trinitas, te laudamus, te benedicimus, te adoramus: auge in nobis fidem, auge ſpem, auge Charitatem O beata Trinitas Deum laudamus trinum in perſonis, Patrem, & Filium, vnà cum Sancto Spiritu indiuiduam Trinitatem; per quam, nos omnes accepimus ſignum ſalutiferum, & ſacri fontis lauacrum. Maria Virgo Cœlos aſcendit ſuper choros Angelorum: gaudete, quia cum Chriſto regnat in æternum. Factum eſt ſilentium in Cœlo, dum Draco committeret bellum, & Michael pugnauit cum eo, & fecit victoriam Alleluia, & audita eſt vox dicentium, Salus Deo noſtro Alleluia: Angele Dei, qui cuſtos es mei me tibi commiſſum pietate ſuperna, hodie, & ſemper ſalua, rege, & guberna. Sancta Maria, & omnes ſancti intercedant pro nobis ad Dominum, vt nos mereamur ab eo liberari, adiuuari, & ſaluari. Qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

BENEDICTIO *Stolæ ad ligandum Dæmones.*

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum, & terram.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui dediſti nobis poteſtatem ſuper Serpentes, & Scorpiones, inuocamus nomen ſanctum tuum potentiſſimum terribile, & formidabile ſuper hanc Stolam, quam benedicere † conſecrare, † & virtutem potentiæ tuæ infundere † digneris; Qui es Dominus exercituum Dominus fortis, & potens in prælio: & ſicut miſiſti ſanctum Angelum de Cœlo, qui catena magna apprehendit Draconem magnum Serpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, ne ſeducat gentes; Sic mittere digneris, Michaelem Archangelum Principem militiæ cœleſtis, vt Dæmones, creaturas pretioſo ſanguine Ieſu Chriſti redemptas, vexantes, ad tactum huius ſacræ Stolæ liget, ita vt eorum manus, & pedes ſint compedibus aggrauati, vt tuis Miniſtris ſeſe adeſſe publicent, obedientiam præſtent, eorum pareant præceptis, & in conſpectu Exorciſtarum cum pauore, gemitu, mœrore, metu, terrore, & formidine in nomine ſancto tuo, ſtare ſint aſtricti. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Benedico te † igitur ſacra Stola, conſecro †. & ſuper te potentiam diuinam inuoco, † vt ſit Stola fletus, Stola conculcationis † Stola terroris,

Digitized by Google

Stola pressuræ, Stola mœroris, Stola formidinis, Stola gemitus, & doloris omnibus Dæmonibus, corpora humana vexantibus: Ita vt sicut Iesus Christus in cruce posuit frænum Lucifero, & suis sequacibus; Sic ô sacra Stola, sic frænum omnibus Dæmonibus super frænum equi, muli, asini, & omnium iumentorum, vt ad tuum contactum adesse se incontinenti publicent obedientiam Dei Ministris præstent, nec vllo, aut quouis modo calcitrare valeant: Sis ô benedicta Stola frænum fortissimum, & orispula in ore, & labijs: & maxillis eorum, potens, terribili, refrænans superbos, vt cadant in conspectu nostro, inuocato in nomine omnipotentis Dei, Sicut ceciderunt muri Hierico: Sis catena contexata operibus mirabilibus, & vinculis fortissimis, & tanquam manus potens, & fortis Domini exercituum super superbiam, & arrogantiam eorum: Sis catena vna per merita vnius sanctæ † crucis Domini nostri Iesu Christi: Sis catena triplex, per virtutem sanctorum clauorum Christi: Sis catena quintuplex, per merita quinque plagarum Christi; Sis catena septupla, per septem verba dicta à christo in cruce: Sis catena multiplex, per flagella data Christo. Sis frænum sanguinis exeuntis de lacu omnibus spiritibus immundis, vt cum tremore stent in conspectu exorcistarum Ecclesiæ sanctæ ad cuius sacræ Stolæ tactum, vel ligamen, adesse se statim publicent; & sint astricti eorum obedire præceptis: nec sit, qui illis præstet auxilium: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedico † te, & consecro † per eum, qui iussit fieri in rationali catenas aureas ex auro purissimo. Per † eum, qui confregit catenas ceruicum inimicorum nostrorum. Per † eum, qui in camo, & fræno maxillas Dæmonum constringit, ne quemquam lædere valeam. Per † eum, qui super Aspidem, & Basiliscum ambulat, & conculcat Leonem, & Draconem: Per † eum, qui dissipat gentes, quæ bella volunt, Per † eum, qui iussit ligari hominem, non habentem vestem nuptialem, & in tenebras exteriores mitti. Per † eum, qui facit mirabilia magna solus: Per † eum; qui fuit à Iudæis captus, ligatus, flagellatus consputus, spinis coronatus, & in cruce occisus. Per † omnia, quæ fecit, dixit, & adimpleuit Christus vt sis Stola benedicta, & consecrata † ad domandam superbiam, & arrogantiam obstinatorum Dæmonum: Ita vt, ad tactum tuum, se protestentur, præsentiam suam manifestent, obedientiam exorcistis præstent, & veritatem fateantur, & tandem fugiant, ad laudem Dei omnipotentis, Salutem hominum, & omnium Dæmonum confusionem: In nomine Patris † & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen.

Iterum super te inuoco virtutē duplicis catenæ Diui Petri Apostolorum principis: cui, & collegis suis potissimum data est à Domino virtutum virtus, & potestas calcandi super serpentes, & scorpiones, & dæmonia eijciendi, Liberáque facultas, & authoritas ligandi, atque soluendi animas fidelium à peccatorum nexibus, & per catenas, & vincula quibus ligati sunt sancti Dei martyres, dum testimonium perhibentes Iesu Christi, verbera, & supplicia à tyrannis, tormenta, passiones & mortem fortiter sustinebant, vt hæredes fierent in domo Dei, vt Dæmonem, seu dæmones N. famulum Dei hunc vexantes, liges in nomine Dei Pa † tris omnipotentis, in nomine Ie † su Christi Saluatoris nostri, & Spiritus † sancti Paracletis

Paracleti: & hanc creaturam Dei à laqueis cunctis ſpirituum malorum, eorumque ligaturis, & vinculis vniuerſis per virtutem ſanctæ Cru†cis penitus abſoluas; es enim tu Sacerdotale ornamentum: es velut funda Dauid contra Goliath, es lorica ſacrorum Dei miniſtrorum, es aurea torques, & monile agni aurei velleris Regis ſæculorum, es denique ea, qua ſine nil benedicit, nec conſecrat ſacerdos; es ea, qua circumamictus omnis Chriſti miniſter benedicenda benedicit, conſecranda conſecrat; maledicenda maledicit, exorcizanda exorcizat, adiuranda adiurat, & tandem eccleſiaſtica miniſteria perficit omnia: te igitur tangente Dei creaturas vexatas, confuſi ſpiritus maligni illicò diſcedant, per nomen Ieſu Chriſti Nazareni. Et nobis ſis ſtola iucunditatis, ſtola prima, ſtola candida, ſtola innocentiæ ſtola immortalitatis. Amen.

Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, vt hanc creaturam tuam à Dæmone obſeſſam, nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Qui tecum viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

BENEDICTIO Virgarum ad flagellandum Dæmones.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini, Qui fecit Cœlum, & terram.

Exorciſmus.

EXorcizo vos creaturæ virgarum, per eum † qui creauit herbam virentem, facientem ſemen, & lignum pomiferum, faciens fructum, iuxta genus ſuum, vt nulla communicatio ſit vobis cum Angelis Apoſtaticis, ſed ſitis virgæ exorcizatæ † & benedictæ † ad conterendum, & flagellandum Sathan ſub pedibus noſtris: Ita vt, omnis ſpiritus immundus à vobis in aliqua diabolica figura, vel in corpore exiſtens, flagellatus fuerit, manifeſtet ſe ſtatim, obediat Sacerdoti imperanti, & tandem fugiat confuſus, & recedat à corporibus humanis: Per Ieſum Chriſtum, qui in ligno ſanctæ Crucis percuſſit Luciferum, & omnes eius ſequaces. In nomine Patris † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui incorporea virtute tua corporibus ſubdis, & virtutes naturales tranſmutas, & ſupernaturales mirabiliter infundis creaturis tuis, ſecundum beneplacitum diuinæ maieſtatis tuæ, vt cognoſcamus te ſolum Deum omnipotentem; & mirabilia operantem, humiliter deprecor Maieſtatem tuam, vt has virgas exorcizatas benedicere † digneris, & benedic, ſicut benedixiſti virgam Angeli tangentis carnes, & azymos panes: Sanctifica † ſicut ſanctificaſti virgam Aaron in tabernaculo fœderis teſtimonij: benedic † ſicut virgam Ruth, cædentem, & excutientem hordeum. Sanctifica † ſicut virgam Ionathæ, intinctam in fauum mellis: Benedic † ſicut virgam vigilantem: Sanctifica † ſicut virgam Iſraël hæreditatis eius, & ſicut virgam auream regis Aſſueri. Benedic † & ſanctifica † has virgas, ſicut benedixiſti, & ſanctificaſti virgam, & lignum ſanctæ Crucis † ſanguine precioſiſſimo filij tui. Sicut ego in nomine ſancto

Digitized by Google

tuo benedico, † & ſanctifico, † & virtutem rigidam iuſtitiæ tuæ diuinæ ſuper has virgas infundere digneris, ad flagellandos, & fugandos Dæmones, creaturas humanas vexantes, ita vt ſi quis in nomine ſancto tuo his virgis vſus fuerit, & flagellauerit, figuras quaſcunque Dæmonum, vel ipſa corpora vexata, ſit flagellatio, & percuſſio illa, per ſanctum nomen Tetragrammaton, ac ſi ſuper ſubſtantias ipſas Dæmonum eſſent renouationes cunctorum dolorum, & pœnarum infernalium, igniſque, ſulphur, ira, & furor Domini: Sint hæ virgæ, tanquam virga Moyſis, & Aaron conuerſa in colubrum, deuorans, & affligens hos Dracones hæreticos; & eos percutientes, faciant ſigna mirabilia, ſicut in Ægypto. Sint tanquam virga Micheæ, percutiens: Sicut virga percutiens bis ſilicem: Sint virgæ ſolidæ, arguentes, ferreæ, virga furoris, & indignationis Domini exercituum ſuper ſcelera Dæmonum, faciens conſummationem, & abbreuians ſuperbiam, & obſtinationem eorum. Et virgæ viſitantes iniquitates eorum. Suſcitet Dominus exercituum ſuper Dæmones corpora humana vexantes, flagellum iuxta plagam Madian in petra Horeb: ſuſcitet virgam ſuam ſemper mater; iuxta plagas Sodomæ, & Gomorrhæ, & Amalech; iuxta plagas Nadab, & Abiu, Dathan, & Abyron; iuxta plagas Regum Amorrhæorum, Phiſeræorum, Chananæorum, Ebuſæorum, & Philiſtinorum, iuxta plagas Herodis; Prophetarum Baal, & Principum Ochoziæ. Benedico † vos tandem, & ſanctifico † vt ſitis virgæ fortes in bello, affligentes, debellantes, expellentes, confringentes, cruciantes Dæmones vexantes corpora humana, & præcipitantes eos in barathrum, ſicut iam per Michaëlem Archangelum fuerunt præcipitati à Cœlo. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſperges aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMVS à Spiritibus vexatæ.

Super limina Domus ſtet Sacerdos, cotta & ſtola ſalsem indutus; & præcedentibus Clericis duobus, cum candelis benedictis accenſis, quos alter ſequatur, Crucem ferens: dicat Sacerdos.

Adjutorium † noſtrum in nomine Domini,
Qui fecit Cœlum, & terram.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis, præ cæteris, tantam gratiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectéque ab eis agitur, à te fieri credatur: Quæſumus immenſam clementiam tuam, vt quod modo viſitaturi ſumus, viſites, & quicquid benedicturi, bene † dicas; & ad ea, quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: ſintque ad noſtræ humilitatis ingreſſum, & introitum Sanctorum tuorum meritis fuga Dæmonum, & Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Qua Oratione dicta, omnes munientes ſe ſigno ſanctæ † Crucis, ac proceſſionaliter ingredientes domum:

Digitized by Google

domum : Sacerdos distinctè, ac alta voce incipiat Psalmum infrascriptum, ac cum Ministris prosequatur demigrantes omnes per loca diuersa domus; tandem peruenientes ad principalem locum, Psalmum compleant.

FVgite in nomine omnipotentis, ac percutientis Dei omnes vos maledicti, qui in consilio impiorum itis, & in via peccatorum statis, & in cathedra pestilentiæ sedetis.

Ejiciet vos Dominus à facie sua, tanquam puluis : quem projicier ventus à facie terræ.

Non resurgatis impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum : & iter impiorum peribit.

Qui habitant in Cœlis irridebunt vos : & Dominus subsannabit vos.

Et loquetur ad vos in ira sua : & in furore suo conturbabit vos.

Aduersarios nostros in virga ferrea : & tanquam vas figuli confringet Dominus.

Percussit vos, aduersantes nobis sine causa : dentes peccatorum contriuit.

Non habitabunt iuxta Dominum maligni : neque permanebunt iniusti ante oculos suos.

Et odit vos operantes iniquitatem : perdit omnes loquentes mendacium.

Quia non est in ore vestro veritas : cor vestrum vanum est.

Domine in furore tuo argue eos : & in ira tua corripe eos.

Discedite ab hac domo omnes operantes iniquitatem : quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus nostri.

Erubescite, & conturbamini vehementer : nequando, vt leones, rapiatis animas nostras.

Persequere, & comprehende, & conculca in inferno hos rebelles : & deduc in puluerem gloriam eorum.

Consummetur nequitia vestra, quia gladium suum vibrauit Dominus : arcum suum tetendit, & paratum illum.

Parturiisti iniustitiam, maledicte : concepisti dolorem, & peperisti iniquitatem.

Lacum aperuisti, & effodisti eum : & cecidisti in foueam quam fecisti.

Conuertetur dolor tuus in caput tuum : & in verticem tuum iniquitas tua descendet.

Destrue Domine inimicum tuum : & vltorem in rigore iustitiæ tuæ.

Increpasti eos, & perijt impius : nomen eorum deleti in æternum, & in sæculum sæculi.

Adde his frameas : & Ciuitates eorum destrue.

Perijt memoria vestra cum sonitu, & & Dominus æternum permaneat.

In laqueo, quem abscondistis; comprehensus est pes vester.

Conuertantur peccatores in infernum : qui obliuiscuntur Deum.

Quorum maledictione os plenum est amaritudine, & dolo : sub lingua eorum labor, & dolor.

Sedes in insidiis, vt interficias innocentem, & insidiaris in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Contere Domine brachium peccatoris, & maligni : in laqueo suo.

Quia intendit arcum, parauit sagittas suas in pharetra : vt sagitter in obscuro rectos corde.

Pluet super peccatores laqueos : ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Digitized by Google

Falſa locuti ſunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in ore, & corde locuti ſunt.

Diſperdat Dominus vniuerſa labia veſtra doloſa: & linguam magniloquam.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe egerunt: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem innocentem.

Ad nihilum deductus es in conſpectu eius, malignè timentes autem Dominum glorificat.

Inuaſiſti hanc domum; ſicut leo paratus ad prædam.

Sed exurge Domino, eripe eam ab impio, ne infeſtet eam.

Circunda hos doloribus mortis, & torrentibus iniquitatis conturba eos.

Dolores inferni circumdederunt vos, præoccupauerunt vos laquei mortis.

Commota eſt, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata & commota ſunt: quoniam iratus eſt vobis.

Intonuit de Cœlo Altiſſimus: & ſuper vos cecidit grando, & carbones ignis.

Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit vos, fulgura multiplicauit, & conturbauit vos.

Retribuet tibi Dominus ſecundum iniquitatem tuam: & oculos ſuperborum humiliabit.

Perſequere hos inimicos noſtros, Domine; & ego comprehendam illos.

Confringe hos Ieſu Chriſte: & in nomine tuo cadant ſub pedibus meis.

Et diſperde illos, non conuertar ego, donec deficiant.

Et comminue eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum dele eos.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis noſtris; dextera tua inueniat omnes, qui nos oderunt.

Pone hos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui; & in ira tua conturba eos, & deuoret eos ignis.

Aperiat barathrum os ſuum, & rugiens rapiat vos.

Sit cor tuum, tanquam cera liqueſcens; in iniquitate, & ſuperbia tua.

Attolliſtis portas veſtras, & eleuatæ ſunt portæ æternales; quia introiuit Rex gloriæ.

Comminuit vos tanquam vitulum libani: & delictus quemadmodum filius vnicornium.

Erubeſcite Dæmones impij, & deducatis vos in infernum: muta fiant labia veſtra doloſa.

In chamo, & fræno maxillas horum conſtringe Dæmonum: vt non approximent ad nos.

Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.

Confundantur Dæmones *quærentes* animas noſtras.

Auertantur retrorſum, *& confundantur*: qui cogitant *nobis* mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem véti, & Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via veſtra tenebræ, & lubricum; & Angelus Domini perſequens vos.

Gladium euaginaſtis, Dæmones: intendiſtis arcum veſtrum.

Sed gladius veſter intret in corda veſtra: & arcus veſter confringatur.

Vos iniuſti puniemini, & ſemen impiorum peribit.

In te Domine inimicos noſtros ventilabimus cornu; & in nomine tuo ſpernemus inſurgétes in nobis.

Arcum

Digitized by Google

Arcum contere, & confringe arma: & ſcuta combure igni.
Quid gloriaris in malitia; qui potens es in iniquitate?
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem; iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.
Dilexiſti omnia verba præcipitationis: lingua doloſa.
Propterea deſtruet te Deus in finem, euellet te, & educet te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.
Præcipita hos, & diuide linguas eorum: Quia iniquitas, & iniuſtitia in medio eorum.
Veniat mors ſuper vos: & deſcendatis in infernum viuentes.
Exaudi Deus, & diſperde iſtos, qui contaminant domum tuam: & deduc in puteum interitus.
Laqueum parauerunt pedibus noſtris: ſed dediſti in opprobrium inſidiantes nobis.
Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
Sed Deus conteret dentes veſtros in ore veſtro: molas leonum confringet Dominus.
Sicut cera quæ fluit auferemini, ſuper cecidit ignis, & non vidiſtis Solem: ſic in ira abſorbet vos.
Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine veſtro.
Et tu Domine deridebis, & ad nihilum deduces eos.
Diſperde hos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.
Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie noſtra.
Sicut deficit fumus, deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis: ſic pereant peccatores à facie Domini.
Aſcendiſti in altum Domine: cœpiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.
Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.
Diſſipa hos qui bella volunt; venient ligati ex Ægypto: Nethyopia præuentent manus eius Deo.
Effunde ſuper hos iram tuam: & furor iræ tuæ conculcet eos.
Quoniam, quos tu percuſſiſti perſequuntur nos: ideò dolorem addide vulneribus ſuis.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem horum: vt non remaneant in habitaculo iſto.
Confundantur quærentes animas noſtras: & comprehendantur in ſuperbia ſua.
Qui confregiſti horum potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum comprime eos.
Super nos malignauerunt conſilium: & cogitauerunt aduerſus creaturam tuam.
Ideò facilis, ſicut Madian, & Siſaræ: ſicut Iabin in torrente Cyſon.
Pone hos ſicut Oreb, & Zeb, & Zebeæ: & Salmana.
Deus meus, pone hos, vt rotam: & ſicut ſtipulam ante faciem venti.
Sicut ignis, qui comburit Syluam: & ſicut flamma comburens montes.
Ita perſequeris, & turbabis hos in ira, & tempeſtate tua.
Confundantur, & conculcentur in ſæculum ſæculi.
Pone hos in lacu inferiori, in tenebris, & vmbra mortis.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos,
Super aſpidem ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

Ecce

Ecce vos inimici noſtri peribitis ; & diſperdetis, qui operatis iniquitatem.

Redde his iniquitatem ipſorum ; & in malitia diſperde illos : diſperde hos Domine Deus noſter,

Libera à ſagitta volante in die ; à negotio perambulante in tenebris : ab incurſu, & Dæmonio meridiano.

Ignis ante te præcedet ; & inflammabis in circuitu inimicos noſtros.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam ; qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ : vt diſperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Contriuit portas æreas Dominus ; & vectes ferreos confregit.

Increpauit ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum ; confundantur, & conuertantur retrorſum omnes, qui oderunt Syon.

Fiant ſicut fœnum tectorum ; quod priuſquam euellatur, exaruit.

Cadant ſuper vos carbones, in ignem deiiciatis vos.

Perde omnes tribulantes domum iſtam domine, quoniam ſerui tui ſumus.

Fiat menſa horum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcándalum, & in retributionem.

Obſcurentur oculi horum ne videant ; & dorſum eorum ſemper incurua.

Impij de terra perdentur, & via impiorum tenebroſa erit.

Ponat Dominus faciem ſuam contra te, ita vt fugias : etiam nemine perſequente.

Radices Ducum ſuperborum arefecit Deus, & plantauit humiles.

Terras veſtras euertit Dominus, & perdidit vſque ad fundamentum.

Arefecit, & diſperdidit vos ; & ceſſauit memoria veſtra in Cœlo, & in terra.

Filiorum peccatorum pereat hæreditas, & cum ſemine eorum alliduitas opprobrij.

Percute Domine dorſa horum inimicorum : & qui oderunt te non conſurgant.

Propter peccatum veſtrum in maledictione cecidiſtis : & in maledictione pars veſtra ſemper erit.

Luctus damnatorum in ſpiritu ipiorum, & nomen impiorum delebitur.

Contriuit Dominus baculum impiorum : virgam dominantium in indignatione, & plaga inſanabili.

Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego ; paueant illi, & non paueam ego, induc ſuper hos diem afflictionis, & contere eos Domine.

Dabit deſuper Dominus lapides prægrandes irruentes ſuper vos in conſummationem.

Iratus eſt furor Domini ſuper peccatores, & extendit manum ſuam ſuper vos.

Conterriti ſunt in Syon peccatores ; poſſedit timor hypocritas.

Conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticinia horum, quaſi ſtercus in medio platearum.

Sagittæ Domini acutæ ; & omnes arcus eius contra vos extenti.

Oblitus es Dei creatoris tui : & fortis adiutoris tui non es recordatus.

Fuge procul, ſicut rapitur puluis montium à ventis : & ſicut turbo coram tempeſtate.

Cecidit, cecidit Babylon : & omnia ſcu

Digitized by Google

ſculptilia Deorum eius contrita ſunt.

Fugite à furia infernali; à facie gladiorum eius: à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, & à facie grauis prælij.

Comedes fructus viæ tuæ: & ſaturaberis conſiliis tuis.

Iniquitates tuæ capiunt impium: & funibus peccatorum conſtringeris.

Morieris, quia non habuiſti diſciplinam: & in multitudine ſtultitiæ tuæ decipieris.

Nihil proſunt theſauri impietatis tuæ: creatura ſtulta à te facta es, & nomen tuum putreſcet.

Inter vos ſuperbos ſemper iurgia, & extinguimini: quia Lucernæ impiorum eſtis.

Abominatio eſt Deo via tua: & in fructibus tuis conturbatio & perditio.

Domum ſuperborum demolietur Dominus: & non valebit lætari in alterius ruina.

Cum in profundum ieris peccatorum: ſequentur te omnia nefaria tua.

Flagellatus es teſtis inique, & quia loqueris mendacia: morte iterum morieris.

Parata ſunt maledictis deriſoria: & malleï percutientes ſuperbiam veſtram.

Diſſipabit vos Chriſtus intuitu ſuo: cùm ſederit in ſolio iudicij ſui.

Hereditas tua caret benedictione: quia reddidiſti malum pro bono.

Superbus, & arrogans vocaris: ſed non eſt conſilium contra Dominum.

Qui ſeminatis iniquitatem, meretis mala: & virga iræ veſtræ conſummabitur.

Fouea profunda via tua, gladiis plena: & Dominus præcipitabit te in eam.

Inſidiaris, vt latro in via: ſed replent te vrticæ, & operient ſpinæ.

In die bona frueris malis: & malam diem fugere non potes.

Viues in malitia tua, & opere malo: vt crucieris perpetuo.

Fortitudo tua, vt fauilla ſtupæ, & opus tuum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat.

Dilatabit infernus animam ſuam, & aperiet os ſuum in momento, & deſcendetis vos fortes, & ſequaces veſtri, & ſublimes, gloriosique tui ad eum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cùm peruenerit ad principalem locum, poſitis ſuper altare præparatum luminaribus, & Cruce: Sacerdos dicat.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Beati qui habitant in domo tua Domine.
In ſæcula ſæculorum laudabunt te.
Perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis,
Vt non moueantur veſtigia noſtra.
Contere Angelos percutientes,
Qui feciſti magnalia in Ægypto.
Domum iſtam circunda tu Domine,
Et Angeli tui cuſtodiant muros eius.
Chriſte tuis famulis ſubueni,
Quos magno pretio redemiſti.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Digitized by Google

Oremus.

VIſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè expelle; Angeli tui ſancti habitent in ea, vt percutientes Angelos ejiciant, & habitatores in pace cuſtodiant, & benedictio † tua ſit ſuper eos ſemper. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sacerdos aſpergat cuncta loca domus aqua benedicta, præcedentibus luminaribus, & Cruce. Cæteri Miniſtri, ſtantes in ſuo loco principaliori, dicant ſequentes Pſalmos.

AD Dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua doloſa.

Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatoriis.

Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incolafuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi?

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſraël.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 121.

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis: Hieruſalem.

Hieruſalem, quæ ædificatur, vt Ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſraël, ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter Domum Dei noſtri: quæſiui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in Cœlis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum

Digitized by Google

minum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.
Quia multum repleta eſt anima noſtra, opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.
Gloria Patri, & Filio, & ſpiritu ſancto, &c.

Pſal. 123.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: niſi quia Dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit anima noſtra; forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem?
Benedictus Dominus qui non dedit nos: in captionem dentibus eorum.
Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus.
Adiutorium noſtrum in nomine Domini. qui fecit cœlum, & terram.
Gloria Patri, & Filio, & ſpiritui ſancto, &c.

Sacerdos Finita Aſperſione, redeat ad locum principalem, vt ſupra: & reſpondentibus Miniſtris, dicat:

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Te Saluatorem Mundi propitium expectamus.
Qui feciſti mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.
Muro tuo inexpugnabili domum circumcinge Domine.
Et armis tuæ potentiæ ſemper protege.
Propitiare Domine.
Et eſto placabilis.
Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte & immortalis.
Miſerere nobis.
Dic Angelo percutienti,
Ceſſet iam manus tua.
Dominus vobiſcum,
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hanc domum oculis tuæ pietatis illuſtra; vt fugatis tenebrarum Angelis, deſcendat ſuper habitantes in ea, gratiæ tuæ larga bene † dictio: vt in manufactis habitaculis, cum ſalubritate manentes, ipſi tuum ſemper ſint habitaculum. Per Dominum noſtrum. Amen.

Sacerdos, Secundo Aſpergat loca eo modo, vt ſupra: & interim Miniſtri dicant Pſalmos ſequentes.

Pſalmus. 124.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum: qui habitat in Hieruſalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Digitized by Google

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum : vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac Domine bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalmus 125.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicant inter gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis: Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitatem noſtram; ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: portantes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſal. 126.

NIſi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem; fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis; ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſal. 127.

BEati omnes, qui timent Dominum; qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſal. 128.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolungauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorum: quod priuſquam euellatur, exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam, qui

Digitized by Google

qui metet: & ſinum ſuum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt, qui præteribant.
Benedictio Domini ſuper vos: benedixímus vobis in nomine Domini.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sacerdos cùm ab aſperſione reuerſus fuerit, dicat.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo. Amen.
Auxiliare nobis Chriſte fili Dei,
Qui Petro mergenti manum porrexiſti.
Eripe nos de operantibus iniquitatem,
Et de Angelis maledictis ſalua nos.
A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi domum, vt pupillam oculi,
Sub vmbra alarum tuarum protege eam Domine.
Tuere Domine domum iſtam,
Sicut domum Dauid in æternum.
Fiat pax in virtute tua,
Et abundantia in turribus tuis.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, & totus operaris; Adeſto ſupplicationibus noſtris; vt huius domus ædificatæ ſis protector; & nulla hic nequitia contrariæ poteſtatis obſiſtat: ſed virtute Spiritus ſancti, & operatione, fugato Dæmone, fiat tibi hic purum ſeruitium, & deuota libertas exiſtat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Sacerdos aſpergat tertiò loca, modo & forma, prout ſupra, & interim dicant Miniſtri Pſalmos ſequentes.

Pſalm. 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

DOmine non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.
Speret Iſraël in Domino: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Digitized by Google

Pſalmus 131.

MEmento Domine Dauid : & omnis manſuetudinis eius.
Si introiero in tabernaculum domus meæ : ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis : & palpebris mei dormitationem.
Et requiem temporibus meis : donec inueniam locum Domino, Tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis Syluæ.
Introibunt in Tabernaculum eius : adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam : tu, & arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam : & Sancti tui exultent.
Propter Dauid ſeruum tuum : non auertas faciem Chriſti tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem : & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum : & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſque in ſæculum : ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion : elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens, benedicam : pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari : & Sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid : parauí lucernam Chriſto meo.
Inimicos eius induam confuſione : ſuper ipſum efflorebit ſanctificatio mea.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 132.

ECce quam bonum, & quam iucundum : habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite : quod deſcédit in barbam, barbam Aaron.
Quod deſcendit in oram veſtimenti eius.
Sicut ros Hermon : qui deſcendit in monte Sion.
Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem : & vitam vſque in ſæculum.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 133.

ECce nunc benedicite Dominum : omnes ſerui Domini.
Qui ſtatis in domo Domini : *in atriis* domus Dei noſtri.
In noctibus extollite manus veſtras in ſancta : & benedicite Dominum.
Benedicat te Dominus, ex Sion : qui fecit cœlum & terram.
Gloria Patri, & Filio, & *Spiritui* ſancto.

Reuerſus Sacerdos ab aſperſione aquæ, proſequatur, vt infra.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Exurge Chriſte adjuua nos,
De manu Angeli percutientis.
Qui cõteris bella, protector eſto nobis.
Et confringe aduerſantes nobis.
Aſcendãt ad te Domine preces noſtræ,
Et ad aures miſericordiæ ſupplicantium vota perueniant.
Non eſt aliud refugium : niſi in te ſperare Chriſte.

Preci

Digitized by Google

Precibus Sanctorum tuorum libera habitatores in hac domo, Domine.

Domine exaudi orationem noſtram.

Et clamor noſter ad te perueniat.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es caput noſtrum, & corona omnium Sanctorum, reſpice quæſumus ſuper domum hanc, & habitantes in ea, vt per huius benedictionis copiam, fugato Dæmone, ad ſenilem ætatem, & gaudentes ad gloriam peruenire mereantur æternam. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Adſint candela cerea, quas benedicat Sacerdos, benedictione ſequenti.

DEus in adiutorium meũ intẽde. Domine ad adiuuãdũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde benedictionem † tuam ſuper hos cereos: & ſanctifica † eos lumine gratiæ tuæ: & ſancti Spiritus ſumant virtutem: vt ab hac domo fugatis tenebris inimicorum, lux ſancta tua permaneat in æternum: Ipſúmque habitaculum his cereis munitum, tu Domine aſſidua protectione regere, gubernare, & conſeruare digneris: & Angelis infernalibus expulſis, pax tua ſancto permaneat: cordaue habitantium inuiſibili igne, id eſt, Spiritus ſancti ſplendore illuſtrata; omnium vitiorum cæcitate careant, vt purgato mentis oculo, ea ſemper cernere poſſint, quæ Maieſtati tuæ ſunt placita. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ex dictis candelis fiant Cruces, & à Miniſtris in cunctis angulis cubiculorum, ſcilicet in altum collocẽtur. Interim Sacerdos benedicat Crucẽ ligneã hoc modo.

BEnedic † Domine, quæſumus hanc crucem, per quam eripuiſti mundum à poteſtate Dæmonum, & ſuperaſti ſuggeſtorẽ peccati, qui gaudebat in præuaricatione primi hominis per ligni vetiti præſumptionem. Sanctifica † Domine iſtud ſignaculum paſſionis tuæ, vt ſit inimicis tuis obſtaculum; & credentibus in te perpetuum vexillum; vt in quocunque loco fuerit collocatum, nulla ſit habitatio Dæmonum, ſed fugiant confuſi, & elongentur ab ipſo loco, & habitantibus in eo, quantum elongatum eſt Cœlum à terra. Sed inhabitent Angeli ſancti præliatores fortiſſimi, locum, & habitatores protegentes. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vngat Crucem oleo benedicto, & ſuſpendatur in ingreſſu domus, ſuper limina Ianuæ, Cantantes.

VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis myſterium,
Quo carne, carnis conditor,
Suſpenſus eſt patibulo.

Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ:
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda ſanguine.

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fideli carmine:

Dicens

Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora,& fulgida,
Ornata Regis purpura.
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere.
Beata,cuius brachiis,
Sæcli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prædamque tulit Tartari.
O Crux aue,ſpes vnica,
Hoc mœroris tempore,
Auge piis iuſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te,ſumma Deus Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas,rege per ſæcula.Amen.

Deinde ſacerdos, oleo benedicto, vngat in modum crucis Ianuas,& oſtia cuncta domus,dicens.

PEr iſtan ſacroſanctam vnctionem, & benedictionem † ſuſcitet Dominus hanc domum in ſtatum priſtinum: & permaneat in ſua ſanctificatione: & fortitudo Dei ſit tanquam ſignum, ſcriptum in limine, & oſtiis domus huius.Amen.

Reuerſuſque ſacerdos ad principalem locum,dicat.

Oremus.

EXaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens,æterne Deus,vt ſicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto agni ſanguine linitas, ab Angelo percutiente cuſtodiſti, ita mittere digneris ſanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat,foueat, protegat, viſitet, atque defendat domum hanc, & omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.Amen.

OMnipotens æterne Deus, largitor cunctarum benedictionum, benedic † domum iſtam: vt ſit domus diuini hoſpitij:domus pacis,benedictionis,& conſolationis; domus protectionis, meditationis, & defenſionis. Sit domus ſupra firmam petram ædificata, ſit tanquam oſtium Dei,& porta Cœli, tanquam ciuitas, & domus Dauid,ſtabilita coram Domino.Et tanquam domus permanens in æternum.Conſerua Domine in æternum domum iſtam impollutam, quam à ſpiritibus flagellatibus nunc purgo † mundo † benedico, † & ſanctifico. † Egrediatur fons de domo tua Domine; ſuper domum iſtam:vt irrigetur miſericordia tua:& dic Angelo percutienti, ceſſet iam manus tua. Appareat maieſtas Domini, & ſanctificet † hoc habitaculum,& ponat manum ſuam hic in ſempiternum: & ſint oculi eius, & cor ſuum hic cunctis diebus, ſicut ſuper ædificium domus Salomonis,& ſexaginta fortes ambiant habitaculum ex fortiſſimis Dei potentes omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi contra Angelos perturbantes pacem, & quietem huius domus, & habitantium,Amen.

In ipſo principali loco,dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti Euangelij, ſecundum Ioannem. Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum.

Digitized by Google

verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt: in ipſo vita erat; & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus; neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre; plenum gratiæ, & veritatis, Deo gratias.

Ponat ſuper Ignem Aromata pulueriſata, quæ omnia ſint benedicta, & dicat.

SIcut ego, Sacerdos Dei impleo domum hanc fumo aromatum, Sic repleatur Maieſtate, & gloria Domini, vt ſit habitaculum firmiſſimum, tanquam ſolium Dei: in ſempiternum: & omnes habitantes in ea adorent, & laudent eum; quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

In altero cubiculo domus dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelii, Secundum Matthæum. Gloria tibi Domine.

CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Heroſolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſraël. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus Stellæ, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt, & ego veniens, adorem eum. Qui cum audiſſent Regem, abierunt, & ecce Stella: quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem Stellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius; & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Deo gratias.

Digitized by Google

Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora,& fulgida,
Ornata Regis purpura.
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere.
Beata,cuius brachiis,
Sæcli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prædamque tulit Tartari.
O Crux aue,ſpes vnica,
Hoc mœroris tempore,
Auge piis iuſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te,ſumma Deus Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas,rege per ſæcula.Amen.

Deinde ſacerdos, oleo benedicto, vngat in modum crucis ianuas,& oſtia cuncta domus,dicens.

PEr iſtan ſacroſanctam vnctionem, & benedictionem † ſuſcitet Dominus hanc domum in ſtatum priſtinum: & permaneat in ſua ſanctificatione: & fortitudo Dei ſit tanquam ſignum, ſcriptum in limine, & oſtiis domus huius.Amen.

Reuerſuſque ſacerdos ad principalem locum,dicat.

Oremus.

EXaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens,æterne Deus,vt ſicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto agni ſanguine linitas, ab Angelo percutiente cuſtodiſti, ita mittere digneris ſanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat,foueat, protegat, viſitet, atque defendat domum hanc, & omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.Amen.

OMnipotens æterne Deus, largitor cunctarum benedictionum, benedic † domum iſtam: vt ſit domus diuini hoſpitij:domus pacis,benedictionis,& conſolationis; domus protectionis, meditationis, & defenſionis. Sit domus ſupra firmam petram ædificata, ſit tanquam oſtium Dei,& porta Cœli, tanquam ciuitas, & domus Dauid,ſtabilita coram Domino.Et tanquam domus permanens in æternum.Conſerua Domine in æternum domum iſtam impolluta, quam à ſpiritibus flagellatibus nunc purgo † mundo † benedico, † & ſanctifico. † Egrediatur fons de domo tua Domine; ſuper domum iſtam: vt irrigetur miſericordia tua:& dic Angelo percutienti, ceſſet iam manus tua. Appareat maieſtas Domini, & ſanctificet † hoc habitaculum,& ponat manum ſuam hic in ſempiternum: & ſint oculi eius, & cor ſuum hic cunctis diebus, ſicut ſuper ædificium domus Salomonis,& ſexaginta fortes ambiant habitaculum ex fortiſſimis Dei potentes omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi contra Angelos perturbantes pacem, & quietem huius domus, & habitantium,Amen.

In ipſo principali loco,dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti Euangelij, ſecundum Ioannem. Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum; & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum.

Digitized by Google

verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt: in ipſo vita erat; & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus; neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre; plenum gratiæ, & veritatis, Deo gratias.

Ponat ſuper Ignem Aromata pulverizata, quæ omnia ſint benedicta, & dicat.

SIcut ego, Sacerdos Dei impleo domum hanc fumo aromatum, Sic repleatur Maieſtate, & gloria Domini, vt ſit habitaculum firmiſſimum, tanquam ſolium Dei: in ſempiternum: & omnes habitantes in ea adorent, & laudent eum; quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

In altero cubiculo domus dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelii, Secundum Matthæum. Gloria tibi Domine.

CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Heroſolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſraël. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus Stellæ, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt, & ego veniens, adorem eum. Qui cum audiſſent Regem, abierunt, & ecce Stella: quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem Stellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius; & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Deo gratias.

Digitized by Google

Ponat Aromata Super ignem, dicens:

ET aſcendit fumus incenſorum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus Thuribulum aureum, & impleuit illud de igne Altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus.

In altero loco, dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelij Secundum Lucam. Gloria tibi Domine.

MIſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum, ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum: Hic erit magnus & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Deo gratias.

Ponat Aromata Super ignem, & dicat.

DE Cælo locutus eſt Dominus audiente populo, ac videntelampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem.

Item in alio loco legat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelii Secundum Lucam. Gloria tibi Domine.

ET ingreſſus Ieſus perambulabat Hierico. Et ecce vir, nomine Zacchæus, & hic Princeps erat Publicanorum, & ipſe diues, & quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum: vt videret eum, quia inde erat tranſiturus: Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad illum: Zachæe, feſtinans deſcende, quia *hodie in domo* tua oportet me manere. *Et* feſtinans deſcendit, & excepit *illum* gaudens in domum ſuam. Deo gratias.

Aromatibus fumiget locum, dicens.

TOtus mons Synai fumabat, eò quòd deſcẽdiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcendit fumus ex eo, quaſi de fornace.

Si alter fuerit locus, dicat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia

Digitized by Google

Sequentia Sancti Euangelii secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

INtrauit Iesus in quoddam Castellum, & Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam, & huic erat Soror, nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & ait Domine non est tibi curæ quod Soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima; Porrò, vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Deo gratias.

Fumigetur Locus, Dicens.

IMpletum est Templum Dei fumo à maiestate Dei; & de virtute eius exijt fumus extricans omne genus Dæmoniorum.

Item, ad sextum locum accedat, dicens.

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelii, secundum Marcum.

Gloria tibi Domine.

NOuissimè autem recumbentibus illis vndecim apparuit Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient; linguis loquentur nouis; Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt: & Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei: Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Deo gratias.

Fumigetur item locus, dicens.

Impleta est domus ex odore vnguenti.

Si, & alia superfuerint loca, reassumat primum Euangelium, & sequatur modo, & forma, prout supra, donec compleuerit.

His omnibus peractis, benedicat omnes habitatores domus, genua flectentes, hoc modo.

Fratres Charissimi. Deo gratias.

MAnete pacifici in domo vestra: & cor vestrum sit iucundum: Det nobis requiem Dominus, & pacem & consolationem vndique ab vniuersis inimicis vestris. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum Cœlum, vt tribuat pluuiam terræ, in tempore suo: & benedicta sit ipsa terra ad reddendos fructus, & ad cunctorum abundantiam, quæ vobis sunt in vsu; abundareque vos faciat omnibus bonis, sicut abundare fecit populum Israël perseuerantem in mandatis suis: Benedicat † vos Deus in Throno suo, stantes, ambulantes, comendentes, ac

Digitized by Google

dormientes, vt in numero prædeſtinatorum, & electorum ſitis, & domus veſtra vigeat vſque ad tertiam, & quartam generationem, ac in ſeuum fælix conſeruetur. Et omne conſilium cordis veſtri, ſua virtute corroboret, vt glorietur in vos ſancta Hieruſalem, & ſint nomina veſtra, in numero Sanctorum, & iuſtorum, & domus veſtra in ſanctificatione permaneat; & tandem benedictio Dei † deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

BENEDICTIO
ad quæcunque voluerit.

BEnedic † Domine, creaturam iſtam N. vt ſalutare remedium ſit facturæ tuæ, quam pretioſo ſanguine redemiſti, & præſta per inuocationem ſancti tui nominis: vt quiſquis ex ea vſus fuerit benedictionem recipiat, & ſalutem: atque contra omnes morbos, & vniuerſas inimicorum inſidias tutamen ſit. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.



COMPLE

Digitized by Google



COMPLEMENTI
ARTIS EXORCISTICÆ
PARS TERTIA,
Quæ Exorcismalis dicitur.

EXorcista in fide firma, & charitate perfecta ad hoc opus Diuinum cum omni humilitate accedat, non in propriis viribus confidens, quia inanis, & frustra esset labor: Cùm proprium Dei sit fugatio dæmonum à corporibus obsessis: sed solùm tanquam simplex, & indignus Minister, indutus Cotta, & Stola in Ecclesia ante Altare, maioris deuotionis gratia, & eo magis si ibi asseruatur Sanctissimum Corpus Christi, in gyrum aspergat locum aqua benedicta, & dicat.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Mox aspergat Creaturam obsessam, seipsum, & Astantes, dicens.

PEr hanc aquam benedictam omnis Spiritus immundus & occursus Sathanæ separetur à te, & fugiat à nobis; In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen.

Deinde auxilium Diuinum, cum cordis contritione, & puritate conscientiæ ab omnibus, vt infra inuocetur: genuflectat Exorcista, & dicat.

EGo miles Iesu Christi, Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, ac beato N. & omnibus Sanctis, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideò precor beatam Mariam semper Virginem, beatum

Digitized by Google

Michaëlem Archangelum, beatum Ioannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, ac beatum N. omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum. ℟. Amen.

Sine Repetitione ſtatim ſubjungat.

MIſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis noſtris, perducat nos in vitam æternam. ℟. Amen.

INdulgentiam, abſolutionem † & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum, tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus.
℟. Amen.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix. ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum Spirituum Ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Coſma, & Damiane, orate.
Sancti Geruaſi, & Protaſi, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Sylueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolaë, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora.

Sancta

Digitized by Google

Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius esto. Exaudi nos domine.
Ab omni peccato. Libera nos Domine.
Ab ira tua. Libera nos Domine.
Ab insidiis Diaboli. Libera nos Domine.
Ab omni maleficio, & vexatione Diaboli. Libera nos Domine.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ. Libera nos Domine.
Per aduentum tuum. Libera nos Domine.
Per Natiuitatem tuam. Libera nos Domine.
Per Baptismum, & sanctum ieiunium tuum. Libera nos Domine.
Per crucem, & Passionem tuam. Libera nos Domine.
Per mortem, & sepulturam tuam. Libera nos Domine.
Per Sanctam Resurrectionem tuam. Libera nos Domine.
Per admirabilem Ascensionem tuam. Libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus sancti Paracleti. Libera nos Domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas. Te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas. Te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt in bello contra Tartareas legiones nos munire digneris. Te rogamus audi nos.
Vt oculos misericordiæ tuæ super nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt omnes Sanctos, & Sanctas tuas pro nobis orantes, exaudire digneris. Te rogamus audi nos.

Postea surgat Exorcista, & ponens manus super caput Creaturæ obsessæ dicat.

VT hanc Creaturam precioso sanguine tuo redemptam ab infestationibus Dæmonum liberare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hanc Creaturam tuam magno pretio redemptam à cruciatibus Dæmonum liberare, & benedicere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hanc Creaturam tuam in ligno Sanctæ Crucis redemptam, à potestatibus Dæmonum liberare, & benedicere, & conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

Iterum genuflectat Exorcista, & Stola Dæmoniacum leuiter percutiens, dicat.

VT hos teterrimos inferni Diabolos, & animarum raptores fugare digneris. Te rogamus.
Vt hos temerarios, & callidos Serpentes de nostra damnatione solicitos, affligere digneris. Te roga.
Vt hos insidiantes Aspides, & maledictos Colubres de nostra salute dolentes, torquere digneris. Te roga.
Vt hæc Pabula mortis, & peccati fomites confundere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt has scabiosas, & frementes Bestias persequi digneris. Te rogamus.
Vt hos cunctorum malorum, & vitiorum fontes debellare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hos nefarios, & spurcissimos Spiritus in pœna æternali præcipitatos, concremare digneris. Te roga.

Vt.

Digitized by Google

Michaëlem Archangelum, beatum Ioannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, ac beatum N. omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum. ℟. Amen.

Sine Repetitione ſtatim ſubjungat.

MIſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis noſtris, perducat nos in vitam æternam. ℟. Amen.

INdulgentiam, abſolutionem † & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum, tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus.
℟. Amen.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix. ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum Spirituum Ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Coſma, & Damiane, orate.
Sancti Geruaſi, & Protaſi, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Sylueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolaë, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora.

Sancta

Digitized by Google

Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto. Exaudi nos domine.
Ab omni peccato. Libera nos Domine.
Ab ira tua. Libera nos Domine.
Ab inſidiis Diaboli. Libera nos Domine.
Ab omni maleficio, & vexatione Diaboli. Libera nos Domine.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ. Libera nos Domine.
Per aduentum tuum. Libera nos Domine.
Per Natiuitatem tuam. Libera nos Domine.
Per Baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum. Libera nos Domine.
Per crucem, & Paſſionem tuam. Libera nos Domine.
Per mortem, & ſepulturam tuam. Libera nos Domine.
Per Sanctam Reſurrectionem tuam. Libera nos Domine.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam. Libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus ſancti Paracleti. Libera nos Domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas. Te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas. Te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt in bello contra Tartareas legiones nos munire digneris. Te rogamus audi nos.
Vt oculos miſericordiæ tuæ ſuper nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt omnes Sanctos, & Sanctas tuas pro nobis orantes, exaudire digneris. Te rogamus audi nos.

Poſtea ſurgat Exorciſta, & ponens manus ſuper caput Creaturæ obſeſſæ dicat.

VT hanc Creaturam precioſo ſanguine tuo redemptam ab infeſtationibus Dæmonum liberare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hanc Creaturam tuam magno pretio redemptam à cruciatibus Dæmonum liberare, & benedicere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hanc Creaturam tuam in ligno Sanctæ Crucis redemptam, à poteſtatibus Dæmonum liberare, & benedicere, & conſeruare digneris. Te rogamus audi nos.

Iterum genuflectat Exorciſta, & Stola Damoniacum leuiter percutiens, dicat.

VT hos teterrimos inferni Diabolos, & animarum raptores fugare digneris. Te rogamus.
Vt hos temerarios, & callidos Serpentes de noſtra damnatione ſolicitos, affligere digneris. Te roga.
Vt hos inſidiantes Aſpides, & maledictos Colubres de noſtra ſalute dolentes, torquere digneris. Te roga.
Vt hæc Pabula mortis, & peccati fomites confundere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt has ſcabioſas, & frementes Beſtias perſequi digneris. Te rogamus.
Vt hos cunctorum malorum, & vitiorum fontes debellare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hos nefarios, & ſpurciſſimos Spiritus in pœna æternali præcipitatos, concremare digneris. Te roga.

Vt.

Digitized by Google

Vt hos maieſtati tuæ rebelles, & ſuperbia tumidos diſperdere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Apoſtatas, & æternæ maledictionis filios cruciare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt horum Draconum dentes, faucésque fœtidiſſimas nos deuorare volentes, confringere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Sanctiſſimi nominis blaſphematores, in cruce ſancta illaqueatos, deprimere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Pædones peſtiferos, & excommunicatos, in Puteo inferni claudere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos impœnitentes, & inobedientes peccatores obedientiæ Sacerdotali, in nomine tuo ſubiugare digneris. Te rogamus audi nos.

Filij Dei. Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi. Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi. Miſerere nobis.

Exaudi Chriſte. Voces noſtras.

Exaudi Deus. Et miſerere nobis.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Succende Domine indignationem tuam in his Maledictis.

Et non extinguatur in æternum.

Contere in virga ferrea horum ſuperbiam.

Et in verberibus rebellionem eorum.

Deſtrue conſilium horum Dæmonum,

Sicut deſtruxiſti conſilium Achitophelis.

Trade Domine has Viperas in manibus meis.

Sicut tradidiſti Principes Madian, Oreb, & Zeb, & Zebæe, & Salmana in manibus Gedeonis.

Subuerte Domine Portas hoſtium:

Clypeum, haſtas, & arma eorum comminue.

In manu potenti, & brachio tuo extento hos baſiliſcos contere.

Et ſicut puluis, quæ à vento rapitur, eos diſperde.

Exurge Chriſte, & auxilium præſta in hoc tempore tribulationis.

Et infunde in nos gratiam tuam propter nomen Sanctum tuum.

Reple Domine Templum iſtud *omni* gaudio, & lætitia.

Et in nos defluat miſericordia tua.

Odora Domine orationes Seruorum tuorum odore ſuauitatis.

Sicut odoratus es holocauſta, & preces Sanctorum tuorum.

Da nobis auxilium de alto.

Quia vana eſt fortitudo hominis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiſcum,

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & *Clementiſſime* Deus, à *quo omne bonum* ſumit initium, & ſemper ad potiora progrediens percipit incrementum. Intercedente glorioſa Virgine Maria, totáque Cœleſti Curia; Concede quæſumus, vt quod ad gloriam tuã, & Dæmonum confuſionem inchoare aggredimur, æterno tuæ paternæ ſapientiæ munere ad deſideratum portum perducamur. Per Chriſtum Dominum noſtum. Amen.

Prepara

Digitized by Google

Præparatio Exorciſta dicenda, cum magna conſtantia, oculis elevatis ad Crucifixum.

VIdeo, bone Ieſu, Canes hos, & Lupos rapaces circundantes, & contra me paratos, ne virtus tua præueniat me; vt conſummem curſum meum, & miniſterium, quod accepi à Sancta Eccleſia, non metuo iniquam venientium aduerſum me Dæmonum multitudinem; quia non ſolum affligi, ſed pro charitate, & lege tua ſancta mori paratus ſum: Auxilium ergo de Cœlo tribue dulciſſime Ieſu: Nam iſti in ſuperbia ſua confidunt, & ſimul in malitia; Ego verò in te Domine, qui potens es vno nutu eos delere victoriam ſpero.

Exorciſta gradatim infraſcriptas ſui corporis partes, ſigno ſanctæ Crucis muniat.

IMprime ergo Domine, in fronte † mea vexillum redemptionis noſtræ ad fugandas Tartareas legiones. Capiti † meo impone galeam ſalutis ad expugnandos omnes diabolicos incurſus. Illumina oculos † meos Sanctitatis ſplendore ad vitandas vanitates, & laqueos inſidiantium in hoc bello ſancto tuo. Auribus † meis pone cuſtodiam Domine, ne aſtutia ſua Serpens, ſicut Euam, ſeducat ſenſus meos. † In aperitione oris † da ſpiritum tuum, vt cum fiducia notam faciam potentiam tuam, & de labiis † ſpiritus flammæ, & de lingua ſcintillæ, & tempeſtates cum furore procedant ad ſuccendendas cum impetu, & comminuendas has beſtias in rugitu ſuo. Indue cor † meum iucunditate tua, & corpus † lorica tua, vt poſſim ſtare inexpugnabilis aduerſus inſidias Diaboli. Compone quaſi arcum æreum brachia † mea, & da clypeum ſalutis tuæ ad perſequendos hos Maledictos. Dirige manus † meas ſine mora ad fugandam aciem maledictam, & obturandum ora Leonum. Succinge lumbos † meos in virtute tua ad extinguendum horum fœtorem, coæqua pedes meos † Ceruis in agilitate certaminis ad conterendum Sathan ſub pedibus meis velociter. Præcinge † me gladio fortitudinis tuæ ad interimendos hos Hæreticos, ne victoriam impedire valeant. Et præbe ſcutum fidei, in quo omnia tela nequiſſimi retorquere poſſim. Arma † me ferro, & ligno lanceato ad incidendas ſpinas has, ignéque ſuccenſas cremandas in æternum. Radica me † totum in charitate, & in me habita per fidem, vt fic, & ſimul intercedentibus omnibus Sanctis, huius beſtiæ ferocitatem, & ſuperbiam domare poſſim.

Demum expanſis manibus, & oculis ad Cœlum elevatis concludat.

ET ſic de Cœlo, benigniſſime Deus, exultabit Anima mea, in te, ad reportandum Triumphum de Tyranno. Amen.

Hicque genuflectat, quod ſervandum eſt in omnibus orationibus.

Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

CReator omnipotens, indutus ſum lorica, & cinctus armis bellicis tuis ad præliandum contra hos rebelles tuos. Sed quomodo potero, Domine, niſi tu adjuues me? Bellum quidem aſperum ſumo, aduerſariíque multi ſunt, qui in ſuperbia,

Digitized by Google

perbia, ferocitate, & malitia ſua confidunt: Adiuua ergo me Domine, quia non in multitudine iniquitatis, & exercitus victoria belli, ſed de Cœlo fortitudo eſt. Et ne obſecro, permittas, vt hi tuam ſpernant dignitatem, & indignum ſeruum in oratione clamantem; Sed ſicut tuba aſcendat clamor meus in Throno tuo: & ſic intercedentibus omnibus Sanctis, exaudiatur oratio mea in confuſione quærentium Animas noſtras. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Præparatio ad armandum Dæmoniacum; cum pietate, & lachrymarum compunctione dicenda.

LÆtare in Domino creatura Dei, quoniam per multas tribulationes, & anguſtias veri amici, & filij Dei efficimur; Sic, & tibi per hos cruciatus Dæmonum aduenient. Nam triſtitia tua, Deo miſerante, conuertetur in gaudium, & Regnum Cœli adipiſceris.

Deinde ſignans eum in fronte, in corde, & in pectore, dicat.

ACcipe, cariſſime frater: ſignum † Sanctæ Crucis: Sume ſcutum fidei, vt liberet te à cruciatu Ieſus Chriſtus, qui pro te de Cœlo deſcendens, in ligno Crucis mori dignatus eſt. Et ego munio te ad prælium vexillo † Sancto ſuo, in amore Dei Patris, ne prævaleant aduerſum te maligni. Liberet te ab hoc Dracone Ieſus † Chriſtus, qui pro te propria virtute reſurrexit à mortuis: Et ego corroboro cor tuum † in brachio Spiritus Sancti, ne circumueniant te tyranni. Liberet te † ab operibus Sathanæ, & Miniſtrorum eius Ieſus Chriſtus, qui ſedens ad dexteram Patris, pro te aduocatus factus eſt, & ego viſcera tua † claudo in Throno Sanctiſſimæ Trinitatis, ne crucieris ab his Maledictis.

Mox ſubiungat, eum benedicendo.

BEnedico † te creatura fidelis, & dilectiſſima, ſicut Deus benedixit Noe, & filios ſuos, ſicut benedixit † Abraham, Iſaac, & Iacob. Sicut benedixit † populum ambulantem in vijs, & mandatis ſuis. Benedico † te benedictione Sancta Domini, ſicut benedixit Dauid, & domum ſuam in æternum, ſicut Booz, qui miſeratus eſt Ruth: Sicut Salomon benedixit omni Eccleſiæ Iſraël, & in tranſlatione Arcæ fœderis Domini. Benedico † te, ſicut Sacerdotes Dei benedixerunt Iudith, ſicut benedicentes Deum † & gaudentes in pace, & charitate eius. Et ſicut Dauid † benedixit Abigail: Benedico † te tandem vt implearis benedictionibus Sanctis, quia bona, & optima eſt Creatio tua, Sanctiſque Sacramentis munita, vt ſecura ſis in tentorijs Iſraël, & in omnibus Tabernaculis Iacob ad diſſipandum inimicum tuum.

His dictis, ponat Exorciſta manus ſuper caput Dæmoniaci, & dicat.

MItis, atque feſtiuus Ieſu Chriſti aſpectus tibi hodie appareat; & ego inuoco nomen Sanctum ſuum ſuper te: vt hi corruant inimici in conſpectu tuo, ita vt, ſi per vnam viam ad te venerint, per ſeptem confuſi fugiant à facie tua. Et ſic Archangelus Michaël, qui militiæ Cœleſtis meruit.

Digitized by Google

meruit Principatum, tibi victoriam præstet : bonum afferat nuncium Gabriel : medicet tibi Raphael : Angelus Dei custos tuus te defendat, & tota Curia Cœlestis tibi subueniat. Pax Domini nostri Iesu Christi sit semper tecum, & bellum Diaboli non prævaleat aduersus te. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Deinde accipiat Sanctorum Reliquias, & ostendens, dicat.

ECce quorum societate Cœlum exultat, quorum patrocinijs Terra lætatur, quorum Triumphis Ecclesia Sancta coronatur, & quorum prælium, quantò in passione fuit fortius, tanto est clarius in honore, quia dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria : Sic, & tibi, charissime frater, horum communiones, hoste prostrato, cum Tropheis occurrant.

Mox superponens reliquias Demoniaco, dicat.

DO tibi competentia arma, frater mi in Christo Iesu, vt acerbum hostem expugnes.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus omnium Creator terribilis, & omnipotens, benignus, & misericors, qui solus es bonus, præstans auxilium, & liberans tribulantes de omnibus angustijs : Exaudi preces nostras pro hac Creatura tua, & respice eam à Diabolo oppressam, contemptam, & abominatam : Afflige quæsumus opprimentes eam, & in superbia contumeliam facientes. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Excitatio dæmonis ad Bellum cum Imperio dicenda.

OMaledicti, qui tulistis Dei virtutes omni spe, & salute priuati, quia hoc Templum Dei violastis, nunc in virga ferrea ad vos venit Dominus, & malum, quod perpetrastis contra nos, reuertetur in caput vestrum. Audi ergo tu Bestia, & ad bellum inchoatum accelera prædo, quia clamor Tubæ ad Altissimum iam peruenit, & splendidus Angelorum cœtus, vt manus tuas sanguine, & digitos iniquitate pollutos incidat, armatus assistit, & triumphator exercitus candidatorum Martyrum, vt pedes tuos vinciat ferreis catenis, paratus aduenit. Liliata rutilantium Confessorum Turma : vt astutias tuas peruersas refrænet, humilis occurit Iubilantium virginum Chorus, vt vos superbissimos disperdat, gladios bis acutos, & limatos iam euaginatos tenet, & Iudex cum Apostolorum senatu, vt labia tua, & operationes mendaces condemnet, iam paratus sedet. Ascende ergo ad linguam, vt audias pretiosa Domini, & ad interrogata secundum veritatem respondeas.

Cum ad linguam peruenerit Dæmon, ponat Stolam ad collum Dæmoniaci, & tres faciens nodos, dicat.

SIcut Dominus noster Iesus Christus, descendens de Cœlo apprehendit Draconem Serpentem antiquum, & ligauit cum catena magna, & mittens eum in Abyssum, clausit ne seducat gentes, & post mortem

Digitized by Google

perbia, ferocitate, & malitia ſua confidunt: Adiuua ergo me Domine, quia non in multitudine iniquitatis, & exercitus victoria belli, ſed de Cœlo fortitudo eſt. Et ne obſecro, permittas, vt hi tuam ſpernant dignitatem, & indignum ſeruum in oratione clamantem; Sed ſicut tuba aſcendat clamor meus in Throno tuo: & ſic intercedentibus omnibus Sanctis, exaudiatur oratio mea in confuſione quærentium Animas noſtras. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Præparatio ad armandum Damoniacum; cum pietate, & lachrymarum compunctione dicenda.

LÆtare in Domino creatura Dei, quoniam per multas tribulationes, & anguſtias veri amici, & filij Dei efficimur; Sic, & tibi per hos cruciatus Dæmonum aduenier. Nam triſtitia tua, Deo miſerante, conuertetur in gaudium, & Regnum Cœli adipiſceris.

Deinde ſignans eum in fronte, in corde, & in pectore, dicat.

ACcipe, cariſſime frater: ſignum † Sanctæ Crucis: Sume ſcutum fidei, vt liberet te à cruciatu Ieſus Chriſtus, qui pro te de Cœlo deſcendens, in ligno Crucis mori dignatus eſt. Et ego munio te ad prælium vexillo † Sancto ſuo, in amore Dei Patris, ne præualeant aduerſum te maligni. Liberet te ab hoc Dracone Ieſus † Chriſtus, qui pro te propria virtute reſurrexit à mortuis: Et ego corroboro cor tuum † in brachio Spiritus Sancti, ne circumueniant te tyranni. Liberet te † ab operibus Sathanæ, & Miniſtrorum eius Ieſus Chriſtus, qui ſedens ad dexteram Patris, pro te aduocatus factus eſt, & ego viſcera tua † claudo in Throno Sanctiſſimæ Trinitatis, ne crucieris ab his Maledictis.

Mox ſubiungat, eum benedicendo.

BEnedico † te creatura fidelis, & dilectiſſima, ſicut Deus benedixit Noe, & filios ſuos, ſicut benedixit † Abraham, Iſaac, & Iacob. Sicut benedixit † populum ambulantem in vijs, & mandatis ſuis. Benedico † te benedictione Sancta Domini, ſicut benedixit Dauid, & domum ſuam in æternum, ſicut *Booz*, qui miſeratus eſt Ruth: Sicut Salomon benedixit omni Eccleſiæ Iſraël, & in tranſlatione Arcæ fœderis Domini. Benedico † te, ſicut Sacerdotes Dei benedixerunt Iudith, ſicut benedicentes Deum † & gaudentes in pace, & charitate eius. Et ſicut Dauid † benedixit Abigail: Benedico † te tandem vt implearis benedictionibus Sanctis, quia bona, & optima eſt Creatio tua, *Sanctiſque* Sacramentis munita, *vt ſecura ſis in* tentorijs Iſraël, & *in omnibus* Tabernaculis Iacob *ad diſſipandum* inimicum tuum.

His dictis, ponat Exorciſta manus ſuper caput Damoniaci, & dicat.

MItis, atque feſtiuus Ieſu Chriſti aſpectus tibi hodie appareat; & ego inuoco nomen Sanctum ſuum ſuper te: vt hi corruant inimici in conſpectu tuo, ita vt, ſi per vnam viam ad te venerint, per ſeptem confuſi fugiant à facie tua. Et ſic Archangelus Michaël, qui militiæ Cœleſtis meruit.

Digitized by Google

meruit Principatum; tibi victoriam præstet: bonum afferat nuncium Gabriel: medicet tibi Raphael: Angelus Dei custos tuus te defendat, & tota Curia Cœlestis tibi subueniat. Pax Domini nostri Iesu Christi sit semper tecum, & bellum Diaboli non prævaleat aduersus te. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Deinde accipiat Sanctorum Reliquias, & ostendens, dicat.

ECce quorum societate Cœlum exultat, quorum patrocinijs Terra lætatur, quorum Triumphis Ecclesia Sancta coronatur, & quorum prælium, quantò in passione fuit fortius, tanto est clarius in honore, quia dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria: Sic, & tibi, charissime frater, horum communiones, hoste prostrato, cum Tropheis occurrant.

Mox superponens reliquias Demoniaco, dicat.

DO tibi competentia arma, frater mi in Christo Iesu, vt acerbum hostem expugnes.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus omnium Creator terribilis, & omnipotens, benignus, & misericors, qui solus es bonus, præstans auxilium, & liberans tribulantes de omnibus angustijs: Exaudi preces nostras pro hac Creatura tua, & respice eam à Diabolo oppressam, contemptam, & abominatam: Afflige quæsumus opprimentes eam, & in superbia contumeliam facientes. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Excitatio dæmonis ad Bellum cum Imperio dicenda.

OMaledicti, qui tulistis Dei virtutes omni spe, & salute priuati, quia hoc Templum Dei violastis, nunc in virga ferrea ad vos venit Dominus, & malum, quod perpetrastis contra nos, reuertetur in caput vestrum. Audi ergo tu Bestia, & ad bellum inchoatum accelera prædo, quia clamor Tubæ ad Altissimum iam peruenit, & splendidus Angelorum cœtus, vt manus tuas sanguine, & digitos iniquitate pollutos incidat, armatus assistit, & triumphator exercitus candidatorum Martyrum, vt pedes tuos vinciat ferreis catenis, paratus aduenit. Liliata rutilantium Confessorum Turma: vt astutias tuas peruersas refrænet, humilis occurit Iubilantium virginum Chorus, vt vos superbissimos disperdat, gladios bis acutos, & limatos iam euaginatos tenet, & Iudex cum Apostolorum senatu, vt labia tua, & operationes mendaces condemnet, iam paratus sedet. Ascende ergo ad linguam, vt audias pretiosa Domini, & ad interrogata secundum veritatem respondeas.

Cum ad linguam peruenerit Dæmon, ponat Stolam ad collum Dæmoniaci, & tres faciens nodos, dicat.

SIcut Dominus noster Iesus Christus, descendens de Cœlo apprehendit Draconem Serpentem antiquum, & ligauit cum catena magna, & mittens eum in Abyssum, clausit ne seducat gentes, & post mortem

Digitized by Google

deſcendens ad inferos, confregit portas æreas, & deſtruxit ſuperbiſſimum Luciferum, eiuſque ſequaces, ſic ego hac ſacra Stola ligo te, quæ tanquam circulus in naribus, & funis in lingua tua ſit circumuoluta manibus meis, vt in virtute paſſionis, & Crucis Domini omnibus præceptis meis obedias. In nomine † Patris, & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Et tenens manu crucem, præcipiat Dæmonibus, auxilium præſtantibus.

PRæcipio vobis, Temerarij Dæmones, qui datis, vel daturi eſtis adiutorium iſtis Dæmonibus, vexantibus hoc plaſma Dei, ex parte Sanctiſſimæ Trinitatis, totiuſque Curiæ Cœleſtis, quatenus nullum ſuccurſum, vel fauorem ſeu quouis quæſito colore præſtetis his Maledictis vexantibus hanc Ieſu Chriſti creaturam, ſanguine precioſo redemptam. Sed ſtatim, tanquam ſtipula, quæ à vento rapitur, fugiatis, & eatis ad loca vobis deputata à Deo, ſub pœna detruſionis in omnibus cruciatibus inferni, illico incurrenda. Ecce ſignum Crucis † æternæ confuſionis, & maledictionis veſtræ, in fugam abite præcipites, ſicut Exercitus Holopherni, & eo modo, quo cecidiſtis de Cœlo, Nam vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Præceptum dæmonibus vexantibus faciendum.

VObis autem Dæmones, hanc Dei Creaturam auſu temerario cruciantibus ſub eiſdem pœnis præcipio, vt nihil penitus dicatis, nec faciatis, niſi quantum fuerit à Deo, & à me ſpecialiter conceſſum, & exeuntes ab ea, detis ſignum vobis ab Exorciſta impoſitum, & relinquatis eam, & omnem Creaturam illæſam, vt laudem reddere poſſit Deo Redemptori ſuo. Cui laus, & honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Præceptum lucifero, cateriſque Primatibus faciendum.

PRæcipio quoque tibi Lucifero, omnibuſque vobis Dæmoniorum Primatibus, & præcipue horum infernalium porcorum inimicis, in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris † & Filij, † & Spiritus Sancti. † Sub eiſdem pœnis illicò incurrendis, vt tanquam iuſtitiæ Diuinæ Miniſtris, cum omni impetu, & ira, in caſu inobedientiæ, ſuper hos omnes, quaſi cœdentes ligna, veniatis, cogatiſque eos ad veſtrum omnium confuſionem, meis obedire præceptis. Aliter, virtute Diuina, ſtatim in Barathro cruciemini. Amen.

Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui in verbo tuo *ſuperbos* confundis ſimul; & *inobedientes*, & cui nullum latet ſecretum: Suppliciter deprecamur omnipotentiam tuam, vt omnia per me in nomine tuo, acta comprobare digneris; & hos rebelles omnes ſub præceptis comprehenſos, in caſu inobedientiæ nullatenus abſoluas. Sed in rigore Iuſtitiæ tuæ excrucies. Per Ieſum Chriſtum filium tuum, & Dominum noſtrum. Amen.

[Hoc loco genua flectentes omnes in Spiritu aliquantulum orent, Deum deprecantes, vt per paſſionem Filij ſui omnia

Digitized by Google

omnia per nos hucusque acta comprobare dignetur. Oratione verò completa, surgat Exorcista, astantibus imponens, vt vnusquisque secundùm propriam deuotionem sine intermissione oret. Ipse verò in fide, & simplicitate, semper corde orans voce mediocri distinctè incipiat conjurationem.]

EXORCISMVS I.

Post Orationem mentalem dicendus, qui dicitur virtus.

DEus † in adjutorium meum intende.
Domine ad adjuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.
Oremus.

DEus, qui per vnigenitum Filium tuum, excluſa dominatione Diaboli, populum tuum fide corroborasti, expelle quæsumus Domine ab hac creatura tua cunctas diabolicas insidias, nec patiaris eam oppressione eius, vel vexatione fatigari, quam eiusdem Domini nostri filij tui pretioso sanguine redemisti. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic ponat manus super caput obsessi, & dicat.

EXORCISMVS.

EXorcizo te N. creaturam Dei infirmam, sed sanguine Redemptoris ablutam, per placabilitatem Dei Patris, per aduocationem filij, & per donum altissimum Spiritus sancti, vt sias creatura purgata, nec communis vlli Spiritui immundo, Sed purgatio, & sanctificatio Dei. Da honorem ergo viuenti, atque regnanti Patri, † & Filio, † & Spiritui † sancto. Qui te ad suam sanctam Imaginem creare, & ad suam vocare gloriam dignatus est, vt à te fugiat omnis Spiritus immundus, adjuratus per eundem Deum Trinum, & vnum, in sæcula regnantem, & venturum iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.
Oremus.

RElpice Domine Deus hanc creaturam tuam, & ab ea cunctam Diaboli repelle nequitiam; vt lumine tuæ claritatis, & misericordiæ illustrata, atque liberata dignas tibi referat grarias. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

His dictis, aspergat creaturam obsessam, seipsum, & Astantes aqua benedicta. Quod seruandum est in omnibus Exorcismis: Deinde eleuatis ad Cælum oculis dicat.

DEus † sit nobiscum in hoc opere sancto, & Angelus bonus assistens cuncta benè disponat, vt cum gaudio hæc Dei creatura, remaneat libera. Amen.

Recede maledictus Sathana, in nomine sanctissimæ Trinitatis Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. Nam coniuro † te, & omnes tuos sequaces, ac tibi fauentes per sanctum timorem Domini, initium sapientiæ, in quo perseuerantes animæ gaudium sempiternum inueniunt. Quia timor Domini, & amor proximi charitas est, & qui charitatem habet, Deum habet, & qui Deum habet per gratiam, Templum Dei, & habitaculum Spiritus sancti efficitur. Coniuro

iuro † vos per diuinas Scripturas, quibus animæ noſtræ refectæ fulgebunt, ſicut Stellæ perpetua æternitate in Cœleſti Patria, vbi Sanctorum affines, & Angelorum Socij efficiemur, & ſemper Chriſtum Regem nobiſcum habebimus. Coniuro † vos, per Sanctam amicitiam, per quam in mutua dilectione inuicem onera portamus, vt adimpleamus legem Chriſti, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo; Sed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis: peccata noſtra ipſe portauit, vt nos Deo Patri amicitiam reconciliaret. Coniuro † vos, per ſanctam puritatem conſcientiæ, quæ vermem conſcientiæ excludit, & à carcere doloris liberat Animam, & ab omni immunditia purgat mentem, hæc namque dicitur mens ſancta, Paradiſus deliciarum variis bonorum operum virgulis conſitus, & virtutum floribus decoratus, ſuauiterque Cœleſti gratia irrigatus: Paradiſus, in quo plantatur lignum vitæ, ac Cœleſtis ſapientiæ, animarum conuiuium; Thalamus Dei, Palatium Chriſti, habitaculum ſancti Spiritus: Thronus Salomonis: lectus Sponſi Cœleſtis, in quo ipſa conſcientia bona optimè delectatur, & cum Sponſo ſuo requieſcit. Coniuro † vos, per ſanctam hoſpitalitatem, Angelorum amicam, Charitatis ſororem, & Humilitatis coronam, per quam, non ſolum Angelos, ſed etiam ipſum Deum, aliquando recipere meremur. Coniuro † vos, per ſanctam pietatem, per quam dimittentes vitia, & omnia derelinquentes propter Chriſti amorem, ad eius perfectionem, per humilitatem, & ieiunium, eleemoſynas, & patientiam, & charitatem, & in bonorum operum perſeuerantiam peruenimus. Coniuro † vos, per ſanctam Religionem Apoſtolicam corde, & opere ab hoc mundo ſegregatam, quæ percutit Duces Moab, interficit Satrapas, & Tyrannos Hieruſalem, & Ægyptiorum Hypocritas vulnerat ad mortem. Coniuro † vos, per ſanctam obedientiam, cum qua omnia plena charitate reperiuntur, hæc namque eſt illa venerabilis virtus, quæ ſacrificio præponitur, Scala eſt Cœli, & obſeruatio inferni, hæc concordiam conſeruat in Angelis; humilitatem, & pacem nutrit; patientiam probat, & manſuetudinem excitat per quas Familiæ reguntur, & Reſpublicæ conſeruantur. Hæc eſt omnium fidelium ſalus, & cuſtodia omnium virtutum, quæ & filium Dei ad Terram deſcendere fecit, vt Patri reconciliaret genus humanum. Coniuro † vos, per ſanctam paupertatem, per quam Cœleſtis acquiritur hæreditas, & quæ ſponſa dicitur Chriſti, ſanctorum poſſeſſio, Beatorum vita: fidelium ſecuritas, clericorum ornamentum, Monachorum facultas, Nobilium pulchritudo, & diuitum magnificentia; de qua ſcriptum eſt; Beati pauperes Spiritu; quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. Coniuro † vos, per ſanctam Caſtitatem, quæ humilium eſt exaltatio, ornamentum nobilium, & ignobilium nobilitas; Solamen mœrentium; Decus Sanctæ Religionis, & multiplicatio meritorum; Hæc Dei amica eſt, & Angelorem cognata; Patriarcharum vita, & Prophetarum corona; Apoſtolorum Cingulum; Martyrum auxilium; Confeſſorum vehiculum: Virginum Speculum; Viduarum refugium; cunctorumque bonorum gaudium, & ſolamen: Sine qua opera noſtra nihil

Digitized by Google

nihil valent: Et tandem hæc illa eſt, quæ nos Deo commendat, Angelos facit, & ſupra æthera volando nos conducit. Coniuro † vos, per Sanctam Vitam ſolitariam, de qua, tanquam à Paradiſo, flumina ſapientiæ, & veritatis, continentiæque, & caſtitatis exeunt, & in qua Deus delectatur ſicut in ſummis diuitiis: & quæ eſt tanquam Vinea Noe, in medio Paradiſi ſita, Chriſti ſanguine redempta, irrigata: quam Vitam ſolitariam vos hæreticorum Paſtores, velut Apri de Sylua, eius ſepem comburere, gyrum lapideum ſupplantare, fructus, vites, & flores incidere, zizaniam in virtutum planitie ſeminare, & coaceruare quæſiuiſtis, Sed cum eſſet Dei virtute circundata, minime potuiſtis. Coniuro † vos, per Sanctam contemplationem, per quam æterna vita, ſecura, & vera deſignatur: Quia fœlicitas noſtra nil aliud eſt, quam Deum videre, Deum habere, & Deum contemplari. Coniuro † vos, per Sanctum Silentium, per quod fugimus detractiones, murmurationes, proditionis venenum, diſcordias, rixas, fabulas, mendacia, multáque alia pericula; & per quod lingua pretioſa fit, niſi diuina verba proferens, & Cæleſtia ſemper erumpens eloquia. Coniuro † vos, per ſanctam perſeuerantiam, qua laureantur Martyres, Virgines coronantur, Confeſſores & Sacerdotes ſublimantur: Hæc eſt, quæ informat meritum, colorat propoſitum iuſti; præmiat currentem, Coronat legitimè pugnantem, & ducit ad brauium: cunctóſque conducit ad portum. Hæc, dico, eſt tunica talaris Sancti Ioſephi vſque ad Terram contingens, tunica Sacerdotalis vſque ad pedes perueniens; Calcaneum bonæ operationis, quod contra Serpentis morſum debemus præmunire. Coniuro † vos, per ſanctam Lachrymarum compunctionem, quæ nos exules Patriæ Cæleſtis hæredes conſtituit: & depoſita corruptibili veſte, intrantes Cœleſtem Hieruſalem, Sanctis Angelis nos aſſociat: de qua loquebatur Dominus, dicens. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: In vera enim contritione, & cordis humiliatione naſcitur ſpes veniæ, reconciliatur perturbata conſcientia, reparatur perdita gratia, tutus fit homo à futura ira, & occurrunt ſibi mutuò in oſculo Sancto Deus, & pœnitens Anima. Hæc eſt ſanitas Animarum, remiſſio peccatorum, ſacrificium ſpirituale, per quod flagellum Dei mutatur. Hæc mentem purgat, intentionem fœcundat, confeſſionem irrigat, motus illicitos extinguit, & mundum deſpicere in cunctis facit. Hæc eſt vitalis Nauicula, per quam naufragiis ad portum Salutis redit: aqua ſalutaris, & per quam omne peccatum deſtruitur: Fœlix lauacrum pœnitentiæ, quod toties valet ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum: verba Cœleſtis illius fullonis eſt, qua veſtes ſeruorum ſuorum deturpatas, à ſorde quotidie purgat: & Cœleſte Nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum, peccatorum maculas abſtergit: & tandem dulcis lachryma eſt, paſſionis Ieſu Chriſti ſocia facta. Coniuro † vos per ſanctam Vigilantiam ad quam Apoſtolorum Princeps de noſtra ſalute ſolicitus, nos dulciter admonet, dicens: Vigilate fratres quia Aduerſarius veſter diabolus, quærit quem deuoret: & per quam ocioſitate contempta, cunctis bonis ornamur; & tandem,

dem, in Cœleſti Patria reficimur. Coniuro † vos, per ſanctam Fortitudinem, quam, ſi quis amplexus fuerit, fortunæ iacula non timet; in tribulatione diuitias, & delicias ſpirituales inuenit: carcerem contemnit, Crucem non metuit, aculeum amplectitur, vincula optat, ad mortem currit tormenta deſpicit, & in qua omnes Sancti Martyres, licet decoriati, aſſati, combuſti, dilaniati, & in cunctis membris diuerſimodè afflicti fuerint, nunquam mente deiecti ad Chriſtum triumphantes volarunt. Coniuro † vos, per ſanctam patientiam, quæ omnia aduerſa, non colluctando, ſed ſufferendo; non murmurando: ſed in omnibus gratias agendo, vincit: Ipſa eſt, quæ fecem totius voluptatis abſtergit, & lympidas animas Deo reddit: Hæc Nauis eſt, quæ ad portum cunctos ſuos transfretantes perducit: per hanc dico, Diabolus conculcatur, & omnes eius iniquitates merguntur in profundum. Coniuro † vos, per ſanctam Prudentiam, quæ tam in ſecundis, quàm aduerſis nos eoſdem ſemper manere, & quæ tenenda, fugiendáve nobis ſint, docet, præſentia ordinat; præterita recordatur, & futura prouidet: vt Diabolo illudente, vmbras rerum mutabilium fugere poſſimus. Coniuro † vos, per Sanctam Iuſtitiam, quæ non crudelitate inflammatur, non amore pecuniæ emollitur, nec timore relaxatur, nec ad dexteram molliendo iudicium, nec ad ſiniſtram exaſperando ſupplicium, ſed in Chriſti nomine, & certitudine veritatis reddit vnicuique, quod ſuum eſt. Per hanc pudicitia regnat, pax triũphat, & ſecuritas: Dignitas floret, & fructum affert in patientia, medicinaque tandem eſt vitiorum, & antidotum peccatorum. Coniuro † vos, per Sanctam Pacem, cuſtodiam omnium virtutum, quam in natiuitate Ieſu Chriſti Angeli annunciauerunt, & ipſe in Cruce pendens poſtulauit, & pro teſtamento Apoſtolis ſuis, tanquam ſummum bonum, reliquit. Hæc botros malarum cogitationum euomit; mentem fluctuantem illæſam reſeruat: Hæc eſt ſerenitas mentis, animi tranquillitas, cordis ſimplicitas, amoris vinculum, charitatis conſortium; bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles exaltat, diſcordes concordat, inimicos reconciliat: Hæc illa eſt, ſine qua Reges non regunt, nec Regna valent: eam fulmina principum deſtruere, inſultuſque Dæmonum nequaquam lædere poſſunt: Imò veſtras ô Dæmones extinguit tempeſtates. Benedictus eſt, qui Pacem amat, & in ſæcula ſæculorum maledictus, qui eam odit. Coniuro † vos, per Sanctam Humilitatem, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, Cœlos innouauit, mundum purificauit, Paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Hæc filium Dei carnem in vtero Beatæ Mariæ Virginis ſuſcipere *fecit*, & eum corporaliter *flagellari; conſpui*, colaphis cædi, *ſpinis coronari, clauis* perforari, & *tandem in* Cruce mori permiſit. Hæc ergo tanto facit nos apud Deum ſublimiores, quantò fuerimus ante oculos noſtros humiliores. Quia qui humilis erit, & exaltabitur in gloria. Coniuro † vos, per Sanctam Diligentiam, Matrem in vnoquoque opere bono; per quam ſemper oleum bonorum operum habentes, veniente Sponſo ad nuptias, gaudentes ingredimur. Coniuro † vos, per Sanctam Miſericordiam, quæ Chriſtum incarnari fecit, noſtræque miſeriæ ſubiecit, & nos de exilio ad eius Regnum erexit. Sola hæc eſt, quæ ad Deum hominem, & ad hominem

Digitized by Google

minem Deum perducit; Testamentum nouum illuminat, & veteris vigorem extenuat. Hæc est qua Moyses aquas dulcorauit, Sal, quo Helisæus aquarum sterilitatem sanauit, & farina, qua mortem, quæ in olla erat, extirpauit; oleum, quod Samaritanus infudit vulnerato, aqua Iordanis, qua curatur lepra Naaman Syri; & qua omnes fideles in sanguine Iesu Christi, perueniunt ad cœlicem Patriam. Coniuro † vos, per Sanctam Orationem, quæ est deitatis Scala, columna sanctarum Virginum, Viduarum maritus, Coniugatorum leuamen, Angelorum cognata, Dæmonum expulsio, fundamentum fidei, Monachorum Corona, Beatus est, qui eam amat, sed beatior, qui eam frequentat, beatus qui eam altringit, sed beatior qui in ea perseuerat. Et tandem beatus qui in ea lachrymas fundit. Quoniam holocaustum sanctum, & immaculatum est Deo, vt digni eius gratia efficiamur. Coniuro † vos per sanctum Ieiunium, quod debita satisfactio est cunctorum membrorum; opus Cœleste; Ianua Paradisi, & futuri sæculi forma: per quod prosternuntur vitia, augentur virtutes, humiliatur caro, Dæmonia eiiciuntur, & diabolicæ deuincuntur insidiæ: diuina Mysteria panduntur, præteritorum fit recordatio, præsentia ordinantur, & futura præuidentur. Coniuro † vos, per sanctam Eleemosynam, quæ emundat peccata, thesaurizat fundamentum bonum, & interpellat pro nobis Dominum: & quod pauperibus datur ipsū integrè; Imò & centuplum in veram, & æternam vitam possidetur. Coniuro † vos, per sanctam Fidem Christianorum, per quam ab renunciantes diabolo, & pompis eius, Filij Dei in eius passione efficimur, credentes Deum trinum, & vnum, qui non minoratur in singulis, nec augetur in tribus, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia sunt: & in sinu Sanctæ Matris Ecclesiæ morientes, vobis confusis, saluamur. Coniuro † vos, per sanctam Spem, quæ expectantibus gratiam infundit, ipsósque illuminat, & reficit; in charitate latitudinem extendit vsque ad inimicum, & altitudinem ponit, vt in ea perseueremus vsque ad mortem: per hanc Pupilli, & Orphani plangentes sperant ridere, pauperes confidunt gaudere, & peregrini ad terminum, & laboris finem sperant peruenire. Coniuro † vos, per Sanctam Charitatem, perfectionis vinculum, finem præceptorum, & dulcedinem omnium bonorum; qua diligimus, Deum super omnia, & proximum sicut nosmetipsos: & propter quam de multis animabus fit anima vna, & cor vnum in Christo Iesu Domino nostro, in vestem inconsutilem figurata, in qua, tandem nos radicati, comprehendimus cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & profunditas. Coniuro † vos, per Sanctam Veritatem, lucem splendentem, quæ merces, & promissiones magnas valde nobis promittit, quia discipulos Domini, & à Dæmonum erroribus liberos nos facit. Ad vestram omnium confusionem, & supplicium Dæmones maligni, & mendaces, mendaciorum alumni; Imò signatum super nos lumen vultus Domini, ad ipsam veritatem contemplandam nos conducit in æternum. Coniuro † vos tandem, per omnes Sanctas virtutes, per quas renunciantes Sathanæ, Mundo, & Carni, damnosam hæreditatem euadimus, & in cœlicem Patriam ingredimur ad satiandum bonum desiderium nostrum in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

Ergo maledicte Sathana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius, cum tua victus inuidia tremens, gemensque diſcede, nihil ſit tibi commune cum creatura Dei, iam Cœleſtia cogitante: Da igitur honorem aduenienti Spiritui Sancto, qui ex ſumma Cœli arce deſcendens perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte ſanctificatum hoc ſuum Templum, & habitaculum perfecit, vt ab omnibus penitus noxiis hæc creatura fidelis liberata, gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen Sanctum eius in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXORCISMVS II.
Sanctorum Patrum veteris teſtamenti.

DEus † in adjutorium meum intende.
Domine † ad adjuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PAteant aures miſericordiæ tuæ precibus noſtris: & ſicut liberaſti Noe ab aquis Diluuij. Loth de ſubuerſione vrbium, Ioſeph de manibus fratrum, & populum Iſraelem à ſeruitute Ægypti: Sic hanc creaturam tuam, intercedentibus omnibus Patriarchis, & Iuſtis, ab infeſtationibus Dæmonum liberare digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic ſuper caput infirmi manus imponat, & dicat:

EXORCISMVS.

EXorcizo † te N. Creaturam Dei infirmam, per Deum † totius bonitatis creatorem, per charitatem † Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per clementiam † Spiritus Sancti; vt efficiaris Templum Dei viui, & habitaculum Spiritus Sancti, & medicina, perfecta † ſanctificata † & benedicta † permanens in viſceribus tuis, ad extirpandam omnem virtutem Aduerſarij, ad fugandam omnem incuſionem Sathanæ, & ad radicandum omne phantaſma adiuratum, per eum, qui cum Patre, † & Spiritu Sancto † viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis, ad *inuocationem* Sanctiſſimi nominis *tui* benignus aſſiſte, & N. famulam *ſanitati* donatam dextera tua *erigas, virtute* confirmes, poteſtate *tueatis*, atque Eccleſiæ tuæ *Sanctæ* cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic aſperſa aqua benedicta, eleuatis oculis apprehenſáque coma capitis Dæmoniaci, dicat.

CONfirma me Deus Iſraël, & reſpice ad opera manuum mearum: vt hic Draco: in verbo tuo confuſus recedat.

Conti-

CONIVRATIO.

FVge ſpurciſſime Sathana, in nomine Dei Patris,† & Filij,† & Spiritus† Sancti : Nam Coniuro te, † cauſa maledicti homicidij, vt fine læſione huius Creaturæ, ac fidelium omnium, in fugam vnà cum omnibus ſequacibus, & tibi fauentibus, & opitulantibus, præceps fugias, per Sanctum Abel, qui in vita fuit innocens, in obedientia ſummus, in ſacrificijs Deo placens, in morte patiens : & in tua confuſione primus Coronam martyrij adeptus eſt. Diſſipo † te, totius vniuerſi deſtructor, per Sanctum Noe, ſecundum reſtauratorem Orbis, qui, cum factum eſſet Diluuium, & deleret Dominus iniquitates tuas, inuentus eſt perfectus, & iuſtus : & non corruit turbulenti Diluuij fluctibus, nec fragores ventorum, vel murmura Cœli expauit : geſtabatur hic per procellas, nec mergebatur ; Serpentibus ſociebatur, & beſtiis, nec terrebatur. Ejicio † te, primus Dei hoſtis, & eius Majeſtatis contemptor, per Sanctum Melchiſedech, qui fuit Rex Salem, Sacerdos primus Altiſſimi, Pater Patrum Prophetarum, & Apoſtolorum origo, & prius panem, & vinum Deo obtulit. Conſtringo † te Apoſtata, per Abraham Patrem multarum gentium, qui in præceptis fuit obediens, credulus in promiſſis, pauper in Patria, in exilio locuples, in prælijs victorioſus. Qui, in typo Trinitatem vidit, & vnitatem in myſterio veneratus eſt : Et tandem non eſt inuentus ſimilis illi in gloria : conſeruauit legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo ; & in tentatione inuentus eſt fidelis. Expello † te inobedientiſſime, per Iſaac, qui ſemen æternum vocatus eſt ; proptérque timorem Dei eò vſque detulit honorem Patri, vt ferens ligna ſuper montem ad Aram ſponte ſacrificandus acceſſerit ; atque in figuram Chriſti mortem non recuſauerit, benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & Teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput Iacob : Maledico † te, maledicte, & dejecte de Paradiſo, per ipſum Iacob dilectum Matri, qui accipiens lapides, & ſupponens capiti ſuo, ac dormiens, in ſomnis vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, & illius cacumine pertingentem Cœlum : Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam : & Dominum innixum Scalæ, dicentem ſibi, Ego ſum Deus Abraham Patris tui, & Deus Iſaac, Terram in qua dormis tibi dabo, & ſemini tuo : Eritque ſemen tuum, quaſi puluis terræ, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septemtrionem, & Meridiem ; & benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ : Et ero cuſtos tuus quocunque perrexeris ; & reducam te in terram hanc, nec dimittam, niſi compleuero vniuerſa, quæ dixi. Improbo † te, inuidiſſime, & libidinoſe, per Ioſephum benedictum in primogenitum ab Iſraël, qui à fratribus venditus, & Dominæ ſuæ libidini nequaquam conſentiens, in carcerem detruſus eſt. Et tandem in interpretatione ſapiens, cum honore magno eſt liberatus, inque futurorum conſilio prudens, ac pro malo, bonæ retributionis gratiam reddens, magnificauit populum Dei valde nimis. Confundo † te, dejecte à gratia Dei, per Moyſen, qui fuit Dux, & Propheta in Iſraël ; & pro ſalute populi, non minas, non tela timuit ; Sed eius virgam contra dracones extulit, & plagis maximis Regis Imperium percuſſit,

cuſſit, ſpoliauítque Ægyptios, & trajectis per medium Mare populis, hoſtes operuit fluctibus, & eremi pandens iter, mirabilia operatus eſt, vt opera tua nefanda diſſiparet: Et tandem aſcendens verticem montis Sinai legem ſanctam accepit, & loquutus eſt Dominus facie ad faciem; magnificauítque eum Dominus in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit, & oſtendit illi gloriam ſuam. Flagello † te, Deriſio totius Angelicæ Naturæ, per Aaron excelſum Sacerdotem, primum in lege, Deo ſimilem; quem Dominus beatificauit in gloria, & circumcinxit eum Zona ſuſtitiæ induit Stola gloriæ, & coronauit eum in vaſe virtutis; qui & futuram Chriſti paſſionem, per hoſtiam, & ſanguinem victimarum expreſſit. Deprimo † te, ejecte à ſocietate Angelorum Dei, per Phineem, Filium Eleazari tertium, & gloriam: qui in bonitate, & alacritate animæ ſuæ placuit Deo Iſraël, & dedit ei Dominus pacem fœderis ſui; Quæ zelatus eſt pro Deo ſuo. Proſterno † te, omnium rebellionum caput, & origo, per Joſuë ſucceſſorem Moyſi, magnum ſecundum nomen ſuum, & maximum in ſalutem electorum Dei, qui inuocauit Altiſſimum, & Sol ſtetit, ita vt, vnus dies facta eſt quaſi duo, perdens, ac diſſipans membra tua; & Iordanis curſum ſtare fecit, vt hæreditatem Iſraël introduceret in terram promiſſionis, manantem lacte, & melle, eámque ſorte diſtribuit, hoſtes percuſſit, Chananæorum Regna euertit, Reges extinxit, vt ſcias, nefande, quia contra Dominum pugnare non eſt facile. Confringo † te, Suſurro, per Caleb, qui ſtetit contra hoſtem prohibere gentem à peccatis; & perfringere murmur malitiæ, cui dedit fortitudinem Dominus; & ſemen ipſius obtinuit hæreditatem, vt viderent omnes filij Iſrael, quia bonum eſt obſequi Sancto Deo. Diſperdo † te, Deſtinate ad ignem æternum, per dilectum Dei Samuelem, ab ipſis incunabilis Deo conſecratum, qui vnxit Principes in gente ſua, & vidit Deum lucis, in inuocatione Dei omnipotentis, occurrerunt nubilia, effuſi ſunt imbres, & oppugnauit hoſtes circumſtantes vndique, in oblatione viri inuiolati. Interimo † te, Fili perditionis, per Sanſonem filium promiſſionis, liberatorem Iſrael, & omnium fortiſſimum; qui fugientem necauit Leonem, fauumque ab ore mortui tulit; feras portarum humeris tollens, in vertice montis impoſuit: vulpium caudis igne admoto, totam regionem Philiſtinorum ſuccendit: maxilla Aſini vinctis funibus mille viros peremit: vincula, vt lanea fila, diſrupit: & oculis effoſſis, concutiens columnas Templi, hoſtes oppreſſit. Comprimo † te, impœnitens peccator, per Dauidem Prophetam à Deo in Regno vocatum; qui ſaxo, & funda dejecit exultationem Goliæ, & exaltauit cornu gentis ſuæ, contriuit inimicos vndique, & extirpauit Philiſtæos contrarios in æternum; Leonem, & Vrſum ſine gladio interfecit; ad pœnitentiam pronus fuit, & ſuauitate ſuæ Cytharæ immundum Spiritum à Saule depulit. Subjicio † te, ignorantia plene, per Salomonem, qui quaſi flumen impletus eſt ſapientia; ita vt totus orbis miraretur: quique reuelauit Eccleſiæ Sacramenta, & ſubjecit illi Deus omnes hoſtes, vt conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem in ſempiternum. Contorqueo † te, Angele nigerrime, per Eliam, cuius verbum, quaſi facula ardebat,

Digitized by Google

debat, mortuum ſuſtulit ab Inferis clauſit Cœlum imbribus, & iugiter vſque ad ſtatutum tempus pluuiam fecit manare. Hidria farinæ non defecit, & Vas Dei non eſt diminutum Viduæ, quæ cum eo miſericordiam fecerat. Duos quinquagenarios igne cœleſti illicò combuſſit: Idem dejecit Reges ad perniciem, & contregit facilè potentiam eorum, & denique receptus eſt in Turbine ignis in Curru equorum igneorum: venturúſque eſt in vltimo aduentu, pronunciaturus Chriſtum, & virtutibus, & prodigiis magnis præcipitabit Antichriſtum. Torqueo † te, fœtida beſtia, per Eliſæum clamantem; Pater mi, Pater mi, Currus Iſraël, & Auriga eius: qui glorificatus gemino Eliæ ſpiritu, Iordanis vndas retro conuertit: ad fœcunditatem aquas ſteriles perduxit; pueros ſibi inſultantes deuorandos beſtiis tradidit; mortuos reſuſcitauit, & mirabilia operatus eſt. Diſſipo † te, Hæretice; per Ezechiam, qui fortiter iuit per viam Dauid Patris ſui, & placuit Deo, in cuius diebus retrò rediit Sol, & addidit Dominus Regi vitam. Condemno † te, Spiritus impie, & abominande; per Ioſiam, cuius memoria in omni ore, quaſi mel dulceſcit: qui eſt directus diuinitus in pœnitentia gentis: & tulit abominationes impietatis, & in diebus peccatorum pietatem corroborauit. Fugo † te, Ianua Inferni: per Zorobabel, & Ioſuë filium Ioſedech, qui in diebus ſuis ædificauerunt Templum Sanctum Domino paratum, in gloriam ſempiternam. Ejicio † te, Spiritus præcipitate in pœnam æternalem, per Simonem Oniæ filium, Sacerdotem magnum, qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à perditione: qui, quaſi Stella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena, in diebus ſuis eluxit: & quaſi Sol refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus Veris, & quaſi Lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi Thus ſine igne ardens & redolens, in diebus Æſtatis; quaſi ignis effulgens, quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo; quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens, in accipiendo ipſe Stolam gloriæ, & veſtiendo ſe conſummationem virtutis. Ligo † te, in deſerto, latro: per Tobiam timentem Deum, qui, dum opera miſericordiæ exerceret, in cæcitate luminibus caruit, & poſt tenebras reſeratis oculis, lumen claritatis recipere promeruit, ac benedicens Domino dixit; Magnus es Domine in æternum, & in omnia ſæcula Regnum tuum: Quoniam, tu flagellas, & ſaluas: deducis ad Inferos, & reducis, & non eſt qui effugiat manum tuam: Nam ipſe caſtigas nos propter iniquitates noſtras, & ſaluabit nos propter miſericordiam tuam.

Percutio † te, omnium virtutum deſtructor, per Iudith, quæ pro ſalute populi in cinere, & cilicio, in jeiunio, & oratione necauit dormientem Holofernem, clamans ad Dominum. Confirma me Domine Deus in hac hora; Et bis percutiens in ceruicem eius, ſaluo pudore, triumphalem victoriam reportauit, & populum Dei ab eius ſuperbia liberauit. Crucio † te ſanctæ patientiæ oppugnator, per patientiſſimum Iob, iuſtum, ac rectum; & timentem Deum: qui, dum à Sathana, Deo permittente, ſubſtantiis, ac filiis orbatur, & in perſona percuſſus fuiſſet, non peccauit labiis ſuis. Imò fuit glorioſus in certamine, æquanimis in dolore, cor-

poriſque vulnera patienter excepit, & inter ſupplicia ſemper Deum glorificauit, & corruens in terram adorauit, dicens. Nudus egreſſus ſum de vtero Matris meæ, & nudus reuertar illuc : Dominus dedit, Dominus abſtulit ; ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum. Deſtruo † te iuſtorum, & Innocentium perſecutor, per tres pueros, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſtirpe regia claros, memores paternarum legum, leguminibus, & oleribus vitam ſuſtentantes : qui nolentes adorare Idolum, in fornacis flammas horrendas iniecti ſunt : & apertis vocibus, in hymno benedicentes, Domino, illæſi exierunt. Annihilo † ſuperbiam tuam, Beſtia beſtiarum omnium beſtialiſſima, per Iſaiam Prophetam, dicentem. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum, & alibi. Cognouit Bos Poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui : Tu verò, ingrate, non cognouiſti Creatorem tuum. Conſumo † te, nocturnum Phantaſma, per eiuſdem Iſaiæ viſionem, vidit enim Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum : & ea, quæ ſuo ipſo erant, replebant Templum : Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri : duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes, & duabus velabant : & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis Terra gloria eius : & commota ſunt ſuper liminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Depopulor † te, artium peſſimarum inuentor, per eundem Prophetam dicentem. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis ; ſuper cuius humerum factus eſt Principatus : & vocatus eſt nomen eius admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis : ſuper ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio amodo & vſque in ſempiternum. Contero † te, mala Beſtia, per Hieremiam, dicentem vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus. Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt. Sterno † te, omnium malorum radix, per Baruch, dicentem : Hic eſt Deus noſter, & non exiſtimabitur alius aduerſus eum ; Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ ; & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo, poſt hæc, in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Eijcio † te, Pater mendacij, per viſiones omnes Ezechielis Prophetæ, in ſimilitudine gloriæ Domini : & per omnia in eis contenta myſteria. Diminuo † vires tuas, Babyloniæ draco, per Danielem, qui continuatis ieiuniis, & orationibus futura meruit cognoſcere Sacramenta, ac explicauit ſomnium Regis Nabuchdonoſor ; Ita vt Rex diceret. Verò Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, reuelans myſteria ; Et accipiens picem, & adipem, & pilos coxit ; fecitque maſſas, & dedit in os Draconis, & incredibili admiratione diruptus eſt Babyloniæ Draco. Torqueo † te, deſtinate ad infernum, per Oſeam dicentem. Ex Ægypto vocaui filium meum : Et alibi : Ero mors tua, ò mors morſus tuus ero inferne. Premo † te, cultor peruerſorum dogmatum per Ioelem, dicentem : Eum, qui

Digitized by Google

qui ab Aquilone est procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam; & desertam, faciem eius contra Mare Orientale, & extremum eius vsque ad Mare nouissimum; Et ascendet fœtor eius, & putredo, quia superbe egit. Mergo † te, in profundum, luxuriose Draco, per Amos Prophetam dicentem: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam; & alibi: Suscitaui de iuuenibus vestris Nazarenos. Cremo † te, seditiose, per Michæam dicentem: In nouissimo dierum erit Mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi & properabunt gentes multæ, & dicent. Venite ascendamus ad Montem Domini & ad domum Dei Iacob; Et docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius; quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Extermino † te, animarum prædator, per Naum Prophetam, dicentem: Ecce super Montes pedes Euangelizantis, & annuncians pacem: Et alibi, de te Succendam vsque ad summum Quadrigas tuas, & Leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam: Et non audietur vltra vox nunciorum tuorum; reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam: Et ponam te in exemplum. Destruo † te, Scropha stercorata, per Abacuch, in oratione dicentem: Deus ab Austro veniet, & Sanctus de Monte Pharan; operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra; splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius; ibi abscondita est fortitudo eius, & ante faciem eius ibit mors. Destruo † te Agaso, per Sophoniam, dicentem: Iuda filiæ Sion, iubila Israël, Lætare, & exulta in omni corde filia Hierusalem: Abstulit Dominus iudicium tuum: Auertit inimicos tuos Rex Israël, Dominus in medio tui, non timebit malum vltra. Inuado † te, insensate, per Aggæum, clamantem: Adhuc vnum modicum est; Ego commouebo Cœlum, & Terram, & Mare, & Aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet Desideratus gentibus. Suspendo † te in furca infernali, prædone per Zachariam, prophetantem. Exulta satis filia Sion: Iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super Asinam, & super pullum filium Asinæ: & alibi; & appenderunt mercedem meam triginta Argenteos: Disperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Strangulo † te, execrabilis per Malachiam pronuncian-tem. Accedam ad vos in iudicio, & ero Testis velox Maleficiis, & Adulteris, & Perjuris, & qui calumniant mercedem mercenarij, & humiliant Viduas, & Pupillos, & opprimunt Peregrinum. Eneruo † te, Canis rabide, per septem fratres Machabæos, stabiles in fide, & spe fortes, qui constantissimi obseruatores diuinæ legis extiterunt: pro quo, ab Antiocho Rege impio inter tormenta acerbissima patientes atrociter interempti, sunt cum Matre, in cuius muliebri corpore, virilem animum, & admirabilem magni animi incrementum ostensum est. Nam ipsa materna viscera supra Naturæ consuetudinem dilaniabantur; Non enim filiorum, qui in tormentis erant, miserabatur, sed timore augebatur, ne in illis deficerent; quare ad eadem constantissimè

poriſque vulnera patienter excepit, & inter ſupplicia ſemper Deum glorificauit, & corruens in terram adorauit, dicens. Nudus egreſſus ſum de vtero Matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum. Deſtruo † te iuſtorum, & Innocentium perſecutor, per tres pueros, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſtirpe regia claros, memores paternarum legum, leguminibus, & oleribus vitam ſuſtentantes: qui nolentes adorare Idolum, in fornacis flammas horrendas iniecti ſunt: & apertis vocibus, in hymno benedicentes, Domino, illæſi exierunt. Annihilo † ſuperbiam tuam, Beſtia beſtiarum omnium beſtialiſſima, per Iſaiam Prophetam, dicentem. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum, & alibi. Cognouit Bos Poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui: Tu verò, ingrate, non cognouiſti Creatorem tuum. Conſumo † te, nocturnum Phantaſma, per eiuſdem Iſaiæ viſionem, vidit enim Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & ea, quæ ſuo ipſo erant, replebant Templum: Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes, & duabus velabant: & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis Terra gloria eius: & commota ſunt ſuper liminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Depopulor † te, artium peſſimarum inuentor, per eundem Prophetam dicentem. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis; ſuper cuius humerum factus eſt Principatus: & vocatus eſt nomen eius admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio amodo & vſque in ſempiternum. Contero † te, mala Beſtia, per Hieremiam, dicentem vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus. Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt. Sterno † te, omnium malorum radix, per Baruch, dicentem: Hic eſt Deus noſter, & non exiſtimabitur alius aduerſus eum; Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ; & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo, poſt hæc, in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Eijcio † te, Pater mendacij, per viſiones omnes Ezechielis Prophetæ, in ſimilitudine gloriæ Domini: & per omnia in eis contenta myſteria. Diminuo † vires tuas, Babyloniæ draco, per Danielem, qui continuatis ieiuniis, & orationibus futura meruit cognoſcere Sacramenta, ac explicauit ſomnium Regis Nabuchdonoſor; Ita vt Rex diceret. Verò Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, reuelans myſteria; Et accipiens picem, & adipem, & pilos coxit; fecitque maſſas, & dedit in os Draconis, & incredibili admiratione diruptus eſt Babyloniæ Draco. Torqueo † te, deſtinate ad infernum, per Oſeam dicentem. Ex Ægypto vocaui filium meum. Et alibi: Ero mors tua, ò mors morſus tuus ero inferne. Premo † te, cultor peruerſorum dogmatum per Ioelem, dicentem: Et qui

qui ab Aquilone est procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam; & desertam, faciem eius contra Mare Orientale, & extremum eius vsque ad Mare nouissimum; Et ascendet fœtor eius, & putredo, quia superbe egit. Mergo † te, in profundum, luxuriose Draco, per Amos Prophetam dicentem: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam; & alibi: Suscitaui de iuuenibus vestris Nazarenos. Cremo † te, seditiose, per Michæam dicentem: In nouissimo dierum erit Mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi & properabunt gentes multæ, & dicent. Venite ascendamus ad Montem Domini & ad domum Dei Iacob; Et docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius; quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Extermino † te, animarum prædator, per Naum Prophetam, dicentem: Ecce super Montes pedes Euangelizantis, & annunciantis pacem: Et alibi, de te Succendam vsque ad summum Quadrigas tuas, & Leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam: Et non audietur vltra vox nunciorum tuorum; reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam: Et ponam te in exemplum. Destruo † te, Scropha stercorata, per Abacuch, in oratione dicentem: Deus ab Austro veniet, & Sanctus de Monte Pharan; operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra; splendor eius, vt lux erit, cornua in manibus eius; ibi abscondita est fortitudo eius, & ante faciem eius ibit mors. Destruo † te Agaso, per Sophoniam, dicentem: Liuda filia Sion, iubila Israël, Lætare, & exulta in omni corde filia Hierusalem: Abstulit Dominus iudicium tuum: Auertit inimicos tuos Rex Israël, Dominus in medio tui, non timebit malum vltra. Inuado † te, insensate, per Aggæum, clamantem: Adhuc vnum modicum est; Ego commouebo Cœlum, & Terram, & Mare, & Aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet Desideratus gentibus. Suspendo † te in furca infernali, prædone per Zachariam, prophetantem. Exulta satis filia Sion: Iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super Asinam, & super pullum filium Asinæ: & alibi; & appenderunt mercedem meam triginta Argenteos: Disperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Strangulo † te, execrabilis per Malachiam pronunciantem. Accedam ad vos in iudicio, & ero Testis velox Maleficiis, & Adulteris, & Perjuris, & qui calumniant mercedem mercenarij, & humiliant Viduas, & Pupillos, & opprimunt Peregrinum. Eneruo † te, Canis rabide, per septem fratres Machabæos, stabiles in fide, & spe fortes, qui constantissimi obseruatores diuinæ legis extiterunt: pro quo, ab Antiocho Rege impio inter tormenta acerbissima patientes atrociter interempti, sunt cum Matre, in cuius muliebri corpore, virilem animum, & admirabilem magni animi incrementum ostensum est. Nam ipsa materna viscera supra Naturæ consuetudinem dilaniabantur; Non enim filiorum, qui in tormentis erant, miserabatur, sed timore augebatur, ne in illis deficerent; quare ad eadem constantissimè

tiſſimè ſuſtinenda, ſolicita hortabatur. Debello † te tandem, ebrioſe, per omnes iuſtos, & Sanctos veteris Teſtamenti, qui timentes Dominum ambulauerunt in vijs eius, & contemnentes vos iniquos, per multas tribulationes, & anguſtias, ſeruantes legem Dei æterni, introierunt Ianuas Paradiſi, & regnant cum Chriſto in æternum. Ergo maledicte Diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo † viuo, & vero, da honorem Ieſu † Chriſto filio eius: & Spiritui † Sancto; & recede ab hac Creatura Dei, quia iſtam ſibi Deus, & Dominus Ieſus Chriſtus ad ſuam Sanctam gratiam, & bene † dictionem, frontemque baptiſmatis dono ſuæ gratiæ vocare dignatus eſt: & hoc ſignum Sanctæ † Crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole, nunquam audeas violare, ſed in æternum damnatus in inferno maneas, ab ea fugatus. Fuge cum omnibus tibi fauentibus, In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti: Cui laus, honor & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXORCISMVS III. Qui Sanctorum eſt Noui Teſtamenti.

DEus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc nos, quæſumus Domine, omnium Sanctorum tuorum præcibus, & meritis adiuuari, vt multiplicatis interceſſoribus, protectionis tuæ dona ſentiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic manu ſuper caput Dæmoniaci poſita, dicat.

EXORCIZATIO.

EXorcizo † te Creaturam Dei afflictam, per potentiam Dei † Patris, per ſapientiam Dei † filij, & per clementiam Dei Spiritus † Sancti, per Deum trinum in perſonis, & vnum in eſſentia; Deum viuum, & verum, vt ab omnibus ſpurcitijs Dæmonum ſis ſana; & libera, per eum, in cuius nomine es baptizata. Accipe Spiritus Sancti gratiam, per Regem Regum, & Dominum dominantium: cui honor, & Imperium eſt in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DEprecationes *omnium Sanctorum tuorum, quæſumus Domine* benignus exaudi, vt nos, qui meritò ex actionibus noſtris affligimur tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta, & eleuatis oculis, dicat.

AD inuocationem nominis † tui Domine, confirma me, vt in fugam hi maledicti eant præcipites ſicut exercitus Holoferni s, ſequentibus Hebræis.

Digitized by Google

Conivratio.

FVge Animarum venator, & vorax, per Sanctam Trinitatem Patrem, † & Filium, † & Spiritum † Sanctum. Et ego pessundo † te, caligo in tenebris, per Sanctum Ioannem Baptistam, præcursorem dilectum, & lucernam ardentem ante Dominum, qui viam Domino præparauit in Heremo: & agnum Dei demonstrauit; quíque solus Prophetarum meruit Iesum Christum indice ostendere, propriis oculis videre, & baptizare. Hic est Præco, & Testis verbi Cœlestis; Hic est, cuius natiuitas, & nomen, & merita per Gabrielem Archangelum prænunciata fuere: Hic est, qui cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino: Inter natos Mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista: Et tandem, post mirabilem, Sanctam, & perfectam vitam perpetua Sanctæ mortis gloria consecratus est. Compingo † te, in Barathrum, voracissime Lupe, per Sanctum Petrum, Principem Apostolorum, Cui Dominus oues commendauit, ac Claues Regni Cœlorum tradidit, dicens. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cœlis, Et quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in Cœlis, qui Antiochenam Ecclesiam, Romanámque fundauit, Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithiniam legibus Euangelicæ prædicationis, impleuit: quíque sociante Paulo, Romam, tunc Syluam frementium bestiarum, & turbulentissimæ profunditatis Oceanum, non meruit adire: Imò Philosophiæ opiniones ibi conculcauit, terrenæ sapientiæ vanitates dissoluit, Dæmonum cultus confutauit, omnium Sacrilegiorum impietates destruxit, artium Magicarum spurcitia, & ipsos Magos præcipitauit, & veritatis lucem cunctis reuelauit; Hic est Petrus, super quam petram, Dominus ædificauit Ecclesiam suam Sanctam: Hic clauicularius tandem, post infinita miracula, & diuina opera, terrena non metuens, Crucis patibulum ascendit, & gaudens, ad Christum eius Magistrum migrauit. Capistro † te Corue mala nuncians, per Sanctum Paulum, qui ex Christianorum persecutore, annunciator factus est Christi; & post multa mala, consecutus est gratiam, & Thronum duodecimum possidere meruit; quique à Domino vas electionis, & prædicator veritatis meruit appellari, nomen Iesu Christi in vniuerso mundo coram gentibus, & Regibus, & filijs Israël portauit, ac intrepidè prædicauit: Vidit Cœlos apertos, & arcana Dei, quæ non licet homini loqui: Ter virgis cæsus: semel lapidatus est: Ter naufragium pertulit, pro Christi nomine; Epistolas multas ad diuersos populos scripsit, ac ad fidem conuertit: & tandem, post mirabilia magna valde hic lumẽ Orbis Terrę, abscisso capite, pro Christi nomine, martyrio coronatus est.

Carmino † te, Subuersor Euangelij, & erroris Magister, per ambos supradictos Apostolos glorioſos Principes Terræ, per quos Euangelium Christi Romæ resplenduit, quæ sicut Magistra erat erroris, facta est Discipula veritatis; & quantò erat per Diabolum tenacius illigata, tantò per eos in nomine Iesu est mirabilius absoluta. Hi sunt, qui ex multarũ honore gemmarum conserto vno Diademate, totũ mundum coronarunt; qui sunt, quasi lumẽ oculorũ in capite Christi: Quot carceres hi sanctificarunt? quot catenas decorarunt? Quot tormenta sustinuerunt? quot maledicta tolera-

Digitized by Google

runt? horum linguæ benedicta instrumenta sunt: horum membra propter ecclesiam, sanguine conspersa sunt: in omnem Terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis Terræ verba eorum: Petrus omnium Apostolorum fidelissimus feruenti spiritu Dominum dilexit, & Pauli virtutes nullis verbis explicari possunt; & sicut in vita dilexerunt se, sic & in morte non sunt separati. Dilanio † te, circulator, per Sanctum Andream, dignum Christi Apostolum, qui mox, vt vocem Domini prædicantis audiuit, relictis retibus, æternæ vitæ secutus est præmia largientem. Et qui, cum adductus ad locum martyrij Crucé vidisset à longe, prædicare, exclamareque cœpit; ò Crux admirabilis: ò Crux desiderabilis, ò bona Crux, quæ decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquando cupienti animo præparata, securus, & gaudens venio ad te. Accipe me ab hominibus; & redde me Magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit: & denique biduum pendens in cruce viuus, ac sine intermissione fidem prædicans, & multos ad fidem conuertens, migrauit ad eum, cuius mortis similitudinem concupierat subieratque. Corrodo † te, Ianitor Inferni omnibus odiose, per S. Iacobum Zebedæi filium, & Ioannis Germanum, qui inter cæteros, fuit dilectus Magistro, & transfigurationis, multorúmque, miraculorum Iesu Testis fuit. In monte Oliueti, cum Christo Patrem oraturo adfuit; & tandem in Samaria, Iudæa, Hispania, & in diuersis Orbis partibus seminauit Euangelium; & primus Apostolorum Hierosolymis profuso sanguine, testimonium Iesu Christo dedit. Concutio † fundamenta tua, cubicularie, & Auriga Sathane, téque supplanto, & expugno per S. Iacobum; cuius sanctitas vitæ tanta erat, vt fimbriam vestimenti eius certatim homines cuperent attingere: qui cum Christum Dei filium constantissime prædicaret lapidibus appetitur, mox in altissimum Templi locum adductus, inde præcipitatus est; qui confractis cruribus, iacens semiuiuus, manus tendebat ad cœlum, pro illorum salute Deum deprecabatur: in qua oratione, grauiter eius capite fullonis fusto percusso; animam Deo reddidit. Detrudo † te in culinam Inferni, Rustice Tartaree, per nobilem, Sanctúmque Ioannem Apostolum, & Euangelistam, qui supra pectus Domini in Cœna recubuit: Et cui reuelata sunt secreta cœlestia. Nam fluenta Euangelij de ipsó sacro pectoris dominici fonte potauit: & priuilegio amoris præcipui cæteris altius à Deo meruit honorari, atque virgo electus est à Domino, & inter cœteros magis dilectus: Cui in Cruce Christus Virginem commendauit. Contamino † te, contagiose Cerdo, per Sanctum Thomam, qui dum in Magistro suo vulnera palpauit carnis, in nobis sanauit vulnera infidelitatis. Hic Parthis, Medis, Persis: Brachmanis, Hyrcanis, Bactris, & Indis Christiana fidei, & vitæ præcepta, Idolis destructis, tradidit: Et tandem plenus doctrina, & sanctitate, & miraculorum magnitudine Apostolatum Corona martyrij decorauit. Decortico † te, Carnifex acerbe, per Sanctum Bartholomæum, qui gentibus in India, & maiori Armenia Euangelium prædicauit, & quamplurimos ad Christum conuertit. Cui viuo post multos labores calamitatesque ab ipso perlatas, pelli crudeliter detrahitur, & caput abscinditur; sicque animam Deo reddidit. Dilapido † te, Carbonarie caligi,

caliginoſe, per Sanctum Stephanum, plenum Spiritu Sancto, qui intendens in Cœlum, & dicens: Video Cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei: continuerunt Maledicti aures ſuas, & impetum facientes, vnanimiter lapidauerunt eum; & cum ſaxorum crepitantium turbine quateretur, poſitis genibus, voce magna clamauit: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet, Obdormiuit in Domino; prior Ieſu Chriſti veſtigia ſecutus. Aſſo † te, ſus famelice, per Sanctum Laurentium Leuitam, in quo, nihil ſæua crudelitas potuit: Nam ſuperpoſitum cratera ferrea, in ſe vim vrendi habente, & ſubiecto igne, vt fieret cruciatus vehementior, & pœna productior, ſtrinxerunt corporis membra poſita ſuper craticulam; Et ſubijcientibus prunas inſultabat Leuita Chriſti, & clamabat: Deum meum colo, & illi ſolo ſeruio, te Dominum confiteor, & aſſatus gratias ago: Sicque Laurentius ardens, Chriſti deſiderio, perſecutoris incendium non ſenſit: Nam ſuperari charitas Chriſti flamma non potuit: Et tandem, quanta in perſecutione pertulerit, & mundum ſua paſſione illuminauerit vniuerſum te ſcire, Maledicte, non dubito. Capiſtro † te Scropha ſtercorata, per Sanctos Innocentes, Martyrum flores, quos Herodis, impietas lactentes ab vberibus Matrum abſtraxit, & occidit Hi ſunt, qui, cum Mulieribus non ſunt coinquinati; Virgines enim ſunt, & ſequuntur. Agnum ſine macula, cantantes Canticum nouum antè Sedem Dei, & Agni, reſonante terra in voces eorum, benedicentium viuentem in ſæcula ſæculorum. Præcipito † te crumeniſeca ſuſpenſa in Barathri pelago, per Sanctum Clementem; Cui, Sanctus Petrus Eccleſiam commendauit; Quique pro fide Iesv Christi multa ſuſtinuit, & clarus miraculis, ligata illius collo anchora, dum lachrymans dicebat. Suſcipe Pater Spiritum meum; in profundum Mare deijcitur; vbi dedit illi Dominus habitaculum in modum Templi marmorei, Angelicis manibus præparatum: Lacero † te inimice Ieſu Chriſti, per Sanctum Ignatium, qui nomen Ieſu literis aureis ſcriptum in corde portabat: Quique cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, dicebat: vtinam fruar beſtijs; quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne ſicut, & aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere: ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & omnia tormenta diaboli in me veniant, tantum Chriſto fruar; & cum ardore patiendi rugientes adiret Leones, ait; frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar: Et ſic paſſus in ſinu Iesv Christi excipitur. Do † te præcipitem, aper perfide, per Sanctos Fauſtinum, & Iouitam, qui in multis carceribus beſtijs feris, & damnis obiecti, & ligatis manibus, & pedibus, in mare demerſi, incolumes mirabiliter erepti ſunt; & exquiſitiſſimis, & acerbiſſimis ſupplicijs, ſicut aurum in fornace probati ſunt Et tandem poſt multos ad Chriſtum conuerſos, ſecuri percuſſi ad Dominum volarunt. Extirpo † te Crocodile inuide, per Sanctum Simeonem, qui cum ætate centum viginti annorum eſſet confectus, multis acerbiſſimis crucis doloribus, ac eiſdem paſſionis generibus, quæ Saluator noſter ſubierat, afflictus

Digitized by Google

est; Obtuo † te bestia conigera per Sanctos Gervasium, & Protasium, qui, dum negare Christum, & profanis imaginibus sacrificare compellerentur, detestarunt. Qua de re Tyranno imperante, Gervasius tandiu cæsus est, quousque inter verbera expiraret, & Protasius fustibus contusus, & securi percussus, ad Cœlos ambo volarunt. Sagitto † te, & quasso classem tuam Coluber tortuose, per Sanctum Sebastianum, qui videns Christianos in tormentis formidare, cohortatione sic confirmabat: vt pro Iesu Christo seipsos vltrò tortoribus offerrent. Qua de re ad palum alligatus, sagittis configi jubetur, sed confirmata valetudine, tamdiu virgis cæsus est, donec animam Deo redderet. Excarnifico † te, inuentor cunctorum malorum, per Sanctum Bonifacium, qui dum variis tormentis cruciatos propter Christianam fidem ad constantiam, & ad perferenda supplicia hortaretur; comprehensus & ferreis vngulis carnificatus, inter manuum vngues, & carnem acuti calami ei infixi sunt, plumbúmque liquefactum in eius os infusum, mox in ollam feruentis picis demisso capite conjectus, tandem securi percussus est, sicque multis miraculis illustratus, dæmone confuso, migrauit ad Dominum. Liquefacio † te, mediastine fœride, per Sanctum Erasmum, qui fustibus plumbatis cæsus; ac plumbo liquefacto, resina, sulphure, & feruenti pice, cera, oleóque perfusus, inuiolatus euasit, constrictúsque ferreis vinculis, & tormentis, & suppliciis grauissimis, cuncta virtute diuina superauit, multos ad Christi fidem conuertendo, demúmque plenus miraculis, insignem martyrij palmam adeptus est. Obtero † te, phantasma impium, per Sanctum Cyriacum; cuius precibus Regis Persarum filia, & multi alij à nefariis spiritibus liberati sunt: Et denique post multa miracula, pice liquata perfusus, & in craticula extensus, cum sociis Largo, & Smaragdo, & aliis triginta securi percussus est. Domo † te pugnis, ferramentarie infernalis, per Sanctos Cyprianum, & Iustinam; ille relictis magicis artibus secutus est Christum, & ambo colaphis, flagellisque cæsis, & in sartaginem plenam feruentis picis, adipis & ceræ injecti: & tandem securi percussi ad Dominum migrarunt. Irretio † te Corue nigerrime, per Sanctum Hippolitum, qui pro Christi nomine, indomitis equis raptatus per loca carduis, & tribulis consita, lacerato corpore, spiritum Deo reddidit. Flecto † te, anguis horrende, per Sanctum Vincentium; cuius inuictus animus, cum à Iesu Christi fide, nec tormentorum vi, aut acerbitate, nec lenitate verborum trahi posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositis, & ferreis vnguibus excarnificatus est, candentibúsque laminis exustus, ignis, ferri, tortorúmque immanitate superata, victor ad Cœlestem martyrij coronam aduolauit. Instillo † te, Basilisce sanciate, per Sanctum Timotheum, qui cum sacrificium, quod vni Deo debetur, fieri Dæmonum simulachris ferre non posset, propterea que populum à Dianæ immolatione remouere conaretur, lapidibus obrutus, obdormiuit in Domino. Conspurco † te, vt vipera adulterina, per Sanctum Blasium, qui puerum transuersa spina faucibus animam agentem, & alios multos ægrotos sanauit, & nolens Diis sacrificare: virgis cæsus, in equleo ferreis pectinibus dilaniatus est; Et tandem dempto capite, illustre

fuit.

Digitized by Google

fidei testimonium Christo dedit. Vulnero † te, Aspis feruginee, per Sanctos Processum, & Martinianum, qui cum frustra reuocari cogerentur à fide susceptâ, ora ei fago contundunter, dentésque comminuuntur, equleo torquentur, & fustibus cæduntur, & tandem, canentes, Sit nomen Domini benedictum, securi feriuntur. Implico † te, fœrida bestia, per Sanctum Marcellum, qui negligens Idolis immolare, in catabulum ad habendam curam bestiarum deputatur; qui in continuis jeiuniis, & orationibus vitam duxit; & post multas sanctas ordinationes, ad decorem Sanctæ Ecclesiæ, propter loci fœditatem pædore confectus, obdormiuit in Domino; Veneno † te, Buso inflate per Sanctos Marium, & Martham coniuges, ac Audifacem, & Abbacum eorum filios: qui corpora Martyrum sepelientes, ac eorum sepulchra venerantes, comprehenduntur; Sed cum nec impiorum minis, nec terrore commouerentur, vt Dijs sacrificarent; fustibus debilitati, funibus attracti, cadentibus laminis combusti, & vngulis ferreis excarnificati sunt: Et tandem præcisis manibus, & ad collum alligatis, per mediam Ciuitatem ducti, necantur: Dispuluero † te, aranea inextricabilis, per Sanctum Ambrosium, Ecclesiæ Doctorem, in cuius infantia, ex ore examen apum consedit, vt diuinam Dei eloquentiam præmonstraret, qui Catholicam fidem, & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit; multos Arrianos, & alios hæreticos ad veritatem conuertit: Inter quos, Clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinum, Iesu Christo peperit; & cum maximis laboribus, pro Ecclesia Dei, curisque perfunctus esset, multis etiam libris egregiè conscriptis, diem suæ mortis prædixit: in quo conformatis in crucis similitudinem manibus, animam Deo reddidit. Rodo † te, porcarie prædicose; per Sanctum Gregorium Magnum, qui quotidie peregrinos ad mensam adhibebat, in quibus, & Angelum, & Angelorum Dominum peregrinum facie accepit, Catholicam fidem multis locis labefactatam, restituit; Ecclesiam sanctissimis institutis, & legibus ornauit; & in diuersis Conciliis multa constituit: multos libros scripsit, quos, cùm dictaret Spiritus sanctus in Columbæ specie ad eius Caput considere sæpè visus est. Et demum post multa admirabilia, quæ ad Dei gloriam, & Dæmonum confusionem fecit, dixit, scripsit, & decreuit; & multis editis miraculis, ad Cœlestem beatitudinem euocatus est. Extingue † te, fœtorémque tuum, asine baculis cæse, per Sanctum Augustinum, qui post susceptum baptismum, nullum finem prædicandi verbum Dei fecit, quem multi in sanctitate vitæ secuti sunt; & multa tam piè, & subtiliter scripsit, vt Christianam doctrinam maximè illustrarit; hæreses destruxerit; errores repulerit; hæreticósque prostrauerit, multos ab eorum erroribus liberauerit: Et tandem Psalmos Dauid, qui ad pœnitentiam pertinent, in conspectu positos, profusis lachrymis legens, migrauit in Cœlum; Resoluo † te, & superbiam tuam, executor malarum operationum, per Sanctum Athanasium Catholicæ Religionis propugnatorem acerrimum, qui per Christum in cisterna sicca sex annis se abdidit, & quatuor menses in sepulchro paterno delituit, ac denique ex tot, tantísque periculis diuinitus ereptus, inter Choros Angelorum euolauit. Cuius vita, & mors multis est nobilitata

est; Obruo † te bestia cornigera per Sanctos Geruasium, & Protasium, qui, dum negare Christum, & profanis imaginibus sacrificare compellerentur, detestarunt. Qua de re Tyranno imperante, Germanus tandiu cæsus est, quousque inter verbera expiraret, & Protasius fustibus contusus, & securi percussus, ad Cœlos ambo volarunt. Sagitto † te, & quasso classem tuam Coluber tortuose, per Sanctum Sebastianum, qui videns Christianos in tormentis formidare, cohortatione sic confirmabat: vt pro Iesu Christo seipsos vltrò tortoribus offerrent. Qua de re ad palum alligatus, sagittis configi jubetur, sed confirmata valetudine, tandiu virgis cæsus est, donec animam Deo redderet. Excarnifico † te, inuentor cunctorum malorum, per Sanctum Bonifacium, qui dum variis tormentis cruciatos propter Christianam fidem ad constantiam, & ad perferenda supplicia hortaretur; comprehensus & ferreis vngulis carnificatus, inter manuum vngues, & carnem acuti calami ei infixi sunt, plumbúmque liquefactum in eius os infusum, mox in ollam feruentis picis demisso capite conjectus, tandem securi percussus est, sicque multis miraculis illustratus, dæmone confuso, migrauit ad Dominum. Liquefacio † te, mediastine fœtide, per Sanctum Erasmum, qui fustibus plumbatis cæsus; ac plumbo liquefacto, resina, sulphure, & feruenti pice, cera, oleóque perfusus, inuiolatus euasit, constrictúsque ferreis vinculis, & tormentis, & suppliciis grauissimis, cuncta virtute diuina superauit, multos ad Christi fidem conuertendo, demúmque plenus miraculis, insignem martyrij palmam adeptus est. Obtero † te, phantasma impium, per Sanctum Cyriacum; cuius precibus Regis Persarum filia, & multi alij à nefariis spiritibus liberati sunt: Et denique post multa miracula, pice liquata perfusus, & in catasta extensus, cum sociis Largo, & Smaragdo, & aliis triginta securi percussus est. Domo † te pugnis, ferramentarie infernalis, per Sanctos Cyprianum, & Iustinam; ille relictis magicis artibus secutus est Christum, & ambo colaphis, flagellísque cæsis, & in sartaginem plenam feruentis picis, adipis & ceræ injecti: & tandem securi percussi ad Dominum migrarunt. Irretio † te Corue nigerrime, per Sanctum Hippolitum, qui pro Christi nomine, indomitis equis raptatus per loca carduis, & tribulis consita, lacerato corpore, spiritum Deo reddidit. Flecto † te, anguis horrende, per Sanctum Vincentium; cuius inuictus animus, cum à Iesu Christi fide, nec tormentorum vi, aut acerbitate, nec lenitate verborum trahi posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositis, & ferreis vnguibus excarnificatus est, candentibúsque laminis exustus, ignis, ferri, tortorúmque immanitate superata, victor ad Cælestem martyrij coronam aduolauit. Instillo † te, Basilisce sanciate, per Sanctum Timotheum, qui cum sacrificium, quod vni Deo debetur, fieri Dæmonum simulachris ferre non posset, propterea que populum à Dianæ immolatione remouere conaretur, lapidibus obrutus, obdormiuit in Domino. Conspurco † te, vt vipera adulterina, per Sanctum Blasium, qui puerum transuersa spina faucibus animam agentem, & alios multos ægrotos sanauit, & nolens Diis sacrificare: virgis cæsus, in equleo ferreis pectinibus dilaniatus est; Et tandem dempto capite, illustre

nucu.

Digitized by Google

fidei testimonium Christo dedit. Vulnero † te, Aspis feruginee, per Sanctos Processum, & Martinianum, qui cum frustra reuocari cogerentur à fide suscepta, ora ei fago contunduntur, dentésque comminuuntur, equleo torquentur, & fustibus cæduntur, & tandem, canentes, Sit nomen Domini benedictum, securi feriuntur. Implico † te, ferida bestia, per Sanctum Marcellum, qui negligens Idolis immolare, in catabulum ad habendam curam bestiarum deputatur; qui in continuis ieiuniis, & orationibus vitam duxit; & post multas sanctas ordinationes, ad decorem Sanctæ Ecclesiæ, propter loci fœditatem pædore confectus, obdormiuit in Domino; Veneno † te, Bufo inflate per Sanctos Marium, & Martham coniuges, ac Audifacem, & Abbacum eorum filios: qui corpora Martyrum sepelientes, ac eorum sepulchra venerantes, comprehenduntur; Sed cum nec impiorum minis, nec terrore commouerentur, vt Dijs sacrificarent; fustibus debilitati, funibus attracti, cadentibus laminis combusti, & vngulis ferreis excarnificati sunt: Et tandem præcisis manibus, & ad collum alligatis, per mediam Ciuitatem ducti, necantur: Dispuluero † te, aranea inextricabilis, per Sanctum Ambrosium, Ecclesiæ Doctorem, in cuius infantia, ex ore examen apum eon sedit, vt diuinam Dei eloquentiam præmonstraret, qui Catholicam fidem, & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit; multos Arrianos, & alios hæreticos ad veritatem conuertit: Inter quos, Clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinum, Iesu Christo peperit; & cum maximis laboribus, pro Ecclesia Dei, curisque perfunctus esset, multis etiam libris egregiè conscriptis, diem suæ mortis prædixit: in quo conformatis in crucis similitudinem manibus, animam Deo reddidit. Rode † te, porcarie pædicose; per Sanctum Gregorium Magnum, qui quotidie peregrinos ad mensam adhibebat, in quibus, & Angelum, & Angelorum Dominum peregrinum facie accepit, Catholicam fidem multis locis labefactatam, restituit; Ecclesiam sanctissimis institutis, & legibus ornauit; & in diuersis Conciliis multa constituit: multos libros scripsit, quos, cùm dictaret Spiritus sanctus in Columbæ specie ad eius Caput considere sæpè visus est. Et demum post multa admirabilia, quæ ad Dei gloriam, & Dæmonum confusionem fecit, dixit, scripsit, & decreuit; & multis editis miraculis, ad Cœlestem beatitudinem euocatus est. Extinguo † te, factorémque tuum, asine baculis cæse, per Sanctum Augustinum, qui post susceptum baptismum, nullum finem prædicandi verbum Dei fecit, quem multi in sanctitate vitæ secuti sunt; & multa tam piè, & subtiliter scripsit, vt Christianam doctrinam maximè illustrarit; hæreses destruxerit; errores repulerit; hæreticósque prostrauerit, multos ab eorum erroribus liberauerit: Et tandem Psalmos Dauid, qui ad pœnitentiam pertinent, in conspectu positos, profusis lachrymis legens, migrauit in Cœlum; Resoluo † te, & superbiam tuam, executor malarum operationum, per Sanctum Athanasium Catholicæ Religionis propugnatorem acerrimum, qui per Christum in cisterna sicca sex annis se abdidit, & quatuor menses in sepulchro paterno delituit, ac denique ex eo, tantísque periculis diuinitus ereptus, inter Choros Angelorum euolauit. Cuius vita, & mors multis est nobilitata

est; Obruo † te bestia cornigera per Sanctos Geruasium, & Protasium, qui, dum negare Christum, & profanis imaginibus sacrificare compellerentur, detestarunt. Qua de re Tyranno imperante, Geruasius tandiu cæsus est, quousque inter verbera expiraret, & Protasius fustibus contusus, & securi percussus, ad Cœlos ambo volarunt. Sagitto † te, & quasso classem tuam Coluber tortuose, per Sanctum Sebastianum, qui videns Christianos in tormentis formidare, cohortatione sic confirmabat: vt pro Iesu Christo seipsos vltrò tortoribus offerrent. Qua de re ad palum alligatus, sagittis configi jubetur, sed confirmata valetudine, tandiu virgis cæsus est, donec animam Deo redderet. Excarnifico † te, inuentor cunctorum malorum, per Sanctum Bonifacium, qui dum variis tormentis cruciatos propter Christianam fidem ad constantiam, & ad perferenda supplicia hortaretur; comprehensus & ferreis vngulis carnificatus, inter manuum vngues, & carnem acuti calami ei infixi sunt, plumbúmque liquefactum in eius os infusum, mox in ollam feruentis picis, demisso capite conjectus, tandem securi percussus est, sicque multis miraculis illustratus, dæmone confuso, migrauit ad Dominum. Liquefacio † te, mediastine fœtide, per Sanctum Erasmum, qui fustibus plumbatis cæsus; ac plumbo liquefacto, resina, sulphure, & feruenti pice, cera, oleóque perfusus, inuiolatus euasit, constrictúsque ferreis vinculis, & tormentis, & suppliciis grauissimis, cuncta virtute diuina superauit, multos ad Christi fidem conuertendo, demúmque plenus miraculis, insignem martyrij palmam adeptus est. Obtero † te, phantasma impium, per Sanctum Cyriacum; cuius precibus Regis Persarum filia, & multi alij à nefariis spiritibus liberati sunt: Et denique post multa miracula, pice liquata perfusus, & in catasta extensus, cum sociis Largo, & Smaragdo, & aliis triginta securi percussus est. Domo † te pugnis, ferramentarie infernalis, per Sanctos Cyprianum, & Iustinam; ille relictis magicis artibus secutus est Christum, & ambo colaphis, flagellísque cæsis, & in sartaginem plenam feruentis picis, adipis & ceræ injecti: & tandem securi percussi ad Dominum migrarunt. Irretio † te Corue nigerrime, per Sanctum Hippolitum, qui pro Christi nomine, indomitis equis raptatus per loca carduis, & tribulis consita, lacerato corpore, spiritum Deo reddidit. Flecto † te, anguis horrende, per Sanctum Vincentium; cuius inuictus animus, cum à Iesu Christi fide, nec tormentorum vi, aut acerbitate, nec lenitate verborum trahi posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositis, & ferreis vnguibus excarnificatus est, candentibúsque laminis exustus, ignis, ferri, tortorúmque immanitate superata, victor ad Cœlestem martyrij coronam aduolauit. Instillo † te, Basilisce sanciate, per Sanctum Timotheum, qui cum sacrificium, quod vni Deo debetur, fieri Dæmonum simulachris ferre non posset, propterea que populum à Dianæ immolatione remouere conaretur, lapidibus obrutus, obdormiuit in Domino. Conspurco † te, vt vipera adulterina, per Sanctum Blasium, qui puerum transuersa spina faucibus animam agentem, & alios multos ægrotos sanauit, & nolens Diis sacrificare: virgis cæsus, in equleo ferreis pectinibus dilaniatus est; Et tandem dempto capite, illustre

Digitized by Google

fidei testimonium Christo dedit. Vulnero † te, Aspis feruginee, per Sanctos Processum, & Martinianum, qui cum frustra reuocari cogerentur à fide suscepta, ora ei fœno contunduntur, dentésque comminuuntur, equleo torquentur, & fustibus cæduntur, & tandem, canentes, Sit nomen Domini benedictum, securi feriuntur. Implico † te, fœrida bestia, per Sanctum Marcellum, qui negligens Idolis immolare, in catabulum ad habendam curam bestiarum deputatur; qui in continuis jeiuniis, & orationibus vitam duxit; & post multas sanctas ordinationes, ad decorem Sanctæ Ecclesiæ, propter loci fœditatem pædore confectus, obdormiuit in Domino; Veneno † te, Bufo inflate per Sanctos Marium, & Martham coniuges, ac Audifacem, & Abbacum eorum filios: qui corpora Martyrum sepelientes, ac eorum sepulchra venerantes, comprehenduntur; Sed cum nec impiorum minis, nec terrore commouerentur, vt Dijs sacrificarent; fustibus debilitati, funibus attracti, cadentibus laminis combusti, & vngulis ferreis excarnificati sunt: Et tandem præcisis manibus, & ad collum alligatis, per mediam Ciuitatem ducti, necantur: Dispuluero † te, aranea inextricabilis, per Sanctum Ambrosium, Ecclesiæ Doctorem, in cuius infantia, ex ore examen apum consedit, vt diuinam Dei eloquentiam præmonstraret, qui Catholicam fidem, & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit; multos Arrianos, & alios hæreticos ad veritatem conuertit: Inter quos, Clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinum, Iesu Christo peperit; & cum maximis laboribus, pro Ecclesia Dei, curisque perfunctus esset, multis etiam libris egregiè conscriptis, diem suæ mortis prædixit: in quo conformatis in crucis similitudinem manibus, animam Deo reddidit. Rode † te, porcarie prædicose; per Sanctum Gregorium Magnum, qui quotidie peregrinos ad mensam adhibebat, in quibus, & Angelum, & Angelorum Dominum peregrinum facie accepit, Catholicam fidem multis locis labefactatam, restituit; Ecclesiam sanctissimis instituris, & legibus ornauit; & in diuersis Conciliis multa constituit: multos libros scripsit, quos, cùm dictaret Spiritus sanctus in Columbæ specie ad eius Caput considere sæpè visus est. Et demum post multa admirabilia, quæ ad Dei gloriam, & Dæmonum confusionem fecit, dixit, scripsit, & decreuit; & multis editis miraculis, ad Cœlestem beatitudinem euocatus est. Extingue † te, factorémque tuum, aline baculis cæse, per Sanctum Augustinum, qui post susceptum baptismum, nullum finem prædicandi verbum Dei fecit, quem multi in sanctitate vitæ secuti sunt; & multa tam piè, & subtiliter scripsit, vt Christianam doctrinam maximè illustrarit; hæreses destruxerit; errores repulerit; hæreticósque prostrauerit, multos ab eorum erroribus liberauerit: Et tandem Psalmos Dauid, qui ad pœnitentiam pertinent, in conspectu positos, profusis lachrymis legens, migrauit in Cœlum; Resoluo † te, & superbiam tuam, executor malarum operationum, per Sanctum Athanasium Catholicæ Religionis propugnatorem acerrimum, qui per Christum in cisterna sicca sex annis se abdidit, & quatuor menses in sepulchro paterno delituit, ac denique ex tot, tantísque periculis diuinitus ereptus, inter Choros Angelorum euolauit. Cuius vita, & mors multis est nobilitata

miraculis ; & ad illuſtrandam Catholicam fidem, multa piè, ac præclarè ſcripſit. Impono † tibi iugum ferreum, & ſeruile, multo perfidioſe, per Sanctum Martinum Sacerdotum gemmam, qui ſuſcitator mortuorum magnificus fuit : Et per quem nobis tanta miracula coruſcant ; quique pro populo Dei nec mori timuit, nec viuere recuſauit. In cuius tranſitu Michaël cum Angelorum exercitu, Sanctorumque omnium numerus occurrit : & in ſinu Abrahæ eius animam hymnis cæleſtibus honoratam collocauit. Oppugno † tibi, Creatuncula infima ob tuam Apoſtaſiam, per S. Nicolaum; qui in infantia lac Nutricis quarta, & ſexta feria ſemel dumtaxat veſperi fugebat; quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſemper tenuit, quique horribilem tempeſtatem oratione ſedauit, ſemper caſtitatem coluit, orationis aſſiduitatem, vigilias, abſtinentiam, liberalitatem, hoſpitalitatem, manſuetudinem perpetuo adhibuit; Viduis, & orphanis non defuit opere, & conſilio, & oppreſſos ſemper ſubleuauit. Arrianam hæreſim cum cæteris Patribus condemnauit, & multis clarus miraculis, inſtante morte, ſuſpiciens in Cœlum, ac dicens. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum : in cœlum aſcendit. Dolore † te conficio guloſe Helluo, per Sanctum Bernardum, qui ieiunio ita deditus erat, vt quoties eſſet ſumendus cibus, toties tormentum ſubire videretur. In vigiliis, & orationibus ſe mirifice exercebat, & Chriſtianam paupertatem colens, quaſi cœleſtem vitam agebat in terris, ab omni caducarum rerum cura, & cupiditate alienam; Lucebat in eo humilitas, miſericordia, & benignitas. Contemplationi autem ſic addictus erat, vt vix ſenſibus, niſi ad officia pietatis vteretur. Et tandem, poſt multam doctrinam diuinitus traditam, ac miraculis illuſtris obdormiuit in Domino. Termino † infeſtationes tuas, Idololatra vlceroſe, per Seraphicum Franciſcum, quem Summus Pontifex in ſomnis vidit Lateranenſem Baſilicam labentem ſuis humeris ſuſtinere, qui meruit in ſuis manibus, & pedibus Ieſu Chriſti veſtigia clauorum imprimi: Ac tandem, miraculis clarus, dum pronunciaret, Me expectant iuſti, donec retribuas mihi ? efflauit animam. Impetum † in te facio Luxurioſe, per Sanctum Benedictum ; qui, dum ardentes ad libidinem faces à Diabolo ſuggerantur, ſe in vepribus tandiu volutauit, donec lacerato corpore, voluptatis ſenſus dolore opprimeretur. Hic vas, in quo poculum venenatum erat, ſigno ſanctæ Crucis confregit, Simulachrum Apollinis comminuit, Aram euertit, & lucos ſuccendit ad Caſſinum: Et tandem, ſublatis in Cœlum oculis, & orans, inter manus Diſcipulorum efflauit animam, quam viderunt Diſcipuli fulgentibus *lampadibus* pretioſiſſimo *pallio ornatam*. Perturbo † te, *Mechanice inurbane*, per Sanctum Ioſephum, *qui* panem viuum è Cælo ſeruandum accepit, & Herodianam iram fugiens, Chriſtum in Ægyptum portauit ; Cui Mater deſponſata eſt Saluatoris, quem conſtituit Dominus ſuæ Matris ſolatium, ſuæ carnis nutritorem, ſolum denique in terris magni conſilij Coadiutorē fideliſſimum. Irrumpo † te, guloſe, & cunctorum malorū inuentor, & Magiſter. Per Sanctum Eremitarum Authorem, & Magiſtrum: Qui cauſa liberius deſeruiendi Deo, in Eremi ſpeluncam ſe contulit. Vbi Palma ei victum, & veſtitum præbente, contentus,

Digitized by Google

in continuis laudibus, & diuinis meditationibus ad Centesimum, & decimumtertium Annum peruenit: Et tandem genibus complicatis, erecta ceruice, extensísque in altum manibus, inter Angelorum Choros, inter Prophetarum, & Apostolorum cœtus, eius anima ad Cœlum euolauit: Obturo † ora vestra fœtida, per Sanctum Antonium magnum, Qui, cum ingressus esset Ecclesiam, & ex Euangelio audiuisset: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: Statim omnia distribuit, & in spelunçam se contulit; nihil eò continentius, nihil vigilantius; patientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore, & studio diuinarum Scripturarum superabat omnes: humi jacebat, cum eum necessarius somnus occupasset: Ieiunium adeò coluit, vt salem tantummodo ad panem adhiberet, & sitim aqua extingueret, & ad tantam Christianam perfectionem profectus est, vt impetus hostis humani generis, & tentationes, innumerabilésque Dæmonum artes, quibus ipsi adinueni nocendum vtebantur, ieiunio, & oratione vinceret; & semper de Sathana triumphum securum Antonius, reportaret; & adeò formidolosus erat Dæmonibus, vt multi per Ægyptum ab his Maledictis agitati inuocato nomine Antonij liberarentur: & tandem sanctitate, & miraculis clarus, relictis multis Discipulis, migrauit ad Cœlum. Infræno † te malleate, per Sanctum Hilarionem, qui desertum ingressus, & extructa exigua casa, quæ vix ipsum capiebat, humi cubabat: vbi in humilitate, & cunctis virtutibus adeò profuit, vt varias horribiléque tentationes Diaboli superauit: & innumerabiles Dæmones in multis Orbis terræ partibus ex hominum corporibus ejiceret; Deturpo † te, contumelioſe, per Sanctam Mariam Magdalenam quæ pedes Domini vnxit, lachrymis lauit, & capillis terſit, propter quod remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: Quæ & meruit Discipula Iesv Christi appellari, & in passione Magistrum non dereliquit; & ad sepulchrum orans, & plorans, & non recedens, meruit illum videre, & audire: & tandem vitam cœlestem in terris ducens, quotidie per triginta Annos ad audiendas cœlestium laudes in altum ab Angelis eleuabatur; In speculúmque pœnitentiæ eam nobis ostendit, & canentibus Angelis animam dilecto suo Magistro reddidit. Præcipito † te, in Inferni flammas, & tenebrosas, sedes, per Sanctam Agnetem, filio præfecti respondentem: Discede à me pabulum mortis, fomes peccati: Nam ipsi desponsata sum, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol: Luna mirantur: Is collum, ac dexteram meam fulgentibus, ac sempiternis gémis ornauit, ac ostédit Thesauros incomparabiles; Quos mihi se daturum repromisit: Ipsi soli seruo fidem; Ipsi me tota deuotione committo, quem amans, casta; & tangens, munda, & accipiens, virgo sum; hæc nequaquam violari potuit, ab Angelo Domini custodita; despexit Dæmonum simulacra, & iuuenem mortuum eam violare volentem, ad vitam reuocauit, & ad Iesu fidem conuertit, & orando extinxit flammas igneas: Et tandem securi percussa, cum omnibus Sanctis lucidas sedes accepit. Confundo † te, ignare pædagoge, per Sanctam Catharinam, quæ, non solùm Philosophos in disputatione superauit,

ſuperauit, ſed etiam ad martyrium in amore Ieſu Chriſti induxit; Quia de te, verberibus affecta plumbatisque contuſa eſt; & vt crudeliſſimè dilaceraretur, rotam; quam acutis præfixam gladijs parauerant, oratione confregit: & tandem ſecuri percuſſa; & dato capite, ad duplicatum virginitatis & martyrij præmium, multis ad Chriſtum conuerſis, & clara miraculis, euolauit. Debilito † te, Draco inſidians, per Sanctam Luciam, columnam immobilem, quæ, nec minis, nec precibus ad Idolorum Cultum potuit perduci. Imò tantò magis ad celebrandas Chriſtianæ fidei laudes erat incenſa, quantò magis eam à ſententia auertere conabantur. Et iubente Paſchaſio, eam ad Lupanar duci, vt eius virginitas violaretur, diuinitus virgo firma, ita conſiſtit, vt nulla vi de loco dimoueri poſſet, & cum flammam, picem reſinam, & feruens oleum illæſa euaderet: gutture tandem transfixo, ſpiritum Deo reddidit. Conculco † te, luxuriosè flagellate, per Sanctam Agatham, quæ caſtitatem violari nolens, colaphis cæditur, in equuleo torquetur mamillarum abſciſſionem ſuſtinet, in acutis teſtulis, & candentibus carbonibus ei ſubiectis volutatur: & tandem in oratione poſita, dicens, Iube me Domine ad tuam miſericordiam peruenire; migrauit in Cœlum: Stimulo † te exire, improbe, & obſtinate per Sanctam Felicitatem; quæ, dum ſeptem ſui filij, qui nec Chriſtum renunciare, nec Dijs alienis ſacrificare vellent, martyrium ſuſtinerent: vt in confeſſione Sanctæ fidei perſeuerarent, magno filiorum ſuorum ſpectaculo aſſiſtebat, & intrepidè hortabatur: & tandem cum filijs martyrij Coronam conſecuta eſt. Contradico † tibi inimice Crucis Chriſti, per Sanctam Symphoroſam; quæ fidei Magiſtra filijs fuit, & Duce eiſdem ad martyrium extitit: Quorum vni guttur ferro transfigitur, alteri pectus confoditur, tertiò cor tranſuerberatur; Quartò traijcitur vmbilicus; Quintus membratim ſecatur; Sextus, telis configitur; & ſeptimus, à pectore in duas partes diuiditur: & Symphoroſa Mater ſaxo ad collum alligato, in profundum deijcitur, & hic Chriſtum confitentes, octo hoſtiæ Deo gratiſſimæ ſunt immolatæ. Suſpendeo † te, radix omnium malorum, per Sanctam Euphemiam, varia tormentorum genera, virgarum, equulei, rotarum, igniſque coſtanter paſſam: & quæ à Leonibus dilaniata, in Ieſu Chriſti confeſſione martyrij palmam accepit. Euello † te, crudelis Miniſter, per Sanctam Apolloniam, quæ (contemptis Idolis) cum Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe colendum prædicaret, contuſi, & euulſi ſunt illi dentes, & in igne conſumpto corpore ad ſempiternam vitam euolauit. Fulmino † in te Pirata excommunicate per omnes Sanctos: non ſolum viros, ſed etiam fœminas; Non tantum impuberes pueros, ſed etiam teneras virgines; quæ pro fide *Sancta, non ferrea vincula, non obſcuros carceres*, non dura flagella, non inhumana exilia: non fames, non ignem, non laniatus ferarum, non feruens oleum, & plumbum liquefactum, non ſartagines plenas feruentis picis, adipis, & ceræ, non Taurorum inſultus, non foſſas ſerpentum plenas, non dentium comminutionem, non lapides: non fluminum demerſiones, non præcipitia, non lacerationes, & trucidationes corporum, non demum exquiſitiſſima, nec acerbiſſima ſupplicia timuerunt: Sed pro Ieſu Chriſti amore vſque ad mortem decertarunt, & hoſtibus proſtratis, capta præda

Digitized by Google

exultantes, amicti Stolis albis ferentibus Trophæa sequuntur Agnum quocumque ierit, cantantes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; Pleni sunt Cœli, & Terra gloria tua, Osanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. O Maledicti Insensati audistis quos habuistis in derisum, & viam illorum existimabatis insaniam, & finem eorum sine honore? Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, vt Stellæ fulgentes in perpetuas æternitates, & præ exultatione cordis in gloria iubilantes. Fugite igitur per merita omnium sanctorum, & sanctarum Dei. Nam durum est vobis contra stimulum calcitrare, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, arripite fugam maledicti, discedite velociter, vt quid moram facitis? amolimini eia, tollite moras, auferte vos ipsos hinc, finite, relinquite, deserite hanc creaturam Dei omnipotentis, summi Dei, veri Dei: finite eam, cui promissa est pars electorum, est enim membrum Christi viuens, & vigens cum cæteris commembris eiusdem capitis: vno, eodemque pane simul vescentibus, tanquam ea, quæ sanctorum, atque electorum Iesu Christi credit, sperat, profitetur, & amat communionem, recedite illicò, & repente ruite in tartara, nunc ad infernorum cauernas præcipites abite. In nomine Pa † tris & Fi † lij, Spiritus † sancti. Amen. Fiat, Fiat, Amen.

EXORCISMVS II.
Ex Psalterio Extractus.

DEus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus, qui elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum, vt esse domus Orationis, & obsecrationis populo tuo: Fac quæsumus vindictam in Dæmone isto; & cadat in bello: Memento blasphemiarum eius, & ne dederis illi, vt in molestatione perseueret: Sed mitte Angelum tuum Michaelem, qui eum percutiat, & conterat hodie, vt sciant omnes, quia male locutus est super sancta tua: Et iudica illum secundum illius malitiam: Non nobis reddas Domine secundum præuaricationes nostras, sed secundum misericordias tuas. Contere Domine inimicum magnum, vt cum laude, & ramis palmarum, & in Cimbalis, Hymnis, & canticis laudemus te in sæcula sæculorum. Amen.

Hic manus super caput Creaturæ obsessæ imponat, dicens.

EXORCIZATIO.

EXorcizo te N. Creaturam Dei infirmam, per misericordiam Dei Patris, per intercessionem Dei filij, per mansuetudinem Dei Spiritus Sancti: vt fias Creatura munda, & purgata ab omni labe iniquitatis, ad recipiendam virtutem Spiritus Sancti superuenientis; Et ejicias omnem nequitiam Sathanæ, ad inuocationem Altissimi. Per eum, qui descendens ad inferos confregit portas æreas, & confidenter deducens

Digitized by Google

cens Sanctos Patres ; ad dexteram Dei sedet in gloria Patris. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, inuoco misericordiam tuam; vt hanc tuam creaturam infirmã exorcizare † & benedicere † pro tua pietate digneris ; vt omnis Spiritus immundus locũ in ea vltra non habeat : Sed Angelorum tuorum descendant Exercitus, qui eam custodiat, & in sæcula sæculorum protegat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic aspergat aqua Benedicta. Deinde eleuatis oculis ad. Cœlum, dicat.

COncede Domine, † vt seminem in benedictionibus, & confusis his maledictis, de benedictionibus metere possim.

Mox leuiter percutiens flagello, ex tribus virgulis Oliuarum benedictarum confecto, dicat.

CONIVRATIO.

FVgite, in nomine Omnipotentis, ac percutientis Dei omnes vos Maledicti ; qui in consilio impiorum itis ; & in via peccatorum statis, & in Cathedra pestilentiæ sedetis.

Ejiciet enim vos Dominus à facie sua, tanquam puluis, quem proiiciet ventus à facie terræ.

Non resurgetis impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum: sed iter impiorum peribit.

Qui habitant in Cœlis irridebunt vos: & Dominus subsannabit vos.

Et loquetur ad vos in ira sua ; & in furore suo conturbabit vos.

Aduersarios nostros in virga ferrea ; & tanquam vas figuli confringet Dominus.

Percussit vos aduersantes nobis sine causa ; dentes peccatorum contriuit.

Non habitabunt iuxta Dominum maligni, neque permanebunt iniusti ante oculos eius.

Et odit vos operantes iniquitatem, perdet omnes loquentes mẽdaciũ

Quia, non est in ore vestro veritas, cor vestrum vanum est, Domine in furore tuo argue eos ; & in ira tua corripe eos.

Discedite ab hac creatura omnes operantes iniquitatem : Quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus nostri.

Erubescite, & conturbamini vehementer, nequando, vt leones, rapiatis animas nostras.

Persequere, & comprehende, & conculca in inferno hos rebelles, & deduc in puluerem gloriam eorum Domine.

Consummetur nequitia vestra, quia gladium suum vibrauit *Dominus*, arcum suum tetendit, & *parauit* illum.

Parturiisti iniustitiam *Maledicte*, cõcepisti dolorem, & *peperisti* iniquitatem.

Lacum aperuisti, & effodisti eum, & cecidisti in foueam, quam fecisti.

Conuertetur dolor tuus in capite tuo, & in verticem tuum iniquitas tua descendet.

Destrue Domine inimicum tuum, & vltorem ; in rigore Iustitiæ tuæ.

Increpasti eos, & periit impius; nomẽ eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi.

Adde his frameas ; & Ciuitates eorum destrue.

Perijt memoria vestra cum sonitu, & Dominus in æternum permanet.

In:

Digitized by Google

In laqueo, quem abſcondiſtis: comprehenſus eſt pes veſter.

Conuertantur peccatores in infernũ; Qui obliuiſcuntur Deum.

Quorum maledictione os plenum eſt, amaritudine, & dolo; ſub lingua eorum labor,& dolor.

Sedes in inſidiis, vt interficias Innocentem;& inſidiaris in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua.

Contere Domine brachiũ peccatoris, & manum in laqueo ſuo.

Quia intendit arcum,parauit ſagittas ſuas in pharetra,vt ſagittet in obſcuro rectos corde.

Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, Sulphur; & Spiritus procellarum pars calicis eorum.

Falſa locuti ſunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in ore,& corde locuti ſunt.

Diſperdat Dominus vniuerſa labia veſtra doloſa; & linguam magniloquam.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe egerunt; venenum aſpidum ſub labiis eorũ.

Quorum os maledictione,& amaritudine plenum eſt; veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem Innocentem.

Ad nihilum deductus es in conſpectu eius Maligne: Timentes autem Dominum glorificat.

Inuaſiſti hanc Creaturam Dei; Sicut Leo paratus ad prædam.

Sed exurge Domine, eripe eam ab impio,ne deuoret eam.

Circunda hos doloribus mortis: & torrẽtibus iniquitatis,cõturba eos.

Dolores Inferni circumdederunt vos: præoccupauerunt vos laquei mortis.

Commota eſt,& cõtremuit terra:fundamenta montiũ conturbata,& cõmota ſunt,quoniá iratus eſt vobis.

Intonuit de Cælo Altiſſimus:& ſuper vos cecidit grando, & carbones ignis.

Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit vos: fulgura multiplicauit, & conturbauit vos.

Retribuet tibi Dominus ſecundum iniquitatem tuam: & oculos ſuperborum humiliabit.

Perſequere hos inimicos noſtros Domine: & ego comprehendam illos.

Confringe hos Ieſu Chriſte:& in nomine tuo cadant ſub pedibus meis, & diſperde illos: non conuertar ego,donec deficiant.

Et comminue eos, vt puluerem ante faciem venti,vt lutum platearum dele eos.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis noſtris; dextera tua inueniat omnes,qui nos oderunt.

Pone hos,vt clibanum ignis in tempore vultus tui; & in ira tua conturba eos,& deuoret eos ignis.

Aperiat Barathrum os ſuum, & rugiens rapiat vos.

Sit cor tuum tanquam cera liqueſcens,in iniquitate,& ſuperbia tua.

Attolliſtis portas veſtras, & eleuatæ ſunt portæ æternales: quia introiuit Rex gloriæ.

Comminuit vos tanquam vitulum Libani; & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Erubeſcite Dæmones impij,& deducatis vos in infernum: muta fiant labia veſtra doloſa.

In chamo, & fræno maxillas horum conſtringe Dæmonum: vt non approximent ad nos Domine.

Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.

Confundantur Dæmones, quærentes animas noſtras.

Auertantur retrorſum,& confundantur: qui cogitant nobis mala.

Digitized by Google

cens Sanctos Patres ; ad dexteram Dei ſedet in gloria Patris. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, inuoco miſericordiam tuam; vt hanc tuam creaturam infirmã exorcizare † & benedicere † pro tua pietate digneris ; vt omnis Spiritus immundus locũ in ea vltra non habeat : Sed Angelorum tuorum deſcendant Exercitus, qui eam cuſtodiat, & in ſæcula ſæculorum protegat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic aſpergat aqua Benedicta. Deinde eleuatis oculis ad. Cælum, dicat.

COncede Domine, † vt ſeminem in benedictionibus, & confuſis his maledictis, de benedictionibus metere poſſim.

Mox leuiter percutiens flagello, ex tribus virgulis Oliuarum benedictarum confecto, dicat.

CONIVRATIO.

FVgite, in nomine Omnipotentis, ac percutientis Dei omnes vos Maledicti ; qui in conſilio impiorum itis ; & in via peccatorum ſtatis, & in Cathedra peſtilentiæ ſedetis.

Ejiciet enim vos Dominus à facie ſua, tanquam puluis, quem proiiciet ventus à facie terræ.

Non reſurgetis impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum : ſed iter impiorum peribit.

Qui habitant in Cœlis irridebunt vos : & Dominus ſubſannabit vos.

Et loquetur ad vos in ira ſua ; & in furore ſuo conturbabit vos.

Aduerſarios noſtros in virga ferrea ; & tanquam vas figuli confringet Dominus.

Percuſſit vos aduerſantes nobis ſine cauſa ; dentes peccatorum contriuit.

Non habitabunt iuxta Dominum maligni, neque permanebunt iniuſti ante oculos eius.

Et odit vos operantes iniquitatem, perdet omnes loquentes mendaciũ

Quia, non eſt in ore veſtro veritas, cor veſtrum vanum eſt, Domine in furore tuo argue eos ; & in ira tua corripe eos.

Diſcedite ab hac creatura omnes operantes iniquitatem : Quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus noſtri.

Erubeſcite, & conturbamini vehementer, nequando, vt leones, rapiatis animas noſtras.

Perſequere, & comprehende, & conculca in inferno hos rebelles, & deduc in puluerem gloriam eorum Domine.

Conſummetur nequitia veſtra, quia gladium ſuum vibrauit *Dominus*, arcum ſuum tetendit, & *parauit* illum.

Parturiiſti iniuſtitiam *Maledicte*, cõcepiſti dolorem, & *peperiſti* iniquitatem.

Lacum aperuiſti, & effodiſti eum, & cecidiſti in foueam, quam feciſti.

Conuertetur dolor tuus in capite tuo, & in verticem tuum iniquitas tua deſcendet.

Deſtrue Domine inimicum tuum, & vltorem ; in rigore Iuſtitiæ tuæ.

Increpaſti eos, & periit impius; nomẽ eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Adde his frameas ; & Ciuitates eorum deſtrue.

Perijt memoria veſtra cum ſonitu, & Dominus in æternum permanet.

In:

Digitized by Google

In laqueo, quem abſcondiſtis: comprehenſus eſt pes veſter.

Conuertantur peccatores in infernũ; Qui obliuiſcuntur Deum.

Quorum maledictione os plenum eſt, amaritudine, & dolo; ſub lingua eorum labor, & dolor.

Sedes in inſidiis, vt interficias Innocentem; & inſidiaris in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua.

Contere Domine brachiũ peccatoris, & manum in laqueo ſuo.

Quia intendit arcum, parauit ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittet in obſcuro rectos corde.

Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, Sulphur; & Spiritus procellarum pars calicis eorum.

Falſa locuti ſunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in ore, & corde locuti ſunt.

Diſperdat Dominus vniuerſa labia veſtra doloſa; & linguam magniloquam.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſè egerunt; venenum aſpidum ſub labiis eorũ.

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt; veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem Innocentem.

Ad nihilum deductus es in conſpectu eius Maligne: Timentes autem Dominum glorificat.

Inuaſiſti hanc Creaturam Dei; Sicut Leo paratus ad prædam.

Sed exurge Domine, eripe eam ab impio, ne deuoret eam.

Circunda hos doloribus mortis: & torrẽtibus iniquitatis, cõturba eos.

Dolores Inferni circumdederunt vos: præoccupauerunt vos laquei mortis.

Commota eſt, & cõtremuit terra: fundamenta montiũ conturbata, & cõmota ſunt, quoniã iratus eſt vobis.

Intonuit de Cælo Altiſſimus: & ſuper vos cecidit grando, & carbones ignis.

Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit vos: fulgura multiplicauit, & conturbauit vos.

Retribuet tibi Dominus ſecundum iniquitatem tuam: & oculos ſuperborum humiliabit.

Perſequere hos inimicos noſtros Domine: & ego comprehendam illos.

Confringe hos Ieſu Chriſte: & in nomine tuo cadant ſub pedibus meis, & diſperde illos: non conuertar ego, donec deficiant.

Et comminue eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum dele eos.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis noſtris; dextera tua inueniat omnes, qui nos oderunt.

Pone hos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui; & in ira tua conturba eos, & deuoret eos ignis.

Aperiat Barathrum os ſuum, & rugiens rapiat vos.

Sit cor tuum tanquam cera liqueſcens, in iniquitate, & ſuperbia tua.

Attolliſtis portas veſtras, & eleuatæ ſunt portæ æternales: quia introiuit Rex gloriæ.

Comminuit vos tanquam vitulum Libani; & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Erubeſcite Dæmones impij, & deducatis vos in infernum: muta fiant labia veſtra doloſa.

In chamo, & fræno maxillas horum conſtringe Dæmonum: vt non approximent ad nos Domine.

Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.

Confundantur Dæmones, quærentes animas noſtras.

Auertantur retrorſum, & confundantur: qui cogitant nobis mala.

Digitized by Google

Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & Angelus Domini coartans eos.

Fiat via veſtra tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini perſequens vos.

Gladium euaginaſtis Dæmones, intendiſtis arcum veſtrum: ſed gladius veſter intret in corda veſtra, & arcus veſter confringatur.

Vos iniuſti puniemini: & ſemen impiorum peribit.

In te Domine inimicos noſtros ventilabimus cornu: & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Arcum conteret, & confringe arma: & ſcuta combure igni.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?

Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.

Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.

Dilexiſti omnia verba præcipitationis: lingua doloſa.

Propterea deſtruet te Deus in finem, euellet, te & educet de Tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

Præcipita hos: & diuide linguas eorum: quia iniquitas, & iniuſtitia in medio eorum.

Veniat mors ſuper vos: & deſcendatis in infernum viuentes.

Exaudi Deus, & diſperde iſtos, qui contaminant vineam tuam: & deduc in puteum interitus.

Laqueum parauerunt pedibus noſtris: ſed dediſti in opprobrium inſidiantes nobis.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

Sed Deus conteret dentes veſtros in ore veſtro: molas Leonum confringet Dominus.

Sicut cera, quæ fluit auferemini, ſupercecidit ignis, & non vidiſtis Solem: ſic in ira abſorbet vos.

Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine veſtro.

Et tu Domine deridebis, & ad nihilum deduces eos: Diſperde hos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fugient, qui oderunt eum à facie noſtra.

Sicut deficit fumus, deficiant: Sicut fluit cera à facie ignis, ſic peccatores à facie Dei.

Aſcendiſti in altum Domine: cæpiſti captiuitatem; accepiſti dona in hominibus.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

Diſſipa hos qui bella volunt: venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Effunde ſuper hos iram tuam; & furor iræ tuæ conculcet eos.

Quoniam, quos tu perculiſti perſequuntur nos: Ideò dolorem addè vulneribus ſuis.

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem horum: vt non remaneant in Tabernaculo tuo.

Confundantur quærentes animas noſtras: & comprehendantur in ſuperbia ſua.

Qui confregiſti horum potentias: arcum, ſcutum, & bellum: comprime eos.

Super nos malignauerunt conſilium: & cogitauerunt aduerſus creaturam tuam.

Ideò fac illis, ſicut Madian, & Siſaræ: Sicut Iabin in torrente Cyſſon.

Pone hos ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.

Deus

Deus meus, pone hos, vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis, qui comburit Syluam: & sicut flamma comburens montes.
Ita persequeris, & turbabis hos: in ira, & tempestate tua.
Confundantur, & conculcentur in sæculum sæculi.
Pone hos in lacu inferiori: in tenebris, & in vmbra mortis.
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
Super Aspidem ambulabis: & conculcabis leonem, & Draconem.
Ecce vos inimici nostri peribitis: & disperdetis, qui operatis iniquitatem.
Redde his iniquitatem ipsorum; & in malitia disperde illos: disperde hos Domine Deus noster.
Libera à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano.
Ignis ante te præcedat: & inflammabis in circuitu inimicos nostros.
Non habitabit in medio domus meæ; qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de Ciuitate omnes operantes iniquitatem.
Contriuit portas æreas Dominus: & vectes ferreos confregit.
Increpauit superbos: maledicti qui declinant à mandatis suis.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.
Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit.
Cadant super vos carbones: in ignem dejicietis vos.
Perde omnes tribulantes nos: quoniam sorui tui sumus.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem: & in scandalum, & in retributionem.
Obscurentur oculi horum ne videãt: & dorsum eorum semper incurua.
Impij de terra pereuntur: & via impiorum tenebrosa erit.
Ponat Dominus faciem suam contra te: ita vt fugias, etiam nemine persequente.
Radices Ducum superborum arefecit Deus: & plantauit humiles.
Terras vestras euertit Dominus: & perdidit vsque ad fundamentum.
Arefecit, & disperdidit vos: & cessauit memoria vestra in Cœlo, & in terrâ.
Filiorum peccatorum periet hereditas: & cum semine eorum assiduitas opprobrij.
Percute Domine dorsa horum inimicorum: qui oderunt te, non consurgant.
Propter peccatum vestrum in maledictione cecidistis: & in maledictione pax vestra semper erit.
Luctus damnatorum in spiritu ipsorũ: & nomen impiorum delebitur.
Contriuit Dominus baculum impiorum: virgam dominantium, in indignatione, & plaga insanabili.
Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego; paueant illi, & non paueam ego: Induc super hos diem afflictionis, & contere eos Domine.
Dabit desuper Dominus lapides prægrandes irruentes super vos: in consummationem.
Iratus est furor Domini super peccatores: & extendit manum suam super vos.
Conturbati sunt montes; & facta sunt morticinia horum, quasi stercus in medio platearum.

Digitized by Google

Conterriti ſunt in Sion peccatores; poſſedit timor Hypocritas.

Sagittæ Domini acutæ, & omnes arcus eius contra vos extenti.

Oblitus es Dei creatoris tui, & fortis Adiutoris tui non es recordatus.

Fuge procul, ſicut rapitur puluis montium à facientem; & ſicut turbo coram tempeſtate.

Cecidit, cecidit Babylon; & omnia ſculptilia Deorum eius contrita ſunt.

Fugite à furia Infernali, à facie gladiorum eius, à facie gladij imminentis à facie arcus extenti, & à facie grauis prælij.

Comedes fructus viæ tuæ; & ſaturaberis conſilijs tuis.

Iniquitates tuæ capiunt impium, & funibus peccatorum conſtringeris.

Morieris, quia non habuiſti diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ tuæ decipieris.

Nihil proſunt Theſauri impietatis tuæ; creatura ſtulta à te facta es, & nomen tuum putreſcet.

Inter vos ſuperbos ſemper iurgia, & extinguemini, quia lucernæ impiorum eſtis.

Abominatio eſt Deo via tua; & in fructibus tuis conturbatio, & perditio.

Domum ſuperborum demolietur Dominus; & non valebit lætari in alterius ruina.

Cum in profundum ieris peccatorum: ſequentur te omnia nefaria tua.

Flagellatus es teſtis inique; Et quia loqueris mendacia, morte iterum morieris.

Parata ſunt maledictis deriſoria, & mallei percutientes ſuperbiam veſtram.

Diſſipabit vos Chriſtus intuitu ſuo, cum ſederit in ſolio Iudicij ſui.

Hæreditas tua caret benedictione; quia reddidiſti malum pro bono.

Superbus, & arrogans vocaris: ſed non eſt conſilium contra Dominum.

Qui ſeminatis iniquitatem, meretis mala: Et virga iræ veſtræ conſummabitur.

Fouea profunda via tua; gladijs plena; & Dominus præcipitauit te in eam.

Inſidiaris, vt latro in via, ſed replebunt te vrticæ, & operient ſpinæ.

In die bona frueris malis; & malum diem fugere non potes.

Viues in malitia tua, & opere malo; vt crucieris perpetuo.

Fortitudo tua, vt fauilla ſtupæ, & opus tuum, quaſi ſcintilla, & incendetur vtrumque ſimul, & non erit, qui extinguat.

Dilatabit infernus animam ſuam, & aperiet os ſuum in momento, & deſcendetis vos fortes, & ſequaces veſtri, & ſublimes, glorioſique ad eum,

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Fuge maledicte cum ſequacibus tuis, & diſſolue colligationes impietatis tuæ. In nomine *Dei † Patris*: Solue faſciculos *deprimentes*; In nomine Dei † *Filij*, dimitte creaturam hanc obſeſſam, & ſit penitus libera: In nomine Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS V.
Improbationum dictus.

DEus † in adiutorium meum intende

Domine † ad adiuuandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Alleluia.

Domine exaudi orationem meam.

Et

Digitized by Google

Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui cum iratus fueris, miſericordiam facis, & in tempore tribulationis peccata dimittis: Ad te Domine facies noſtras conuertimus, ad te oculos noſtros dirigimus; Petimus Domine, vt hanc Creaturam de manibus Dæmonum eripias: Non enim delectaris in perditionibus, ſed poſt tempeſtatem, tranquillum facis; & poſt lachrymationem, & fletum, exultationem infundis; Sit nomen tuum Deus Iſraël benedictum in ſæcula, & exaudi preces noſtras in conſpectu gloriæ tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic imponat manus ſuper caput Dæmoniaci, & dicat,

EXORCISMVS.

EXorcizo te N. Creaturam Dei infirmam per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † Sanctum, per Deum † totius Creatorem, vt te mundam exhibeas contra omnem morbum, atque inſidias, diabolicasvè poteſtates inimici: & efficiaris Creatura ad euacuandum, & expellendum inimicum, omnemque virtutem, & putredinem eius: adiurata in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti; Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

Oremus.

PEtimus; omnipotens æterne Deus pro hac Creatura tua, vt ſigno Sanctæ † Crucis vnigeniti Filij tui, & Domini noſtri Ieſu Chriſti munita, omnem Aduerſarij poteſtatem euacuet, conſummat, & arefaciat, nihilque in ea remaneat immundum, nihil peſtiferum, ſed ad inuocationem nominis tui ſit munda, ac benedicta. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum; Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hoc facto aſpergat N. aqua benedicta, & eleuatis oculis, dicat.

GRatia Domini noſtri Ieſu † Chriſti, & charitas † Dei, & communicatio Sancti † Spiritus, ſit cum omnibus nobis. Amen.

CONIVRATIO.

CONiuro † te Maledicte Serpens, vt fugias ab hac Creatura Dei. In nomine Patris † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Nam tu es Angelus ille rebellis, qui æqualitatem diuinitatis, quam Chriſtus poſſedit per Naturam, aſſumere volebas per rapinam? Nonne tu es, qui ſapientiam, & prudentiam ad diſcernendum iudicium, non periſti à Domino: ſed in ſuperbia elatus cecidiſti de Cœlo? Nonne tu es teterrimus ille Draco, qui venenum præparaſti homini primo, eiuſque proli perſuaſione tua, ſeducto pro cibi vetiti perceptione; & iugo perpetuæ ſeruitutis addixiſti? Nonne ille es, qui gloriabaris tua fraude deceptum hominem diuinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis dote nudatum duram [illegible]s ſubjiſſe ſententiam: Sed Deus homo factus eſt, & mortis legibus ſubiacens, te contriuit? Nonne inuidia repletus in Caim interfeciſti iuſtum Abel, ac per eum Domino dixiſti: Maior eſt impietas mea,

Digitized by Google

mea,quàm vt veniam merear? Nonne tibimetipſi, nemine ſuggerente cauſam mortis æternæ contraxiſti? Nonne ſubuerſus es in Sodomam, & Gomorrham? Nonne corrupiſti terram & repleſti iniquitate. Tandem vt Coruus de Arca ſubmerſus, es aquis Diluuij? Nonne tu in Cham reuelaſti pudenda Patris? Nonne tu incitaſti Eſau contra fratrem Iacob, dicens; Veniet dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum? Nonne in Sichem rapuiſti Dinam, & vi oppreſſiſti virginem? Nonne odij, & inuidiæ fomitem miniſtraſti fratribus Ioſeph, & cogitaſti occidere Puerum: & tandem Iſmahelitis vendidiſti? Nonne in Dominum Ioſeph iratus, eum in carcerem tradidiſti, nequaquam acquieſcere volentem ſtupro, & operi nefario? Nonne in Ægyptijs ſurrexiſti, inuidens populo Dei, & in amaritudine perducens vitam eorum? Nonne in Rege Ægypti inſidiabaris populo electo, præcipiens obſtetricibus, vt interficerent omnes maſculos tempore partus? Nonne maleficorum virgas in Dracones conuertiſti, ſed virga Aaron deuorauit virgas eorum? Nonne, Beſtia, per Maleficorum incantationes educere volebas Cinifes; ſed confuſus non potuiſti contra Dominum? Nonne cor Pharaonis, vt non dimitteret populum Iſraelem ad ſacrificandum Deo, induxiſti: & tandem, Maledicte, ſubieciſti? Nonne Pharaonem, & eius exercituum contra eundem populum armaſti, ſed in profundum fluctibus maris rubri demerſus extitiſti? Nonne vitulum conflatilem, ſuggerens filijs Iſraël, vt adorarent, & immolarent illi hoſtias, feciſti; Sed combuſſit te Moyſes, ac contriuit vſque ad puluerem? Nonne populum electum in peccatum deſperationis, inconſidentiæ, & rebellionis toties induxiſti, & tandem conuerſus ceſſiſti? Nonne eum multoties ad murmurandum contra Deum, & illi detrahendum induxiſti? Nonne multitudinem Iſraël, vt lapidibus obmerent ſeruos Domini moyſen, & Aaron incitaſti? Nonne per Balac quærebas, vt à Balaam Dei populus maledicereſtur? Sed per Balaam populo benedicto ipſe confuſus abijſti? Nonne fornicare populum Iſraelem cum filiabus Moab, & Deos earum adorare feciſti? Nonne per filios Iſraël in Canaam Regnum tuum deſtructum extitit, diſperdentes cunctos habitatores terræ, confringentes titulos, comminuentes ſtatuas, atque omnia vaſtantes? Nonne in tot Reges fortes per manum Ioſue confuſus extitiſti? Nonne in Saulem à Dauide percutiente Cytharam, flagellabaris? & cum eodem priuato Spiritu Sancto, & Regno fuiſti confuſus? Nonne ipſum Saulem incitaſti contra Dauid, ſed non præualuiſti; Quia manus Domini erat cum illo? Nonne ipſum Dauid ad peccandum induxiſti; Sed eo clamante, Miſerere mei Deus, confuſus receſſiſti; Nonne in Prophetis; & Cultoribus, & Sacerdotibus Baal deſtructus es, comminuta ſtatua, deſtructa Æde, & facta in ea latrina? Nonne in ſuperbia Holofernis, gloriabaris, ſed tandem, in Iuditha victus fuiſti? Nonne Iob, in ſubſtantia, filijs, & perſona percuſſiſti: & tandem fugiſti confuſus, dum clamarer. Dominus dedit, & Dominus abſtulit: Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum? Nonne Aman populo Iſraeli, & Mardocheo inſidiaſti, vt annihilarentur; ſed correctus extitiſti, cum in ligni patibulo quinquaginta cubitorum altitudinis ſuſpenſus Aman in inferno præcipitauit confuſus? Nonne tot Prophetas perſecutus es: & tandem

Digitized by Google

in nomine Domini euaſerunt manus tuas? Nonne in Sacerdotibus Bel confuſus, & ſuperatus extitiſti? Nonne tu es cauſa, initium, & finis culturæ nefandorum Idolorum? Sed cito aderit finis tuus? Nonne tu es, cui myſterium ſponſalitiorum Mariæ, & Ioſeph celatum fuit? Nonne inuidia motus, Puerum Ieſum, vt perderes, quærebas; ſed fugientem in Ægyptum, non potuiſti? Nonne in Herode, illuſus à Magis extitiſti? Nonne maledictus ille es, qui formam Heremitæ ſancti, vt tentares? An ſolus homo, vel & Deus eſſet Chriſtus, ſuſcepiſti, ſed ſuperatus reliquiſti eum? Nonne incitaſti Iudæos, vt Ieſum lapidarent, ſed illo per medium illorum tranſeunte, euanuit intentio tua? Nonne multoties ſufflaſti in Mari, vt Nauicula cum Ieſu, & Diſcipulis operirentur fluctibus; Sed illo ventis, & Mari imperante, fiebat tranquillitas magna? Nonne tu es, qui nec porcos præſumebas attingere, niſi licentiam obtineres à Chriſto? Nonne, latro, ille es, qui murmuraſti per Iudam de vnguento pretioſo, quo Maria vnxit pedes Domini? Nonne tu ſuperbus ille es, qui etiam in Apoſtolorum Conſiſtorio, per Iudam te collocaſti? & tandem cum ſuſpenſo proditore Iuda ambo ſimul in profundum cecidiſtis inferni? Nonne homicida es ab initio, & in veritate non ſtetiſti: Imò inuitatus ad nuptias æterni Dei neglexiſti? Nonne talentum, quod tibi dederat Dominus in campo ſpinis armato, fodiſti, Ideò meritò à ſiniſtris eris? Nonne diſſipaſti bona, ſuperbiſſime, ac luxurioſe: & Lupus factus aliorum rapis oues: Ideò ligatis manibus, & pedibus miſit te Dominus in tenebras exteriores? Nonne confuſus extitiſti, quando congregauit Dominus, & collegit diuerſitatē linguarum in Apoſtolos, quas ſuperbia tua fecerat diuerſas? Nonne tot homines, vt extingueretur fides Chriſti, ad mortem conducebas; Sed, dum diuerſa, & acerbiſſima tormentorum genera ſuſtinerent ſupra curſum Naturæ, te confuſo, augebatur? Et quid vltra dicam? Nonne de numero vocatorum projectus es; quia non habuiſti veſtem nuptialem ad Sponſi gloriam? Nonne corruiſti in Simone illo, qui blaſphemans in Spiritum Sanctum, illum emere volebat? Nonne, Serpens es, qui conaris corrumpere virginitatem cordis Eccleſiæ, quam habet in integra fide? Nonne pedes tui deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus tui penetrant? Nonne tu es Creatura illa reprobata, & maledicta pro tua culpa in æternum? Nonne indutus es confuſione, perpetua maledictione, & mœrore? Nonne odioſus es omnibus, quia Patriæ Cæleſtis, ac Ciuium inimicus es? Nonne iniquitates tuæ plures ſunt, quàm Stellæ Cœli, & arena maris? Nonne bibiſti de manu domini calicem iræ eius, & potaſti vſque ad fæces? Nonne es Pater mendacij, deiectus de gratia Dei, & Chriſti? Nonne tu es, cui in Cruce Chriſtus poſuit frænum maxillis? Nonne Propheta falſus es tu, qui ad nos venis in veſtimentis ouium, intrinſecus tamen Lupus rapax es? Nonne tu es, qui nobis ſubſtantiam non quæris auferre, ſed vitam: non terram fraudare, ſed Cœlum; non fines anguſtæ poſſeſſionis, ſed infinita ſpatia æternitatis? Nonne blaſphemas viam veritatis, & inducis ſectas perditionis? Nonne deprauas ſcripturas, & facis multos Antichriſtos? Nōne doces populos pręcipitari? Nonne tu es ex Synagoga Sathanæ, & habitatio tua in inferno? Nonne omnia opera tua

tenebroſa ſunt, & amara quaſi abſinthium? Nonne tu es hoſtis ille antiquus, qui figuram aſſumis Angelorum lucis; laqueos deceptionis vbique prætendens? Nonne tu ſcala, & gradus es, quos petra confregit? Nonne vermiculat ſubſtantia tua, & tu omnibus ſtomachum moues? Nonne, ferramentarius ille es Infernalis, qui in belluam te conuertis? Nonne tu es, qui crocitas, ſemper peſſima nuncians? Nonne coaxas miſerias tuas, & ruminas in omnibus ſpurcitijs? Nonne glabras Sues porcarie, & de grege caprarum es? Nonne tu es Accipiter, & Miluus ille, qui Columbam procuras dilaniare? Nonne tu es Beſtia illa eripiens, & fœtorem vbique relinquens? Nonne tu diceris Leo, propter apertam iram; & Draco, propter occultas inſidias? Sed Chriſtus conculcat Leonem, & Draconem? Nonne tu es qui dabis ſigna magna, & prodigia, vt in errorem inducas gentes: Sed per Eliam, & Enoch præcipitaberis? Nonne, ſub ſpecie boni multos, vt te pro fine habeant, fallis, & quia callidior es cunctis Serpentibus multos trahis, illaquearis, & decipis: Sed Deus agit cauſas noſtras, in quo finaliter propter ſuam clementiam requieſcimus? Nonne Spiritus nequam, ſciens fructum, remediumque maximum in ſacra Communione poſitum, omnimode niteris fideles, & deuotos, quantum præuales, retrahere, & impedire? Nonne Maledictæ aſſiſtis inter filios Dei, vt ſolita tua nequitia eos perturbes, aut timidos reddas, & perplexos, quatenus eorum affectum à ſanctiſſima Communione minuas, vel fidem impugnando auferas; Sed de verſutijs tuis, & phantaſijs quantumlibet turpibus, & horrendis, non curantes deuoti; Sed purgantes ſe, & expuentes velociter venenum, & feſtinanter accipientes remedium, cuncta phantaſmata in caput tuum retorquent: & ſic, miſer, contemneris, & derideris? Nonne, ſceleſtior, & iniquior es cunctis Sceleratis, quia radix es omnium malorum: committis ſacrilegia, & furta, & rapinas exerces, & prædas; bella, & homicidia geris; Simoniace, vendis, & emis? iniuſtè petis, & accipis; falsè negotiaris: & ſpurcitijs, fraudibus, & dolis fœcundaris; diſſoluis pacta, & violas iuramenta, corrumpis teſtimonia, & iudicia peruertis? Nonne per Iudam proditorem tu adeptus es perfidiæ infamiam: cùm inebriatus veneno auaritiæ, tam ſtultè impius factus es, vt venderes vili pretio Dominum tuum volentem totum mundum redimere? Nonne tu ille es, qui anguſtiaris vndique, quia extra Deum, gloriari voluiſti, nec ſtabiliſti te vero bono, & gaudio: vincit enim omnia diuina Charitas, & dilatat omnes Animæ vires, quia nemo bonus, niſi ſolus *Deus*, qui eſt ſuper omnia laudandus, & in omnibus benedicendus. *Nonne* tu es hoſtis, qui, & à *dextris*, & à ſiniſtris nobis impugnas, *ne ad palmam pertingamus Beatorum*? Sed Ieſus Chriſtus arma ſpiritualia nobis tribuit neceſſaria, vt ponamus cor noſtrum fixè in eum, cum mera voluntate, cuncta patiendi propter eum: & ſic viriliter, & potenti manu, pro ipſius amore, omnia libenter ſubimus; labores, ſcilicet, & dolores, tentationes, vexationes, anxietates, neceſſitates, infirmitates, iniurias, oblocutiones, confuſiones, & correctiones, quia iuuant hæc ad virtutes, & probant Chriſti Tyronem, & fabricant cœleſtem Coronam: & ſic Deus reddet nobis æternam mercedem, pro breui labore:

&

Digitized by Google

& infinitam gloriam, pro tranſitoria confuſione; Nam nobiſcum eſt Dominus in omni tribulatione? Nonne, antiquus es hoſtis, omnibus bonis aduerſans, à tentatione non ceſſas, & die noctuque graues moliris inſidias, ſi fortè in laqueum deceptionis poſſis præcipitare incautum: Sed vigilate, & orate, dicit Dominus, vt non intretis in tentationem. Nonne tu es, mala peſtis, quia à vera gloria trahis Animas, & ſpolias cæleſti gratia, quæ eſt Chriſtus, cuius nomen laudamus, & benedicimus, cuius opus magnificamus, quia ipſe ſolus manum porrigit adiutricem, ipſe ſolus poteſt auxiliari, & in tantum confirmare, vt vultus meus amplius in diuerſa non mutetur: Sed in ipſo cor meum conuertatur, & quieſcat. Ipſe veritas mea, & miſericordia Deus meus; Trinitas beata, ipſi ſoli laus, virtus, honor, & gloria, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Nonne priuatus es à lumine Dei Patris, à ſplendore Chriſti, & ab illuminatione Spiritus Sancti. Nonne per Iudam bibiſti ſanguinem Domini? Sed non ſaturatus es, nec ſitim extinxiſti ignis æterni, quia in igne ſumpſiſti myſteria Chriſti? Nonne tu ille es, qui, in Cælum nidum prauitatis, & ſuperbiæ nitebaris ponere? Sed citò perdidiſti gratiam; Idcircò cecidiſti de Cœlo confuſus, & depauperatus, vt diſcas, Non in alis tuis volare: Sed ſub pennis diuinis ſperare? Nonne tu ille es antiquus hoſtis, qui, omninò niteris impedire deſiderium noſtrum in bono, & ab omni deuoto exercitio euacuare, à ſanctorum Cultu, à pia paſſionis Chriſti memoria, & peccatorum vtili recordatione, à propriis cordis cuſtodia, & à firmo propoſito proficiendi in virtute? Sed valdè immunde Spiritus, erubeſce miſer, vade, immundus es tu totus, qui talia infers auribus noſtris. Diſcede ab hac Creatura Dei, Seductor peſſime, non habebis in ea partem vllam; Sed Ieſus ſecum erit tanquam bellator fortis, & tu ſtabis confuſus. Tace, obmuteſce, & exi ab ea, quia ſcriptum eſt, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me Caſtra, non timebit cor meum. Dominus adiutor meus, & redemptor meus. Nonne tandem es radix omnium malorum: Sed ſemper confuſus extitiſti, prout legitur in libro bellorum Dei? Ego teſtis, Cœlúmque, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt: Relinque igitur hanc Creaturam Dei, Maledicte, quænam conuentio eſt Agni cum Lupo? Chriſti cum Belial? homini Sancto cum cane? Recede ergo, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Tunc ille es, qui protoplaſtum de Paradiſi habitaculo proieciſti? qui Pharaonem, vt Dei populum perſequeretur, armaſti? qui ad extremum ipſum populum Hebræum vt inuidia ſuccedente, perſequeretur Dominum, excitaſti? Diſcede à Seruis Dei, à quibus ſæpius ſuperatus diſceſſiſti confuſus. Tu es enim in Caim proiectus; in Eſau ſupplantatus, in Golia proſtratus, in Iuda proditore ſuſpenſus: & in ipſa illa Dominica virtutis Cruce † cum poteſtatibus, & dominationibus tuis triumphatus, atque contritus es: Abde nunc, inimice, caput, & humiliare ſub ſignaculo Crucis † Diuinæ. Quia non eſt tibi portio cum Seruis Dei. Quorum eſt hæreditas Regnum Chriſti. Vade retrò Sathana, nihil mihi, & huic in nomine Chriſti mei poteris vltra nocere. Amen.

Digitized by Google

tenebroſa ſunt, & amara quaſi abſinthium? Nonne tu es hoſtis ille antiquus, qui figuram aſſumis Angelorum lucis; laqueos deceptionis vbique prætendens? Nonne tu ſcala, & gradus es, quos petra confregit? Nonne vermiculat ſubſtantia tua, & tu omnibus ſtomachum moues? Nonne, ferramentarius ille es Infernalis, qui in belluam te conuertis? Nonne tu es, qui crocitas, ſemper peſſima nuncians? Nonne coaxas miſerias tuas, & ruminas in omnibus ſpurcitijs? Nonne glabras Sues porcarie, & de grege caprarum es? Nonne tu es Accipiter, & Miluus ille, qui Columbam procuras dilaniare? Nonne tu es Beſtia illa eripiens, & fœtorem vbique relinquens? Nonne tu diceris Leo, propter apertam iram; & Draco, propter occultas inſidias? Sed Chriſtus conculcat Leonem, & Draconem? Nonne tu es qui dabis ſigna magna, & prodigia, vt in errorem inducas gentes: Sed per Eliam, & Enoch præcipitaberis? Nonne, ſub ſpecie boni multos, vt te pro fine habeant, fallis, & quia callidior es cunctis Serpentibus multos trahis, illaquearis, & decipis: Sed Deus agit cauſas noſtras, in quo finaliter propter ſuam clementiam requieſcimus? Nonne Spiritus nequam, ſciens fructum, remediumque maximum in ſacra Communione poſitum, omnimode niteris fideles, & deuotos, quantum præuales, retrahere, & impedire? Nonne Maledictæ aſſiſtis inter filios Dei, vt ſolita tua nequitia eos perturbes, aut timidos reddas, & perplexos, quatenus eorum affectum à ſanctiſſima Communione minuas, vel fidem impugnando auferas; Sed de verſutijs tuis, & phantaſijs quantumlibet turpibus, & horrendis, non curantes deuoti; Sed purgantes ſe, & expuentes velociter venenum, & feſtinanter accipientes remedium, cuncta phantaſmata in caput tuum retorquent: & ſic, miſer, contemneris, & derideris? Nonne, ſceleſtior, & iniquior es cunctis Sceleratis, quia radix es omnium malorum: committis ſacrilegia, & furta, & rapinas exerces, & prædas; bella, & homicidia geris; Simoniace, vendis, & emis? iniuſtè petis, & accipis; falsè negotiaris: & ſpurcitijs, fraudibus, & dolis fœcundaris; diſſolutis pacta, & violas iuramenta, corrumpis teſtimonia, & iudicia peruertis? Nonne per Iudam proditorem tu adeptus es perfidiæ infamiam: cùm inebriatus veneno auaritiæ, tam ſtultè impius factus es, vt venderes vili pretio Dominum tuum volentem totum mundum redimere? Nonne tu ille es, qui anguſtiaris vndique, quia extra Deum, gloriari voluiſti, nec ſtabiliſti te vero bono, & gaudio: vincit enim omnia diuina Charitas, & dilatat omnes Animæ vires, quia nemo bonus, niſi ſolus Deus, qui eſt ſuper omnia laudandus, & in omnibus benedicendus. *Nonne* tu es hoſtis, qui, & *à dextris, & à* ſiniſtris nobis impugnas, *ne ad* palmam pertingamus *Beatorum*? Sed Ieſus Chriſtus anima ſpiritualia nobis tribuit neceſſaria, vt ponamus cor noſtrum fixè in eum, cum mera voluntate, cuncta patiendi propter eum: & ſic viriliter, & potenti manu, pro ipſius amore, omnia libenter ſubimus; labores, ſcilices, & dolores, tentationes, vexationes, anxietates, neceſſitates, infirmitates, iniurias, oblocutiones, confuſiones, & correctiones, quia iuuant hæc ad virtutes, & probant Chriſti Tyronem, & fabricant cœleſtem Coronam: & ſic Deus reddet nobis æternam mercedem, pro breui labore:

&

Digitized by Google

& infinitam gloriam, pro tranſitoria confuſione; Nam nobiſcum eſt Dominus in omni tribulatione? Nonne, antiquus es hoſtis, omnibus bonis aduerſans, à tentatione non ceſſas, & die noctuque graues moliris inſidias, ſi fortè in laqueum deceptionis poſſis præcipitare incautum: Sed vigilate, & orate, dicit Dominus, vt non intretis in tentationem. Nonne tu es, mala peſtis, quia à vera gloria trahis Animas, & ſpolias cæleſti gratia, quæ eſt Chriſtus, cuius nomen laudamus, & benedicimus, cuius opus magnificamus, quia ipſe ſolus manum porrigit adiutricem, ipſe ſolus poteſt auxiliari, & in tantum confirmare, vt vultus meus amplius in diuerſa non mutetur: Sed in ipſo cor meum conuertatur, & quieſcat. Ipſe veritas mea, & miſericordia Deus meus; Trinitas beata, ipſi ſoli laus, virtus, honor, & gloria, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Nonne priuatus es à lumine Dei Patris, à ſplendore Chriſti, & ab illuminatione Spiritus Sancti. Nonne per Iudam bibiſti ſanguinem Domini? Sed non ſaturatus es, nec ſitim extinxiſti ignis æterni, quia in igne ſumpſiſti myſteria Chriſti? Nonne tu ille es, qui, in Cælum nidum prauitatis, & ſuperbiæ nitebaris ponere? Sed citò perdidiſti gratiam; Idcircò cecidiſti de Cœlo confuſus, & depauperatus, vt diſcas, Non in alis tuis volare: Sed ſub pennis diuinis ſperare? Nonne tu ille es antiquus hoſtis, qui, omninò niteris impedire deſiderium noſtrum in bono, & ab omni deuoto exercitio euacuare, à ſanctorum Cultu, à pia paſſionis Chriſti memoria, & peccatorum vtili recordatione, à propriis cordis cuſtodia, & à firmo propoſito proficiendi in virtute? Sed valdè immunde Spiritus, erubeſce miſer, vade, immundus es tu totus, qui talia infers auribus noſtris. Diſcede ab hac Creatura Dei, Seductor peſſime, non habebis in ea partem vllam; Sed Ieſus ſecum erit tanquam bellator fortis; & tu ſtabis confuſus. Tace, obmuteſce, & exi ab ea, quia ſcriptum eſt, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me Caſtra, non timebit cor meum. Dominus adiutor meus, & redemptor meus. Nonne tandem es radix omnium malorum: Sed ſemper confuſus extitiſti, prout legitur in libro bellorum Dei? Ego teſtis, Cœlúmque, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt: Relinque igitur hanc Creaturam Dei, Maledicte, quænam conuentio eſt Agni cum Lupo? Chriſti cum Belial? homini Sancto cum cane? Recede ergo, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

Tunc ille es, qui protoplaſtum de Paradiſi habitaculo proieciſti? qui Pharaonem, vt Dei populum perſequeretur, armaſti? qui ad extremum ipſum populum Hebræum vt inuidia ſuccedente, perſequeretur Dominum, excitaſti? Diſcede à Seruis Dei, à quibus ſæpius ſuperatus diſceſſiſti confuſus. Tu es enim in Caim proiectus; in Eſau ſupplantatus, in Golia proſtratus, in Iuda proditore ſuſpenſus: & in ipſa illa Dominica virtutis Cruce † cum poteſtatibus, & dominationibus tuis triumphatus, atque contritus es: Abde nunc, inimice, caput, & humiliare ſub ſignaculo Crucis † Diuinæ. Quia non eſt tibi portio cum Seruis Dei. Quorum eſt hæreditas Regnum Chriſti. Vade retrò Sathana, nihil mihi, & huic in nomine Chriſti mei poteris vltra nocere. Amen.

Digitized by Google

EXORCISMVS VI.
Sanctissimæ Trinitatis.

DEus † in adjutorium meum intende.
Domine † ad adjuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, Creaturam tuam, quam creasti, & pretioso sanguine filij tui redemisti, in acerbis doloribus cruciatam respice, cunctósque dolores animæ, & corporis ab ea expelle; Et Dæmone prostrato internam, externámque sanitatem misericorditer ei redde; vt piis castigationibus emendata, sentiat se tua medicina sanatam: Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic impositis manibus super caput Damoniaci, dicat.

EXORCIZATIO.

EXorcizo te N. Creaturam Dei à Dæmonibus cruciatam, per Sanctissimam Trinitatem, & æqualitatem personarum; & Vnitatem diuinæ essentiæ, Patrem † & Filium † & Spiritum † Sanctum. Et per excellentiam, & virtutem nominis Dei; vt nullum consortium tibi sit cum Angelis Apostatis, nec cum eorum operibus; Sed per animam, & corpus, & amarissimam passionem Iesu Christi Redemptoris tui, libera, & munda sis ab omnibus iniquitatibus eorum: Recede ergo, spurcissime Serpens antique, cum omnibus Spiritibus maledictis, adiuratus, in nomine Sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Oremus.

DOmine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, ad inuocationem nominis tui, benignus assiste; & creaturam tuam multiplici pietate custodi; vt ab ægritudine Diabolica liberatam, & sanitati restitutam, dextera tua erigas; potestate tuearis, virtute confirmes: atque Ecclesiæ Sanctæ Altaribusque tuis, cum omni desiderata prosperitate, patrocineris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Mox aspergat aqua Benedicta, & eleuatis oculis, dicat.

BEnedic † nos Domine in omni tribulatione nostra, & in omni benedictione Spirituali, & in Cœlestibus in Christo.

CONIVRATIO.

COniuro vos † Dæmones, & superbas bestias, cuiuscumque conditionis sitis, qui malignitate vestra hoc corpus signaculo Sanctissimæ Crucis † signatum vexatis, siue illis fauetis, & qui auxilium præstare consueuistis, vt sine mora, & sine alicuius læsione recedatis per vnum Deum, in quo nihil aliud est, præter, id, quod est; & nihil in se est, nisi ipse. Conjuro † vos, per Deum, cuius voluntas Omnipotens est, beneuolentissima virtus, quæ est lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, inuisibilis, & inaccessibilis, in suis spectabilis, & solus mirabilis: quo nihil melius cogitari potest, ex quo omnia, & per quem omnia sunt

Digitized by Google

sunt facta. Conjuro † vos, per æqualitatem personarum, quæ in tribus consistit, secundùm quantitatem virtutis, quæ est potentia; secundum quantitatem durationis, quæ est æternitas; secundùm quantitatem magnitudinis, qua est intra omnia, extra omnia, & qua continet, & locat omnia: Vnde nullus alium præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Conjuro † vos, per Deum, qui intra omnia est, quia omnia replet, & vbique præsens est: qui extra omnia est, quia omnia continet, & non continetur, qui supra omnia est, quia omnibus præsidet, nec aliquid ei æquatur: qui infra omnia est, quia omnia sustinet, & sine ipso nihil subsisteret: & tandem, qui ante creationem mundi fuit, vbi nunc est, scilicet, in se, quoniam ipse sufficit sibi. Conjuro † vos, per Deum, qui principium est sine principio, & finis sine fine: Nam Deo non competit tempus præsens: nec præteritum, nec futurum; quia esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, & causa manens. Conjuro † vos, per latitudinem, longitudinem, sublimitatem, & profunditatem Dei, non propriè, sed metaphoricè dictam. Per latitudinem ergo charitatis eius, qua nos ab errore reuocat; per longitudinem patientiæ, qua malos expectat, dissimulans eorum peccata propter pœnitentiam: per sublimitatem sapientiæ, qua omnem sensum superat; per profunditatem Iustitiæ, qua peccatores damnat. Coniuro † vos, per immensitatem Dei, qui immensus dicitur: quia vbique est per præsentiam majestatis, & quæ immensitas quatuor in Deo complectitur; infinitatem, incomprehensibilitatem, incircumscriptibilitatem, & æternitatem. Coniuro † vos, per ipsam incomprehensibilitatem Dei, & licèt intelligamus Deum sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia Creatorem, sine situ Præsidentem, sine ambitu omnia continentem; sine loco, vbique totum, sine tempore sempiternum, sine sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem: tamen incomprehensibilis est, quia quicquid est in Deo, Deus est, Coniuro † vos, per excellentiam diuinæ dignitatis, quæ tanta est, quòd nihil dignè, vel propriè de eo dici potest: Nam mens de Deo cogitans deficit, sensus non percipit, lingua non explicat, locus non capit, tempus non mensurat, virtus non attingit, desideria, & vota ipse transgreditur, cogitationes hominum solus cognoscit per seipsum; de nihilo res creat, in initanti operatur, in operatione quiescit, ex authoritate de qualibet creatura facit quod vult, in ictu oculi mortuos suscitat, peccata dimittit, gratiam infundit, & in igne perpetuo corpora seruat. Coniuro † vos, per scientiam Dei, qui cognoscit temporalia æternaliter, mutabilia immutabiliter; contingentia infallibiliter; futura præsentialiter, dependentia independenter, creata increatè, alia à se, alia in se, & alia per se. Coniuro † vos, per prædestinationem Dei, quæ per gratiam præparat gloriam, per vocationem, quæ gratiam offert; per iustificationem, quæ illam confert; & per magnificentiam, quæ per gratiam multiplicat gloriam. Coniuro † vos, per iustitiam Dei, quæ reddit vnicuique quod meruit, promissum soluit, & imperfectum perficit. Coniuro † vos, per misericordiam Dei, quæ remunerat supra meritum, & punit citra condignum, quæ cunctos ad Deum conducit, errantes reducit, cadentes

tes erigit, ſtantes ſuſtinere non deſinit, & peruenientes, in gloriam introducit. Coniuro † vos, per quinque notiones Dei, ſcilicet, paternitatem, filiationem, proceſſionem, innaſcibilitatem, & communem ſpirationem, & per omnia Dei nomina eſſentialia, perſonalia, & nominalia. Coniuro † vos, per æternum Patrem potentiſſimum, ſapientiſſimum, & optimum, qui poteſt, ſcit, & vult ſe ſummè communicare, hoc eſt plenitudinem majeſtatis ſuæ alteri dare: Nam ab æterno ſibi filium æqualem genuit, cui diuinitatis ſuæ eſſentiam communicauit. Coniuro † vos, per multiplicem ſumptionem paternitatis: Nam dicitur Deus Pater æterna generatione, prædeſtinatione, creatione, redemptione, ſacramentali generatione, fidei inſtructione, gratiæ adoptione, & gloriæ collatione. Coniuro † vos, per correlationem Dei Patris, & Filij, per quam oſtenditur filium eſſe æternum, quia Pater æternus eſt, qui copioſiſſimus fons totius bonitatis, cui competit emanatio perfectiſſima, generat enim filium ſibi æqualem, cui communicat ſuæ plenitudinem majeſtatis. Coniuro † vos, per Dei Filium, qui dicitur ſenſus, quo omnia cogitantur, ſapientia, qua cogitata diſponuntur; virtus, qua diſpoſita perficiuntur; lumen, quo perfecta clareſcunt: verbum quo clarificata nunciantur. Coniuro † vos, per imaginem æqualitatis Dei Patris, quæ eius Dei filius eſt, & per imaginem Trinitatis, quæ eſt in nobis, ſcilicet, in memoria, intelligentia, & voluntate, vel in mente, notitia, & amore, in quibus per ordinem Patri, & Filio, & Spiritui ſancto aſſimilamur. Coniuro † vos, per emanationem diuinam, per modum naturæ, quæ eſt generatio, ſecundùm quam filius eſt à Patre, per emanationem, quæ eſt per modũ voluntatis, quæ propriè dicitur ſpiratio, ſecundùm quam Spiritus S. procedit à Patre, & Filio. Coniuro † vos, per Spiritum S. qui amor Dei Patris, & Filij eſt eſſentialiter, perſonaliter, & exemplariter; Eſſentialiter, inquantum ipſe cum Patre, & Filio vnus Deus eſt; ipſi verò tres inquantum vnum ſunt in eſſentia, diligunt ſe amore eſſentiali: perſonaliter inquantum ipſe nexus eſt Patris, & Filij: Exemplariter, quoniam amoris gratuiti, qui eſt in nobis, non ſolum Spiritus Sanctus cauſa eſt efficiens, ſed etiam exemplar, & finis. Coniuro † vos, per Spiritum Sanctum, qui charitas effectiua, & exemplaris dicitur; quia, non ſolum eſt amor Patris, & Filij, ſed quia nos amantes facit. Coniuro † vos, per Spiritum Sanctum, qui in ſigno viſibili apparuit, in igne, vt calefaceret frigidos; in linguis, vt doceret ignaros; in ſono, vt terreret rebelles; in columba, ad oſtendendam plenitudinem gratiæ, quæ in Chriſto erat; in flatu, poſt reſurrectionem, ad ſignificandam *iuſtificationem* affectus. Coniuro † vos, per quadruplicem effectum, quem conſecuti ſunt Apoſtoli ex præſentia Spiritus Sancti, eloquentiam, ſcilicet, in linguis; audaciam in tormentis; efficaciam in miraculis; protectionem à vitijs. Coniuro † vos, per gratiam Spiritus Sancti, qua à peccatis mundamur, in bonis firmamur, à terrenis ſeparamur; & per eiuſdem ſancta nomina, quæ ſunt Spiritus Sanctus, Nexus, Vnitas; Amplexus, Donum altiſſimi, Fons viuus, Ignis, Charitas; Spiritualis vnctio, Dexteræ Dei digitus, Paracletus, Magiſtrorum optimus. Coniuro † vos, per Spiritum Sanctum, qui mobilis eſt in via, ſtabilis in patria,

mobilis

Digitized by Google

mobilis in actiuis, ſtabilis in contemplatiuis; mobilis in Sanctis, & ſtabilis in Chriſto. Coniuro † vos, per tres perſonas in vnitate diuinæ naturæ, quarum prima à nulla eſt; ſecunda eſt per generationem à ſola prima; tertia eſt per communem ſpirationem à prima, & ſecunda; quæ Trinitas perſonarum non excludit ab eſſentia vnitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, & incommutabilitatem. Coniuro † vos, per ſanctam Trinitatem, quæ tribus modis innoteſcit. Nam patet in ſcripturis; oſtenditur in figuris; relucet in creaturis; quòd vnus Deus eſt fortis, & potens in prælio, faciens iuſtitiam, & peccatoribus iuxta opera ſua retribuens pœnam. Coniuro † vos, per Chriſtum, in quo vna perſona, & tres eſſentiæ conſiſtunt, Deitas, ſecundùm quam eſt genitus. Anima, & ſic creatus eſt: Et Caro, ſecundùm quam factus eſt; vnde à quolibet ſtatu primi parentis aliquid aſſumpſit, accepit enim peccati immunitatem, plenitudinem gratiæ, compenſationem pœnæ, paſſionem doloris, & triſtitiæ; & plenam gloriæ fruitionem. Coniuro † vos, per incarnationem Chriſti, in qua oſtenditur, qua charitate nos amauerit: Nam, vt liberaret nos de manibus veſtris, Deus homo factus eſt, Dominus, ſeruus, æternus, temporalis; immenſus, paruus; ſummus, ſit imus; incomprehenſibilis localis, ſimplex; compoſitus, inuiſibilis, videtur; & palpatur, impalpabilis. Coniuro † vos, per triplicem natiuitatem Chriſti; per diuinam à qua naſcitur æternaliter, & ſemper à patre, ſine matre; per gratuitam, ex qua naſcitur in mente ſpiritualiter, & ſæpè à Patre, & à Matre: Et per humanam, ex qua naſcitur temporaliter à Matre ſine Patre. Coniuro † vos, per Circunciſionem Chriſti, qua in eius natiuitate circunciſus fuit à Patre cultello paupertatis: per Circunciſionem, qua octauo die parentes circunciderunt eum cultello legis, per circunciſionem, qua ſeipſum circuncidit in omni vita ſua cultello hmilitatis; & per circunciſionem, qua in morte circunciſus eſt cultello Paſſionis, & Crucis. Coniuro † vos, per Baptiſmum Chriſti, in quo ipſius humilitas notatur veniens, ſed non indigens ſalute, & ſubjiciens ſe humili elemento aquæ baptizandum à ſeruo ſuo Ioanne: Et vtilitas noſtra deſignatur, quia aperuit cœlum, & fecit hominem Templum Spiritus Sancti, & infudit gratiam, faciens nos filios iræ, filios gratiæ. Coniuro † vos, per meritum Chriſti, in quo omnia merita noſtra radicata ſunt; ſiue ſatisfactoria pœnæ, ſiue meritoria ſint vitæ æternæ: quia Deum in præmium noſtrum non ſumus digni aſſequi, niſi per meritum ipſius Ieſu Chriſti. Coniuro † vos, per Paſſionem acerbiſſimam Chriſti, in qua, & patientiam inſuperabilem, & humilitatem admirabilem, & charitatem inæſtimabilem demonſtrauit. Coniuro † vos, per patientiam Chriſti, quam oſtendit in clauorum aſperitate, in ſpinarum punctione, in flagellorum laceratione, in palmarum percuſſione, in opprobriorum confutatione, in aceti & fellis amaritudine, & in lachrymarum effuſione: Et per ipſius charitatem, qua liberauit nos de manibus veſtris, renouauit gratiam, & cœlum aperuit. Coniuro † vos, per deſcenſionem Chriſti ad inferos, vbi per ſatisfactionem ſuæ Paſſionis, ſoluta ſunt captiuitatis vincula: & per ianuæ apertionem facta eſt illuminatio carceris: Et deuorans infernum, electos

in

in ſinu Abrahæ exiſtentes, extraxit: qui ſolùm pro reatu naturæ detinebantur: peccatores verò reliquit, non capaces tanti meriti, perpetuò cruciandos. Coniuro † vos, per reſurrectionem Chriſti, quem nec ſaxum magnum ſepulturæ reuolutum, nec militum cuſtodia potuit retinere, ſed à multis Sanctis, qui dormierant, ſociatus, impaſſibilis, & immortalis, propria virtute, reſurrexit æternaliter regnaturus. Coniuro † vos, per Aſcenſionem Chriſti, quæ Angelis fuit mirabilis, Dæmonibus terribilis, hominibus verò ſalutaris: Nam completa obedientia Patris, facta pace, & concordia inter Deum, & hominem, tanquam ſtrenuus propugnator contra Dæmones, eleuatis manibus, cum duabus Turmis, Angelorum, ſcilicet, & hominum, aſcendit in iubilatione, & ad dexteram Dei Patris collocatus eſt; vt hominum vota, & preces exaudiat. Coniuro † vos, per Aduentum eius, & iudicium generale, horribile, inappellabile, & ineuitabile: in quo erit contra vos conſcientia remordens, peccata accuſans, Chriſtus iudex iratus, & ſeuerus: Sancti etiam iudicis ſententiam confirmantes; patens erit infernus, & boni Angeli in eum vos cum ſequacibus veſtris compellent. Euaneſcite ergo, dejecti de gratia Dei, & Chriſti, tanquam fumus à vento raptus: Nam Ieſus fortis, & admirabilis; cui omne genu flectitur, Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, ſeductionibus veſtris, nunc, nunc finem imponet: Quia Deum, qui vos genuit, dereliquiſtis; & obliti eſtis Domini creatoris veſtri: Et hanc creaturam ſuam, tanquam latrones temerariè inuaſiſtis: Recedite ergo, & fugam parate præcipites. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

EXORCISMVS VII.

Qui flagellationis eſt.

DEus † in adjutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus, qui miſiſti Angelum tuum ſub Ezechia Rege, & interfeciſti de Caſtris Sennacherib, centum octuaginta quinque millia; & alia valdè mirabilia feciſti, nunc quoque Dominator Cælorum, mitte Angelos tuos potentes, qui cum timore, ac tremore magnitudinis brachij tui, conterant omnes Dæmones contra nos venientes cum blaſphemia; & huic Creaturæ tuæ conferant ſalutem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic ponat manus ſuper caput Demoniaci, & dicat.

EXORCISMVS.

EXorcizo te N. Creaturam Dei, infirmam, per Deum † Patrem, per Deum † Filium, per Deum † Spiritum Sanctum, Trinum, & vnum; Qui fecit Cœlum, & Terram, Mare, & omnia, quæ in eis ſunt: vt omnes virtutes Aduerſarij, omnis exercitus Diaboli, omnes incurſus, & phantaſmata Sathanæ eradicentur, & exterminentur à te; & ſis ſancta, & ſalutifera, & ignis ardens aduerſus inſidias inimici, & ſis ſanitas, & corporis medicina, fugiat à te omnis infirmitas,

Digitized by Google

infirmitas adiurata ; per eundem trinum , & vnum Deum ; Qui in vnitate viuit,& regnat in ſæcula ſęculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui facturæ tuæ ſemper pio dominaris affectu; Inclina,quæſumus aurem tuam ſupplicationibus noſtris : & creaturam tuam , Diabolica infirmitate laborantem, placatus reſpice : & viſita in ſalutari tuo ; Cæleſtiſque gratiæ præſta medicinam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſtea aſpergat aqua benedicta, & eleuatis oculis ad Cœlum, dicat,

IPſe,qui Trinum † vnumque poſſidet nomen, Omnipotens & miſericors Deus , benedicat nos in hoc opere ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Mox percutiens leuiter damoniacum Stola , vel virga Olivarum benedicta, dicat.

CONIVRATIO.

DIuidat te Dominus ab hac creatura ſua; Sicut per Michaëlem Principem Cœleſtis Militiæ te præcipitantem diuiſit à ſpiritibus beatis.

Ejiciat te Deus : Sicut eiecit Caim à facie ſua.

Confundat te Dominus , Sicut linguas volentium ædificare Turrim vſque ad Cœlum.

Diſperdat te Creator : Sicut omnia membra tua diſperſit aquis diluuij, & omnem ſubſtantiam de ſuperficie terræ.

Pluat ſuper te ignem , & ſulphur Adonay : Sicut ſuper Sodomam, & Gomorrham ; & fumus ſuperbiæ tuæ aſcendat in conſpectu Altiſſimi,vt conſumeris.

Flagellet te Sabaoth plagis maximis: Sicut Pharaonem, & domum eius propter Saram vxorem Abrahæ.

Occidat te Saday : Sicut Her , primogenitum Iudæ , eò quod eſſet nequam in conſpectu Domini.

Pecutiat te Emmanuel; Sicut Ouam, eò quòd rem deteſtabilem faceret, ne liberi fratris nomine naſcerentur.

Deuoret te ignis infernalis , Sicut virga Aaron deuorauit virgas Maleficorum.

Pecutiat te Sother ; Sicut Ægyptum per manus Moyſi, & Aaron ; ita quod percuſſa aqua fluminis in ſanguinem verteretur , & putreſieret , & piſces morerentur.

Percutiat te Agios ; Sicut eundem Ægyptum ramis: Ita vt,per domos & lectos, per furnos, & clybanos, & per cuncta loca intrarent ranæ.

Percutiat te Iſchyrios ; Sicut percutiens puluerem Ægypti ,facti ſunt Ciniphes in hominibus , & iumentis per totam terram.

Impleat te Otheos cunctis generibus tormentorum, & dolorum : Sicut domos Ægyptiorum Muſcis grauiſſimis,diuerſis generibus ; Ita vt corrumperetur terra.

Percutiat te Thetragrammaton peſte valde graui;Sicut Ægyptiorum agros, & equos,aſinos,& camelos, oues , & boues , ita vt morerentur.

Percutiat te Athanatos , ſicut ſparſa cinere de camino percuſſit populum , & Pharaonem vlceribus veſicarum turgentium.

Confringat Iehoua omnes vires , & ſuperbiam tuam ; Sicut grandine,

Digitized by Google

igne, tonitruis,& fulgoribus confregit omne lignum regionis illius.

Percutiat te Agla, sicut Ægyptum locustis; & deuoret te infernus, sicut illæ deuorauerunt omnem herbam.

Percutiat te Heloym, sicut percussit tribus diebus vniuersam illam terram tenebris horribilibus.

Percutiat te Heloa, sicut percussit omnem Primogenitum in terra Ægypti; & factus est planctus magnus.

Demergat te, qui principium est, & finis, in Barathri profundum, sicut flante vento vehementi, & vrente tota nocte, inuoluit Currus, & equites cunctos exercitus Pharaonis in medijs fluctibus.

Conterat te, qui primus est, & nouissimus, & comburat sicut vitulum conflatilem, detque in prædam inimicorum tuorum.

Fuget te Homousion in ore gladij, sicut Iosue fugauit Amalech, & populum eius & de hac Creatura deleat iniquitatem tuam, sicut memoriam eius sub Cœlo.

Irruat super te gladius Domini in furore suo, sicut filij Leui irruerunt in populo, propter idololatriam: Ita vt ceciderint quasi triginta millia hominum.

Deuoret te nunc ignis perpetuus, sicut ignis à Domino descendens deuorauit Nadab, & Abiu, offerentes ignem alienum ipso Domino.

Opprimat te Alpha, & Omega, sicut filij Israël lapidibus oppressérunt filium Salumith, eo quòd blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei.

Mittat accensum ignem ardentem Eserehei, qui deuoret te, & furor ipsius te percutiat plaga magna nimis; Sicut percussit populum murmurantem, & desiderantem carnes.

Obruant in te omnes Diaboli inimici tui, deducentes in infernum sicut turba obruit lapidibus hominem colligentem ligna in die Sabbathi.

Aperiat terra os suum, & deuoret te, cum omnibus tibi fauentibus; Ita vt descendatis in infernum viuentes; in æternum cruciandi, sicut deuorauit Dathan, & Abiron cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.

Egrediatur ignis à Domino vos interficiens, sicut interfecit ducentos quinquaginta viros, offerentes incensum.

Percutiat te vita in ore gladij sui: sicut percussit Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan, cum populis suis; & tradat te in manu mea, sicut eos populo Israëli.

In ore gladij percutiat vos, & interficiat Dominus: sicut ciuitatem Hierico, & omnia, quæ erant in ea.

Percutiat te lepra Leo *Cælestis*, sicut percussit Mariam *detrahentem* Moysi.

Exturbet te Deus, & lapidet: sicut omnis Israël exturbauit, & lapidauit Acham, eo quòd esset Anathema in Israël.

Conculcet te, & suspendat Sanctus in furca infernali: sicut conculcati, & suspensi fuerunt quinque Reges Amorrhæorum.

Comburat te Omnipotens sulphure, & Solis ardore, in exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboym: quas subuertit Dominus in ira, & furore suo.

Percutiat te Deus immortalis gladio,

Digitized by Google

dio ancipiti; sicut Saluator Aod extendens sinistram tulit sicam de dextro fœmore suo, infixitque eam in ventrem Eglon Regis Moab.

Destruat te æternus Deus; Sicut destruxit murum Geth, & Cananæi, & Azot.

Percutiat te Deus ineffabilis; sicut Samson percussit Philistæos plaga ingenti.

Percutiat te Deus cæcitate; sicut percussit populum Regis Syriæ persequentem Elisæum in Dotaym.

Percutiat te Deus; sicut percussit Ieroboam persequentem Abiam.

Percutiat te Messias; sicut Lapis Christus abscissus de monte percussit Statuam, & factus est mons magnus.

Infingat Deus clauum cerebro tuo, & malleo percutiat; sicut Iahel clauo Tabernaculo superposito, tempori capitis Sisaræ, percussit cum malleo, defixitque in eius cerebrum vsque ad terram, & mortuus est.

Manus grauissima valde Dei sit super te, sicut fuit super Philistijm, propter Arcam Domini translatam in Templo Dagon.

Percutiat te Dominus; sicut per Angelum suum percussit Castra Assyriorum.

Confringat tibi caput, & abscindat manus, Deus, sicut abscissæ sunt palmæ, & caput maledicti Dagon.

Percutiat te Deus Exercituum, sicut Dauid percussit Goliam lapide infixo in eius fronte.

Tradat te Deus Lucifero; Sicut Saulem Spiritui immundo.

Diuidat vos Deus ab hac Creatura: Sicut diuiduntur aquæ, & sicut Dauid diuisit Castra Philistijm.

Suspendat te Deus in patibulo inferni: Sicut suspensi fuerunt septem viri de filijs Saul.

Interficiat te Deus Israël, sicut interfecit Prophetas Baal.

Deuoret te ignis de Cœlo, sicut deuorauit duos Principes, & quinquagenarios primos, & secundos Ochoziæ.

Effundat super te Dominus furorem suum; Sicut per hominem indutum lineis, & atramentario in dorso, effudit super Hierusalem.

Præcipitet te Deus deorsum in infernum: Sicut Iehu præcipitare fecit Iezabel: & comedant te Canes infernales, sicut canes comederunt eam.

Irruant super te inimici tui; Sicut Asmodæus Dæmon super septem viros.

Apprehendat te dextera Dei, & religet in Barathro: Sicut per Angelum Raphaëlem apprehensus & religatus fuisti tu, vel alter Dæmon in deserto superioris Ægypti.

Euaginet Deus gladium suæ vltionis, & iustitiæ, & apprehendens comam capitis tui percutiat, donec ad infernum descendas: Sicut Iudith percutiens Holofernem amputauit caput eius.

Interficiat te flamma ignis: Sicut interfecit viros mittentes Sidrach, Misach, & Abdenago in fornacem.

Comminuant, & deuorent te Leones Infernales; Sicut Leones comminuerunt viros accusantes Danielem.

Intromittat vos Deus in barathri locum: Sicut intromisit in lacum illos, qui causa perditionis fuerunt Danielis, ita vt deuoremini in momento.

Percutiat te Deus per Angelũ suum: Sicut percussit Herodem vermibus, eo quòd non daret gloriã Deo.

Digitized by Google

Ejiciat vos flagello Chriſtus: Sicut eiecit ementes, & vendentes è Templo & ſubuertat in furore: Sicut ſubuertit menſas nummulariorum..

Præcipitet te Ieſus in mare inferni: Sicut, iam præcipitauit in mare Demonia in porcos exiſtentia..

Confundat te Chriſtus, ſicut confuſus extitiſti in multis mulieribus, & præcipuè, in Maria Magdalena..

Ejiciat te ab hoc corpore Chriſtus, ſicut eiecit Spiritum Lunaticum Mutum, & Surdum; dicens Surde, & mute Spiritus; Ego præcipio tibi, exi ab eo; & amplius non introeas in eum..

Ejiciat Chriſtus, ſicut eiecit Dæmonium à filia Cananeæ, & alterum ab homine in Synagoga, & alia multa præcipitauit in nomine ſuo..

Suſpendat Dominus molam aſinariam in collo tuo, & demergat in profundum..

Percute eos Domine, vt cadant retrorſum, ſicut turbæ cum fuſtibus, & armis, volentes comprehendedere te..

Interficiat vos Deus, ſicut interficit duos falſos teſtes malitiosè accuſantes Suſannam..

Suſpendat te Dominus in furca infernali, Sicut Iudam laqueo..

Tradat te Deus, ſerue nequam, tortoribus infernalibus, donec reddas obedientiam Sacerdoti..

Retribuat vobis Dominus facientibus malum, iuxta malitiam veſtram, & ſicut claudi, & cæci, non intrabitis in Regnum Dei..

Contremiſcat, ac fuget vos Deus, cum omnibus vobis ſauentibus, ad inuocationem Ieſu Chriſti..

Tradat vos Dominus corruentes ante hoſtes veſtros, & diſpergamini per omnia tormenta inferni..

Conterat ſuperbiam duritiæ veſtræ Dominus nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculorum..

Mittat Dominus beſtias inferni, quæ conſument, & affligant vos, vt ad nihilum redigantur viæ veſtræ..

Affligat vos valdè Dominus, donec confitentes iniquitates veſtras ab hac creatura fugiatis..

Sint contra vos in nomine Domini, ignei Serpentes, inimici veſtri; vt trahant vos ab hoc corpore, & deducant in Barathrum..

Percutiat vos Dominus egeſtate, lepra, febri, frigore, ardore, æſtu, aëre corrupto, ac rubigine; & donec exeatis, perſequentur vos, & deinde in ſempiternum..

Humiliare ergo Maledicte; in nomine illius, qui ſuperbiam extirpauit & introduxit humilitatem.. Nam ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ab Angelici Exercitus vocibus collaudatur, cœlitudines mundi premit, & ſuperbia tumefactos ſub pedibus habet: ergo radicibus tuis euulſis, ramis confractis, conciſis, diſperſis, & aridis, præcipitare, & *fuge ab hac* creatura. In nomine *Patris*, † & Filij, † & Spiritus † *Sancti. Amen*..

EXORCISMVS VIII..

Angelorum nuncupatus.

DEus † in adiutorium meum intende

Domine † ad adjuuandum me feſtina..

Gloria Patri, & Filio, &c.

Alleluia.

Domine exaudi orationem meam..

Et clamor meus ad te perueniat..

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus..

DEus qui mirabiliter naturam Angelicam ad tui miniſterium creaſti;

creasti; & ad vniuersi gubernationem, miro ordine, deputasti: Concede quæsumus, vt eorum precibus in Cœlis adjuuemur, & in hoc loco sancto tuo, per eorum præsentiam, hæc Creatura tua, confutatis Maledictis liberetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic ponat manus super caput Demoniaci, & dicat.

EXORCIZATIO.

EXorcizo te N. Creaturam Altissimi; Iesúque Christi sanguine, & fonte baptismatis, & virtute Sacramentorum regeneratam; in sinúque sanctæ Matris Ecclesiæ, inter fideles connumeratam; vt non valeas Angelos malos Luciferi satellites; nec eorum munitiones in te retinere, sed per choros Angelorum Dei; & præcipuè per septem Angelos diuinæ Maiestatis astantes, expellas eos, & præcipites in vnitate Iesu Christi.

Oremus.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominúmque dispensas: Concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus, in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta, & elevatis oculis, dicat.

LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.

Mox dicatur Invitatorium sequens, & Psalmus, prout fit in officio duplici.

Regem Archangelorum Dominum, venite adoremus.
Regem Archangelorum Dominum, venite adoremus.
Venite exultemus Domino; Iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.
Regem Archangelorum Dominum, venite adoremus, &c.

Hymnus.

CHriste, Sanctorum decus Angelorum,
Rector humani generis, & auctor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cœlum.
Angelum pacis Michaël ad istam.
Cœlitus mitti rogitamus Aulam,
Nobis vt crebro veniente crescant
Prospera cuncta.
Angelus fortis Gabriel, vt hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius Templum veniens ad istud
Viscere nostrum.
Angelum nobis Medicum salutis,
Mitte de Cœlis Raphaël, vt omnes
Sanet ægrotos, paritérque nostros
Dirigat actus.
Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totus, & nobis Chorus Angelorum
Semper assistat, simul & beata
Concio tota.
Præstet hoc nobis Deitas beata,
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo.

CONIVRATIO.

COniuro † vos maledictos Angelos, vt ab hac creatura Dei, sine alicuius læsione, cum omnibus Sequacibus, & spurcitiis vestris: In nomine Sanctissimæ Trinitatis, fugiatis,

& per ſanctos Angelos, qui euaginatis gladijs occurrunt potentes in prælio. Et primò per Sanctum Michaëlem Militiæ Cœleſtis Principem, vos coniuro: de quo canit Eccleſia ſancta. Factum eſt ſilentium in Cœlo, dum Draco committeret bellum: & Michael pugnauit cum eo: & fecit victoriam, Alleluia: & iterum; Concuſſum eſt mare, & contremuit terra, vbi Michael Archangelus deſcendebat de Cœlo. Hic enim præpoſitus eſt Eccleſiæ Dei, glorioſus cæteris, animas introduxit in Paradiſum? pugnat cum antiquo dracone, & venit in adiutorium populo Dei: Coniuro † vos, per ſanctum Gabrielem, qui ſponſalitiorum Dei, & Mariæ internuncius fuit egregius: In cuius legatione; ante omnia reuerenter ſalutans virginem, innocentiam, & ſalutem, & gratiæ plenitudinem indicauit, dicens: Aue gratia plena in gaudioque excellenter commendauit, dicens: Benedicta tu in Mulieribus & Mariam pauentem, dulciter confortauit; Ne timeas Maria? Legationemque complens, dixit; Ecce concipies, & paries filium, Et reſpondens virgo: quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? expoſuit modum: Spiritus Sanctus ſuperueniet in te; & vltimo, nobilitatem & excellentiam Prolis expoſuit; Ideòque, quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei: quam, & vidit Daniel, dicens. Ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius, quaſi Chryſolitus, & facies eius, velut ſpecies fulguris, & oculi ejus, vt lampas ardens; & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis? & vox ſermonum eius, vt vox multitudinis. Coniuro † vos per Raphaelem, qui Dei virtute apprehendit, & ligauit Dæmonem in Ægypto ſuperiori; Tobiam videre fecit lumen Cœli, eius quæ filium à deuoratione piſcis eripuit: duxitque, & reduxit ſanum, & eos bonis operibus repleuit. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui inueniens Agar iuxta fontem aquæ fugientem a facie Sara, dixit: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius: Multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine: Concipies, & paries filium; vocabiſque nomen eius Iſmael, eò quod audierit Dominus afflictionem tuam. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos, qui à Loth in hoſpitio recepti, illi dixerunt: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere Ciuitatis. Coniuro † vos, per S. Angelum, qui de Cœlo clamauit, dicens Abraham, Abraham non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidpiam: nunc cognoui, quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito tuo propter me. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos: quos *vidit Iacob in* ſomnis, aſcendentes, & deſcendentes por ſcalam ſtantem *ſuper* terram, cujus cacumen *pertingebat* vſque ad Cœlum. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui præcedebat Caſtra Iſraël in tranſitu maris rubri; & per Angelum qui euaginato gladio ſteterit contra Balaam. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui ſedens ſub Quercu in Ephrata, & apparens Gedeoni, dixit Dominus tecum virorum fortiſſime: Tolle carnes, & azimos panes, & pone ſupra petram illam, & ius deſuper: & cum feciſſet extendit Angelus ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azimos panes:

Aſcendit

Aſcendítque ignis de petra, & carnes, azimóſque panes conſumpſit. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui apparuit mulieri Annæ ſterili, & dixit: ſterilis es, & abſque liberis. Sed concipies & paries filium: caue ergo, ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas; quia concipies, & paries filium; cuius non tanget caput nouacula: Erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex Matris vtero: Et ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſtinorum. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui propter peccatum Dauid extendit manum ſuam ſuper populum: Et occidit ſeptuaginta millia virorum. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui loquutus eſt ad Heliam Thesbyten, dicens: Surge, & aſcende in occurſum nunciorum Regis Samariæ: Et dices ad eos: Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem de lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui percuſſit de caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Coniuro † vos, per Angelum, qui Iudith, euntem ad Holofernem, ibique commorantem, & redeuntem cuſtodiui; nec permiſit ancillam ſuam coinquinari: Sed ſine pollutione peccati reuocauit eam gaudentem in victoria ſua, & liberatione populi. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui deſcendit cum Azaria, & ſociis eius in fornacem: Et excuſſit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtauit; nec quicquam moleſtiæ intulit. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui deſcendit in Lacum Leonum, & concluſit ora eorum, ne nocerent Danieli ſeruo Dei. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui apprehendit Abacuch in vertice eius, & portauit cum capillo capitis ſui; poſuíſque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui, vt prandium daret Danieli: ac reſtituit eum in loco ſuo. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui ſtetit iuxta Paſtores vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem, & dixit: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus eſt nobis hodie Saluator mundi: qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid: Et hoc vobis ſignum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in Præſepio. Coniuro † vos, per multitudinem Angelorum Militiæ Cœleſtis in natiuitate Ieſu Chriſti, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens. Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum, & per Angelum, qui iterum apparuit in ſomnis eidem in Ægypto dixit, ſurge, & accipe Puerum, & Matrem eius & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos, qui Sathana confuſo in tentatione Chriſti, acceſſerunt, & miniſtrabant illi. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui deſcendebat ſecundùm tempus in probaticam Piſcinam, mouens aquam ad ſanandos infirmos. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, cuius aſpectus, ſicut fulgur, & veſtimentum ſicut nix erat: qui deſcendens de Cœlo, cum terræ motu magno, & accedens reuoluit lapidem monumenti Ieſu, & ſedebat ſuper eum.

Exte-

Exterruit cuſtodes, & reſurrexiſſe Ieſum nunciauit. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos, quos vidit Maria Magdalena in albis ſedentes ad caput, & ad pedes: Vbi poſitum erat corpus Ieſu. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui per noctem aperiens januas carceris, & educens Apoſtolos, ſub cuſtodia detentos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in Templo Plebi omnia verba vitæ huius. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui locutus eſt Philippo, dicens: Surge, & vade contra meridianum, ad viam, quæ deſcendit ab Hieruſalem ad Gazam: & ſurgens abiit, Eunuchúmque baptizauit. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui Petri dormientis inter duos milites, vincti catenis duabus, percuſſit laterem, & excitauit eum, dicens; Surge velociter: cui ceciderunt catenæ de manibus, & tranſiens per cuſtodias, & portas Ciuitatis, aperiens, eduxit eum, & è manibus Tyranni liberauit. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos præſidentes Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smirnæ, & Pergamo, & Tyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos in circuitu Throni, dicentes: Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos, ſtantes in circuitu Throni, & Seniorum, & quatuor Animalium: & cadentes in conſpectu Throni in facies ſuas adorant Deum, dicentes; Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum. Coniuro † vos, per quatuor Angelos, ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram; neque ſuper mare, neque in vllam arborem. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui, & clamantem voce magna, quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, mari, nec arboribus, quò ad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Coniuro † vos per ſeptem Angelos, ſtantes in conſpectu Dei, habentes ſeptem tubas, vt canerent: Et coniuro † vos, per primum Angelum, qui tuba cecinit: & facta eſt grando, & ignis, miſta in ſanguine: & miſſa eſt in terram, & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt: & omne fœnum viride combuſtum eſt. Coniuro † vos, per ſecundum Angelum, qui tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens, miſſus eſt in mare, & facta eſt tertia pars maris ſanguinis, & mortua eſt tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars Nauium interijt. Coniuro † vos, per tertium Angelum, qui tuba cecinit & cecidit de Cœlo Stella magna ardens, tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, & nomen Stellæ dicitur abſynthium: & facta eſt tertia pars aquarum in abſynthium, & multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt. Coniuro † vos per quartum Angelum, qui tuba cecinit; & percuſſa eſt tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pas Stellarum: Ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. Coniuro † vos, per quintum Angelum, qui tuba cecinit, & Stella de Cœlo cecidit in terram? & data eſt ei clauis putei Abyſſi, & apperuit puteum Abyſſi; & aſ-

cendit

cendit fumus putei, ſicut fumus putei, fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol, & aër de fumo putei, exierunt Locuſtę in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ, & præceptum eſt illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride: neque omnem arborem: niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus eius. Coniuro † vos, per ſextum Angelum, qui tuba cecinit: & audita eſt vox vna ex quatuor cornibus Altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, dicens ſexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate: & ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum; vt occiderent tertiam partem hominum: & numerus equeſtris exercitus vices mille dena millia: & qui ſedebant ſuper equos habebant Loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: & capita equorũ erant tanquam capita leonum; & de ore eorũ procedit ignis, & fumus & ſulphur. Coniuro † vos, per ſeptimum Angelum, qui, cum cœperit tuba canere, conſumabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas: & factæ ſunt voces magnæ in Cœlo, dicentes: factum eſt Regnum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius; & regnabit in ſæcula ſæculorum. Amen. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum fortem, deſcendentem de Cœlo, amictum nube: & iris in capite eius: & facies eius erat, vt Sol, & pedes eius erant tanquam columnæ ignis, qui habebat in manu ſua libellum apertum; & poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare; Siniſtrum autem ſuper terram, & clamauit voce magna, quemadmodum, cum leo rugit: Et cum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem Tonitrua voces ſuas. Coniuro † vos per ſanctum Angelum volantem per medium Cœli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram; & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicentemque magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem; Quia venit hora Iudicij eius, & adorate eum, qui fecit Cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt, & fontes aquarum: Coniuro † vos, per alium Angelum, qui ſecutus eum, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna; quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, qui ſecutus eſt eos, dicens, voce magna: Si quis adorauerit Beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero; & calice irę ipſius: & cruciabitur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni; & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum exeuntem de Templo, & voce magna clamantem ac ſedentem ſuper nubem, Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ. Coniuro † vos, per ſanctos Angelos, quorum vnus, exiuit de Templo, quod eſt in Cælo, habens, & ipſe falcem acutam; & alter exiuit de Altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens; Mitte falcem tuam acutam; & vindemia botros vineę terræ; quoniam maturæ ſunt vuæ eius. Coniuro † vos, per ſeptem Angelos,

habentes ſeptem plagas, de Templo exeuntes veſtitos lino mundo, & candido; præcincti circa pectora zonis aureis; quibus datæ ſunt ſeptem Phialæ aureæ plenæ iracundiæ Dei viuentis in ſæcula ſæculorum. Quorum primus, effudit Phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſæuum, & peſſimum in homines, qui habebant characterem Beſtiæ; & in eos, qui adorauerunt imaginem eius. Secundus, verò effudit Phialam ſuam in mare: & factus eſt ſanguis, tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua eſt in mari: Et Tertius effudit Phialam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum; & factus eſt ſanguis. Quartus effudit Phialam ſuam in Solem; & datum eſt illi æſtu, affligere homines, & igni. Quintus quoque effudit Phialam ſuam ſuper ſedem Beſtiæ: & factum eſt Regnum eius tenebroſum, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolore. Sextus etiam Angelus effudit Phialam ſuam in flumen illud magnum Euphratem, & ſiccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu Solis ſeptimus tandem Angelus fudit Phialam ſuam in aerem, & exiuit vox magna de Templo à Trono, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit; ex quo homines fuerunt ſuper terram & facta eſt Ciuitas magna in tres partes, & Ciuitates gentium ceciderunt: & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Coniuro † vos, per Sanctum Angelum, qui deſcendit de Cœlo habens poteſtatem magnam; & terra illuminata eſt à gloria eius, & exclamauit in fortitudine, dicens; Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio Dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt; & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt. Coniuro † vos, per S. Angelum fortem, qui ſuſtulit lapidem, quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon Ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum, ſtantem in ſole, qui clamauit voce magna, dicens, omnibus auibus, quæ volabant per medium Cœli; Venite, & congregamini ad Cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes Regum, & carnes tribuum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum, & ſeruorum, & puſillorum, & magnorum. Coniuro † vos, per ſanctum Angelum deſcendentem de Cœlo, habentem clauem Abyſſi, & catenam magnam in manu ſua: qui apprehendit Draconem Serpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Sathanas; & *ligauit* eum in Abyſſo, & clauſit, & *ſignauit* ſuper illum, vt non *ſeducat amplius* gentes, donec conſumentur *mille* anni. Coniuro † vos, *tandem*, per Cœleſtem Hierarchiam ſuperiorem, mediam, & inferiorem; quarum vnaquæque continet tres ordines Spirituum illorum beatorum diuinæ Maieſtatis aſtantium. Coniuro † vos, per Angelos, qui ad diuinam cognitionem homines ducunt, & vt iuſtè viuant, inſtruunt: per dilectionem Dei ſurſum tendunt: firmantur in ſeipſis per caſtodiam ſui; ac ſub ſe in proximi auxilium ſolicitudine magna progrediuntur. Coniuro † vos, per Archangelos, quibus magnorum negotiorum operatio pertinet: & quia ſumma

nunciant,

Digitized by Google

nunciant, ſummi nuncij dicuntur: Nam de pertinentibus ad promotionem fidei, homines expediunt, & ab hominibus Dæmones remouent prophetiáſque reuelant. Coniuro † vos, per virtutes exercentes operationem miraculorum; Hi, prælatos docent: vt quæ ad prælationis officium pertinent; facilè, & perſeueranter, & onera ſpiritualia patienter exequantur. Coniuro † vos, per Poteſtates qui Angelorum apoſtatarum voluntates, & virtutes, ne (vt cupiunt) mundo noceant, opprimunt, & confortant; in ſpirituali certamine deſudantes, & ne ſpirituale Regnum amittant, defendunt. Coniuro † vos, per Principatus qui diſponunt Angelos, quibus prælunt, ad miniſterium diuinum explendum; vniuerſale regimen vnius Regni, vel gentis ad Dei ſimilitudinem ducunt, docent homines vnicuique exhibere reuerentiam ſecundum gradum ſuum: Eoſque ad iuſtitiam exequendam, propter ſolius Dei amorem, & honorem, & non propter vtilitatem propriam, promouent. Coniuro † vos, per Dominationes, qui officia cæterorum Angelorum regunt, & dominantur & nullo inferiori ſubijciuntur, in bello ſpirituali inſtruunt, qualiter prælationis officium vnuſquiſque oporteat exercere, & ſubditos dominari, & depoſito ſeruili timore in Deum moueri, & inceſſanter ei famulari. Coniuro † vos per Thronos; in quibus præcipuè rectitudo diuini officij relucet, quia in eis ſedens Dominus, iudicia ſua per eos determinat. Coniuro † vos per Cherubim, qui principaliter radio diuini luminis, præ cæteris relucent, quia primæ veritati iunguntur, & luminis plenitudinem, quam ſuſcipiunt, inferioribus communicando transfundunt, promouentque homines ad diuinam cognitionem. Coniuro † vos, per Seraphim, qui (quod eſt eorum proprium) in amore Dei ardent, & alios promouent ad incendium diuini amoris, & ordinantes Deum diligendi formam illis tribuunt. Coniuro † vos, per prælationes Spirituum beatorum, in eas, per æterna ſæcula perſeuerantes; ſcilicet, per inſtantiam beatitudinis, gradum dignitatis, & nobilitatem doni gratuiti, & Naturæ. Coniuro † vos per confirmationem ex gratia Spirituum beatorum, qua colligati ſunt ſtabili æterno, & indiſſolubili hoc vinculo charitatis: per confirmationem ex gloria, per quam, non vagantur, quærentes aliquid Deo magis deſiderabilius, vel iucundius, ſed habentes Deum per gloriam habent deſideria ſua completa. Ita quòd nihil eſt, quòd poſſit eos à fonte diuinæ dulcedinis auertere per confirmationem ex natura, qua è libertate arbitrarij, ad Deum conuerſi, ſtatim per gratiam, & gloriam in voluntate fuerunt confirmati fideles, & fœlices effecti, in ratione illuminati; Ita vt, non ſolum in proprio genere rei cognoſcant, ſed etiam in arte, id eſt in verbo; & ſic perfectionem accipientes in virtute operatiua, & contéplatiua intra Deum currentes, gaudét in ſæcula ſæculorum. Coniuro † vos denique, per cunctos Spiritus ſupernos, quorum gloriam nec lingua explicare, nec mens capere, poteſt; Hi enim ſunt Domeſtici Dei, ſemperque ei aſſiſtunt: Cœli Ciues, & Paradiſi Principes: Doctores ſapientiæ, & ſcientiæ Magiſtri: illuminatores animarum, & earum cuſtodes: corporum zelatores, & defenſores eorum; Prouinciarum, dignitatumque, tam ſpiritualium, quam temporalium diligentiſſi-

diligentissimi custodes: Hi enim remouent impedimenta boni, & occasiones mali: mitigant tentationes, opponentes se diabolicis potestatibus, ne, vt vellent, noceant: excitant à peccatis, & ad fletum contritionis, & pœnitentiæ inducunt: contra Dæmones victoriam obtinent; ad feruorem bene operandi instruunt; viam ostendunt salutis: pia opera Deo præsentant; pro nobis orant, nos diligunt, & protegunt; & vt sedes Angelorum cadentium repleamus, nos affectant, nostrum aduentum cum gaudio expectantes, ad orationes inducunt, & orantes adsunt tripudiantes; nobis dormientibus assistunt, in mari, & in terra; & in cunctis nos adiuuant, mentem illuminant, in tribulationibus consolantur; ab infirmitatibus sæpe liberant: Hi sunt enim, per quos tandem in extremis in fide solidamur, & contra serpentem ad pœnitentiam mouemur, & obtenta victoria, ad Paradisum, vel ad Purgatorium per eosdem portamur: in Purgatorioque sæpe ab eis visitamur, & consolamur, promittentes nos cœlestem Hierusalem ingressuros. Recedite ergo Maledicti Apostatæ, per Angelorum cognitionem matutinam, & meridianam; per cumulationem meriti accidentalis, quod de hora in horam eis augetur: per amoris demonstrationem incessanter nobis seruientes, & per mysteria mirabilia, ab eis pro opportunitate temporum nunciata, & operata. Quænam portio est vobis, cum spiritibus beatis? Fugite ergo; In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS IX.
Sanctæ Crucis fortissimus.

DEus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum creaturá tuam ad te reuertentem propitius respice; & intercedentibus Sacramentorum virtutibus, ac mysteris sanctæ Crucis, iracundiæ tuæ flagella ab ea remoue. Per Christum Dominum nostrum.

Hic impositis manibus super caput Dæmoniaci, dicat.

EXORCISMVS

EXorcizo te N. creaturam *Dei altissimi*, per Deum *Trinum, & vnum*; cuius verbum *caro factum est*, & in ara Sanctæ † Crucis, te, & mundum precioso sanguine redimere dignatus est, & sicut in passione sua abluta es, sic in virtute † Sanctæ Crucis ab omnibus infestationibus Diaboli sis munda, & purgata: Recede ergo Sathan, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti, per Trophæum Sanctæ † Crucis, cum omnibus tibi fauentibus, adiuratus per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

MAiestatem tuam, benignissime Deus, fusis precibus exoramus: vt sicut filij tui ligno Sanctæ Crucis passio

Digitized by Google

passionem tota deuotione recolimus: Ita à cunctis erepti Dæmonum infestationibus, tibi gratias, & laudes incessanter referre valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic aspergantur omnes aqua benedicta, deinde elevatis oculis, dicatur.

PRotege † me Redemptor mundi, per sanctam Crucem: quia in hoc vexillo † sancto tuo horum maledictorum curias penetrabo securus.

Deinde genua flectentibus omnibus; Exorcista Crucem tenens, & adorans tota deuotione, dicat.

VExilla regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ;
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt, quæ concinit
Dauid fidelis carmine;
Dicens, in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachiis
Sæcli pependit pretium;
Statera facta corporis,
Prædámque tulit Tartari.
O Crux aue spes vnica,
Hoc tribulationis tempore
Confer obsessis gratiam,
Hostis pelle malitiam.
Te summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quos per Crucis mysterium
Saluas, rege per sæcula. Amen.

Adoratio Crucis.

OMnia circa nos tuæ pietatis dignatio, Domine: ô inæstimabilis dilectio charitatis! vt seruum redimeres, filium tradidisti, ô nimis triste spectaculum! ô crudele supplicium impensum Christo! ô Irrisus Rex, tam indecenti morte coronatus! ô certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est: ô fœlix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem! ô Crux glorioſa! ô Crux adoranda! ô Crux pretiosa! ô admirabile lignum! per quod Diabolus est victus, & mundus Christi sanguine redemptus, ô Crux sancta! in cuius latitudine opera charitatis significantur, & in eorum perseuerantiam longitudo ipsa demonstratur, in altitudine quidem spem cœlestium præmiorum speramus: & inscrutabilia iudicia Dei in profunditate tua designantur: ô arbor nobilis! nulla Sylua talem profert fronde, flore, & germine: ô Crux sola excelsior super omnia ligna cedrorum! in te vita mundi pependit, in te Christus triumphauit, & mors, mortem superauit in æternum: ô arbor dignissima in medio Paradisi sita! in qua salutis auctor propria morte mortem omnium superauit: ô Crux præcelenti decore fulgida! quam Helena Constantini Mater concupiscenti animo requisiuit, & inuenit: ô nobile Trophæum Crucis! quòd ab vniuersis Christicolis adoraris per sæcula: ô Crux Domini nostri Iesu Christi! nos in te gloriari oportet, in te enim pependit Christus, in quo salus, vita, & resurrectio nostra consi-

diligentissimi custodes: Hi enim remouent impedimenta boni, & occasiones mali: mitigant tentationes, opponentes se diabolicis potestatibus, ne, vt vellent, noceant: excitant à peccatis, & ad fletum contritionis, & pœnitentiæ inducunt: contra Dæmones victoriam obtinent; ad feruorem bene operandi instruunt; viam ostendunt salutis: pia opera Deo præsentant; pro nobis orant, nos diligunt, & protegunt; & vt sedes Angelorum cadentium repleamus, nos affectant, nostrum aduentum cum gaudio expectantes, ad orationes inducunt, & orantes adsunt tripudiantes; nobis dormientibus assistunt, in mari, & in terra; & in cunctis nos adiuuant, mentem illuminant, in tribulationibus consolantur; ab infirmitatibus sæpe liberant: Hi sunt enim, per quos tandem in extremis in fide solidamur, & contra serpentem ad pœnitentiam mouemur, & obtenta victoria, ad Paradisum, vel ad Purgatorium per eosdem portamur: in Purgatorioque sæpe ab eis visitamur, & consolamur, promittentes nos cœlestem Hierusalem ingressuros. Recedite ergo Maledicti Apostatæ, per Angelorum cognitionem matutinam, & meridianam; per cumulationem meriti accidentalis, quod de hora in horam eis augetur: per amoris demonstrationem inteffanter nobis seruientes, & per mysteria mirabilia, ab eis pro opportunitate temporum nunciata, & operata. Quænam portio est vobis, cum spiritibus beatis? Fugite ergo; In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS IX.

Sanctæ Crucis fortissimus.

DEus † in adiutorium meum intende.

Domine † ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Alleluia.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum creaturã tuam ad te reuertentem propitius respice; & intercedentibus Sacramentorum virtutibus, ac mysteriis sanctæ Crucis, iracundiæ tuæ flagella ab ea remoue. Per Christum Dominum nostrum.

Hic impositis manibus super caput Dæmoniaci, dicat.

EXORCISMVS

EXorcizo te N. creaturam Dei altissimi, per Deum *Trinum*, & vnum, cuius verbum *caro factum* est, & in ara Sanctæ † Crucis, te, & mundum precioso sanguine redimere dignatus est, & sicut in passione sua abluta es, sic in virtute † Sanctæ Crucis ab omnibus infestationibus Diaboli sis munda, & purgata: Recede ergo Sathan, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti, per Trophæum Sanctæ † Crucis, cum omnibus tibi fauentibus, adiuratus per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

MAiestatem tuam, benignissime Deus, fusis precibus exoramus: vt sicut filij tui ligno Sanctæ Crucis passio

Digitized by Google

passionem tota deuotione recolimus: Ita à cunctis erepti Dæmonum infestationibus, tibi gratias, & laudes incessanter referre valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic aspergantur omnes aqua benedicta, deinde elevatis oculis, dicatur.

PRotege † me Redemptor mundi, per sanctam Crucem: quia in hoc vexillo † sancto tuo horum maledictorum curias penetrabo securus.

Deinde genua flectentibus omnibus; Exorcista Crucem tenens, & adorans tota deuotione, dicat.

VExilla regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ;
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt, quæ concinit
Dauid fidelis carmine;
Dicens, in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachiis
Sæcli pependit pretium;
Statera facta corporis,
Prædámque tulit Tartari.
O Crux aue spes vnica,
Hoc tribulationis tempore
Confer obsessis gratiam,
Hostis pelle malitiam.
Te summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quos per Crucis mysterium
Saluas, rege per sæcula. Amen.

Adoratio Crucis.

OMnia circa nos tuæ pietatis dignatio, Domine: ô inæstimabilis dilectio charitatis! vt seruum redimeres, filium tradidisti, ô nimis triste spectaculum! ô crudele supplicium impensum Christo! ô Irrisus Rex, tam indecenti morte coronatus! ô certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est! ô fœlix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem! ô Crux glorioſa! ô Crux adoranda! ô Crux pretiosa! ô admirabile lignum! per quod Diabolus est victus, & mundus Christi sanguine redemptus, ô Crux sancta! in cuius latitudine opera charitatis significantur, & in eorum perseuerantiam longitudo ipsa demonstratur, in altitudine quidem spem cœlestium præmiorum speramus: & inscrutabilia iudicia Dei in profunditate tua designantur: ô arbor nobilis! nulla Sylua talem profert fronde, flore, & germine: ô Crux sola excelsior super omnia ligna cedrorum! in te vita mundi pependit, in te Christus triumphauit, & mors, mortem superauit in æternum: ô arbor dignissima in medio Paradisi sita! in qua salutis auctor propria morte mortem omnium superauit: ô Crux præclenti decore fulgida! quam Helena Constantini Mater concupiscenti animo requisiuit, & inuenit: ô nobile. Trophæum Crucis! quòd ab vniuersis Christicolis adoraris per sæcula: ô Crux Domini nostri Iesu Christi! nos in te gloriari oportet, in te enim pependit Christus, in quo salus, vita, & resurrectio nostra consti-

ſtit; ô Crux ſancta adoramus te! & recolimus glorioſam paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem ſaluati, & liberati ſumus; ô ſacrum pignus dum reuelaris! Chriſti fides roboratur: adſunt prodigia diuina in virga Moyſi primitus figurata: ô Crux cunctis aſtris lucidior! cùm apparueris in Cœlo, tu mirificè fulgebis, & obſcurabis. Cœli luminaria, delapſíſque Syderibus, ſola radiabis: ô Crux mundo celebris! hominibus multum amabilis, ſanctior vniuerſis; quæ ſola fuiſti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, ſalua præſentem creaturam in tuis viribus confidentem. O nobile lignum! dum exaltaris, Chriſti fides rutilat, dum ab omnibus veneraris, paſſionis Chriſti recolitur memoria; ô ſancta Crux! extolleris à cunctis Regibus: erigeris virga regia, in qua Saluator triumphauit: ô Crux venerabilis! quæ ſalutem attuliſti miſeris; quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cœlitem præparaſti? O Crux victoria, & admirabile ſignum! Dæmone proſtrato, fac nos captare triumphum. O Chriſte! adoramus te & benedicimus tibi, & ſicut per Crucem ſanctam, & ſanguinem redemiſti mundum; ſic hanc creaturam tuam, Dæmonis viribus confractis, liberare digneris. O Princeps maledicte inferni! illas tuas diuitias, quas primus acquiſieras per terreſtris noſtram Paradiſi amiſſionem, nunc perdidiſti per Crucem: periit omnis lætitia tua, in luctum conuerſa ſunt gaudia tua: dum maledicte, Chriſtum ſuſpendis in ligno, ignoras quanta damna ſuſtineas in inferno: præuidere non poteras: quia euerſorem regni tui ad Crucem ſine reatu aliquo perducebas.

Hymnus Inuentionis Sanctæ Crucis.

HYmnum dicamus Domino,
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos Crucis patibulo
Suo redemit ſanguine.

Fidem refundens perditis,
Cæcóſque viſu illuminans:
Quem non graui ſoluit metu
Latronis abſolutio.

Qui mutans Cruce præmium,
Cum fide Ieſum quæſiit,
Iuſtóſque gradu præuio,
Aduenit Rei Regiam.

Opus ſtupent, & Angeli,
Pœnam videntes corporis,
Chriſtóque adhærentem reum
Vitam beatam carpere.

Myſterium mirabile,
Vt abluat mundi luem,
Peccata tollat omnium,
Emundans caro vitia.

Quid hoc extat ſublimius?
Vt culpa quærat gratiam,
Metúmque ſoluat charitas,
Reddat mors vitam cœlicam.

Hamum ſibi mors deuoret,
Suíſque ſe nobis liget:
Moriatur vita omnium,
Reſurgat vita hominum.

Cùm mors per *omnes tranſeat*,
Omnes reſurgant *mortui*
Conſumpta mors ictu ſuo;
Periſſe ſe ſolam gemat.

Gloria tibi Domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

EXORCISMVS.

O Inimice maledicte! Crucis Chriſti, fuge; Nam, ecce vexillum † redemptionis noſtræ; Ecce ſignum † æternæ maledictionis, & confuſionis tuæ. Ecce † amicis Dei præſidium, & inimicis obſtaculum: Ecce † in cuius vnico Sanctiſſimæ

Crucis

Digitized by Google

Crucis ſigno debilitatus aufugis: Ecce † Crux ſancta, quæ portas mortis, & ſeras pariter dirupit; deſtruxit quidem clauſtra inferni; & ſubuertit potentias Diaboli; Ecce † Crux, quæ tenebras ſuo ſplendore fugauit, & carceres illuſtrauit, & captiuorum luctus in gaudium commutauit: Ecce † ſignum triumphale, in quo Redemptor noſter mortis vincula rumpens, te calidum aſpidem ſuperauit; Ecce † lignum vitæ, in medio Paradiſi plantatum: Ecce ✠ ligna holocauſti, per Iſaac ad montem portata: Ecce † baculus Iacob, quo tranſiuit Iordanem: Ecce † ſcala, quam vidit Iacob pertingens vſque ad Cœlum. Ecce † arca Noe, in qua ſaluantur iuſti: Ecce † lignum, per quod facta eſt dulcis aqua amara; & quo bis percuſſo Silice, & petra Horeb, vt biberet populus, exierunt aquæ largiſſimæ: Ecce † lignum, in quo, vinum ſuauiſſimum exjit, lætificans corda hominum, & Angelos. Ecce † virga fortis Aaron. Ecce † lignum, in quo Serpens æneus ſuſpenditur. Ecce † Clypeus Ioſue, & Arca Dei: Ecce † baculum in manibus Dauid. Ecce † Cithara, qua Dæmon Saulis compeſcitur: Ecce † baculus Heliſæi ſuſcitans mortuos. Ecce † lapis, & gladius, quo proſtratus eſt impius Goliath. Ecce † pugio, quo Holofernes decapitatus eſt: clauus, & malleus, quo mortuus eſt Siſara: ecce ferculum Salomonis. Ecce † virga, qua per Angelum Domini tactas carnes, & azimos panes igne de petra accenſo deuorauit. Ecce † lignum, in quo verò vnguntur Reges, & vera pinguedo exjit, qua vtuntur fideles. Ecce † arbor Danielis. Ecce † lignum, quod Paradiſum ante quinque millia, vel amplius ferè annos clauſum nobis apperuit, & per quod venit gaudium in vniuerſum mundum. Ecce † lignum ſuper omnia ligna, ramus ſuper omnes ramos, & arbor ſuper omnes arbores; ſub cuius vmbra electi dulciter, & ſecurè dormiunt. Ecce † lignum, quod cum magna inſultatione perſecutores Iudæi Domino procurarunt, nunc verò magna fiducia ſerui eius, & reges in fronte ſemper portabunt; Ecce † lignum, in quo fides noſtra aſcendit, & in fluctibus diuerſorum cogitationum nauigantes, te proſtrato, ad portum perducimur. Ecce † hamus, quo Leuiathan capitur, & torcular, quo ſanguis Chriſti exprimitur. Ecce † in qua pretium noſtrum pependit, & Regnum. Ecce † mortis remedium, quod deſtruxit vincula criminum. Ecce † ſupplicium, quod Dominus elegit, vt ſublimiorem victoriam nobis pararet. Ecce † ſignum, quod redarguet peccatores, oſtendens clauorum foramina, & crucifixi ſanguinem, & vulnera. Ecce † lignum quod erit in Cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Ecce † ſignum amoris, valoris, honoris, decoris, defenſionis, & redemptionis ſignumque terroris, & æternæ confuſionis. Ecce † fœlix ille triumphus, in cuius virtute, omnia Sacramenta perficiuntur. Ecce † lignum, ad cuius contactum reſurgunt mortui, & Dei magnalia referantur, Ecce † clauis Paradiſi, quæ ad Cœlum de terra traxit Latronem. Ecce † crux, qua tunc nihil intolerabilius, nunc verò nihil glorioſius. Ecce † Crux perpetuum ſcutum Chriſtianorum, & reſurrectio mortuorum. Ecce † Crux deſperatorum, & malè viuentium pœna. Ecce † Crux Dux cœcorum, & claudorum baculũ. Ecce † Crux conſolatio pauperum, & refrænatio diuitum. Ecce † humilium exaltatio, & ſuperborum deſtructio. Ecce † contra Dæmones

trium.

ſtit; ô Crux ſancta adoramus te! & recolimus glorioſam paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem ſaluati, & liberati ſumus; ô ſacrum pignus dum reuelaris! Chriſti fides roboratur: adſunt prodigia diuina in virga Moyſi primitus figurata: ô Crux cunctis aſtris lucidior! cùm apparueris in Cœlo, tu mirificè fulgebis, & obſcurabis. Cœli luminaria, delapſíſque Syderibus, ſola radiabis: ô Crux mundo celebris! hominibus multum amabilis, ſanctior vniuerſis; quæ ſola fuiſti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, ſalua præſentem creaturam in tuis viribus confidentem. O nobile lignum! dum exaltaris, Chriſti fides rutilat, dum ab omnibus veneraris, paſſionis Chriſti recolitur memoria; ô ſancta Crux! extolleris à cunctis Regibus: erigeris virga regia, in qua Saluator triumphauit: ô Crux venerabilis! quæ ſalutem attuliſti miſeris; quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cœlitem præparaſti? O Crux victoria, & admirabile ſignum! Dæmone proſtrato, fac nos captare triumphum. O Chriſte! adoramus te & benedicimus tibi, & ſicut per Crucem ſanctam, & ſanguinem redemiſti mundum; ſic hanc creaturam tuam, Dæmonis viribus confractis, liberare digneris. O Princeps maledicte inferni! illas tuas diuitias, quas primus acquiſieras per terreſtris noſtram Paradiſi amiſſionem, nunc perdidiſti per Crucem: periit omnis lætitia tua, in luctum conuerſa ſunt gaudia tua: dum maledicte, Chriſtum ſuſpendis in ligno, ignoras quanta damna ſuſtineas in inferno: præuidere non poteras: quia euerſorem regni tui ad Crucem ſine reatu aliquo perducebas.

Hymnus Inuentionis Sanctæ Crucis.

HYmnum dicamus Domino,
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos Crucis patibulo
Suo redemit ſanguine.

Fidem refundens perditis,
Cæcóſque viſu illuminans:
Quem non graui ſoluit metu
Latronis abſolutio.

Qui mutans Cruce præmium,
Cum fide Ieſum quæſiit,
Iuſtóſque gradu præuio,
Aduenit Rei Regiam.

Opus ſtupent, & Angeli,
Pœnam videntes corporis,
Chriſtóque adhærentem reum
Vitam beatam carpere.

Myſterium mirabile,
Vt abluat mundi luem,
Peccata tollat omnium,
Emundans caro vitia.

Quid hoc extat ſublimius?
Vt culpa quærat gratiam,
Metúmque ſoluat charitas,
Reddat mors vitam cœlicam.

Hamum ſibi mors deuoret,
Suíſque ſe nobis liget:
Moriatur vita omnium,
Reſurgat vita hominum.

Cùm mors per omnes tranſeat,
Omnes reſurgant mortui
Conſumpta mortis ſæua;
Periſſe ſe ſolam gemat.

Gloria tibi Domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

EXORCISMVS.

O Inimice maledicte! Crucis Chriſti, fuge; Nam, ecce vexillum † redemptionis noſtræ; Ecce ſignum † æternæ maledictionis, & confuſionis tuæ. Ecce † amicis Dei præſidium, & inimicis obſtaculum: Ecce † in cuius vnico Sanctiſſimæ

Crucis

Digitized by Google

Crucis signo debilitatus aufugis: Ecce † Crux sancta, quæ portas mortis, & seras pariter dirupit; destruxit quidem claustra inferni; & subuertit potentias Diaboli; Ecce † Crux, quæ tenebras suo splendore fugauit, & carceres illustrauit, & captiuorum luctus in gaudium commutauit: Ecce † signum triumphale, in quo Redemptor noster mortis vincula rumpens, te calidum aspidem superauit; Ecce † lignum vitæ, in medio Paradisi plantatum: Ecce † ligna holocausti, per Isaac ad montem portata: Ecce † baculus Iacob, quo transiuit Iordanem: Ecce † scala, quam vidit Iacob pertingens vsque ad Cœlum. Ecce † arca Noe, in qua saluantur iusti: Ecce † lignum, per quod facta est dulcis aqua amara; & quo bis percusso Silice, & petra Horeb, vt biberet populus, exierunt aquæ largissimæ: Ecce † lignum, in quo, vinum suauissimum exjit, lætificans corda hominum, & Angelos. Ecce † virga fortis Aaron. Ecce † lignum, in quo Serpens æneus suspenditur. Ecce † Clypeus Iosue, & Arca Dei: Ecce † baculum in manibus Dauid. Ecce † Cithara, qua Dæmon Saulis compescitur: Ecce † baculus Heliszi suscitans mortuos. Ecce † lapis, & gladius, quo prostratus est impius Goliath. Ecce † pugio, quo Holofernes decapitatus est: clauus, & malleus, quo mortuus est Sisara: ecce ferculum Salomonis. Ecce † virga, qua per Angelum Domini tactas carnes, & azimos panes igne de petra accenso deuorauit. Ecce † lignum, in quo verò vnguntur Reges, & vera pinguedo exjit, qua vtuntur fideles. Ecce † arbor Danielis. Ecce † lignum, quod Paradisum ante quinque millia, vel amplius ferè annos clausum nobis apperuit, & per quod venit gaudium in vniuersum mundum. Ecce † lignum super omnia ligna, ramus super omnes ramos, & arbor super omnes arbores; sub cuius vmbra electi dulciter, & securè dormiunt. Ecce † lignum, quod cum magna insultatione persecutores Iudæi Domino procurarunt, nunc verò magna fiducia serui eius, & reges in fronte semper portabunt; Ecce † lignum, in quo fides nostra ascendit, & in fluctibus diuersorum cogitationum nauigantes, te prostrato, ad portum perducimur. Ecce † hamus, quo Leuiathan capitur, & torcular, quo sanguis Christi exprimitur. Ecce † in qua pretium nostrum pependit, & Regnum. Ecce † mortis remedium, quod destruxit vincula criminum. Ecce † supplicium, quod Dominus elegit, vt sublimiorem victoriam nobis pararet. Ecce † signum, quod redarguet peccatores, ostendens clauorum foramina, & crucifixi sanguinem, & vulnera. Ecce † lignum quod erit in Cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Ecce † signum amoris, valoris, honoris, decoris, defensionis, & redemptionis signumque terroris, & æternæ confusionis. Ecce † fœlix ille triumphus, in cuius virtute, omnia Sacramenta perficiuntur. Ecce † lignum, ad cuius contactum resurgunt mortui, & Dei magnalia referantur, Ecce † clauis Paradisi, quæ ad Cœlum de terra traxit Latronem. Ecce † crux, qua tunc nihil intolerabilius, nunc verò nihil glorioſius. Ecce † Crux perpetuum scutum Christianorum, & resurrectio mortuorum. Ecce † Crux desperatorum, & malè viuentium pœna. Ecce † Crux Dux cœcorum, & claudorum baculus. Ecce † Crux consolatio pauperum, & refrænatio diuitum. Ecce † humilium exaltatio, & superborum destructio. Ecce † contra Dæmones

trium

triumphus, & ſuſtentatio inopum. Ecce † Crux fugatio Dæmoniorum, & requies tribulatorum. Ecce † Crux conquaſſatio Idolorum, & diſſipatio maleficiorum. Ecce † Crux tremor Inferni, & Sathanæ morſus. Ecce † Crux gubernatrix nauigantium, & periclitantium portus. Ecce † malignantium humiliatrix, & conciliatrix diſcordantium. Ecce † Crux auxiliatrix impotentum, & pereuntium remediatrix. Ecce † Crux mater Orphanorum, & defenſio Viduarum. Ecce † Crux de Diabolo victoria, & impiorum perditio. Ecce † Crux cuſtos paruulorum, & conciliatrix iuſtorum. Ecce † Crux lumen in tenebris, & bonorum finis. Ecce † Crux ægrotantium medicina, & palma vitæ æternæ. Ecce † Crux fundamentum Eccleſiæ: Nam humiliauit ſemetipſum Dominus factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia, Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

Hymnus Sancti Ambroſij, de Paſſione Domini.

HYmnum dicamus Domino,
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos Crucis patibulo.
Suo redemit ſanguine.
Die decurſu ad veſperum,
Quo Chriſtus morti traditur,
Ad cœnam venit impius,
Qui erat Chriſti proditor.
Ieſus futura nunciat,
Cœnantibus Diſcipulis:
Vnus ex diſcumbentibus
Ipſe me traditurus eſt.
Iudas mercator peſſimus,
Oſculo petit Dominum.
Ille, vt Agnus innocens,
Non negat Iudæ oſculum.
Denariorum numero.
Chriſtus Iudæis traditur.
Innocens, & innoxius,
Quem Iudas tradit impius.
Præſes Pilatus proclamat.
Nullam culpam inuenio,
Ablutis aqua manibus,
Chriſtum Iudæis tradidit.
Fallaces Iudæi impij,
Latronem petunt viuere:
Chriſtum accuſant grauiter
Crucifigatur, reus eſt.
Et Barabbas dimittitur,
Qui reus mortis fuerat,
Vita mundi ſuſpenditur,
Per quem reſurgunt mortui.
Gloria Patri Domino,
Gloria vnigenito.
Vna cum ſancto Spiritu,
In ſæculorum ſæcula. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro te † per Crucem Sanctam, quæ via regia eſt, quia tota vita Chriſti, Crux fuit, & martyrium: & tota vita iuſtorum fuit, & eſt circunſignata Crucibus, *tribulationibus*, & miſerijs; *quæ ob amorem*, & conformitatem *Crucis* Chriſti conuertentur *ad* conſolationes diuinas. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me. Coniuro † te per † Crucem, quæ acta via eſt, quæ ducit nos ad ſalutem. Non eſt maior Seruus Domino ſuo, nec diſcipulus ſuper Magiſtrum. Ideò ſoli ſerui Crucis inueniunt viam beatitudinis, ac veræ lucis quæ eſt Ieſus Chriſtus. Coniuro † te, per † Crucem, quæ ducit nos ad viam rectiſſimam: ad veritatem ſupremam, ad vitam veram, beatam, & increatam. Coniuro te † per Crucem, quæ docet

nos

Digitized by Google

nos veritatem, dicens: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; Si vis exaltari in Cœlo, & regnare cum Chriſto, porta Crucem cum illo. Coniuro † te, per Crucem, quam ſi quis libenter de manu Domini portabit vſque ad mortem, perget cum eo Chriſtus, & erit ſemper ſecum Ieſus. Coniuro † te, per Crucem dominicam, quæ eſt ſignum in veſtibus Sacerdotalibus ante, & retro poſitam: Ante, vt Chriſti veſtigia libenter ſacerdos inſpiciat, & ſequi frequenter ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus eſt, vt aduerſa quælibet illata ab alijs, æquanimiter pro Deo toleret: Ante ſe Crucem gerit, vt propria peccata lugeat; Poſt ſe, vt aliorum etiam commiſſa, per compaſſionem defleat, & ſe medium inter Deum, & peccatorem conſtitutum eſſe ſciat, vt miſericordiam, & gratiam impetrare mereatur. Coniuro † te, per crucem, in qua pendens Ieſus Chriſtus à Dæmoniaca ſeruitute mundum redemit. Nam Diabole tradebas, eum, timens, ne per eius doctrinam euelleretur de manu tua genus humanum; non aduertiſti tamen, maledicte, quoniam potius per mortem; quam per doctrinam, & miracula, erat genus humanum redimendum. Coniuro † te, per crucem ſanctam, quæ Diabolo ſuperato, eſt tanquam trophæum in frontibus fidelium. O Maledicte, de morte peſſima cogitabas: nam pendens Chriſtus, ſiquidem in ligno crucifixus clauibus, ad lignum pedibus, manibuſque confixus, producta morte necabatur: Et diu viuebat in cruce, non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Coniuro † te, per crucem, quæ plantata fuit in medio terræ, vt ad capeſcendam Dei cognitionem vniuerſis gentibus eſſet æqualis. Coniuro † te, per crucem, quæ Ieſu Chriſti tribunal fuit, in medio enim Iudice conſtituto, vnus latro, qui credidit liberatus, alter, qui inſultauit, damnatus eſt: iam ſignificabat, quod facturus eſt de viuis, & mortuis: alios poſiturus ad dexteram, alios vero ad ſiniſtram. Quantum autem valeat virtus crucis, attende, maledicte. Contempſit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum, ſed quidquid Adam perdidit, Chriſtus in cruce inuenit; de diluuio aquarum humanum genus Arca lignea liberauit: De Ægypto, Dei populo recedente, Moyſes mare virga diuiſit, Pharaonem ſubmerſit, & populum Dei redemit: Idem Moyſes lignum in aquam miſit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit. Ex lignea virga de ſpirituali petra ſalutaris vnda profertur, & vt Amalech vinceretur circa virgam Moyſes expanſis manibus extenditur; Et lex Dei Arcæ teſtamenti creditur ligneæ, vt his omnibus ad lignum crucis, quaſi per gradus quoſdam veniatur: In hoc excelſo ligno ſanctæ crucis, non ſub tecto paſſus eſt Chriſtus, vt ipſius veris natura mundaretur, & terra decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mundaretur. Coniuro † te, per ſanctam crucem, quæ non ſolum fuit lignum illud, vbi erant fixa membra morientis, ſed etiam fuit cathedra Magiſtri docentis. Coniuro † te, per ſanctam crucem qua Dæmones humiliantur, deuincuntur, & debellantur. Nam vbi hoc ſignum † ſanctæ crucis cum fide, & Dei timore præceſſerit, ibi inimicus nihil nocere poterit; quia in cruce ſalus, in cruce vita, in cruce protectio ab hoſtibus; in cruce infuſio ſupernæ ſuauitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium ſpiritus, in cruce virtus ſumma,

Digitized by Google

& in cruce perfectio ſanctitatis conſiſtit. Coniuro † te, per ſanctam crucem, quæ ſemper, & vbique parata eſt, & expectat hominem: conuertat ſe homo ſupra, conuertat ſe infra, conuertat ſe intra, & extra, & in omnibus inueniet crucem ad perpetuam merendam coronam. Nam præceſſit Ieſus Chriſtus baiulans ſibi crucem, & mortuus eſt in cruce, pro redemptione noſtra; vt etiam homo portet crucem, & mori affectet in cruce; quia, ſi quis cum Chriſto mortuus fuerit; cum Chriſto pariter viuet. Et ſi illi ſocius fuerit pœnæ, ſocius erit & gloriæ. Nam non eſt ſalus animæ, nec ſpes æternæ vitæ, niſi in cruce; non eſt alia via ad vitam, & ad veram, æternamque pacem, niſi via ſanctæ crucis, & quotidianæ mortificationis. Coniuro † te, per crucem Ieſu Chriſti, quam noluiſti indiſciplinatè, libenter portare, ſed abieciſti, & tandem aliam inueniſti valdè grauiſſimam, quam inuitè portas, & teipſum grauat, & vt ſuſtineas ad æternam damnationem arctat. Contemplare, Maledicte, Chriſtum propter hominis ſcelera in cruce pendentem, meditare vulnerum Chriſti ſqualorem ſcelera interficientem, & confundere. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui protoplaſti facinus, quod per ligni vetiti guſtum in genus humanum deriuatum eſt: per idem lignum, ſimulque noſtra affligens delicta delere dignatus eſt. Coniuro † te, per ſanctam crucem, quæ eſt baculus, quo peregrini infirmi, & debiles; ſenes, & decrepiti; boni, & mali; perfecti, & imperfecti; virtuoſi, & vitioſi, ſemper indigent ad ſuſtentandum. Coniuro † te, per crucem, quæ lancea eſt data fidelibus ad propugnandum; quæ tanquam ſagitta à longe percutit hoſtes. Nam per crucem Chriſtus Dæmones ſuperauit, vt ſi quis per memoriam, & deuotionem iſtam lanceam ſanctæ † Crucis habuerit, numquam canis inferni eum lædet, nunquam hoſtis ſub dolum inuadat, nunquam Leo rugiens eum confundat. Coniuro † te, per crucem, quæ eſt ſancta ſcala ad aſcendendum, quæ ſtetit ſuper terram in Chriſti paſſione, & cacumen eius tetigit cœlum, Solem eclipſando, & praua cœli luminaria obtenebrando. Et Chriſtus confixus ſcalæ morte ſua genus redemit humanum placatum faciens Deo Patri. Coniuro † te per crucem, quæ ſedes eſt ad quieſcendum. Nam & agitatio carnis, & ſolicitudo remans mentem, & vanitas mundi inquietans oculos, & furor nefandorum operum procul compellitur, & fugatur, & mentem reddit quietam. Coniuro † te per crucem, quæ ſcala eſt ad deſcendendum, in ea contemplatiui vacant in animi amaritudine paſſionem Chriſti tractantes; in ea actiui exercentur, dum Chriſti præceptoris diuini doctrinam erudiuntur, docet in ea Chriſtus magiſter noſter humilitatem, dum inclinato capite pendet in cruce: docet miſericordiam in pauperes, dum pendet perforatis, & apertis manibus; docet mortificationem carnis, dum pendet corpore lacerato vulneribus; docet manſuetudinem dum ſuſtinet contumelias, & irriſiones; docet parſimoniam, dum potatur felle, & aceto; docet indulgentiam offenſarum, dum orat pro crucifigentibus; docet paupertatem, dum iacet in cruce, nec habet Rex vniuerſi, vbi caput ſuum reclinet: docet beatitudinem hos, qui in cruce eruditi, tollunt crucem ſuam, & ſequuntur Magiſtrum ſuum Chriſtum. Humiliare ergo Maledicte, ſub ſignaculo

ſanctæ:

Digitized by Google

ſanctæ crucis, & fuge ab hac creatura, pretioſo ſanguine redempta. Nam nulla portio eſt tibi cum ſeruis Dei, quorum hæreditas eſt crux Chriſti. Fuge in nomine † Patris, & Filij † & Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS X.
Beatæ Virginis Mariæ validiſſimus.

DEus † in adiutorium meum intende
Domine † ad adjuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Sola ſperantium omnium ſpes, Maria Regina cœlorum, & tribulatorum piiſſima conſolatrix: propter illas te precamur anguſtias, quas in acerbiſſima paſſione, & ignominioſo crucis patibulo dulciſſimi filij tui ſuſtuliſti; quatenus huic Dei creaturæ à Dæmonibus vexatæ tua pietate ſubuenias, ne corpus eius ab his maledictis vlterius torqueatur, nec inſidiis anima circundetur. Per Filium tuum dulciſſimum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hîc ponat manus ſuper caput Dæmoniaci, & dicat.

EXORCIZATIO.

EXorcizo te N. creaturam Dei infirmam, per Deum trinum, & vnum, qui mariam Virginem ſibi in ſponſam, & Matrem elegit, & per ipſius Matris, & ſponſæ æterni Dei, te exorcizo, vt efficiaris creatura potens, ad conquaſſandum, & diſſipandum omne opus Diaboli, & ipſum maledictum cum operibus ſuis fugandum, in nomine eiuſdem Trini, & vni Dei, eiuſque Matris, & ſponſæ regnantis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

O Maria Virgo fugatrix Dæmonum, & maleficiorum diſſipatrix, ne hæc creatura, ad imaginem, & ſimilitudinem Filij tui creata, vlterius crucietur, ſuccurre; & preces noſtras, quas auribus tuæ pietatis, & miſericordiæ offerimus, exaudi; vt te adiuuante, tormenta Dæmonum non timeat, ſed deſideratam ſanitatem tuo pio interuentu obtineat. Per Ieſum Chriſtum filium tuum crucifixum, & nunc regnantem in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergat N. aqua benedicta: & eleuatis oculis ad cælum, dicat.

Sub tuum refugium confugio Regina mundi, & te protegente de hoc ſuperbo, ſecurus triumphum reportabo.

CONIVRATIO.

COniuro te, † ſiue vos Dæmones, vt hanc creaturam Dei liberam relinquatis; per glorioſam conceptionem, & natiuitatem Mariæ Virginis, in cuius natiuitate omnium beatorum Angelorum copioſa multitudo de cœlo deſcendit, quæ omnis generis muſicorum, ſonitum dulciſſimum reddebant ſuauiſſimaque hæc carmina mellifluis, & ineffabilibus concentibus decantabant. Gaudium ſit vniuerſo mundo, quia nata eſt Regina noſtra, cuius fructu reparanda eſt generis humani ruina, hoſtiumque ſuperborum ca-

Digitized by Google

& in cruce perfectio ſanctitatis conſiſtit. Coniuro † te, per ſanctam crucem, quæ ſemper, & vbique parata eſt, & expectat hominem: conuertat ſe homo ſupra, conuertat ſe infra, conuertat ſe intra, & extra, & in omnibus inueniet crucem ad perpetuam merendam coronam. Nam præceſſit Ieſus Chriſtus baiulans ſibi crucem, & mortuus eſt in cruce, pro redemptione noſtra; vt etiam homo portet crucem, & mori affectet in cruce; quia, ſi quis cum Chriſto mortuus fuerit; cum Chriſto pariter viuet. Et ſi illi ſocius fuerit pœnæ, ſocius erit & gloriæ. Nam non eſt ſalus animæ, nec ſpes æternæ vitæ, niſi in cruce; non eſt alia via ad vitam, & ad veram, æternamque pacem, niſi via ſanctæ crucis, & quotidianæ mortificationis. Coniuro † te, per crucem Ieſu Chriſti, quam noluiſti indiſciplinatè, libenter portare, ſed abieciſti, & tandem aliam inueniſti valdè grauiſſimam, quam inuitè portas, & teipſum grauat, & vt ſuſtineas ad æternam damnationem arctat. Contemplare, Maledicte, Chriſtum propter hominis ſcelera in cruce pendentem, meditare vulnerum Chriſti ſqualorem ſcelera interficientem, & confundere. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui protoplaſti facinus, quod per ligni vetiti guſtum in genus humanum deriuatum eſt: per idem lignum, ſimulque noſtra affligens delicta delere dignatus eſt. Coniuro † te, per ſanctam crucem, quæ eſt baculus, quo peregrini infirmi, & debiles; ſenes, & decrepiti; boni, & mali; perfecti, & imperfecti; virtuoſi, & vitioſi, ſemper indigent ad ſuſtentandum. Coniuro † te, per crucem, quæ lancea eſt data fidelibus ad propugnandum; quæ tanquam ſagitta à longe percutit hoſtes. Nam per crucem Chriſtus Dæmones ſuperauit, vt ſi quis per memoriam, & deuotionem iſtam lanceam ſanctæ † Crucis habuerit, numquam canis inferni eum lædet, nunquam hoſtis ſub dolum inuadat, nunquam Leo rugiens eum confundat. Coniuro † te, per crucem, quæ eſt ſancta ſcala ad aſcendendum, quæ ſtetit ſuper terram in Chriſti paſſione, & cacumen eius tetigit cœlum, Solem eclipſando, & praua cœli luminaria obtenebrando. Et Chriſtus confixus ſcalæ morte ſua genus redemit humanum placatum faciens Deo Patri. Coniuro † te per crucem, quæ ſedes eſt ad quieſcendum. Nam & agitatio carnis, & ſolicitudo remans mentem, & vanitas mundi inquietans oculos, & furor nefandorum operum procul compellitur, & fugatur, & mentem reddit quietam. Coniuro † te per crucem, quæ ſcala eſt ad deſcendendum, in ea contemplatiui vacant in animi amaritudine paſſionem Chriſti tractantes; in ea actiui exercentur, dum Chriſti præceptoris diuini doctrinam eruditur, docet in ea Chriſtus magiſter noſter humilitatem, *dum inclinato capite pendet in cruce: docet* miſericordiam in pauperes, dum pendet perforatis, & apertis manibus; docet mortificationem carnis, dum pendet corpore lacerato vulneribus; docet manſuetudinem dum ſuſtinet contumelias, & irriſiones; docet parſimoniam, dum potatur felle, & aceto; docet indulgentiam offenſarum, dum orat pro crucifigentibus; docet paupertatem, dum iacet in cruce, nec habet Rex vniuerſi, vbi caput ſuum reclinet: docet beatitudinem hos, qui in cruce eruditi, tollunt crucem ſuam, & ſequuntur Magiſtrum ſuum Chriſtum. Humiliare ergo Maledicte, ſub ſignaculo

ſanctæ

Digitized by Google

ſanctæ crucis, & fuge ab hac creatura, pretioſo ſanguine redempta. Nam nulla portio eſt tibi cum ſeruis Dei, quorum hæreditas eſt crux Chriſti. Fuge in nomine † Patris, & Filij † & Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS X.
Beatæ Virginis Mariæ validiſſimus.

DEus † in adiutorium meum intende
Domine † ad adjuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Sola ſperantium omnium ſpes, Maria Regina cœlorum, & tribulatorum piiſſima conſolatrix: propter illas te precamur anguſtias, quas in acerbiſſima paſſione, & ignominioſo crucis patibulo dulciſſimi filij tui ſuſtuliſti; quatenus huic Dei creaturæ à Dæmonibus vexatæ tua pietate ſubuenias, ne corpus eius ab his maledictis vlterius torqueatur, nec inſidiis anima circundetur. Per Filium tuum dulciſſimum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hîc ponat manus ſuper caput Dæmoniaci, & dicat.

EXORCIZATIO.

EXorcizo te N. creaturam Dei infirmam, per Deum trinum, & vnum, qui mariam Virginem ſibi in ſponſam, & Matrem elegit, & per ipſius Matris, & ſponſæ æterni Dei, te exorcizo, vt efficiaris creatura potens, ad conquaſſandum, & diſſipandum omne opus Diaboli, & ipſum maledictum cum operibus ſuis fugandum, in nomine eiuſdem Trini, & vni Dei, eiuſque Matris, & ſponſæ regnantis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

O Maria Virgo fugatrix Dæmonum, & maleficiorum diſſipatrix, ne hæc creatura, ad imaginem, & ſimilitudinem Filij tui creata, vlterius crucietur, ſuccurre; & preces noſtras, quas auribus tuæ pietatis, & miſericordiæ offerimus, exaudi; vt te adiuuante, tormenta Dæmonum non timeat, ſed deſideratam ſanitatem tuo pio interuentu obtineat. Per Ieſum Chriſtum filium tuum crucifixum, & nunc regnantem in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergat N. aqua benedicta: & eleuatis oculis ad cælum, dicat.

Sub tuum refugium confugio Regina mundi, & te protegente de hoc ſuperbo, ſecurus triumphum reportabo.

CONIVRATIO.

CONiuro te, † ſiue vos Dæmones, vt hanc creaturam Dei liberam relinquatis; per glorioſam conceptionem, & natiuitatem Mariæ Virginis, in cuius natiuitate omnium beatorum Angelorum copioſa multitudo de cœlo deſcendit, quæ omnis generis muſicorum, ſonitum dulciſſimum reddebant ſuauiſſimaque hæc carmina mellifluis, & ineffabilibus concentibus decantabant. Gaudium ſit vniuerſo mundo, quia nata eſt Regina noſtra, cuius fructu reparanda eſt generis humani ruina, hoſtiumque ſuperborum ca-

Digitized by Google

pita ſunt conterenda; Et vt puellam tam pulchram, tamque ſpecioſam cernere poſſent vndique gentes concurrebant; ac adeò ex huius ſacratiſſima miri odoris fragantia emanabat, eiuſque facies formoſiſſima tam lucidi ſplendoris radios emittebat, vt omnes in ſtuporem conuerteret, nulluſque vultus illius elegantiam fixis oculis valeret intueri. Per ipſam te coniuro † in cuius natiuitate gauiſa eſt Sanctiſſima Trinitas, Pater de nobiliſſimæ, ac iucundiſſimæ filiæ ſuæ ortu, filius de natiuitate dilectiſſimæ Matris; & Spiritus Sanctus de digniſſimo ſuæ Sponſæ habitaculo: gauiſi ſunt ſancti Patres in Limbo, & tota generatio humana, quia hæc natiuitas victoriam de te ſuperbo futuram, & ſalutem mundo nunciabat. Hæc enim virgo benedicta, non ſolùm Liber generationis Ieſu Chriſti eſt, ſed etiam omnium ſaluandorum. Coniuro † vos, per nobilitatem virginis Mariæ, quæ ex multis Regibus, Patriarchis, Ducibus, Prophetis, & Principibus nata, & ex multis Doctoribus, ſummis Pontificibus, viris ſtrenuis, & fortibus orta eſt; adeò quòd totam nobilitatem humanam, quam habuit Chriſtus, ab ipſa Maria Matre ſua benedicta ſuſcepit. Coniuro † vos, per eius Sanctum nomen, quod eſt MARIA: Et ſicut ex quinque literis componitur, ſic ex proprietatibus quinque lapidum pretioſorum ornatur; Per M. dicitur Margarita, quæ ab humoribus ſuperfluis membra abſtergit, fluxum ſanguinis, & ventris reſtringit; & cor debile confortat, & fortificat; Sic Maria eſt Margarita, quæ abſtergit per gratiam peccata noſtra præterita; reſtringit animum, ne fluant ad futura, confortat, & fortificat cor contra mala præſentia. Coniuro † per literam. A. qua dicitur, Adamas, qui eſt gemma reconciliationis, & amoris, Sic Maria reconciliauit Deo genus humanum; & amorem, & amicitiam inter eos induxit; Per literam. R. Ideſt generans Rubinum, qui naſcitur in viſceribus Saphiri, habentis ſplendorem, & colorem cœleſtem; Sic Maria, in ſuis viſceribus operatione Spiritus Sancti generauit Rubinum Chriſtum Dominum noſtrum. Coniuro † per literam. I. quæ dicitur Ialpis, reddentem hominem, qui *illum* geſtat, ſecurum, & ſine timore: Sic Maria omnes habentes, ipſius Virginis adiutorium ſecuros facit ab omnibus malis, & periculis. Coniuro † quoque per vltimam literam Aqua Maria dicitur Alectorius, qui ad bonam fortunam habendam, & conſequendos honores prodeſt; Sic ſi Mariam diligenter inſpexerimus, nihil eſt virtutis, nihil ſplendoris, nihil gratiæ, & gloriæ, quæ ex ipſa in nobis non reſplendeat. Coniuro † vos, per ſancta nomina aſſimilata Mariæ; ipſa enim dicitur Mater vniuerſorũ † Arca theſaurorũ Dei † Paradiſus † deliciarũ hortus † cedrus † cypreſſus † Palma † Roſa † Oliua † Platanus † Balſanum † Myrrha † Vitis † Galfianus † Lilium † Scala Cœli † Porta Paradiſi † Mare † Ros † Luna † Sol Terra † Arcus cœleſtis. † Collum † Columba † Elephas † Ouis † Ebur † Dies † Fons omnium gratiarum † Nauis ſecuriſſima † Nubes † mons Synai † Thronus † Vellus † Lux † Vas Dei † Rota Dei †, Sedes Dei † ciuitas Dei † Caſtellum † Stella matutina † lignum vitæ † Speculum perfectionis † Bonitatis metrum † Puteus aquarum viuentium † Regula morum † Auriga virtutum † via ſalutis † Sponſa Dei † Mater Chriſti † Spiritus ſancti Templum † Palatium ſuperni Imperatoris † Hoſpitium

Deitatis.

Digitized by Google

Deitatis † Cella Dei aromatica † Thronus diuinæ largitatis † Dispensatrix omnium gratiarum † Imperatrix vniuersi † Dominatrix Dæmoniorum † Debellatrix Principum tenebrarum † virga Dæmonum † Pauor Inferni † Gloria omnium Christianorũ † Auxiliatrix potẽtissima † Aduocata prudẽtissima † Mediatrix efficacissima † Medicina peccatorũ † Salus desperãtium † Consolatrix afflictorũ † Sanitas infirmorum † Liberatio captiuorum † Defensio oppressorum † Portus salutis † Ciuitas refugij tutissima. † Coniuro † vos per Mariæ Virginis intellectum dono sapientiæ, & intelligentiæ taliter dotatum, ita vt fuerit super omnes doctissima, per eius voluntatem repletam thesauro charitatis, & ardore diuini amoris; per eius memoriam, respicientem toto mentis affectu diuina mandata, & beneficia, cæteraque salubria. Coniuro † vos, per potentiam concupiscibilem ipsius Beatæ sponsæ repletam desiderio perpetuo æternorum gaudiorum Patriæ Cœlestis; per irascibilem sic in Maria ordinatam, vt nunquam in aduersis conturbata sit. Imò mirabili patientia, & mansuetudine omnia tolerauit. Coniuro † vos, per honestatem eius, Nam post Christum fuit Maria exemplum, & speculum honestatis, iuxta illud fructus mei, fructus honoris, & honestatis. Coniuro † vos, per præsentationem Virginis Matiæ in Templo, quæ à multis Angelis associata, & ante fores Templi tertio suæ ætatis anno præsentata, quindecim gradus Templi ita velociter, & hilariter ascendit, vt se seruitijs Dei manciparet: quòd Ioachim, & Anna obstupuerunt, & Pontifices mirati sunt: magnam quoque festiuitatem fecit Deus in deductione Sponsæ suæ ad Templum; videns eam iam calcantem terrestria, & cœlestia appetentem. Coniuro † vos, per desponsationem Mariæ Virginis Ioseph, quæ quidem desponsatio fuit facta, vt per generationem Ioseph origo monstraretur Mariæ, & de sua castitate testis haberetur, & ne lapidarentur à Iudæis. Et tandem, vt partus Mariæ celaretur tibi Diabolo, quia non de Virgine, sed de vxore generatum putabas. Coniuro † vos, per annunciationem Mariæ, & per mysteriorum dialogum inter eam, & Gabrielem factum; Nam dixit Paranimphus ille, Aue gratia plena, Dominus tecum. O quam Diabolo valde odiosa est hæc salutatio; Nam quoties dicitur, Aue Maria gratia plena, toties audit maledictus ille tonitruum, quo terretur, confunditur, & percutitur, & turbata Virgo ob nouitatem salutationis, subiunxit. Dei legatus; Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum; Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur; & dabit illi Dominus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis; Cui Maria: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? At Angelus Gabriel modum exponens, subiunxit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Tunc Beata Virgo, cum profundissima humilitate, genibus flexis, manibus mentis, pariter & corporis eleuatis, præbuit assensum, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: Itaque à sæculo non est tale arcanum diuinitatis auditum, quia in instanti procedens filius à Patre, tanquam Sponsus de thalamo suo;

nuptialem thronum ingreditur. Et ſic diuinitati ſponſatur homo, & præmium accipit caro; quia Verbum caro factum eſt; In cuius ſponſalibus gaudijs gratioſum decretum condonauit Deus, quia quicquid eum offenderat mundus, relaxauit. Coniuro † vos, per Mariam, quæ ſpecioſior, & dignior facta fuerat, quam totus mundus, quia Ieſum Chriſtum, quem totus mundus capere non poterat in anguſto cubiculo vteri ſui ſola ſuſcepit. Coniuro † vos, per magnam clementiam Deitatis, quam conſtituit ipſe Deus Beatæ Virgini Mariæ, quæ ſine virili ſemine, ſed Spiritus Sancti operatione manet; & virgo concepit intacta. Virum non cognouit, & Mater eſt; & poſt filium editum virgo permanſit. Duobus enim gauiſa eſt muneribus. Miratur quòd peperit: lætatur, quòd edidit redemptorem Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & virgo inuiolata permanſit. Coniuro † vos, per Virginem Mariam, quæ dedit principium æternitati; vniuerſali infinitati dedit quantitatem corpoream; æternæ pulchritudini nouam pulchritudinem; dedit Maria gloriam Cælis; Deum terræ; pacem hominibus; ordinem vitæ, & diſciplinam moribus, poſuit Maria frænum Inferno, & Dæmonibus, & vitiis; Maria Stella eſt, quæ concepit Solem; creatura eſt, quæ concepit Creatorem; ancilla eſt, quæ facta eſt Dei filia, Sponſa, & Mater; imo, & Domina benedictiones omnes, quas habuerunt Dominæ veteris Teſtamenti ſparſim, & ſigillatim hæc virgo Maria, vnà ſimul complexa eſt. Omnes dignitates, & myſteria Angelorum, omnes excellentias Prophetarum, & Patriarcharum omnes perfectiones creaturarum, ipſa ſola excellentiori modo in ſe vna comprehendit. Quid ergo nobilius? Quid ſplendidius? Quid caſtius? Quid excellentius Dei Matre? ab eius narratione balbutiunt omnes linguæ, & excutiuntur omnes intelligentiæ. Nam fecit ei magna Dominus, qui potens eſt. Coniuro † vos, per viſitationem Beatæ Virginis, quæ abijt in montana diuinorum Sanctæ Trinitatis, in montana Angelorum, & Sanctorum omnium, in montana profundiſſimæ humilitatis, & viſitauit Eliſabeth, quæ vt audiuit ſalutationem Mariæ exultauit infans in vtero eius, & repleta Spiritu ſancto exclamauit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Coniuro † vos, per parturitionem virginis Mariæ, in qua ſacratiſſima nocte, & hora facta eſt de Cœlo maxima lux, quæ totum mundum illuminauit; & cum ea deſcendit maxima multitudo Angelorum ex omnibus Hyerarchiis dulciſſimè, ac ſuauiſſimè canentium. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem? At ipſa virgo beatiſſima tota abſorpta in abyſſo diuinæ contemplationis, & conſolationis, eleuatis deuotiſſimè manibus, & oculis in Cœlum, & genibus flexis peperit dulciſſimum filium ſuum, qui ab ea, tanquam radius de luce proceſſit, & quem ipſa virgo, & Mater, & Ioſeph, & Angeli adorauerunt, cantantes: Speciosus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Coniuro † vos, per Mariam, quæ fuit Mater immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta, Mater Dei vnigeniti Domini Regis omnium, Saluatoris, & Redemptoris omnium, quam Dei conceptus, non turbat, partus non confundit auditus, quia virginitas

Digitized by Google

ginitas quicquid est humani pudoris excusat ; vbi est interpres Angelus, fides Pronuba ; dispensatio, castitas ; donatio, virtus ; Iudex, conscientia ; causa, Deus, conceptio, integritas ; virginitas, partus ; & virgo, Mater. Coniuro † vos, per purificationem Mariæ, quæ licet non indigeret purificatione, quia habitaculum erat Spiritus sancti, hoc tamen fecit ratione humilitatis ; vt Templum sanctificaret, vt legem probaret, & seruaret, vt Prophetiæ implerentur, & figuræ cessarent, & tandem vt mysterium tibi Diabolo celaretur. Coniuro † vos, per acerbitatem dolorum Mariæ, quam in passione vnigeniti filij habuit ; nam singultos toto pectore mœsta trahebat ; amaræ lacrymæ, instar illuuij ab oculis emanabant, cœlum, terra, & aër suspiriis resonabant miseræ matris ; infinitis doloribus, & martyrijs tota fuit repleta benedicta illa in triduana perditione filij. Coniuro † vos, per admirabilem ascensionem Virginis Mariæ, quæ assumpta est in Cœlum, cum processione solemniori, quæ vnquam facta fuit in Paradiso ; cum honorabili societate dulcissimi filij, totiusque Curię Cœlestis, cum ineffabili iocunditate in Cymbalis, & Psalterijs, in Cytharis, & Tubis, in organis, & lignis diuersi generis musicorum, & sonituum, & ad dexteram vnigeniti filij sui in Throno gloriæ supernæ Hierusalem est collocata. Coniuro † vos per ipsam assumptionem, quæ fuit vobis Dæmonibus terribilis, quia ab isto caliginoso aëre, in quo habitabatis, penitus aufugistis à tam terribili societate perterriti ; vulnerati à tam ineffabili iocunditate ; excæcati à tam mirabili claritate : tremefacti à tam terribili potestate. Nam facta sunt tonitrua, & voces, & fletus, & lamentationes Dæmonum in ipsa gloriosa Assumptione Virginis, quia tanquam tonitruum, & fulmen percussit Maria sectam Dæmonum maledictam. Coniuro † te, per Virginem Mariam, quam Christus multiplici honoris prærogatiua virginalem munditiam adeò magnificè sublimauit ; vt in Assumptione humanæ naturæ, Matrem virginem eligeret, de qua immaculata immaculatus prodiret : omnium maculas purgaturus, quæ sancta genitrix virginitatis primiceria, summè refulgens à dextris filij super omnes Angelos exaltata ; Dux & Magistra virtutum : ouis Agnum ; Sponsa Sponsum ; Mater filium præuia comitatur, non solum naturæ Angelicæ imitatrix, sed Angelicis Choris prælata : cum Rege Regum, quem de sinu Patris exhausit feliciter gloriatur. Coniuro † vos per coronationem Mariæ : fuit enim amicta, & coronata triplici Sole, amoris scilicet, splendoris, & fulgoris, & duodecim Stellis : nam Seraphim mirantur, & laudant in Maria charitatem, tam succensam, & Cherubim sapientiam tam profundam : Throni potestatem, & quietem in ea sic tranquillam ; & Dominationes tantam Marię super Angelos præeminentiam extollunt : virtutes, de efficacia miraculorum Virginis : & Potestates de tanta super Dęmones potentia mirátur ; Principatus laudát prouidétiam Marię de omnib. Regnis, & Archágeli eius diligentiam de omnib. locis ; Angeli tantá Marię de omnib. & singulis hominib. custodiá, & Martyres in tribulatione eius constantiam magnificant. Confessores de tanta Virginis sobrietate, & temperantia, Virgines verò, de tanta ipsius puritate, & munditia mirantur ; imò omnes Angeli, & beati ipsi Mariæ Virgini

Digitized by Google

Virgini famulantur, tanquam ſuæ Imperatrici; Angelicis eſt enim ſtipata Choris; Archangelorum vallata turmis; Thronorum hinc inde poſſeſſa iubilationibus; Dominationum circumcincta tripudiis. Principatuum circumſpecta obſequiis. Poteſtatum amplexata plauſibus; virtutum gyrata honoribus; Cherubim, circumſtantiata hymnis; Seraphin vndique circunfuſa ineffabilibus canticis; Apoſtolorum ſplendidiſſimus ordo ineffabili laude illam extollit; Martyrum exercitus ſupplicat Dominæ ſuæ; Confeſſorum multitudo innumerabilis inacceſſabile ei perſonat canticum, & Virginum candidiſſima concio inceſſabili voce Mariæ gloriam celebrat. Coniuro † per ipſam coronationem Mariæ, quæ fuit coronata duodecim priuilegiis, ſcilicet, cæcorũ illuminatione; lapſorũ eleuatione, ſurdorum purgatione, afflictorum conſolatione, deſolatorum adiuuatione, in aduerſis roboratione, induratorum mollificatione, viæ ſalutis demonſtratione, in hora mortis ſubuentione, Dæmonum fugatione, contra ignem Purgatorij refrigeratione; ſua præſentia tandem omnium beatorum lætificatione & delectatione. Coniuro † vos, per triplicem coronam Virginis Mariæ, ſicuti Imperatores triplici corona, ferrea, argentea, & aurea, coronantur; Sic Imperatrix Maria coronata fuit corona ferrea in ſignum fortitudinis, quia caput antiqui ſerpentis contriuit; corona argentea, in ſignum puritatis, quia nihil candoris, nihil ſplendoris, nihil luminis, quod non reſplendeat in Virgine Maria; corona aurea, in ſignum ſuperioritatis, & ſufficientiæ; quia tanta eſt Mariæ perfectio, quòd verè digna fuit eſſe Domina Monarchiæ totius mundi. Coniuro † vos, per Mariam Cœlo ſidereo comparatam propter ornamentum, motum, & effectum; ſicut cœlum eſt ornatum varietate Stellarum: Sic Maria diuerſitate virtutum; Cœlum hoc mouetur, & ſecum omnes inferiores cœlos quotidie circumducit. Ita Maria omnes Sanctos ad intercedendum pro nobis ſecum adducit, mediante Cœlo ſidereo; & ſuis luminaribus terra fœcundatur in fructibus, & multiplicatur auro, argento, & lapidibus pretioſis: Sic Maria totam Eccleſiam illuſtrat ſuis exemplis, & fœcundat Spiritus ſancti donis, & gratiis pretioſiſſimis. Coniuro † vos, per Mariam Cœlo cryſtallino aſſimilatam, in quo ſunt aquæ, quæ ſuper Cœlos ſunt in modum cryſtalli ſoliditate; Sic cogitationes, & affectiones humanæ, in Maria fuerunt ſolidæ in bono confirmatæ. Coniuro † vos, per Mariam, quæ dicitur Cœlum Empyreum, propter ineffabilem claritatem, qua tota lucet, & ſplendoribus plena eſt: & ſicut nullus locus eſt maioris capacitatis Cœlo Empyreo, ſic Maria fuit tantæ humilitatis, & charitatis capax, vt habitatio Dei facta ſit: & Deum in vtero ſuo portauerit, & ſuper omnes creaturas materiales, rationales, & intellectuales collocata ſit. Coniuro † vos, per dolores Mariæ, qui in paſſione dilectiſſimi ſui filij Ieſu Chriſti eius pertranſierunt animam, & fugientibus Apoſtolis ante Crucem ſtabat ipſa piiſque ſpectabat oculis filij vulnera. Præcipio † tandẽ, tibi maledicte, vt recedat ab hac creatura, per Mariam fontem ſupernæ gratiæ, & armarium omnium diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Fugo † te per Mariam principium noſtri amoris, & recuperatricem perditi orbis. Præcipito † te in barathrum, per Mariam, ſagittam contra te Serpentem antiquum, & ab æter-

Digitized by Google

na morte fidelium viuificatricem. Diſperdo † te, per Mariam pontem periculoſi huius mundani fluminis, & portinariam Paradiſi. Proſterno † vos, per Mariam fideliſſimam aduocatam ante noſtrum Iudicem, & aquam mallifluam, quæ dat bibere omni ſitienti. Coniuro † vos tandem, vt ab hac creatura Dei fugam paretis, per Mariam, lignum vitæ plantatum in medio Paradiſi, proferens benedictum fructum, & per ipſam Mariam arcum fœderis ſempiterni, poſitum in nubibus Cæli, ne interficiatur omnis caro recede: ergo In nomine † Patris, & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

EXORCISMVS XI.
De comminationum Clementia Ieſu Chriſti circa genus humanum.

DEus in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, nonne Ioſeph in tempore anguſtiæ factus eſt Rex Ægypti? Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem Regni in ſæcula? Ananias, Azarias, & Miſaël credentes liberati ſunt de flãma? & Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore Leonum? nonne omnes ſperantes in te, non infirmantur, Domine? Sic & nobis, quæſumus, ſuccurre placatus in brachio tuo extento, & libera hanc creaturam tuam à vexationibus Dæmonum: ita vt in hoc tempore anguſtię miſericordiam, & gratiam tuam conſequatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hic imponendo manus ſuper caput vexatæ, dicat.

EXORCISMVS

EXorcizo te N. creaturam Dei infirmam, ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti redemptam; per Deum † viuum. Exorcizo te † per † crucifixum. Exorcizo te, per Spiritum † ſanctum: vt omnis ſpiritus immundus, vel incurſio Satanæ ſeparetur à te: Ergo refice, & reſume vires ſpirituales creatura exorcizata ad effugandum omne phantaſma inimici, vt ipſum inimicum effugare valeas. In nomine Dei † Patris, qui cum eodem Filio † ſuo, & Spiritu ſancto † viuit, & regnat in ſæcula ſæculorũ. Amen.

Oremus.

VIrtutis tuæ inuictam fortitudinem deprecamur, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ſuper hanc creaturam, vt ex vultu diuinæ maieſtatis tuæ virtutem tuam contra omnes immundos ſpiritus poſſit accipere; & repellat quidquid peſtiferum eſt, deterreat præſtigia, phantaſmata compeſcat, & tutelam fidiſſimam præſtet; per hoc ſignaculum ſanctæ † crucis Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum viuit, & regnat in ſęcula ſæculorum. Amen.

Mox aſpergendo aqua benedicta, & eleuatis oculis dicat.

Domine repleor conſolatione in vexillo ſanctæ † crucis, & ſuperabundo gaudio in miſericordia tua.

Digitized by Google

CONIVRATIO.

FVge maledicte, in nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis; Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti, Et vel tibi: niſi fugam praueris; quia non es connumeratus inter fundamenta paradiſi; Et non te collegiſti: inter innumerabiles militias Angelorum Dei. Væ tibi, impie, qui dereliquiſti legem Dei altiſſimi: Et poſtquam motæ ſunt virtutes, non te confirmaſti in Cœlo; Nam circundabit te calix dexteræ eius, & vomitus ignominiæ erit ſuper vanam gloriam tuam. Væ tibi, qui feciſti fœdus cum morte, & cum Inferno pactum; videns noluiſti videre; & audiens, noluiſti audire legem ſanctam: Ideò plorans, plorabis, & nequaquam miſerebitur tui Deus, ſed furor tuus grauis erit ad portandum. Væ tibi cuius letitiæ dies creationis tuæ conuerſus eſt in perpetuam lamentationem, & luctum, & direptionem, & fabulam, & improperium, & æternam mortem. Et flebis irremediabilibus lachrymis. Væ tibi, qui à die creationis tuæ theſaurizaſti tibi iram Dei; nunc & in die iræ: & reuelationis iuſti iudicij ſui, in quo tibi, & ſequacibus tuis reddet iram, & indignationem, tribulationes, & angustias. Væ tibi, cuius oſſa impleta ſunt vitijs ab adoleſcentia tua, & cuius venter impletus eſt ira furoris Domini. Væ tibi cuius pan[illegible], tanquam fel Draconum intrinſecus eſt. Nam, cum ſatiatus fueris iniquitate: arctaberis, æſtuaberis, pluet ſuper te bellum, & non fugies arma ferrea, & irrues arcum æreum. Væ tibi, quem dedit Dominus in reprobum ſenſum; vt ea facies, quæ non conueniunt, repletum omni iniquitate, malitia: fornicatione, auaritia; nequitia, plenum inuidia, homicidijs, contentione, dolo, & omni malignitate. Væ tibi peſtifere, qui perdidiſti ſuſtinentiam, & fabricas, niſi mala, quid cogitas contra Dominum? conſummationem ipſe faciet. Væ tibi plene omni dolo, & fallacia, inimice omnis iuſtitiæ, qui non deſinis ſubuertere vias Domini rectas. Væ tibi, qui condidiſti leges iniquas, & iniuſtitiam ſcripſiſti; vt opprimeres in iudicio pauperes; & facis vim cauſis humilium, vt ſint viduæ præda tibi, & pupilli. Væ tibi, *cuius* diuitiæ putrefactæ ſunt, & aurum, & argentum eruginauit. Væ tibi, cuius iniquitatum clamor introiit in aures Domini Sabaoth: Væ tibi, qui trahis peccata tua, ſicut veſtem longam. Væ tibi, *cuius* peccata ſcripta ſunt ſtylo ferreo, & in vngue adamantino exarata ſuper latitudinem cordis tui. Væ tibi, in quo intrat putredo, & de cuius veneno naſcuntur vermes mendaciorum, quia tibi nihil *integrum* remanebit. Væ tibi, *qui laceras* gregem Domini, *quia ſuper te erit* malleus, qui *conteret* petram. Væ tibi, quia fuiſti *creatus*, vt videres lucem: Et ecce tenebras apprehendiſti, vt videres ſplendorem, & in tenebris ambulaſti: & nolens videre, palpaſti, ſicut cœcus parierem. Væ tibi, qui rugis, quaſi Vrſus, & Leo, expectans iudicium: Nam cognoſcis, quia elongata eſt ſalus à te in æternum: Vermis tuus non morietur, & arguet te malitia tua: Væ tibi, cuius finis infernus, tenebræ; & pœnæ Luctus mortui ſeptem dies eſt, damnati verò in æternum durat; amplius non tradent terræ noſtræ filij tui radices, & rami tui non dabunt.

Digitized by Google

dabunt fructus iniquitatis ; dereliquerunt in maledictum memoria tua, & dedecus tuum non delebitur. Væ tibi fili maledictionis, qui voluntarie dereliquisti viam rectam: fuisti fons sine aqua nebula turbinibus exagitata, qua caligo tenebrarum reseruatur. Væ tibi arbor autumnalis infructuosa, bis mortua, eradicata, fluctus feri maris despumabit tuas confusiones. Væ sydus errans: in quo procella pœnarum seruata est in æternum. Væ tibi, qui tanquam Leo rugiens circuis quærens quem deuores, quia factus es omnibus exemplum, ignis æterni pœnam sustinens. Væ tibi, qui errasti à via veritatis : viam Domini ignorasti, & lassatus es in via iniquitatis, & perditionis : Lumen iustitiæ, & intelligentiæ non luxit tibi, dum dicebas: Ero similis Altissimo : Quid tibi profuit superbia ? quid contulit tibi iactantia pulchritudinis olim tuæ ? Væ tibi, qui cecidisti tanquam fulgur, in malignitate consumptus ; & cuius spes, tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur ; & tanquam spuma glacilis, quæ à procella dispergitur ; & tanquam fumus à vento diffusus. Væ tibi impœnitenti : Væ semini nequam dereliquisti Dominum : blasphemasti Sanctum sanctorum : Ideò abalienatus es retrorsum ; & percutiet te Dominus vltra addens prævaricationem, & omne caput languidum, & cor mœrens. Væ tibi, qui dicis bonum malum, & malum bonum : ponis tenebras lucem, & lucem tenebras : Et amarum in dulci, & dulce in amaro. Væ tibi, qui potens es ad bibendum vinum, & ad miscendam ebrietatem. Væ tibi, cui contigit illud veri Prouerbij : Canis in continuo vomitu ; & sus lota in volutabro luti. Væ tibi, qui non inuenieris scriptus in Libro Vitæ. Væ tibi, qui exulas à Patria ciuium supernorum, & à societate Angelorum in sempiternum. Væ tibi, super cuius caput volant noctuæ, & cati requiescunt, & cuius facies nigra est fumo, qui in Inferno fit, & cuius oculi operientur stercore. Væ tibi, qui spina es congregata ad comburendum. Væ, cuius iugum, & vinculum ferreum est, & cuius casus insanabilis. Væ tibi, cuius munitiones sunt, sicut ficus cum grossis suis, quia cum percussæ fuerint, cadent in os comedentis. Væ corona superbiæ, conculcaberis pedibus, & cades retrorsum, contereris, illaqueaberis, & capieris. Væ tibi, qui prædaris, nonne, & ipse prædaberis ? vel, qui spernis, non ne, & ipse sperneris ? cum consummaueris deprædationem, deprædaberis ; cum fatigatus fueris contemnere, contemneris. Væ tibi, qui descendis in Ægyptum ad auxilium, in aquis sperans, & habens fiduciam super quadrigis : quia multæ sunt, & super equitibus, quia prævalidi nimis : & non es confisus super sanctum Israël, nec Dominum requisisti. Væ tibi, qui comedis, & deuoras creaturas Dei. Væ tibi, qui absorbes eas quasi draco. Væ, qui reples ventrem teneritudine : Nam Dominus indicabit causas suas, & vlciscetur vltionum earum ; in calore tuo ponet potiones tuas : dormies somnum æternum, & non resurges ab afflictione. Væ tibi, Væ tibi, quis te liberabit à sagittario Christo valido ? iam tibi appropinquant cuncta mala, & dolores non tardabunt : in mœrore, & amaritudine botros tuos colliges. Væ tibi, qui nunquam peccare cessasti, vlula, vlula, quia vastitas Domini prope est, & venit. Ecce dies crudelis ; & indignationis plenus ira, & furore ad ponedam ter-

Digitized by Google

ram in combuſtionem, & peccatores eius conterendos de ea: Stellę non expandent lumen ſuum; obtenebrabitur Sol: non ſplędebit Luna: viſitabit Dominus mala, & iniquitates contra impios debellabit ſuperbiam infidelium & arrogantiam fortium humiliabit: turbabit Cœlum, & mouebitur terra de loco ſuo, propter indignationem Domini exercituum: & propter diem iræ furoris, eius: non erunt cauernæ, vt te abſcondas: imò, nec fugere poteris, quia Deus in Cœlo eſt, & in inferno per iuſtitiam adeſt. Væ tibi, qui Deo obedire negligis: Væ tibi, niſi ab hac creatura, nunc receſſeris: quia ſuper te erunt acerba, & aſpera valde nimis. Recede ergo, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ diuiditur indiuiſibiliter, & coniungitur diuiſibiliter, & ſingulariter vnaquæque perſona Deus eſt, & vita, vel Deitas indiuiſa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria: nec minoratur in ſingulis, nec augetur in tribus, Pater † & Filius, † Spiritus † Sanctus: cui honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXORCISMVS XII.
Comminationum appellatus.

DEus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum:
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui & lucem nobis tribuis temporalem, & polliceris æternam; da, vt hanc diem proſperam actuum ſucceſſione ducamus; vt qua Ducem te nouimus, quæ ad ſalutem animæ, & corporis ſunt recta, te auxiliante conſequi mereamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Hic ponat manus ſuper caput Demoniaci, & dicat:

EXorcizo te N. ſeruam Dei à Diabolo oppreſſam, per eum, qui contra omnes fallacias, & opera Diaboli fortior, atque vigilantior prænualet; vt nulla ſit tibi communicatio cum Angelis rebellibus, ſed ſis creatura Dei exorcizata † benedicta † & ſanctificata † ad eradicandum à te omnem virtutem Diaboli. Per Chriſtum, qui pretioſiſſimo ſuo ſanguine te redemit.

Oremus.

DEus auctor lucis, & claritatis inuentor, illumina quæſumus noſtrarum tenebras animarum, hancque famulam à Diabolo oppreſſam matutina benedictione confirma. Per Dominum noſtrum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro † te, Serpens antique, per eum, cuius vitam imitantes veraciter illuminamur, & ab omni cæcitate cordis liberamur. Coniuro † te, per Patrem æternum, qui odorem victimæ dilecti ſui filij, & fumum odoratus eſt. Coniuro † te,

Digitized by Google

te, per mysterium illius sacratissimæ cœnæ à Christo vespere factæ cum discipulis suis, quia in passione ipsius Christi, quando ipse verus Sol ad occasum properabat refectio æterna omnibus fidelibus præparata fuit. Coniuro † te, per signa amoris Christi in Discipulis, quoniam relicturus eos, maiorem eis demonstrauit amorem: & hoc est, quod dicit: Cum dilexerit suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Finis enim legis Christus, quod est in finem? hoc est in Christum, vt & ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent. Coniuro † te, per humilitatem Iesu Christi, qui licet à Deo exierit, & Deus sit, & pergeret ad Deum; tamen vt vniuersum conculcaret tumorem, pedes Discipulorum lauit, & tersit. Coniuro † te, per Sanctos Prophetas, & Apostolos, qui sunt nubes Cœli in quibus veniet Dominus ad iudicandum: non transeuntes, sed portantes imaginem Regis cœlestis, & digni sunt, vt sint sedes Dei, quasi hæredes, & cohæredes Christi. Coniuro † te, per eum, qui vascula animarum nostrarum, hoc est corpora nostra fecit de limo, sic figuli ager Christi sanguine emptus est, vt requies nobis peregrinis à lege, & Prophetis, ipsius sanguine prouideretur. Coniuro † te, per Christum, qui respondere noluit Pilato interroganti, ne crimen diluens, dimitteretur à Præside, & crucis vtilitas differretur, & per constantiam Christi; nam, dignum Prælidi videbatur magno miraculo, vt exhibitus Christus ad criminale iudicium, imperturbabilis staret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis æstimatur. Coniuro † te, per eum, qui pro nobis gustauit mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit triumphator. Coniuro † te, per eum, cuius mors illuminauit, mortis tenebras, & infernorum obscura collustrans; mortis spolia detraxit. O mors, vnde mortui reuiuiscunt, quid isto sanguine mundius? quid isto vulnere salubrius? quid ista morte vtilius? Coniuro † vos, per Iesum Christum, qui licet Dominus sit totius mundi, in vita domum non habuit, & post mortem in alieno sepulchro reconditur in terris, quia pro aliorum moriebatur salute, & tamen sedes eius manebat in Cœlis. Coniuro † te, per Christum, qui in præsenti sæculo manet cum electis, eos protegendo, & post finem cum eis manebit, eos remunerando; ipse enim, qui ascendit ad Cœlos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Cuius gloriæ participes nos facit ipse Christus, Rex gloriæ, qui est benedictus in sæcula. Coniuro † te, per nouum Adam, ideſt Christum Iesum, qui omnia, quæ à vetere Adam corrupta fuerunt, per ipsum fuerunt restaurata. Coniuro † te, per Christum, qui Cœlos clausos per peccatum Euæ, vbi baptizatus est, aperuit. Postquam verò Tyrannum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ Cœlo nunquam claudendo, non dicunt Angeli aperite, sed tollite portas. Coniuro † te, per Spiritum sanctũ, qui purificabit quod de maria Virgine in corpus Saluatoris profecit, & hæc est vnctio Saluatoris, qua Christus est appellatus. Coniuro † te, per Spiritum sanctum, quo Maria filium Christum genuit, peperitque, ac propriis lactauit vberibus de Cœlo plenis, Mater immaculata, cum virginitate fœcunda, & cum fœcunditate semper virgo permanens in æternum virginum Re-

Digitized by Google

gina.Coniuro inquam te, † per eundem Spiritum Paracletum : qui in baptismo Christum in gurgite circumfulsit : fluenta Iordanis sanctificans, & mortem & in transfiguratione in columbæ specie visus est super eum.Coniuro † te, per Iesum Christum,cui ab hora ortus sui vsque ad exitum in cruce, non defuit tolerantia doloris; quærimonias, confusiones, & opprobria benignè sustinuit, pro beneficijs, ingratitudinem; pro miraculis, blasphemias;pro doctrina, reprehensiones recepit; pro nostra enim salute,susceptit infirmitas, miserias, non necessitate, sed charitate trahente;vt impleret præceptum Patris sui fuit obediens vsque ad mortem,mortem autem Crucis:per cuius crucem,& passionem,& sacræ mortis debitum Cœleste Regnum, & ostendit, & aperuit nobis credentibus. Coniuro † te, per Iesum Christum, qui pretioso sanguine proprio super terram effuso redemit nos à maligno.Nam propinator fontium potatur aceto;mellis dator cibatur felle, flagellatur remissio; condemnatur venia;illuditur maiestas, ridetur virtus; profunditur sputis,largitor imbrium: crucifigitur innocentia, & moritur vita omnium.Quantum enim diuina virtus operum contemplatione lucebat, tantum pati pro subiectis dignatus est : pro seruis mori insigne est charitatis immensæ;sciri enim voluit quantum amaret hominem Deus qui plus amari voluit,quam timeri:Tum vt sententiam mortis, quam iustè dederat,iustius aboleret. Quia namque primus homo (adiudicante Deo) de reatu incurrit mortem,& eam transmisit ad posteros : venit de Cœlo secundus homo peccati expers,vt mors damnaretur, quæ rapere iussa reos, innocentię ipsum inuadere præsumpsit auctorem, & sic fuit mors mortis in æternum.Coniuro † te, per eum, qui post illusiones, & verbera, post aceti,& fellis pocula mixta, post supplicia crucis,& vulnera, & postremò post ipsam mortem, & inferos surrexit de suo funere caro noua,reddit ab occiduo latens vita,& in morte salus reseruata resurgit,pulchrior reditura post funus. Coniuro † te, per illud magnum Sacramentũ,quod cognouit Ioseph esse in Maria, propter quod volebat eã dimittere, quia indignum existimabat se Mariæ approximare. Cõiuro † te,per Iesum Christũ,quem Maria Virgo peperit orbi terrarum vniuerso eundem totius mundi Saluatorem,& nostræ salutis authorem: Nam saluat non incredulos, sed in se credentes;non tam à visibilibus hostibus,quam potius ab inuisibilibus,non armis pugnando,sed peccata relaxando.Coniuro † te,per Iesum Christum, qui pauperculã elegit Matrem, pauperiorem patriam, omniaque egena, & vilia elegit:vt terrenas diuitias has falsas cognosceremus orbẽ transformasse terrarum ob earum abusum, & per illam virtutem te coniuro, qua à finibus orbis terrarum currũt homines visuros prę sepe,& tugurij locum. Coniuro † te,per misericordiam Dei, qui non in finem irascitur : Nam recordatus Dominus quanta mala fecerit super Ægyptum,misit filiũ suum, & dedit illi magnæ reconciliationis signum,vt decem plagas Ægypti vna medicina sanarer;vt populus,qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, custos fieret filij vnigeniti, vt quia qui violenter dominati sunt,illi cum deuotione seruirent,vt iam non irent ad mare rubrum demergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificandi.Coniuro † te, per Iesum Christum, qui ducens nos ad maius amicitiæ fœdus,suamq; charitatẽ declarans erga nos,præstitit se, non so-

lum

lum videri desiderantibus sed & palpare,& comedere,& amplecti, & totum affectum explere. Et sic, vt leones flammam spirantes, ab illa sacrosancta mensa,Altaris discedamus terribiles effecti tibi Diabolo.Coniuro † te,per Iesum Christum,in cuius Regno bibemus cum spiritibus beatis; ac Sanctis omnibus mysteria, & sapientiam:qui noua quædam nos docet:& reuelabit quæ nunc occultat.Coniuro † te,per virtutem illius vocis,quæ semel dicta est: Crescite,& multiplicamini, & replete terram : Sed omni tempore sentit effectum ad generationem,operante Natura. Coniuro † te , per Iesum Christum , qui Patri gratias agens,hymnum decantabat,in quo , & pro se ipso,& Discipulis , & pro eis, qui per verbũ ipsorũ credituri erant, eleuatis sursum oculis , precabatur.Coniuro † te,per Iesum Christum, qui sitiens omnium salutem in sacrosãcta cœna tradebat mysterium, quod toti mundo competeret.Coniuro † te,per viuificatiuum Dei verbum, quod vniens se ipsum propriæ carni fecit eam viuificatiuam, & quoniam in nobis vita Dei est, Dei verbo existente in nobis,viuificantium erit nostrum corpus.Coniuro † te,per Iesum Christum , per quem non victus , & potus nobis præmij loco spondetur: sed conuersatio angelica, & communicatio gratiæ cælestis,& vitæ. Coniuro † te , per sanguinem preciosum Iesu Christi , qui operatur in nobis imaginẽ regiam, nobilitatem animæ non permittit marcescere , protinus irrigans animam, magnamque inspirans virtutem.Hic sanguis effusus lauit orbem , & adibile fecit Cœlum : Huius participes sanguinis sunt supernis virtutibus amicti regio pallio, magis autem ipso Rege induti. Coniuro † te , per Iesum Christum , qui suscepit tristitiam nostram , vt nobis suam lætitiam largiretur;qui & infirmatus est propter delicta nostra , qui & orauit cum sudore sanguineo,vt,& fidem Discipulorum , quam adhuc terrena fragilitas arguebat, purgaret, & significaret de corpore suo toto mystico manatura martyria. Coniuro † te,per Iesum Christum Cœli,& terræ Dominum,qui sustinebat,patiebatur impiorum opprobria, contumelias,& iniqua iudicia , sed cum tempus iudicij vniuersalis venerit , videbitis eum sedentem à dextris virtutis Dei,ac condemnantem perpetuò vos Angelos rebelles , & iudicantem orbem vniuersum.Coniuro † te,per Iesum Christum qui mortem crucis elegit, quam Diabolo superato, tanquam trophæum, in frontibus fidelium erat positurus:Coniuro † te,per Deum Saluatorem nostrum,qui mundo salutem contulit , & humano generi sua pietate subuenit , sicut ouis ad occisionem sine voce ductus obmutuit , & siluit interrogatus , & sic taciturnitate sua excusationem Adæ absoluit.Cõiuro † te,per Christum,de cuius morte vita surrexit:de passione salus ascendit, de pœna crucis remediũ pietatis;gloria dãnatione ; medicina de vulnere. Vnus namque mori dignatus est ;ne omnes moreremur, sed perpetuò viueremus in eo.Cõiuro † te,per Iesum Christũ,Dei filium, qui diuini fine consummato mysterij,munus dispositionis antiquę expleuit,vt scilicet,& diabolum , quem Cœlestis operis inimicum , per hominem subiugarat , elideret ; & superna dona in humanam reduceret substantiam. Coniuro † te , per Iesum Christum , qui sub specie panis , & vini , mirabile Sacramento nobis declarando monstrauit, & mirabiliter per prolata verba transubstantiauit panem,& vinum in corpus,& sanguinem suum,quod dignis

sumen-

Digitized by Google

ſumentibus, ad vitam, & indignis, eſſe voluit ad iudicium. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui tam affluenter, tam gratis, tam libenter, ſine perſonarum acceptione ſua longa munera largitur. Nam aperit cor noſtrum in lege ſua; & in præceptis ſuis docet nos ambulare: qui dat nobis intelligere voluntatem ſuam, & cum magna reuerentia, ac diligenti conſideratione beneficia ſua, tam in generali, quam in ſpeciali memorare: vt dignè illi hinc valeamus gratias referre. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui pauperes humiles, atque huic mundo deſpectos ſibi elegit in familiares, & domeſticos. Teſtes ſunt ipſi Apoſtoli, quos principes ſuper omnem terram conſtituit; & cum omni humilitate, & ſimplicitate, ſine malitia, dolo, & querela conuerſati ſunt in mundo, vt etiam pati contumelias gauderent pro nomine Ieſu: & quæ mundus abhorret, ipſi magno affectu amplecterentur. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum qui perfundit corda hominum gratia Cœleſti, & miſtrat aquas deuotionis ad irrigandam faciem terræ, vt producat bonum, & optimum fructum, & qui leuat mentem preſſam mole peccatorum, & ad Cœleſtia totum deſiderium noſtrum rapit: iungit nos ſibi inſeparabili dilectionis vinculo; quia ipſe ſolus amanti ſufficit. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui ſola dignatione diuinæ gratiæ deſiderium æternæ beatitudinis, & ſanctam inſpirationem deſuper infundit pectoribus noſtris; vt virtutibus, & maiori humilitate proficiamus, & ad certamina præparemus. Nam nobiſcum ſic dignanter agit, clementer viſitat, ardenter excitat, & potenter ſubleuat, ne proprio pondere ad æterna labamur, ſed vt toto cordis affectu adhærere, ac feruenti voluptate ſtudeamus illi ſoli deſeruire. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, qui ſic omnia irreprehenſibiliter dixit, & fecit: vt nullam veriſimilitudinem inuenerint in eo Iudæi reprehenſionis, & mali; quærebant enim falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, cuius paſſio ſalutis noſtræ continet ſacramentum, & de inſtrumento, quod iniquitas Iudæorum parauit ad pœnam, potentia Redemptoris gradum fecit ad gloriam. Coniuro † te, per Deum qui *alligat* fortem noſtri generis inimicum: *qui* vaſa eius diripere non deſiſtit, *& nos* ad conſortium Chriſti ſui facit venire gaudentes. Coniuro † te, per Ieſum Chriſtum, cuius iudicantis Tribunal quale erit, quando ſuperbos Reges in perſonam diaboli timere faciebat natiuitas infantis? Pertimeſce ergo Regem ad Patris dexteram ſedentem, quem in perſonam Regis impij timuiſti adhuc matris vbera lambentem. Audi maledicte. *Si ſic terra* tremuit cum Dominus ad *veniam* Sanctorum reſurgeret, *quomodo con*tremiſcet cum *noxiorum omnium* ſurget ad pœnã? *Et quomodo Domi*ni præſentiam *ſuſtinebunt* damnati, cum Angeli *præſentiam* de Cœlo ſuſtinere non valuerunt cuſtodes ſepulchri? Fuge ergo; in nomine Ieſu Chriſti, per cuius potentiam intelligens te tua ſpolia amiſſurum, ſicut primum per mulierem, mortem intuleras, ita per mulierem vxorem Pilati volebas ipſum Chriſtum de manibus Iudæorum liberare, ne per eius mortem, mortis perderes imperium. Nihil tibi, & iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Et ſicut tunc confuſus extitiſti, quia pro ſalute noſtra mori dignatus eſt; ſic confundere, & recede ab hac

Digitized by Google

hac ſerua Dei. In nomine Patris † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

EXORCISMVS XIII.
De vita Ieſu Chriſti.

Omnium efficaciſſimus, ante Sanctiſſimum Sacramentum deuotiſſimè dicendus, qui vltimus ſemper erit in ordine exorcizationis, & quem poterit bipartire exorciſta, ad placitum. Primò, Sacerdos ponat Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ ſuper Altare cum debitis luminaribus, deinde in ſpiritu, donec ſibi viderit, oret: Mox genibus flexis, reſpondentibus aſtantibus humili voce, dicat.

DEus † in adiutorium meum intende
Domine † ad adjuuandum me feſtina.
Deus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuãdum me feſtina.
Deus † in adiutorium meum intẽde.
Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Filij redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta MARIA, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Mater Chriſti, ora.
Mater Diuinæ gratiæ, ora.
Mater puriſſima, ora.
Mater caſtiſſima, ora.
Mater inuiolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Saluatoris, ora.
Virgo prudentiſſima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum iuſtitiæ, ora.
Sedes ſapientiæ, ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ, ora.
Vas ſpirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas inſigne deuotionis, ora.
Roſa myſtica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris Eburnea, ora.
Domus Aurea, ora.
Fœderis Arca, ora.
Ianua cœli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Conſolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Chriſtianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apoſtolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confeſſorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium. ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

OPijſſime Ieſu corona certantium, & omnium in te ſperantium ſalus iucundiſſima; qui, vt nos ab infeſtationibus Dæmonum liberares, in contractione neruorum, oſſium compreſſione, & ſpinarum punctione, pœnas acerbiſſimas pertuliſti, & in cruce inſtar latronis affligi elegiſti: Exaudi, quæſumus, vocem noſtri clamoris, & perduc nos ad arborem vitæ, qui eruiſti nos de lacu miſeriæ: hanc creaturam erue à flagello, bone Ieſu, ne Lupi rapaces opprimentes ouem tuam, quã ſanguine pretioſo redemiſti, deuorent, vel diu excrucient. Qui cum patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Interim aſtantes, in ſpiritu orent: Exorciſta verò vertens ſe ad Dæmoniacum, & digito oſtendens Sacramentum, cum deuotione, dicat minans dæmoni.

OBſtinata muſca maledicta, exterminas oleum ſuauitatis, quid ſtas, & reſiſtis, cum ſcias Chriſtum tuas perdere vires? Durum eſt enim tibi contra ſtimulum calcitrare: Imò quantò tardius exis, tantò maius tibi ſupplicium creſcit. Fuge ergo, & exi venenorum ſibilator, vermis mendaciorum, & generator viperarum. Quia.

Hic adeſt Creator vniuerſi Deus, & Dominus omnium creaturarum, tam viſibilium, quàm inuiſibilium; in cuius poteſtate ſunt cuncta poſita, & non eſt, qui eius poſſit reſiſtere poteſtati.

Hic eſt Ieſus, de cuius ſacro pectore recumbens Ioannes taliter bibit, vt veluti aquila in initio ſui Euangelij intonet, dicens; In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil; quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Hic eſt Ieſus Deus noſter, qui trinus in vocabulis eſt, ſed vnus in deitate ſubſtantiæ, inæſtimabilis, ineffabilis, & incomprehenſibilis vltra omnia, extra omnia, & præter omnia.

Hic eſt Ieſus, verbum Patris inſeparabile, æqualis cum Patre manens, & omnia cum illo diſponens. Cuius eminentia tam perfecta declaratur, vt dici de Patre maiora non poſſint.

Hic eſt Ieſus ſplendor Paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ: cui omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confitetur: cuius virtus, & ſapientia inueſtigari minimè poteſt, & omnia in menſura, numero, & pondere diſpoſuit.

Hic eſt Ieſus Rex regum, & Dominus dominantium: cuius Regnum non eſca, nec potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto, & cui honor, & imperium ſempiternum.

Hic eſt Ieſus, quem Deus Pater conſtituit ad dexteram ſuam in Cœleſtibus, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, dominationem, & omne nomen, quod non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro nominatur.

Hic eſt Ieſus, pro cuius aduentu miſſus eſt Gabriël nuncius vnus, de maioribus Angelis: vt nouam incarnationem Filij Dei prædicaret Mariæ, dicens.

Digitized by Google

dicens. Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: Inueniſti gratiã apud Deum: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum: Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis: Spiritus enim Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: Ideoque, & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

Hic eſt Ieſus, qui, dum Maria virgo diceret: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum; ſtatim procedens à Patre tanquam Sponſus de thalamo ſuo, nuptialem Thronum ingreditur: Et ſic diuinitati ſponſatur homo, & præmium accipit caro, quia verbum caro factum eſt; Creator creatura: ditiſſimus pauper: immortalis, & impaſſibilis, mortalis, & paſſibilis, vt caro, per carnem liberaretur, & mors inimica deſtrueretur.

Hic eſt Ieſus, in cuius ſponſalibus gaudijs gratioſum decretum condonauit Dominus; quia quicquid dum offenderat mundus, relaxauit; & ad ipſas nuptias non inuitauit; vt non hominum, ſed Angelorum panem manducemus.

Hic eſt Ieſus, qui non ſolum de ſimplici Virgine, ſed de deſponſata concipitur; vt partus celaretur Diabolo, dum eum putat, non de Virgine, ſed de vxore generatum.

Hic eſt Ieſus, qui ſuſcepit carnem, & non deſeruit Patrem, nec ſe diuiſit à Patre; ſuſcepit carnem filius in proprietate, ſed tamen & Pater, & filius non defuit in maieſtate.

Hic eſt Ieſus, duo in carne vna: Ideſt, Deus, & homo, & vnus Chriſtus, quem terra, mare, Cælumque capere non poteſt, intra tamen vnius corpuſculi membra ſuſcipitur.

Hic eſt Ieſus, quem Ioannes ſalutauit, exultans in vtero Eliſabeth: & ipſa repleta Spiritu Sancto exclamauit; benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, & beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino.

Hic eſt Ieſus, cuius benignitas, & humanitas, dum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, venit in mundum, vt non eſſet vnicus in hæreditate Patris, ſed vt multos fratres haberet adoptatos per gratiam, & cohæredes: cuius verò natiuitatem quis enarrabit, cum de Matre, ſine Patre natus ſit?

Hic eſt Ieſus, quem virgo in vtero baiulauit ſine grauamine; quem & peperit ſine dolore, & corruptione, quem vbere de Cœlo pleno lactauit. Nam Maria ante partum, in partu, & poſt partum Virgo ſemper extitit.

Hic eſt Ieſus; natus in Bethleem Iudæ, quem in pannis inuolutum, inter bouem, & aſinum in præſepio Maria reclinat, dum Ioſeph cogitat: Angeli cantant: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus: Et quem Paſtores feſtinanter inueniunt: Bos cognouit, Aſinus portat interim: Sancti per longa temporum ſpatia expectantes exultant; ſterilis clamat, vidua prophetizat; Senex Simeon expectat, & quem denique Stella demonſtrat, & Magi, ipſa Stella duce adorant.

Hic eſt Ieſus Rex vniuerſi; cuius precioſa natiuitas fuit ante ſæcula prædeſtinata; à Prophetis prænunciata, ſapientibus regibus reuelata, & tamen, pro thalamo, ſtabulum, pro

Digitized by Google

lecto, fœnum; & pro ſeruis bouem, & aſinum habere voluit.

Hic eſt Ieſus, qui vilibus circundabatur pánis, & tamen ſibi petentibus omnia concedit; In præſepi humilis iacebat: & eum Angeli Imperatorem habent in Cœlis; vagitus reddebat infantiæ: & nihilominus magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus faciebat.

Hic eſt Ieſus, qui in terra talis eſt; qualis Pater in Cœlo: & qualis eſt Mater, talis eſt ſecundum carnem filius: In Cœlo cum Patre æternus eſt, & immenſus; & in terra cum Matre temporalis eſt, & manſuetus: In Cœlo cum Patre ſublimis eſt, & incorruptus; & in terra cum Matre in præſepio humilis, & corruptibilis apparuit; In Cœlo Syderum, & cunctorum inter ſanctos oſtenditur, per Matrem inter Bouem, & Aſinum collocatur.

Hic eſt Ieſus, cuius diuinam infantiam pia ſenectus Simeonis agnouit, & in vlnas ſuas accepit, & amplexatus eſt dicens. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum; Quod paraſti ante faciem omnium populorum; Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Hic eſt Ieſus, qui nos valde miratos reddit. O ſacrum quidem myſterium, qui, vt nos redimeret, non Angelus, non Archangelus, ſed ipſemet Deus à regalibus ſedibus deſcendit: ad cuius cœleſtis Pueri veneranda cunabula, gentes, Stellæ iudicio peruenientes, & tria munera offerentes myſterium mirabile, Sanctiſſimæ Trinitatis oſtendunt.

Hic eſt Ieſus, quem in tua confuſione, gentes confeſſi ſunt: Nam Magi ipſi ab Oriente venientes dixerunt: Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum: & Pilatus quoque ex gentibus Occidentalibus veniens ſcripſit in titulo, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, vt Orientis & Occidentis gentes hunc eſſe Regem Iudæorum atteſtantes recumberent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in Regno Cœlorum.

Hic eſt Ieſus dulciſſima ſapientia ſapientiarum, in Templo in medio Doctorum oſtenſa, attingens à fine vſque ad finem fortiter; & diſponens omnia ſuauiter; quæ ex ore Altiſſimi prodijt; philoſophis, Sophiſtis, Aſtrologis, dialecticis, ac cæteris curioſis abſcondita: Sed groſſioribus, & rudibus piſcatoribus reuelata: Nam volens ſuperborum frangere ceruices, de humilibus Piſcatoribus lucratus eſt Imperatores, & Reges.

Hic eſt Ieſus, qui nos amat vt charitas; nouit, vt veritas; regit, vt principium, tuetur, vt ſalus: operatur, vt virtus; reuelatur, vt lux; aſſiſtit, vt pietas; ſedet, vt æquitas: dominatur, vt majeſtas: legem, & miſericordiam in lingua portat: & *de libro iuris* Cœleſtis docet nos *amare Cœleſtia*, & terrena deſpicere, *vt ad ſe* Imperatorem adire poſſimus.

Hic eſt Ieſus, qui in Iordane voluit baptizari, & exiens de aqua ſtatim aperti ſunt Cœli, & ſpiritus Dei ſuper eum, ſicut columba deſcendit: & vox de Cœlis audita eſt, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & ſic manifeſtè apparuit nobis Sanctiſſima Trinitas, Pater in voce, Filius in carne, & Spiritus Sanctus in forma Columbæ:

Hic eſt Ieſus, de quo mirabantur virtutes Cœlorum, & dominationes, Cherubin, & Seraphin, videntes Dominum Sabaoth in fluuio à

Ioanne

Digitized by Google

Ioanne baptizari, cum non haberet quid dimitteretur, nec lauaretur; Imò, & ipsa felix vnda stupebat, videns puerum fontem aquarum viuarum ad se descendentem. Hic ergo fons innocentiæ, plenus misericordia ad sanctificandas aquas descendit, quibus nos abluti, & in baptismo mundati à Sanctissima Trinitate sanctificaremur, & omnis iustitia impleretur.

Hic est Iesus Imperator noster, qui à Sathana, de tribus tentatus, tentatorem superauit teterrimum; & docuit pugnare militem, quando nihil de ipsis suggestis fecit, sed voluntatem contempsit tentatoris, dicens. Vade retro Sathana: iustum enim iudicauit Christus, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret; Sicut mortem nostram venerat sua morte superare; vt fide armati, spe conformati, & charitate roborati, inueniamus vitam, & hauriamus salutem à Domino.

Hic est Iesus Saluator noster, qui ad Paradisum, de quo nos eiecerat cibus, per ieiunium quadraginta dierum reducit: & de Diaboli tentationibus triumphauit: vt ad prædicationem Euangelij, iam victor accederet.

Hic est Iesus, qui Discipulis se sequentibus mercedem reddit, dicens: vos qui reliquistis retia, naues, & omnia, centuplum accipietis: & quia secuti estis me; cum venerit Filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos, condemnantes Angelos apostatas, & iudicantes duodecim Tribus Israel.

Hic est Iesus, qui omnib. se sequẽtib. Paradisi delicias dat in patriam, Patriarchas, Prophetas, Apostolos; Martyres, & omnes Sanctos in parentes, Angelos in Ciues, & tandem inenarrabilia, & sempiterna præmia tribuit, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

Hic est Iesus, qui sicut sexta die creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam; Sic vsque adhuc, in sexta ætate seruauit bonum vinum, hoc est, Euangelium, & Sacramentorum intelligentiam: vt nos Gentiles, cum aqua insipida essemus, manifestatum. Christum saperemus, & conuersi in bonum vinum, reformaremus mentem nostram secundum imaginem eius, qui fecit nos.

Hic est Iesus, qui ex gentibus primam impleuit hydriam, cum in prima ætate figuratus sit in Adam: Nam dormiens ille primus de latere suo fit Eua; Sic dormiens Christus in cruce, ex eius percusso latere, profluxerunt Sacramenta, quibus formata est Ecclesia.

Hic est Iesus, in sæcunda ætate figuratus, Noe, & Arcæ orbis terrarum, in qua inclusa sunt omnia animalia, vt saluarentur: Sic vita vera fixa est in ligno, vt impleta secunda hydria, saluarentur omnes gentes orbis terrarum.

Hic est Iesus figuratus Abrahæ, cui venit dictum: In nomine tuo benedicentur omnes gentes; & in vnico eius filio, qui sibi ad sacrificium, quo ipse immolandus ducebatur, Ligna portabat: portauit, & hic Christus Crucem sanctam suam ad mortem, vt immolaretur, & terra hydria gentibus impleretur.

Hic est Iesus, figuratus Dauid, qui per prophetiam impleuit quartam hydriam, dicens: Surge Deus iudica terram; quasi dicat; dormisti iudicatus à terra; Surge vt iudices terram; quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Hic est Iesus, figuratus in lapide, viso à Daniele, præciso de monte

lecto,fœnum;& pro seruis bouem, & asinum habere voluit.

Hic est Iesus,qui vilibus circundabatur pánis, & tamen sibi petentibus omnia concedit ; In præsepi humilis iacebat:& eum Angeli Imperatorem habent in Cœlis;vagitus reddebat infantiæ:& nihilominus magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus faciebat.

Hic est Iesus, qui in terra talis est ; qualis Pater in Cœlo : & qualis est Mater,talis est secundum carnem filius : In Cœlo cum Patre æternus est, & immensus ; & in terra cum Matre temporalis est, & mansuetus : In Cœlo cum Patre sublimis est, & incorruptus ; & in terra cum Matre in præsepio humilis, & corruptibilis apparuit ; In Cœlo Syderum, & cunctorum inter sanctos ostenditur,per Matrem inter Bouem, & Asinum collocatur.

Hic est Iesus, cuius diuinam infantiam pia senectus Simeonis agnouit, & in vlnas suas accepit, & amplexatus est dicens.Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum ; Quod parasti ante faciem omnium populorum ; Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Hic est Iesus, qui nos valde miratos reddit. O sacrum quidem mysterium, qui, vt nos redimeret; non Angelus, non Archangelus, sed ipsemet Deus à regalibus sedibus descendit : ad cuius cœlestis Pueri veneranda cunabula, gentes, Stellæ iudicio peruenientes, & tria munera offerentes mysterium mirabile, Sanctissimæ Trinitatis ostendunt.

Hic est Iesus, quem in tua confusione, gentes confessi sunt : Num Magi ipsi ab Oriente venientes dixerunt : Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum ? vidimus Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum: & Pilatus quoque ex gentibus Occidentalibus veniens scripsit in titulo, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, vt Orientis & Occidentis gentes hunc esse Regem Iudæorum attestantes recumberent cum Abraham,Isaac,& Iacob in Regno Cœlorum.

Hic est Iesus dulcissima sapientia sapientiarum, in Templo in medio Doctorum ostensa, attingens à fine vsque ad finem fortiter; & disponens omnia suauiter ; quæ ex ore Altissimi prodijt ; philosophis, Sophistis, Astrologis, dialecticis, ac cæteris curiosis abscondita : Sed grossioribus, & rudibus piscatoribus reuelata: Nam volens superborum frangere ceruices, de humilibus Piscatoribus lucratus est Imperatores,& Reges.

Hic est Iesus,qui nos amat vt charitas; nouit,vt veritas; regit,vt principium;tuetur,vt salus : operatur, vt virtus ; reuelatur, vt lux ; assistit, vt pietas; sedet,vt æquitas : dominatur, vt majestas: legem,& misericordiam in lingua portat : & *de libro iuris* Cœlestis docet nos *amare Cœlestia*, & terrena despicere, *vt ad se* Imperatorem adire possimus.

Hic est Iesus, qui in Iordane voluit baptizari,& exiens de aqua statim aperti sunt Cœli, & spiritus Dei super eum,sicut columba descendit : & vox de Cœlis audita est,dicens:Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : & sic manifestè apparuit nobis Sanctissima Trinitas,Pater in voce,Filius in carne,& Spiritus Sanctus in forma Columbæ :

Hic est Iesus, de quo mirabantur virtutes Cœlorum, & dominationes,Cherubin,& Seraphin, videntes Dominum Sabaoth in fluuio à

Ioanne

Digitized by Google

Ioanne baptizari, cum non haberet quid dimitteretur, nec lauaretur; Imò, & ipsa felix vnda stupebat, videns puerum fontem aquarum viuarum ad se descendentem. Hic ergo fons innocentiæ, plenus misericordia ad sanctificandas aquas descendit, quibus nos abluti, & in baptismo mundati à Sanctissima Trinitate sanctificaremur, & omnis iustitia impleretur.

Hic est Iesus Imperator noster, qui à Sathana, de tribus tentatus, tentatorem superauit teterrimum; & docuit pugnare militem, quando nihil de ipsis suggestis fecit, sed voluntatem contempsit tentatoris, dicens. Vade retro Sathana: iustum enim iudicauit Christus, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret; Sicut mortem nostram venerat sua morte superare; vt fide armati, spe conformati, & charitate roborati, inueniamus vitam, & hauriamus salutem à Domino.

Hic est Iesus Saluator noster, qui ad Paradisum, de quo nos eiecerat cibus, per ieiunium quadraginta dierum reducit: & de Diaboli tentationibus triumphauit: vt ad prædicationem Euangelij, iam victor accederet.

Hic est Iesus, qui Discipulis se sequentibus mercedem reddit, dicens: vos qui reliquistis retia, naues, & omnia, centuplum accipietis: & quia secuti estis me; cum venerit Filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos, condemnantes Angelos apostatas, & iudicantes duodecim Tribus Israel.

Hic est Iesus, qui omnib. se sequẽtib. Paradisi delicias dat in patriam, Patriarchas, Prophetas, Apostolos; Martyres, & omnes Sanctos in parentes, Angelos in Ciues, & tandem inenarrabilia, & sempiterna præmia tribuit, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

Hic est Iesus, qui sicut sexta die creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam; Sic vsque adhuc, in sexta ætate seruauit bonum vinum, hoc est, Euangelium, & Sacramentorum intelligentiam: vt nos Gentiles, cum aqua insipida essemus, manifestatum. Christum saperemus, & conuersi in bonum vinum, reformaremus mentem nostram secundum imaginem eius, qui fecit nos.

Hic est Iesus, qui ex gentibus primam impleuit hydriam, cum in prima ætate figuratus sit in Adam: Nam dormiens ille primus de latere suo fit Eua; Sic dormiens Christus in cruce, ex eius percusso latere, profluxerunt Sacramenta, quibus formata est Ecclesia.

Hic est Iesus, in sæcunda ætate figuratus, Noe, & Arcæ orbis terrarum, in qua inclusa sunt omnia animalia, vt saluarentur: Sic vita vera fixa est in ligno, vt impleta secunda hydria, saluarentur omnes gentes orbis terrarum.

Hic est Iesus figuratus Abrahæ, cui venit dictum: In nomine tuo benedicentur omnes gentes; & in vnico eius filio, qui sibi ad sacrificium, quo ipse immolandus ducebatur, Ligna portabat: portauit, & hic Christus Crucem sanctam suam ad mortem, vt immolaretur, & terra hydria gentibus impleretur.

Hic est Iesus, figuratus Dauid, qui per prophetiam impleuit quartam hydriam, dicens: Surge Deus iudica terram; quasi dicat; dormisti iudicatus à terra; Surge vt iudices terram; quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Hic est Iesus, figuratus in lapide, viso à Daniele, præciso de monte

ſine manibus, & confringente omnia Regna, terrarum & creſcente in montem magnum; Ita vt Impleretur omnis terra; Verè, hic eſt Chriſtus præciſus de Regno Iudæorum ſecundum carnem, ſine opere humano, & confringens Diaboli Regnum; Factus eſt Imperator magnus, implens quintam hydriam, ideſt, vniuerſum orbem terrarum.

Hic eſt Ieſus, qui in vltima ætate venit, quia finis legis Chriſtus, & in Ioanne Baptiſta figuratus eſt: per cuius prophetiam, & prædicationem, dicentem: Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi; oſtendens, Chriſtum iam veniſſe, omnibus gentibus teſtimonium perhibuit; & ſexta hydria impleta extitit.

Hic eſt Ieſus, qui fœmineo lacte nutriebatur, & multa hominum millia paruiſſimo pane ſatiabat, dilectus hic quidem panis eſt datus Heliæ, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus: & noctibus: & peruenit vſque ad montem Dei: panis eſt, quo cibantur Angeli; ſaginantur Apoſtoli; reficiuntur Martyres, paſcuntur Confeſſores; nutriuntur Virgines, & ſatiantur Electi omnes.

Hic eſt Ieſus frater, & ſoror ſequentium voluntatem Patris ſui. Nam naturam ſuſcepit humanam; vt per ipſam, membrorum ideſt, fratrum ſuorum, repararet ruinam.

Hic eſt Ieſus, qui nos laborantes, & oneratos reficit, & dat requiem animabus noſtris: Nam in ipſo piè viuendo, iugum ſuaue, & onus ſuum leue portamus: quod licet durum, & aſperum mundo videatur; tamen Sancti omnes leuem tribulationem dixerunt; quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam: Et fidelis Deus, non ſinit nos tentari ſuperid, quod poſſumus ferre: Imò, cum tentatione facit exitum, vt poſſimus ſuſtinere.

Hic eſt Ieſus, manifeſtum ſignum; quod datum eſt, in figura Ionæ perfidis Iudæis; quos tentantes, videntes, & mirabilibus ſignis credere nolentes, vnà cum te iniquo interficiet ſpiritu oris ſui; & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

Hic eſt Ieſus, caput tam militantis, quam triumphantis Eccleſiæ; quam militantem Diuo Petro, & ſucceſſoribus commiſit cum plenitudine poteſtatis clauium, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & quodcumque ligaueris, vel ſolueris ſuper terram, erit ligatum, & ſolutum in Cælis.

Hic eſt Ieſus, qui fatigatus hanc carnem portans, ſedebat humiliatus ad puteum huius terrenæ habitationis, & Samaritanæ haurienti hydriam cupiditatum voluptates huius ſæculi, petit bibere; quaſi quem *lucraturus*, & promittit tanquam *ſatiaturus* aquam vitæ æternæ, *de qua ſcriptum* eſt, inebriabuntur *ab vbertate domus* tuæ.

Hic eſt Ieſus, quem meritò tanquam maturam ſegetem, tot hominum millia pretia rerum ſuarum afferentes, & ante pedes Apoſtolorum exponentes, expeditis humeris à ſarcinis ſæcularibus ſequebantur.

Hic eſt Ieſus, qui in ſecunda meſſe, in qua zizania cum tritico creſcit, mittet Angelos ſuos, vt triticum in horreum recondant, & zizaniam igni comburendam ſecernant.

Hic Ieſus, cuius caro verè eſt cibus dulcis æternæ vitæ, habens in ſe omne delectamentum, & ſaporis ſuauitatem: & ſanguis eius vere eſt potus de

Digitized by Google

de vinea Sabaoth, inebrians nos Spiritu Sancto, qui ſuper menſam in Regno ſuo poſitus eſt, ad quam accedentes cum gaudio epulabimur.

Hic eſt Ieſus, qui aduerſarios mulierem in adulterio deprehenſam offerentes, vt ipſi Chriſto de iuſtitia calumniam inferrent, repulit lingua iuſtitiæ, dicens; Quis veſtrum ſine peccato eſt, prior in illam lapidem mittat, & in eam leuans oculos manſuetudinis, & miſericordiæ, dixit: Nemo te condemnauit, nec ego te condemno: vade & noli amplius peccare.

Hic eſt Ieſus, qui perfidis peccatoribus dicit: vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate, hoc eſt in Chriſto, non ſtetit: quia non eſt Chriſtus cum eo. cum loquitur, ex proprijs mendacium loquitur: Nam aliunde non accepit. Imo, quia genuit mendacium, pater mendacij prædicatur.

Hic eſt Ieſus paſtor bonus, qui veniente Lupo, non fugit, ſed poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis: & duxit eas ad Spiritum ſanctum oſtiarium; qui aperit illis myſteria ſanctiſſimæ Trinitatis; fidei, & ſalutis, & nominatim, quas prædeſtinatas nouit, ad diuinæ eſſentiæ paſcua vocat, iuſtificat, & glorificat.

Hic eſt Ieſus cuius miſericordia, & clementia, & dilectio circa nos magna, infinita, & admirabilis eſt: Nam quotidie peccamus, frequenter eum offendimus; Et tamen nos non derelinquit, ſed tunicas pelliceas contritionis, & veniæ nobis non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties quotidie largitur.

Hic eſt Ieſus, quem amare debemus, quia dulcis, & miſericors; & timere, quia iuſtus eſt: Nam volens omnes ſaluos fieri periclitantibus in deſperatione propoſuit indulgentiæ portum: Et his, qui ſpe, & dilationibus procraſtinantur, ſtatuit diem mortis incertum; vt ſua patientia, peccatores in hoc ſæculo errantes reducat ad pœnitentiam.

Hic eſt Ieſus, qui tanquam Pater nos caſtigat, & flagellat, vt quæ ipſius Ieſu Chriſti, & non quæ noſtra ſunt, quæramus; Et ſicut Medicus omnipotens plagas noſtras ſic curat, vt nec cicatricum veſtigia poſt ipſius medicamina remaneant.

Hic eſt, Ieſus, qui Diſcipulos, & turbam docebat, dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum; quia omnis appetitus rerum temporalium: vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus: Beati mites, non reſiſtentes in malo, ſed vincentes in bono malum, quoniam ipſi poſſidebunt terram, de qua, in Pſalmo cantatur. Spes mea es tu; portio mea in terra viuentium: Beati qui lugent peccata ſua amarè, per contritionem; quia conſolabuntur à conſolatore Paracleto in fruitione diuinæ eſſentiæ. Beati qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiam per quam venerat Chriſtus, vt faceret voluntatem Patris ſui; & quia ipſi certantes ad ſalutem indigent refectione, ideò ſaturabuntur cibo, de quo fiet fons panis, & aquæ ſalientis in vitam æternam. Beati miſericordes, qui miſeris ſubueniunt; quia de miſeria liberabit eos Dominus. Beati, qui in ſimplicitate cordis quærunt Deum; quia ipſi mente, & corde contemplabuntur ſummum illud bonum, quod ſolo, puro, & ſereno intellectu cerni poteſt. Beati pacifici, qui omnes animi ſui motus componunt, & ſubjiciunt méti, & ſpiritui, & carnales concupiſcentias habent edomitas, quia recipiunt ſimilitudinem patris, & ſic Filij Dei vocabuntur,

Digitized by Google

buntur, per perfectionem. Beati qui perſecutionem patiuntur propter Iuſtitiam, quia homines conſummati, & perfecti ſic probantur, vt ipſorum merces ſit copioſa in cœlis.

Hic eſt Ieſus, qui percuſſus in vnam maxillam, præbuit & alteram: pallium dimiſit auferenti ſibi tunicam: Et cum angariaretur ire mille paſſus, iuit & alia duo: dilexit inimicos ſuos, & benefecit his, qui oderant eum, & pro perſequentibus orauit.

Hic eſt Ieſus, Lucerna pedum noſtrorum, & via ſalutis noſtræ, qui, vt per ipſum eamus ad Patrem, duo tantum dulciſſima præcepta nos docet, ſcilicet; Quomodo Deum, primò, ſuper omnia diligamus: quomodo animam noſtram, ſicut quid propinquius; Deinde animam proximi; quomodo ſucceſſiuè corpus proprium, & poſtea proximi amici in Deo, & inimici propter Deum, velut noſtrum diligamus.

Hic eſt Ieſus Sal Cæli, lux mundi, margarita pretioſa, & drachma inuenienda; ſponſus prudentum virginum; Præmiator æqualis operantium; Pater recipiens filium prodigum, & Filius Patris familias occiſus. Et tandem Samaritanus eſt hic Chriſtus qui infundit oleum vulneribus noſtris.

Hic eſt Ieſus, qui relictis nonagintanouem, ouem quæſiuit, quæ perierat, & inuentam, lætus ſuper humeros reportauit ſponſæ ſuæ, quam redemit ſanguine ſuo, & cui pignus dedit Spiritum ſanctum.

Hic eſt Ieſus qui docet nos orare, dicens: Sic orabitis: Pater noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum, &c.

Hic eſt Ieſus, qui dicit: nolite dare Sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus, & canes conuerſi dirumpant eas: Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt Lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos.

Hic eſt Ieſus, qui vult nos intrare per anguſtam portam, vt petentes accipiamus, quærentes inueniamus, pulſantes aperiatur nobis, & poſſeſſores Paradiſi introeamus; vt ſimus domeſtici Dei, & Ciues Sanctorum. Nam petentibus dat gratiam inter electos, efficaciam in opere; effectum in ſuis, & ſuorum præceptis; ſolamen, & conſtantiam in aduerſis: cautelam in proſperis, & timorem: & quocumque vertimur, ſua grandi miſericordia nos præuenit.

Hic eſt Ieſus, qui, non ſolum ſicut merebamur multis catenis, vel compedibus oppreſſos ad exercenda laborioſa opera nos traxit; ſed magis pro ineffabili pietate, vt cum illo regnemus, clementer nobis theſauros in Cœlo theſaurizauit; vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

Hic eſt Ieſus, qui nos de tyrannide Diaboli liberare volens, dixit: vnuſquiſque tollat Crucem ſuam, & ſequatur me: quia neceſſarium nobis eſt lignum humilitatis Chriſti, Imò nullus tranſire poteſt mare huius ſæculi ad Cæleſtem patriam, niſi Cruce portatus.

Hic eſt Ieſus, qui nos docet, pauperes ad prandium, & cœnam omni charitate inuitare, vt tuti, & beati ſimus, quia non habentes hi, vnde retribuant nobis: per Chriſtum retribuetur in retributione iuſtorum.

Hic eſt Ieſus, qui in poteſtate propria imperabat ſpiritibus immundis, & obediebat ei; Nam eiecit Dæmonium ab homine in Synagoga, clamás, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti

Digitized by Google

veniſti perdere nos; & de monumentis occurrit homo habens porcos Dæmones, & permiſit illos intrare in alios porcos, & præcipitauit in mare: Dæmonium lunaticum, mutum, & ſurdum expulit, & à Cananeę puella alium fugauit; & tandem, cantat Scriptura ſacra: Exibant Dæmonia à multis, & clamantia, & ſine mora obediendo fugiebant.

Hic eſt Ieſus, qui à magnis febribus Socrum Simonis, & Reguli filium liberauit; Paralyticum Centurionis puerum, ac alium per tectum dimiſſum ſanauit; Leprolus mundauit; Cæco nato, ac alijs duobus clamantibus, Filij Dauid miſerere noſtri, lumen reſtituit: hominem ad Piſcinam lauit, alij manum aridam reſtituit; mulierem, quæ ſanguinis fluxum patiebatur ad tactum fimbriæ curauit; puellam Principis; vnicum filium Viduæ, & Lazarum, quatriduanum, ac fœtidum ad vitam reuocauit.

Hic eſt Ieſus, qui mittens digitos ſuos in aures ſurdi, & muti: & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in Cœlum ingemuit, & ait illi: Epheta, quod eſt aperire; & ſtatim apertæ ſunt aures eius, ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.

Hic eſt Ieſus, qui multos à quibuſcunque infirmitatibus, & languoribus detinebantur, ſingulis manus imponens curabat, & mirabilia valde faciebat: Ita vt mirarentur omnes, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſraël, & magnificantes Deum, ſequebantur eum.

Hic eſt Ieſus, qui duodecim Apoſtolis, & omnibus in eum credentibus dedit poteſtatem, dicens; Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Hic eſt Ieſus, qui turbatam nauiculam militantis Eccleſiæ, creſcentibus tempeſtatibus, & fluctibus maledictorum Dæmonum, propter frigiditatem charitatis, facit tranquillam: & ſurgens compeſcit ſeductores, & ſuperbos.

Hic eſt Ieſus, lumen oculorum noſtrorum, & baculum ſenectutis noſtræ, qui luctatores nos fecit contra Diabolum, coronans nos donis ſuæ miſericordiæ, & gratiæ, vt in fide, quam accepimus, perſeueranter ambulemus, & vitam æternam condonet nobis legitimè certantibus.

Hic eſt Ieſus, largitor bonorum, qui donat nobis ſenſum, vt eum agnoſcamus, & ſecreta arcanorum ſuorum intelligamus: Nam longitudo dicitur propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, ad quem, niſi per fidem catholicæ pacis, cooperante charitate Dei, & proximi, neminem peruenire certum eſt.

Hic eſt Ieſus, bonus Deus, qui nouit mutare ſententiam, ſi nos nouerimus emendare delictum: Nam facilis eſt indulgere peccatis, & non ſolum allata reſtituit, ſed etiam inſperata præmia conced t.

Hic eſt Ieſus, qui in ſtatu pœnitentiæ cæcum reducit per vias duras, & oſtendit Regnum Dei patris; & in ſtatu iuſtitiæ deducit iuſtum per vias rectas, & oſtendit Regnum ſuum æternum, & in ſtatu gloriæ iuſtum, & Sanctum deducit in via mirabili, & introducit eum in fruitione Regni trini, & vnius Dei.

Hic eſt Ieſus, qui totus eſt in mundo ad iuſtificationem, & totus in Cœlo ad glorificationem: Totus in mundo, vt educat peregrinantes, & totus

in Cælo ad glorificationem : Totus in mundo, vt educat peregrinantes, & totus in Cælo, vt recipiat peruenientes.

Hic eſt Ieſus, in cuius manibus,& iuſtitia horrenda incidiſti maledicte. Nam vbi fugies? Quia de eo ſcriptum eſt quo ibo à Spiritu tuo,& quo à facie tua me abſcondam; Si aſcendero in Cœlum tu ibi es : ſi deſcendero in infernum,ades ?

Hic eſt Ieſus,de quo ſcriptum eſt : Exulta filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & cui laudes victoriæ multi ſignificare volentes, qua erat Dominus mortem moriẽdo ſuperaturus, & trophæo Crucis, de Diabolo mortis principe triũphaturus,ſtrauerũt veſtimẽta ſua : Alij cedẽtes oliuarũ ramos,& frõdes, ſternebant in vias :Et qui præibant,& qui ſequebantur clamabant,dicentes. Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini; Benedictum quod venit Regnum Patris noſtri Dauid; pax in Cœlo,& gloria,Oſanna in excelſis: & cum introiſſet Chriſtus Hieroſolymam : commota eſt vniuerſa Ciuitas,dicens.Quis eſt hic? eſt Ieſus à Nazareth.

Hic eſt Ieſus, qui Hieruſalem ingreſſus eſt, non in Curru aureo pretioſa purpura fulgens, nec aſcendit ſuper feruidum equum, diſcordiæ amatorem, & litis, ſed ſuper aſinam tranquillitatis,& pacis amicam.

Hic eſt Ieſus, qui quærit cor noſtrum purum,& mundum,vt patet in eo cœnaculum grande ſtratum, vt faciat apud nos Paſcha cum Diſcipulis ſuis.

Hic eſt Ieſus, qui reliquit corpus ſuum in cibum,& ſanguinem in potum,& accepit panem, & benedixit, ac fregit,deditque Diſcipulis ſuis,cõſtituens eos Sacerdotes,& ait: Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meũ: Simili modo, accipiens calicem gratias egit,& dedit eis,dicens: Bibite ex hoc omnes Hic eſt enim sãguis meus noui Teſtaméti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum:& hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.

Hic eſt Ieſus buccella illa dominica,quam intingens obtulit Diſcipulo ingrato, vt ad Sacramentum vnitatis, & ad humilitatem dilectionis eum inuitaret,qui temerariè accipiens, in eum Sathanas intrauit,non quia malum acceperit, ſed quia bonum malè malus recepit.

Hic eſt Ieſus,qui noſtræ ſalutis ſiccitatem oſtendit,dicens : *Iudæ, quod* facis fac citius:O verbũ libẽtius parati ad paſſionẽ,quã irati ad vindictam; ô verbum, non tam pœnam exprimens proditoris,quam mercedem ſignificãs redemptoris: Iudas tradens Chriſtum cogitabat pecuniæ lucrum,& *inuenit* animæ detrimentum; Chriſtus verò tradens ſe ipſum, populum *inuenit*, quem & redemit.

Hic eſt Ieſus, cuius *humilitas*, quanta fuerit,ipſa diuinitas *incarnata* oſtendit genua flectens *ante hominẽ*; Creator ante *creaturam*; *Rex ante Pilatorem*; ſapientia *ante ignorantiam*; & pulchritudo *ante* deformitatem:& propter *humanos*, quibus in terra verſamur affectus, Diſcipulorum pedes lauit,ac dixit: Si ego Dominus,& Magiſter pedes veſtros laui, quantò magis debetis, & vos alter, alterius lauare pedes, vt demittentes debita, & pro inuicem orantes cum omni charitate, & humilitate, habeatis partem mecum in Regno Patris mei.

Hic eſt Ieſus qui orare exiuit in montem oliuarum, ac Diſcipulis tribus inquit; Orate, ne intretis in tentationem : ipſe Paſtor triſtis erat,eius anima turbabatur, diuinitas verò

Digitized by Google

verò inconcussa lætabatur; orat hic semel; Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; Sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis; Spiritus promptus est, caro autem infirma; Orat & iterum; tertioque precabatur, & tanquam aquila tegebat nidum suum velamento pennarum, & solicitus cum oraret ad pullos reuerebatur, propter quos tristitiam patiebatur; Quia inquieta nox ipsos Piscatores in fugam compellebat.

Hic est Iesus, cui statim apparuit vnus ex maioribus Angelis, qui eum adorans, dixit; Domine Deus mi Rex, orationem Patri tuo, sanguineumque sudorem obtuli, & tota Curia Cælestis pro te deprecata est, tamen pro reconciliatione generis humani, necesse est Crucis subire tormentum, & licentia obtenta, cum debita humilitate adorans redijt in Cœlestes sedes, & Christus in agonem factus, Discipulis dixit: Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquat qui me tradet.

Hic est Iesus, qui osculo traditus proditorem amicum vocat, & Iudæi cum armis, & laternis, quærentes eum in tenebris, & non comprehendentes, audita voce, Ego sum: ceciderunt retrorsum, prostrati in faciem cæcitatis; Sed quia Christus lux est, quæ lucet in tenebris, excitauit à mortuis: quem insensati, & ingrati ministri tenentes, & malè tractantes, hic inde ad Principes duxerunt.

Hic est Iesus, pro quo Petrus promiserat se tanquam columnam firmissimam animam positurum, & ad vnius auræ impulsum totus contremuit, & Magistrum negauit: Sed audiens gallum cantantem, vidit cordis sui nauem sine mercibus nudam; vnde flere cœpit, & permanens in amaritudine lacrymarum, meruit ab ipso Christo de portis eripi Infernorum.

Hic est est Iesus cuius capiti milites plectentes coronam de spinis, & arundine percutientes, imposuerunt, & illusoria veste purpurea circumdederunt eum durisque flagellis flagellantes, & amaris conuitijs spuentes in splendidam faciem, & illudentes ei, clamabant: Aue Rex Iudæorum: & dantes alapas: prophetiza Christe, quis te percussit, dicebant, quę omnia per Isaiam prędicta fuerunt, in nomine Christi dicentem: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas volentib. & faciem meam non auerti à feditate sputorum: & sic tremenda potentia superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat, & granum istud multiplicandum seminabatur horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria.

Hic est Iesus, quem Pilatus pronunciat innocętem: Nam lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: & tamen inordinata nequitia iudicantis eligędi tribuit facultatem populo, dicens: Quem vultis dimittam vobis Barrabam, an Iesum? at illi clamantes crucifige, crucifige eum. Pilatus dimisso Barraba tradidit Iesum crucifigendum.

Hic est Iesus, cuius diuinæ maiestatis sententia noluit, te in Iudam de tanto sacrilegio alienis manibus, sed proprijs puniri. Nam post redditum pretium sese laqueo suspendit: vt quem mulctauerat pecunia, mulctaret & vita; & sic Iudicem seueriſſimum vlciscentem confiteretur quem negauerat tradendo, dicens: peccaui tradens sanguinem iustum.

Hic eit Iesus, cuius prouidentia disposuit vt pretium suæ vęditionis, non in corbonam poneretur, ne peccato-

Digitized by Google

ribus ſumptum præberet, nec ſacrilegis eſſet ad lucrum, vel vſum. Sed ager emeretur, qui peregrinis ſine domo, & Patria; & his, qui toto orbe exules iactabantur, requiem ſubminiſtraret, & fidelibus defunctis eſſet ad ſepeliendum; vt iam exinde Chriſtus, & viuos ſanguinis paſſione redimat, & mortuos pretioſa poſſeſſione ſuſc ipiat.

Hic eſt Jeſus, quem continuò in mente habere, & ipſum Regem orbis terrarum, & Angelorum Dominum imitari debemus, coronam ſpineam, veſtimentum purpureum, contumelias patientem, & omnia pro redemptione noſtra ſilentio ferentem.

Hic eſt Ieſus, qui baiulans Crucem ad Caluariæ locum, tanquam ouis ad occiſionem, & Agnus ante tondentem ſe, ſine voce ductus eſt; vbi Iudæi ſpoliantes eum crucifixerunt, vt impleretur, quod dictum eſt per Prophetam: Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Hic eſt Ieſus, cuius veſtimenta, id eſt doctrina Euangelica, in quatuor partes mundi diuiſa fuerunt: & noluit ſcindi tunicam inconſutibilem, quæ integra erat, quia non patitur Eccleſiæ violari vnitatem, vt impleretur Prophetia diuiſerunt veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Hic eſt Ieſus, cuius immolatio noua, & admirabilis eſt: nouum Altare ligno crucis efficitur: Chriſtus verò nouus Sacerdos eſt, & hoſtia vera, & communis pro genere humano oblata: de qua clamat Apoſtolus: epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis: Quoniam Paſcha noſtrum immolatus eſt CHRISTVS: extra muros in altitudine Crucis, vt aeris natura à maledictis mundaretur, & terra à prophanis Gentilium ſacrilegijs purgaretur ſanguine ſuo.

Hic eſt Ieſus, cuius admirabilis paſſio, quanta nobis bona triumphi contulerit, mortali, & humana voce non valeo recenſere; Quia genus humanum peccat, & hic verberatur: illud præuaricatur; & hic crucifigitur, & pro quibus mori dignatur? pro ſceleratis, & impijs; Immo & iniurias, & ſputa, & plagas in corpus ſuum conuertit in pretium noſtrum: Quis ergo poteſt tantam narrare pietatem? & quid retribuemus Domino pro muneribus tantæ dignitatis?

Hic eſt Ieſus infinita bonitas, cuius ſacrarum manuum in ligno crucis extenſio, & reuerenda confixio condemnat Adæ, & Euæ manus ad interdictum ligni cibum, cum ingemiſcenda omnis poſteritatis tranſgreſſione, porrectas.

Hic eſt Ieſus, cui acerbiſſimum, & turpiſſimum genus mortis intulerunt; Nam morte illa crucis, nihil peius fuit inter genera mortium, quia durius, & diutius cruciabatur: Et tamen pro illis petebat veniam à quibus adhuc accipiebat iniuriam, dicés: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

Hic eſt Ieſus, quem latro Spiritu Sancto eruditus, dum mens diſcipulorum titubaret, confeſſus eſt; primò, curam gerens de ſocio in cruce, dicens; non times Dominum tuum? nos quidem iuſtè digna factis recipimus; hic autem nihil mali geſſit; deinde Chriſto: Memento mei Domine, cum fueris in Regno tuo: O admirabilis, & ſalutifera confeſſio adhuc in latrocinijs poſitus, & inuiſibilem Deum angelicis oculis videbat; nondum vocatus, & prædicat Chriſtum ſæculi Iudicem, Regem

Regemque sæculorum : nondum famulus, & fit Christi amicus ; nondum discipulus, & fit Magister, & ex latrone Confessor, & Martyr.

Hic est Iesus, qui sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Nam crucifixus, & in facie conspuatus, clauisque confixus, cum iniurias, & maledicta susciperet, derisus, atque contemptus malignam illam, atque longo scelerum viu obduratam latronis mentem immutare prævaluit, & animam lapidibus duriorem attraxit pariter, & honorauit, dicens ; Hodie mecum eris in Paradiso, vt hæreditariam, & paternam sedem per sæcula clausa, (hoc instáte latrone) primus securè introeas, & pacifice possideas.

Hic est Iesus, cuius vocem humani generis aduersarius audiuit: Nunc Princeps mundi huius ejicietur foras. Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum ; nihil iam tibi maledicte, applaudat crudelitas tua tibi exitium, nobis verò attulit commodum, quia pro totius mundi facinore, vt legitur ; verè languores nostros, & dolores ipse portauit, & nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum ; Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras ; & attritus est propter scelera nostra.

Hic est Iesus, qui sciens, quia iam omnia consummata erât, vt consummaretur scriptura, dixit: Sitio, Et cum Virginem Virgini commendasset, iterum clamans voce magna; Pater in manus tuas commendo spiritum meum, inclinato capite, emisit spiritum.

Hic paulisper oret in spiritu deinde dicat.

HIc est Iesus, in cuius passione, apertè rerum natura videtur commoueri, at si in vindictam auctoris sui vellet contra te maledicte, armari ; omnia sunt elementa permota. Cœlum non fuit quietum, cum caput dominicum verberaretur : non curia cœlestis cœlo contenta permansit, quia in commotione fuerat? cœli luminaria conturbantur, & detestationibus suis stellæ sulphureæ cadunt in lapsum, terra ipsa concussa à fundamentis suis, quasi quæ Crucem Domini vix sustineat, tanquam ad scelus proprium contremiscit ; dies refugo lumine luget res habitu induitur ; ligni cuspide rumpitur Golgata ; resonant mallei, securesque cædentes ; montis sacri petræ scinduntur, & monumenta, Sanctis multis resurgentibus aperiuntur; Et quem viuum contempserunt, mortuum sic mirati sunt, vt dicerent; Vere quidem filius Dei erat iste.

Hic est Iesus, cui vnus militum lancea latus aperuit, Et continuo exiuit sanguis, & aqua, Sanguis in remissionem peccatorum ; Aqua, in temperationem poculi salutaris, quæ ad lauacrum præstat, & potum : figuratus in primo Adam, cuius latere facta est Mulier ; & de latere vitæ, formata est Ecclesia.

Hic est Iesus, cuius corpus, Ioseph ab Arimathia, vt fidei satisfaceret, & timori, occultè petijt Pilato; vt & humo mandaret crucifixum & declinaret insaniam Iudæorum: Quo accepto, & deponens eum, inuoluit Syndone, & posuit in monumento nouo : quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Hic est Iesus, pro cuius amore omnia tormenta portare debemus; in quo salus, & vita, & resurrectio nostra consistit: Nam magnum Sacramentum pietatis, signum vnitatis, & vinculum charitatis ostendit,

Digitized by Google

cum non habens, quare moreretur, mortuus eſt; vt nos à ſempiterna morte liberaret.

Hic eſt Ieſus, cuius anima vſque ad Inferni profunda, & ſedes Tartari penetrauit; Et ſicut illam inferni porta, ita nec corpus tenere potuit ſepultura; Nam per illud triduum nequaquam caro corruptione fuit violata; Quia tota diuinitas, & corpori, & animæ vnita erat, & in Inferno ſub eadem mora Regnum mortis anima deſtruebat. Ecce quomodo ſuſcepit dolores noſtros, vt nos ſanaret, quomodo ſuſcepit pœnam, vt nobis gloria donaret: quomodo ſuſcepit mortẽ, vt nos viueremus ſine fine, quomodo iacuit in præſepio, vt nos regnaremus in Cœlo, & quomodo deſcendit ad inferos, vt nos ad ſuperbos reduceret.

Hic eſt Ieſus, qui ad terminum tenebrarum, & profundum Infernorum deſcendens, impias, ac tartareas legiones terruit; quæ trementes dixerunt. Quiſnam eſt iſte terribilis, & niueo ſplendore coruſcus? nunquam noſter talem excepit Tartarus; nunquam in noſtram cauernam talem miſit mundus; nunquam in hoc cœnoſo loco, & nigra ſemper caligine obcœcato, iucundum lumen apparuit: & flentes dicebant. Inuaſor iſte non debitor; exactor eſt, non peccator Iudicem videmus, non ſupplicem; venit iubere, non ſuccumbere; eripere, non manere. Vbi nam ianitores noſtri, cum iſte bellator Chriſtus, clauſtra vexabat. Si Deus eſt, vt quid venit? Si homo, quid præſumpſit? Si Deus, quid in ſepulchro facit? Si homo, cur peccatores ſoluit? Nonne cum actore noſtro fœdus compoſuit, aut fortè congreſſus eſt, & ipſum vicit? Heu heu, nobis in contrarium eſt noſtri præliatoris verſa ſententia: per lignum quidem dicati ſumus, & per lignum euertimur; periit poteſtas noſtra, ſemper populis formidata; ô Princeps noſter, hicnè eſt ille, de cuius tibi ſemper futura, morte plaudebas? Ipſenè eſt, in cuius cruce omnem mundum tibi ſubiugandum eſſe credebas? Ipſenè eſt, in cuius exitu nobis tanta ſpolia promittebas? Quid eſt, quod facere voluiſti? Ecce iam omnes tibi tenebras ſuo ſplendore fugauit, & omnes tuos carceres fregit; captiuos eduxit ligatos, qui ſub noſtris ſolebant ſuſpirare tormentis, ſoluit; ac ipſi inſultant nobis de perceptione ſalutis; Et iam non ſolùm nihil verentur, ſed & inſuper minantur: Et poſt iſtas vestrorum miniſtrorum infernalium voces, ſine vlla mora ad imperata Iehu Chriſti omnes ferrei confracti ſunt vectes; & quos captiuos tenebat, infernus reddidit.

Hic eſt Ieſus, qui propria virtute, ſpoliatis Inferis, recuperatis gaudiis Patriæ quondam perditis, *reſurrexit* die tertia, vt in vita ſua oſtenderet noſtræ vitæ nouitatem, & *abſtulit* nobis deſideria carnalia; *abſtulit* cõcupiſcentias malas; *abſtulit ſuperfluum*, cum quo nati eramus, & multò peius, quod malè *viuendo addideramus*; dieſque *illa lucidior illuxit*: Aſtra quoque *omnia lætata* ſunt; & quæ (patiente *Domino*) proprium lumen retraxerant, nolentes Creatorem ſuum aſpicere crucifixum. Ecce nunc victorem illum, & ab inferis reſurgentem, nouo claritatis ſuæ venerantur obſequio.

Hic eſt Ieſus, qui per quadraginta dies Diſcipulis ſuis multoties apparuit, exprobans incredulitatem eorum, & duritiam cordis, ac dixit eis: Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, & qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit, condam-

condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ęgros manus imponent, & bene habebunt.

Hic est Iesus qui quadragesima die ad dexteram Dei Patris remeauit, cruoris rubore perfusus, ac choreis victricibus laureatus: & videntibus Apostolis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum, cumque intuerentur in Cœlum; confestim ex victoribus Angeli duo, metu, & dolore prostratos Apostolos verbis talibus consolantur: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in Cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in Cœlum, sic veniet, quemadmodum nunc tollitur super Astra præclarus: & ad eius ascensum Cherubin in principio ad Paradisi custodiam positus cedit, & flammea romphæa obuoluitur: sanctificatur diuino comitatu immensus aer; & omnis illa volitans turba, per auras, Christo ascendente transigit: pauet omne Cœlum: mutantur Astra concurrit confestim fulmineus ille militiæ cœlestis exercitus, qui videns Regem suum viuæ carnis manubias reportare, atque hoste debellato, hominem in superna ascendere, agnoscensque in cicatricibus signa bellorum, & adorans in carne vulnera iam sanata, plaudit; & tuba sonat; & alterius inter se splendidus ille Senatus cœlestis, ita resonat obsequia læta carminibus; talibusque concrepat hymnis: Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ: & spolia ex castris tyrannicis reportantes, fulgentiaque diuinæ virtutis vexilla deducũt lætantes.

Hic est Iesus, qui confortat nos in die tribulationis, & loquitur animæ nostræ, dicens; Filia veni ad me, cum tibi non fuerit bene, quia propè sum: vt restaurem vniuersa, non solùm integrè, sed & abundanter, & cumulatè; quando te existimas elongatam à me, sæpe sum propinquior: quando existimas te totam perditam, tunc sæpe magis merendi instat lucrum: Esto ergo longanimis, & fortis: veniet tibi consolatio tempore suo, expecta me expecta, quia veniam, & curabo te. Nam vnicum putamus gaudium, quando affligit nos doloribus, quia sicut Deus Pater dilexit eum, sic ipse dilexit nos. Dilectos suos discipulos non misit ad gaudia temporalia, non ad honores, non ad requiem: sed ad magna certamina, ad despectiones, ad labores, ad ferendum fructum multum in patientia.

Hic est Iesus, cuius verba spiritus, & vita sunt: Nam dicit, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos: Excitant nos verba tantæ pietatis, dulcedinis, & dilectionis, vt fiducialiter ad eum accedamus, vt secum habeamus partem, vt immortalitatis accipiamus alimoniam, vt æternam obtineamus vitam, & gloriam.

Hic est Iesus, qui destruxit falsam sapientiam, & superstitionem Gentilium, & Philosophorum, & falsos ritus Deorum: dissipauit malitiam Iudæorum insurgentium, vt delerent eum per mortem dissipauit consilia, & conuenticula Principum mundi, & Tyrannorum, qui distrahere Ecclesiam, & delere nomen Christi disposuerant.

Hic est Iesus, qui habuit speciositatem, & pulchritudinem corporis, & animæ; & sanctitatem in viuendo, & mansuetudinem in conuersando, & patiendo; & veritatem in

in docendo,& iustitiam in corrigendo, quæ reddebant ipsum dignum Regno,& Imperio.

Hic est Iesus, qui liberauit nos de spelunca peccati, in qua eramus sepulti; de spelunca miseriarum, & pœnalitatum; & de spelunca persecutionum infidelium, & de medio Dæmonum, quibus dati eramus in escam per peccatum Adæ.

Hic est Iesus, qui docet nos quatuor, vt habeamus magnam pacem, & quietem,& libertatem, dicens. Fili ſtude alterius potius facere voluntatem,quam tuam. Elige semper minus, quàm plus habere. Quære semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper, & ora, vt voluntas Dei integre in te fiat. O bone Iesu, sermo hic tuus breuis dictu, sed plenus perfectionis sensu, & vberi fructu: Ideò tu, qui omnia potes, & animæ profectum semper diligis, adauge maiorem gratiam, vt possimus tuum complere sermonem, & nostram perficere salutem.

Hic est Iesus, qui, non solum est mediator Dei,& hominum; sed etiam est Medius interpres, quia declarauit nobis voluntatem Patris, & interpretatus est legem Mosaicam secundum verum intellectum, & est verus, & proprius dispensator omnium virtutum, & donorum, & bonorum gratiæ, & gloriæ Dei Patris dilecti sui.

Hic est Iesus primogenitus & vnigenitus æterni Patris, non solum, quoad diuinitatem, sed etiam quoad humanitatem; primogenitus quoque quoad hæreditatem; quam adeptus est vsque ad terminos terræ, & in Cœlo, & in terra: Et quia excelsus positus est præ omnibus Regibus terræ, sedens ad dexteram Patris in excelsis, data est ei vniuersalis potestas,

Hic est Christus, qui adeptus est potestatem gubernatiuam, & Regnum,& Imperium super omnes creaturas, & gloriam, & honorem, & latriam,& summam fruitionem,& gloriam; quæ Christo, homini debentur, in quantum filius naturalis ratione vnionis verbi; & ex merito suæ passionis.

Hic est Christus, sub cuius pedibus, Deus Pater subiecit multiplicitet inimicos suos, in natiuitate multa Idola in Ægypto, & in diuersis partibus corruerunt; in descensione ad Inferos; vbi sedit tanquam Iudex circiter quadraginta horas condemnauit, & ligauit Diabolum vsque ad iudicium, & expoliauit Limbum, & Purgatorium: Item, quando per prædicationem Euangelicam, cuius sonus exiuit in omnem terram, destruxit omnia nomina Idolorum, & præcipuè inimicam omnium viuentium mortem.

Hic est Iesus, qui vt hominem perditum, & captiuum in retiaculo Diaboli repararet, & liberaret, venit in carnem: Nam sicut *Diabolus* abscondit hamum venenosum sub specie fructus venenosi, & dedit primo homini quem mordes *Adam, fuit ipse* morsus à morte; *Sic Christus* carnem suam tanquam escam, sub qua latebat hamus diuinitatis; obiecit Diabolo, & ipsam carnem tetendit in arcu crucis. Diabolus vero, credens Christum purum hominem obnoxium morti, voluit ipsum mordere, sicut cæteros, sed ipse fuit victus, & captus in retiaculo passionis Christi.

Hic est Iesus, qui dicitur gloria nostra, quia mortuus est propter iustificationem nostram, nos à peccato liberando,& resurrexit propter gloriam nostram; Hoc est, vt nos glorificaret, & resuscitaret ad gloriam.

Hic est Iesus, à quo, & ab eius Patre ad præparata sibi Apostolorum suorum

Digitized by Google

ſuorum Templa, Spiritus Sanctus, velut imber ſanctificationis, & ſubſtantia ſacri vnguenti, defluxit; vt ex eius fragrantia vniuerſus mundus per duodecim Solis radios, veritatis Lampades illuminaretur; & inebriati nouo vino, loquentes varijs linguis magnalia Dei, repleant, atque irrigent corda populorum, & appropinquantes ad eorum doctrinam, Dei fierent capaces, atque participes, prout Spiritus ſanctus dabat eis.

Hic eſt Ieſus, Iudex ſæculi, quem videbimus venientem in nubibus Cœli, cum virtute, & poteſtate magna, excelſaque maieſtate; cui Sancti omnes obuiam venient in aera, & quem præcedet exercitus Angelorum, qui clauos, flagella, coronam ſpineam, & ſignum illud triumphale vexillum ſanctæ Crucis, ſublimibus humeris præferentes, diuinum Regis cæleſtis ingreſſum nunciabunt, cuius ſplendore manifeſtabuntur abſcondita cordium. Cum vero ipſe Iudex iudicabit, etiam cæleſtes Miniſtri pauebunt, & terribili apparatu de Iudicis intuendi horrenda formidine contremiſcent: tum vulnera ſua hic Chriſtus oſtendens, his, qui à dextris erunt, dicet: Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione mundi; Et iratus, peccatoribus, ſerò ſua crimina cognoſcentibus, & fruſtra fatentibus impiam iniquitatem, dicet: Ite maledicti in ignem æternum, quem præparauit Pater meus Diabolo & Angelis eius; Et ſic ſtatim vos pœnitentes, cum ſequacibus veſtris in æternum confundemini.

Hic eſt Ieſus, per cuius foramina ſtigmatum tranſire debemus, vt pulchriores ſimus in Regno ſuo. Nam tranſacta nocte ſæculi huius, & tranſactis erroribus tentationum, teque ſuperato Leone, Chriſto aſtabimus, & illum contemplabimur in Patria quæ finiri, nec corrumpi, nec pluuia, nec diluuijs, nec à vobis latronibus obſideri poteſt.

O ſuperbiſſime Diabole; ô inimice fidei; ô adductor mortis, ô vitæ raptor; ô Iuſtitiæ declinator; ô malorum radix; ô fomes vitiorum, ô ſeductor hominum ô proditor gentium; ô incitator inuidiæ; ô origo auaritiæ; ô cauſa diſcordiæ; ô excitator dolorum, & malorum inuentor cunctorum: Quid ſtas, & reſiſtis, cùm ſcias Chriſtum tuas perdere vires; para fugam, cum cæteris conſocijs tuis.

Nam Ecce, cuius obſtetricante manu præcipitatus es à Cœlis; coluber tortuoſe.

Ecce qui præcipit Soli, & non oritur.

Ecce qui Stellas claudit, quaſi ſub ſignaculo.

Ecce qui ſubuertit vos in furore ſuo.

Ecce qui aufert prædam de dentibus tuis.

Ecce qui conteret molas iniquorum.

Ecce qui vera fortitudo, quæ alligauit te fortem.

Ecce qui vincula tua dirupit.

Ecce qui te expoliauit.

Ecce qui Regnum tuum deſtruxit.

Ecce qui te victum ligauit.

Ecce qui victoriam dedit de inimicis ſuis.

Ecce qui Principem omnium vitiorum præcipitauit.

Ecce qui portas æreas confregit.

Ecce qui veſtes ferreos contriuit.

Ecce qui percuſſit ſuperbum & vulnerauit Draconem.

Ecce qui fecit prædam in Inferno.

Ecce qui captiuos Inferni ſoluit.

Ecce qui mortem calcauit occiſus.

Ecce qui poſuit ſignum victoriæ in Tartaro.

Digitized by Google

Ecce qui ſuperbis reſiſtit.

Ecce mortis,& Diaboli victor.

Ecce qui naſcens terruit Herodem, & moriens vicit Diabolum.

Ecce qui tradidit Cruci membra humana,vt mortem induceret tibi antiquo Serpenti.

Ecce qui deſtruxit labia doloſa, & linguam magniloquam.

Ecce cuius ſanguine victus eſt Draco , eductis de dentibus eius membris ſuis.

Ecce , qui poſuit circulum in naribus,& chamum in labijs tuis,vt reducat te quò voluerit.

Ecce qui vobis peccatoribus non pepercit,ſed in Tartarum vos tradidit cruciandos.

Ecce qui illuſtrat Paradiſum.

Ecce , in quem deſiderant Angeli proſpicere.

Ecce quem habent Angeli Imperatorem in Cœlis.

Ecce,qui poſuit titulum gloriæ in ſæculo.

Ecce, qui vocat nos peregrinos ad Patriam.

Ecce petra noſtra , & robur noſtrũ.

Ecce ſcutum noſtrum, & cornu ſalutis noſtræ.

Ecce Saluator noſter & refugium noſtrum.

Ecce in cuius alarum protectione ſperamus.

Ecce à quo empti ſumus pretio magno,& eius liuore ſanati.

Ecce qui pro nobis interpellat:plagas , & ſanguinem fuſum Deo Patri oſtendens.

Ecce , qui ſaluat , & liberat nos ab omnibus pelequentibus fortiſſimis.

Ecce, cuius nomen admirabile in vniuerſa terra.

Ecce qui gloria , & honore coronauit hominem, & minuit paulominus ab Angelis.

Ecce qui conterit brachium peccatoris,& maligni.

Ecce qui regnat in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Ecce,cuius ſedes in Cœlo eſt.

Ecce,qui humiliat oculos ſuperborum, & populum humilem ſaluat.

Ecce, qui retribuit petentibus vitam æternam , & credentibus aperit Regna Cœlorum.

Ecce , quem ſancta Eccleſia confitetur per orbem terrarum.

Ecce qui moriens profitetur ſe in Paradiſo regnare.

Ecce,qui ſubiugauit nos ſuo Imperio.

Ecce , qui ducit nos in altum: vbi eſt refectio noſtra.

Ecce , qui diuinæ militiæ ſuſtinet onera.

Ecce, quem nos in terra adoramus in fide, & Angeli in Cœlo , *in ſpecie* ſine velamine.

Ecce qui vniuerſis fidelibus *ſuis* adeſt;quibus ob quotidianũ ſolatium, & cor erigendum in Cœlum , *ſe* tribuit edendum & fruendum.

Ecce verbum Dei, quod beati *facie* faciem adgloriam eius ſpeculantes,& de claritate , in claritatem *abyſſalis* Deitatis transformati guſtant,carnem factum,ſicut fuit ab initio , *& manet* in æternum.

Ecce verè dilectus *noſter,electus ex* millibus in quo *complacuit* animabus noſtris habitare *omnibus* diebus vitæ noſtræ.

Ecce vere pacificus noſter , in quo pax sũma:& requies vera;extra quam labor,& dolor,& infinita miſeria.

Ecce verè Deus abſconditus, cuius conſiliũ nõ eſt cum impijs,ſed cũ humilibus,& ſimplicibus ſermo Suus.

Ecce,cuius Spiritus ſuauis, cui, vt dulcedinem ſuam in filios demonſtraret,pane ſuauiſſimo de Cælo deſcendente,illos reficere dignatur.

Ecce Chriſtus,qui ingreditur ad animas deuotas , vt paſcat eas carne ſua glorioſa: vt ſic oſtendat homini gratiam

Digitized by Google

tiam ſuam ineffabilem, & amorem immenſum, & charitatem ſuã eximiã.

Ecce, cuius conſilium ſalutare, & vtile eſt.

Ecce, qui ſeipſum in cibum donauit; ô quam ſuaue, & iucundum eſt eius coniuium.

Ecce cuius operatio admirabilis, cuius virtus potens, cuius veritas infallibilis.

Ecce Deus meus, Deus verus, & homo; qui ſub modica ſpecie panis integer continetur.

Ecce Dominus vniuerſorum, qui nullius habens indigentiam; voluit tamen per hoc Sacramentum habitare in nobis.

Ecce munus nobile, & ſingulare ſolatium, in hac lachrymarum valle nobis relictum.

Ecce, quoties hoc myſterium recolimus, & cuius corpus accipimus, toties noſtræ redemptionis opus agimus, & participes efficimur omnium meritorum Chriſti.

Ecce, cuius charitas nunquam minuitur, & cuius magnitudo propitiationis nunquam exhauritur.

Ecce, qui ſerenat conſcientiam hominum.

Ecce, quem concupiſcit anima noſtra, & cui deſiderat cor noſtrũ vniri.

Ecce remedium ſalutis noſtræ, ſi fortè defecerimus in via Cœleſti, fraudati, alimonia.

Ecce, quem dignè manducantes, participes, & hæredes ſunt æternæ gloriæ.

Ecce Dominus Deus, creator, & viuificator omnium ſpirituum qui cum tota deitate, ac humanitate ad pauperculas animas dignatur venire, & eas impinguare.

Ecce in Sacramento Altaris totus præſens Deus noſter, homo, Chriſtus Ieſus, ad quem nos trahit firma fides, deuota ſpes, & ſincera charitas.

Ecce, qui mirabiliter agit nobiſcum, & quã ſuauiter, & gratioſè cum electis ſuis diſponit, quibus ſeipſum in Sacramento ſumendum proponit.

Ecce, qui in toto mundo offertur quotidie, vt tantò maior appareat gratia, & dilectio Dei ad hominem, quantò latius eſt ſacra communio diffuſa per orbem.

Ecce, in cuius Sacramento confertur ſpiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amiſſa, & per peccatum pulchritudo deformata redit.

Ecce ſanctificatio noſtra, & redemptio, conſolatio viatorum, & Sanctorum æterna fruitio.

Ecce illud altiſſimum, & digniſſimum Sacramentum ſalus animæ, & corporis, medicina omnis ſpiritualis languoris, in quo vitia curantur, paſſiones frænantur, tentationes vincantur, maior gratia infunditur, virtus incœpta augetur, fides firmatur ſpes roboratur, & charitas igneſcit, ac dilatatur.

Ecce Medicus infirmorũ, & Saluator.

Ecce fons vitæ ſitientium.

Ecce pius conſolator deſolatorum.

Ecce, qui, vt ſaluaret hominem, feſtinanter venit ad peccatorem.

Ecce fontem vitæ, de quo in omnes reſurgentes vita fluit.

Ecce, quo Spiritus beati fruuntur iucundis amplexibus.

Ecce Creator vniuerſi præſens hic apud nos in Altari Deus noſter, Sanctus Sanctorum, Creator omnium, & Dominus Angelorum.

Ecce, qui ſe totum obtulit Patri pro genere humano, totúmque corpus ſuum, & ſanguinem, in cibum, vt totus ſit noſter, & nos permaneamus cum illo.

Ecce, ſonus totius bonitatis, & pietatis, & diuinæ miſericordiæ.

Ecce, qui contra vniuerſas tentationes, & fallacias Diaboli, fortior,

Digitized by Google

atque vigilantior præualet.

Ecce corpus Chriſti, quod nobis infirmis ad refectionem mentis & corporis dedit æternus Pater, & poſuit lucernam pedibus noſtris verbum ſuum.

Ecce verbum Dei, Lux animæ noſtræ: & Sacramentum panis vitæ, ſine quibus benè videre non poſſumus.

Ecce, qui ſolus, cibus & potus noſter eſt, amor, & gaudium, dulcedo, & totum bonum noſtrum, vſque in ſæculum.

Ecce, cuius ſanctiſſimum, & melliſluum nomen laudant, & magnificant vniuerſi populi, tribus, & linguæ cum ſumma iubilatione, & ardenti deuotione.

Ecce, qui graditur cum ſimplicibus, reuelat ſe humilibus; dat intellectum paruulis; aperit ſenſum puris mentibus, & abſcondit gratiam curioſis, & ſuperbis.

Ecce, quem Cœli cœlorum non capiunt, quem reuerentur Angeli, & Archangeli; quem metuunt Sancti; & iuſti. Et tamen, tam amicabiliter inuitat nos egenos, & pauperrimos peccatores ad communionem ſui ſanctiſſimi corporis: cui ſit ſemper laus, & honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Surgat exorciſta, & ſtans, vel ſedens ſine mora ſequatur exprobrationem ſequentem.

O Lucifer, ô miſerrime tu, ô vos omnes maledicti Diaboli, audite facinora, & miſerias veſtras, creaturæ indiſciplinatæ; quibus omnipotens Deus tanta beneficia & dona in creatione contulit; Audite Dominum per os Ezechielis, dicentem: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus, decore in deliciis Paradiſi fuiſti; omnis lapis pretioſus, operimentum tuum Sardius, Topazius, & Iaſpis, & Chryſolitus, & Onix, & Beryllus, Saphyrus, & Carbunculus, & Smaragdus, aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. Tu Cherub extenſus, & protegens; & poſui te in monte Sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te; in multitudine negotiationis tuæ repleta ſũt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eiecte de mõte Dei, & perdidi te; ô Cherub, protegens de medio lapidum: Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam; in terram proieci te; ante faciem Regum dedi te, vt cernant te in multitudine iniquitatum tuarum, & in iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam. O ſuperbe Lucifer, eras arbor pulcherrima, frondoſa, excelſáque inter cæteras arbores Paradiſi in magnitudine tua: radix tua iuxta aquas multas manentes in circuitu: Cedri non fuerunt altiores te in Paradiſo Dei: omne lignum non erat aſſimilatum tibi, & pulchritudini tuæ, quoniam ſpecioſum te fecerat Dominus, multíſque condenſis frondibus. O vos Dæmones, omnes inſenſati audite: eratis habitatores illius ſanctæ Hieruſalem, cuius portæ ex Saphiro, & Smaragdo ſunt ædificatæ; ex lapide candido, & mundo omnes plateas eius; illius, dico ſtrauerunt Patriæ; Ciues eratis in qua eſt vita iucunda, vita vitalis, & ſempiterna; in qua vita beata, & munere immortalitatis munita vbi; dico, gaudium eſt, & dignitas; vbi opes, & ſanitas, vbi abundantia, & beatitudo, vbi ſunt cuncta conſona, & cuncta conuenientia, vbi tranquilla

Digitized by Google

sunt omnia, & quieta, omnia in charitate perfecta; vbi vna concordia, lætitia sempiterna, & corona decoris: vbi bravium est fælicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, & plenitudo beatitudinis, vbi consortium est Angelorum, & Archangelorum, ac omnium Cœlestium virtutum, vt Stellæ fulgentes in perpetuas æternitates, & in vnum omnes sunt. Sed quid excellentius est? videtur Deus facie ad faciem: hoc est, cognoscitur potentia Patris, Filij, & clementia Spiritus sancti, ipsius summæ Trinitatis, vna, & indiuidua essentia: ibi, dico, videtur fons sapientiæ, lumen luminum, lumen immensum, incorporeum, incurruptibile, incomprehensibile, increatum, indeficiens, & inextinguibile, & videtur bonitas summa plena scientia in omnibus; & per omnia, quem cernendi finis non erit, nec satiantur Beati videntes gloriam Dei, & contemplantes pulchritudinem Iesu Christi. Omnes ibi sunt per Charitatis vinculum, idem sentiunt, idem volunt, & omnes in vnum se diligunt, & quod multò altius est, plus Iesum Christum, quam seipsos, & eorum merita diligunt. Nil bonitatis sibi adscribunt, sed totum Christo, quoniam ipsis cuncta ex infinita charitate sua donauit. Nam supra se rapti, & extra propriam dilectionem tracti toti in amorem Iesu Christi pergunt, in quo, & fruitiuè quiescunt. Nihil est, quod eos auertere possit, aut deprimere: quippe, qui æterna veritate pleni, & in igne ardescunt inextinguibilis charitatis: & tanto amore diuinitatis gaudio superfluenti replentur, quòd nihil eis desit gloriæ, nihilque possit deesse fœlicitatis. Ibi inuenitur omne, quod desideratur: ibi adest totius facultas boni, sine timore amittendi: ibi voluntas vna cum Christo, & cuncta desiderata simul sunt præsentia, totumque affectum nostrum reficitur, & adimpletur vsque ad summum: Ibi redditur gloria pro contumelia perpessa, pallium laudis pro mærore, & pro loco nouissimo, sedes Regni in sæcula; Ibi apparet fructus obedientiæ, gaudet labor pœnitentiæ, & humilis subiectio coronatur gloriosè. Nisi summum bonum ibi desideratur, videtur, amatur, & laudatur ad satiandũ bonũ desideriũ nostrũ. Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; & per vicos illius sanctæ Ciuitatis, & Patriæ in sono tubarum; in Psalterio, & Cithara; in tympano, & choro; in cordis, & organo; in cymbalis benesonantibus, & iubilationis, & in omni melodia semper cantatur: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; pleni sunt Cœli, & terra gloria tua, Alleluia, Alleluia, Alleluia; benedictio, & honor, & gloria, & potestas sedenti in Throno, in sæcula sæculorum. Amen. O mansio beatissima supernæ Ciuitatis, ô dies æternitatis clarissima: quam summa veritas semper irradiat: ô dies semper læta, ô semper secura, & nunquam statum mutans in contraria. Norunt Ciues Cœli quàm gaudiosa sit illa. Sed, quia vos maledicti, elati estis in superbia ob nimiam pulchritudinem iam vestram, dolentes, quòd Deus vos deputasset ad suum ministerium, & domesticos suos, Cuesque cœlestes creasset, impinguati, incrassati, dilatati renuistis disciplinam, & dereliquistis Deum creatorem vestrum, nolentes, insensati cognoscere verbum Dei, sed dicentes: Non venient nobis mala. Ideò generatio peuersa, & infideles filij, considerans Dominus nouissima vestra,

Digitized by Google

abſcondit faciem ſuam à vobis, & ſtatim factum eſt prælium magnum in Cœlo, quia Michaël Archangelus Princeps militiæ Cæleſtis, & Angeli eius, præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & vos Angeli eius, & non valuiſtis, neque locus inuentus eſt vobis amplius in Cœlo, quia Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui ſeduxit vniuerſum orbem, proiectus eſt in terram, & vos Angeli eius cum eo miſſi eſtis: Et ſic diſperſit Dominus lapides ſanctuarij, præcipitauit de Cœlo in terram iam ſpecioſa ſua: factus eſt Dominus, velut inimicus, tetendit arcum ſuum; firmauit dexteram ſuam; & præcipitauit vos, qui iam pulchri eratis viſu in Tabernaculo ſuo; Succendit in vos ignem deuorantem in gyro: Effudit, quaſi ignem, indignationem ſuam; diſſipauit, quaſi hortum, tentorium veſtrum; demolitus eſt Tabernaculum veſtrum, & non auertit manum ſuam, à perditione; deiectæ ſũt in terra portę veſtræ: fregit vectes veſtros; & ideò non deficient lachrymæ ab oculis veſtris: & conturbata ſunt viſcera veſtra: Cui enim comparabo, vel cui aſſimilabo vos, magna eſt, velut mare amaritudo, & contritio veſtra; plaudent ſuper vos manibus omnes tranſeuntes: Sibilabunt, & mouebunt capita ſua ſuper vos nefandos, dicentes: Hiccine erant Angeli perfecti decoris, gaudium vniuerſi, inter cæteras creaturas nobiliſſimi, & fortiſſimi; Sed in ſemetipſis confidentes ſecuti ſunt Draconem illum magnum blaſphemantem, & dicentem, in Cœlum conſcendam ſupra Aſtra Dei, exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero Altiſſimo: Veruntamen omnes ſimul detrahemini, in profundum lacum proiecti, de ſepulchro veſtro, quaſi ſtirpes inutiles polluti cum his, qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, & quaſi cadauer putridum non habebitis conſortium: Imò vos nemo poteſt propter intolerantiam fœtoris audire: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? quomodo potuit in te eſſe tanta ſuperbia, vt cum ſequacibus tuis de Cœlo caderes, omnipotenti virtute præcipitatus: Ideo dici poteſt, obſcuratum eſt aurum, & mutatus eſt color. Quia denigratæ ſunt ſuper carbones facies veſtræ. Et ſic plorantes plorabitis: & ſemper lachrymæ erunt in maxillis veſtris; & quotidie gementes ſine conſolatore opprimetis amatitudine: vetuſtam fecit pellem veſtram Dominus; & quaſi clybanus exuſta eſt caro veſtra; cibauit vos cinere, & inebriauit abſynthio: Fregit ad numerum dentes veſtros; & de excelſo, miſit ignem in oſſibus veſtris; circumdedit vos felle, & labore; concluſit vias veſtras lapidibus quadrigis; ſemitas veſtras ſubuertit; poſuit vos deſolatos tota die mœrore confectos, quia noluiſtis portare iugum ſuaue Domini, & onus ſuum leue ab adoleſcentia veſtra: Ecce quomodo inaniter feſtinaſtis eſſe ſuper Altiſſimum, & volũtariè ſpreuiſtis primogenita veſtra; in felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis à vobiſmetipſis inuoluiſtis, & gaudium veſtrum conuertiſtis in mœrorem; honoréſque veſtros in ignominiis multiplicaſtis, & ſublimitatem veſtram in luctum. Ideo coronam de capite veſtro, & iucunditatem gloriæ veſtræ acceperunt alij; In hoc caliginoſo aëre, & terra in reprobum ſenſum dedit vos Dominus, & amplius non benedicemini;

Nam

Digitized by Google

Nam ex multitudine quos sibi applicauit Dominus, benedicti, & in sæculum exaltati fuerunt: vos verò maledicti fuistis, & diuisi à speratione bonorũ, relicti in vestra dispositione praua; & sic de hora in horam multiplicatur malitia vestra in vestrũ detrimentum, & culpá, quia de vinea Sodomorũ vinea vestra, & de suburbanis Gomorrhæ; vua vestra, vua fellis, & botri amarissimi; fel Draconum vinum vestrum; & venenum aspidum insanabile, labia vestra tota die loquuntur mendacium, & lingua iniquitatem; pedes vestri ad malum currunt, vt effundant sanguinem innoxium; cogitationes vestræ inutiles; Tribulatis mansuetos, lædítis quiescentes, diligitis mendaces. Ex ore vestro nisi flammæ igneæ, & de naribus fumus ad seducendas omnes gentes; apud mulierculas dicitis, vos esse Deos; sed nefandi hæretici, quomodo Deos vos dicitis. Cum non possitis reddere bonum, nec Regem constituere, nec auferre; hominem à morte non potestis liberare, neque infirmum sanare; non restituitis visum homini cæco, nec liberatis hominem à necessitate; non benefacitis orphanis, neque miseremini viduis: Imo, qui colunt vos, confundentur. Quomodo ergo dicitis, vos esse Deos, cum etiam de malis eripere non possitis? nec pluuiam dare? neque, vt Sol, lucetis? nec, vt Luna, illuminatis? Bestiæ quidem meliores sunt vobis; Nam fugiunt venatores; vos verò iam Dei, & maledictiones euadere non potestis, quæ nunc aduenient vobis: Quia ascendit iam contumelia vestra ad Altissimum: & superbia ad fortem: Nunc, nunc, dico, finita sunt superba tempora, & scelera vestra completa sunt: & appropinquat dies Domini, de cuius ore exibit flatus ignis semper ardens, & gladius bis acutus, & de labiis spiritus flammæ, & de lingua scintillæ, & tempestates, & cum impetu succendet, vos Deus, & colla calcabit. Quid facies ergo, tu temerarie, qui hanc Dei creaturam inuadere ausus es, & molestare. Tunc enim quam excusationem habebis? ad cuius confugies auxilium? quis miserebitur tui? quis contristabitur pro te? quis erit tibi protector? quem aduocatum habebis? quis plagæ tuæ insanabili medebitur? vbi erunt tibi amici, & defensores, consolatores? nemo certè; Imò cunctæ creaturæ in omni ira, & furore indignationis auferent spolia, diripientes prædam, vt lutum platearum, & sic conculcaberis irreparabiliter.

Altera exprobratio.

TV lupus rapiens prædam, & auare sectans lucra: tu in mulieribus iudicas, in mercede doces, & in pecunia diuinas; tu muneribus excæcas oculos sapientum, & mutas verba iustorum; tu merita personarum, & non merita causarum attendis; non vitam, sed munera; non iustitiam, sed pecuniam; non quadratio dictat, sed quod voluntas, & malitia affectat; non quod lex sentit, sed quod metus cupit, & semper aliquid admisces fermenti, quo totam massam corrumpas: tu causas pauperum negligis, & illis rigorem ostendis, negligenter audis, & licet clamet pauper, non exaudis, sed despicis, & conculcas: tamen iudicium æterni Dei apud quem, non est acceptio personarum, non fugies: Tu doces homines falsitatem, & de via seruiendi Christo, nihil curasti: tu, qui hæreticus es, suggeris hominibus curiosis, ac inanis gloriæ cupidis

Digitized by Google

cupidis ad inueſtigandum, & diſputandum de altis myſterijs, & de occultis Dei iudicijs, quæ humano iudicio ſunt in comprehenſibilia: Nam tota conuenticula peſtilentiæ tu es; Sed væ tibi: Quia venier tempus, quando apparebit Magiſter magiſtrorum Chriſtus, qui docet verba vitæ, cunctorum auditurus lectiones, hoc eſt, ſingulorum examinaturus conſcientias, & tunc ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis, & manifeſta erunt abſcõdita tenebrarũ, tacebuntq; argumẽta falſa linguę veſtræ: ô maledicte, opus tuum, quale ſit manifeſtabitur: ſuſpendiſti enim te laqueo, vt te oſtenderes Cælum, terramque peroſum, ô ſuperbe ſtatim creatus, & promotus ad honorem ambitioſus factus es, in ſuperbiam extuliſti, & iactantiam; nec curabas prodeſſe, ſed gloriabaris præeſſe, præſumens te meliorem, quia creauerat te Altiſſimus in ſuperiorem: Sed ad bonum non facit gradus, ſed virtus: non dignitas, ſed honeſtas: & dedignabaris cæteros Angelos habere in amicos, & contempſiſti conſocios tuos: Ceruicem erigebas, faſtum oſtendebas, grandia loquebaris, ſublimia meditabaris; ſubeſſe diuinæ voluntati non patiebaris, præeſſe moliebaris: Eras infeſtuoſus, oneroſus, glorioſus, grauis, & importunus: Tandem cecidiſti de Cælo, præcipitauit te Deus, humiliauit, & in ſeruum cunctis creaturis conſtituit. O ſuperbe, inter omnes vitioſus, tu ſemper es primus, & vltimus: Nam omne peccatum te accedente, committitur: Scriptum eſt enim, Initium omnis peccati eſt ſuperbia, ipſa erexit te contra Creatorem, ſed ipſe Deus, te abſque mora deiecit, quoniam in veritate non ſtetiſti, ab innocentia in peccatum, à delicijs in miſerias, à Cœlo Empyreo in aerem caliginoſum. Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes qui dicebas in corde tuo, in Cœlum aſcendam, & ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: Sedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis, & aſcendam ſuper altitudinem nubium: Similis ero Altiſſimo. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenum ſapientia, & perfectus decore in delicijs Paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentum tuum, Sardius, Topazius, & Iaſpis, Chryſolitus, & Onix, & Beryllus, Saphirus, & Carbunculus, & Smaragdus, aurum opus decoris tui: & foramina tua, in die, qua conditus es præparata ſunt. Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti. Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ; donec inuenta eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci de monte Dei, & perdidi te, ô Cherub, protegens de medio lapidum ignitorum: Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, in terram proieci te, ante faciem Regum dedi te, vt cernant te: In multitudine iniquitatum tuarum, & in iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam: producam ego ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te. Omnes qui nouerint te in gentibus obſtupeſcent ſuper te; nihil factus es, & non eris in perpetuum. Hæc dicit Dominus: Nam quos erexit, diſperſit, & quos exaltauit humiliauit: Quia eleuatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei, & dixiſti: Deus ego ſum, cum ſis creatura infima, infirma, & damnata in æternum. Idcirco ſub figura Nabuchodonoſor dicit tibi Deus adducam ſuper robuſtiſſimos, &

Digitized by Google

& interficiam te, & morieris in interitu occisorum, quia iactabas superbè, & dicebas; Nonne hæc est Babylon, quam ædificaui in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei: Sed cuius, adhuc sermo esset in ore tuo Michael Archangelus in verbo Dei præcipitauit te, & transiuit à te Regnum tuum; Et cum feris, & bestijs fuit habitatio tua; Fœnum quasi bos comedis, & septem tempora mutabuntur super te donec scias, quod Excelsus dominetur in Regno hominum. Nonne superbia turrem euertit, & linguam confudit, prostrauit Goliam, & suspendit Aman, interfecit Nicanorem, & peremit Antiochum; submersit Pharaonem, & Sennacherib interemit: caput amputauit Holofernis, Superborum Ducum sedes destruxit Deus, & radices gentium superbarum arefecit, & te cum ipsis in Infernum, in barathrum præcipitauit in æternum. Audi Esaiam: Nonne dies Domini Exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes Cedros Libani, & sublimes, & erectos, & super omnes quercus Basan, & super omnes colles eleuatos, & super omnem Turrem excelsam. Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: & descendent sublimes, gloriosique eius ad eum; Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiã omnis gloriæ eius. Nõne dicit Iob. Si ascenderit vsque ad Cælum superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Nam Domini est terra, plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Inter superbos semper sunt iurgia: & vbi fuerit superbia, ibi, & contumelia, ait Salomon, ô superbe, vt magnificus videaris apud mulierculas, & necromanticas, satagis vestiri duplicibus, & ornari pretiosis; Sed sicut Sepulchrum, foris es dealbatum, intus autem plenus es spurcitia, & dolo, & falsitate: Quid ergo superbe philacteria dilatas, & magnificas fimbrias? cum sepultus sis in inferno? Decalcauit Dominus ceruicem filiarum Sion, & abstulit omne ornamentum tuum; pro zona, funiculum; pro crispante crine, caluitium; & pro suaui odore, fœtorem dedit Dominus; & putrescis tu in stercore igneo, & sulphureo, & inter stercora hominum contritus es in mari, & in profundis aquarum opes tuæ, ad nihilum redactus, & non eris vsque in sempiternum; Quia gloriaris in perditione hominum, & exultas in rebus pessimis repletus omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenus inuidia homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurratione, & detractione Deo odibilis: rebellis, contumeliosus, superbus, elatus: inuentor malorum, sine fœdere, absque misericordia: Mundum repletti hæreticis, & schismaticis perfidis, & tyrannis, simoniacis, & hypocritis; raptoribus, & prædonibus; vsurarijs, & falsarijs, proditoribus, & facilacibus: veneficis, & auguribus; & vniuersis vitiosis, & vitijs; Sed sicut deficit fumus, deficient: & sicut fluit cera a facie ignis, ita peccatores peribunt à facie Dei. Quid proderit vobis iactantia, & superbia, & malitia? Transient illa omnia, tanquam vmbra, sicut nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, quam, cum pertransierit non poterit inueniri vestigium. Cum ingenti tribulatione recogitabilis, quæ cum nimia delectatione gestitis, vt stimulus memoriæ puniat ad pœnam æternam in locum tormentorum, quos aculeus nequitiæ stimulauit ad culpã. In

quo loco erunt ſuper vnumquemque veſtrum pœnæ cunctæ Infernales: Pœna ignis,& ſic erit ibi fletus propter ignem fumoſum, qui non lignis nutritur,nec flatu ſuccenditur; Sed à Deo creatus eſt inextinguibilis ab origine mundi, & ſemper ardebit, & nunquam lucebit: Semper exurit, & nunquam conſumet,nec conſumetur, ſemper afficiet, & nunquam deficiet: Pœna erit frigoris, & ſic erit ſtridor dentium propter frigiditatem. Nam ordo non erit in qualitate rerum, ſed de aquis niuium, tranſibunt ad calorem nimium, vt ſubita contrariorum mutatio grauiorem inferat cruciatum: Pœna fœtoris; de quibus legitur, ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum: Pœna vermium indeficientium, vnde Iſaias.Vermis eorum non morietur; Pœna ſalebræ percutientium: Parata ſunt iudicia blaſphematoribus, & mallei percutientes corporibus ſtultorum: & tantam angustiam in pœnis tolerabunt impij, vt vix aliquid cogitare valeant præter pœnas, ſed illuc impetum cogitationes dejicient, vbi ſentient vim doloris. Pœna tenebrarum palpabilium intus, & extra; quia ſpirituali pariter, & corporali luce carebunt; Vbi impij in ſumma tenebrarum obſcuritate conticeſcent, vbi in æternum non videbunt lumen opertum mortis caligine: Tanta erit in reprobis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis: vt rarò,vel nunquam ad cogitandum quicquam de Deo poſſint aſſurgere, nec ad confitendum valeant reſpirare. Pœna confuſionum: Nam erunt libri conſcientiæ aperti, & omnia omnibus erunt manifeſta. O miſeri, nullus ordo, ſed ſempiternus horror, & confuſio inhabitat. Quantus erit pudor vobis, ac cæteris peccatoribus? quanta confuſio erit? Cum eorum nefandiſſima crimina cunctis erunt liquida, & manifeſta. Pœna horribilis viſionis Dæmonum, & damnatorum.Pœna catenarum ignearum, quibus impij membra conſtringentur: Nam immenſa pœnarum erit acerbitas.Pœna ſupplicij ſcientes gloriam beatorum, & memorantes infinitam miſeriarum, & tormentorum æternitatem: Tunc erit mors immortalis, tunc viuent mortui, qui verè ſunt mortui, quærent mortem, & non inuenient,deſiderabunt mori, & fugiet mors ab illis, mors quæ dulcis eſſet damnatis, licet amara fuerit illis: Sed in Inferno nulla eſt redemptio, Spes enim impij eſt tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus à vento diffuſus.Reprobis irascitur Deus æternaliter: & iuſtiſſimum eſt, vt quod impius in ſuo præuaricatur æterno, Deus vlciſcatur in ſuo pariter æterno.Nihil amarius exiſtimo voce illa,Ite maledicti in ignem æternũ.O quãtus tremor & timor erit in die iudicij: quantus fletus,& gemitus? Nam ſi Columnæ Cœli contremiſcunt,& pauent aduentum eius, & Angeli pacis amarè flebunt: Quid tunc facient peccatores,& Angeli diſcordiæ? Si iuſtus vix ſaluabitur, tu impius, & peccator vbi apparebis? Quis non timebit iudicem Ieſum Chriſtum potentiſſimum quem nemo poteſt effugere ſapientiſſimum,quem nemo poteſt latere; Iuſtiſſimum, quem nemo poteſt corrumpere: Ipſe eſt iudex,iuſtus,fortis, & longanimis, qui nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio declinat à ſemita rectitudinis:ſed via regia ſemper incedens nullum malum præterit impunitum, nullum bonum irremunera-

tum

tum relinquit. Hunc certè nemo poteſt fugere, quia ſcriptum eſt. Si aſcendero in Cœlum, tu illic es ſi deſcendero in Infernum, ades. Ipſe ſcrutatur renes, & corda: Cuius oculis omnia nuda ſunt, & aperta; Deus ſcientiarum Dominus: præſcius omnium, & conſcius ſingulorum, & occultorum omnium indagator. O diſtrictum iudicium, in quo non ſolum de factis, ſed de omni verbo otioſo, & homines, & Dæmones reddituri ſunt rationem, in quo vſque ad nouiſſimum quadrantem exigetur debitum cum vſuris. Flebunt enim, & plangent omnes Reges terræ cum viderint fumum incendij propter timorem tormentorum eorum. Quid ergo facietis in die furoris Domini, in die viſitationis, & calamitatis, in qua vnuſquiſque onus ſuum portabit? ibi fletus ſtridoris dentium, gemitus, & vlulatus, luctus, & cruciatus ſtridoris clamoris, timoris, & tremoris, doloris, & laboris, ardoris, & fœtoris, obſcuritatis, & anxietatis, acerbitatis, calamitatis, & egeſtatis, anguſtiæ, & triſtitiæ, obliuionis, & confuſionis, torſionum, & punctionum amaritudinis, & terrorum, famis, & ſitis, frigoris, & caloris, ſulphuris, & ignis ardentis in ſæcula ſæculorum. Tranſeunt tempora, tranſeunt ſæcula, tranſeunt ætates, ſed ſæcula tuarum pœnarum non tranſibunt in ſæcula. Plorate, & vlulate vos iam diuites in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis; diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, veſtimẽta veſtra à tineis comeſta ſunt; Aurum, & argentum veſtrum æruginauit, & erugo eorum erit vobis in teſtimonium: Quod theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus & in ſæcula ſæculorum. Amen.

PEREMPTORIVM I.

ERgò, vt nulla tibi ſit excuſatio in die iudicij, de mandato Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris † & Filij † & Spiritus † Sancti, inſtante tota Curia cœleſti, cito te obſtinate, pro primo Peremptorio ante Tribunal tremendum ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti triumphatoris iniquitatis tuæ, vt poſtpoſita omni mora, & excuſatione, realiter dato ſigno manifeſtiſſimo, ac vero, per me tibi imponendo, & ſine alicuius offenſione, in termino tibi aſſignando fugam pares ab hac creatura, cum omnibus conſocijs, & ſequacibus tuis, & maleficijs tuis iuxta iuramentum præſtitum, relinquens eam ſanam, ſine læſione animæ, & corporis, vt poſſit ſeruire Deo factori ſuo, & vadas ad locum tibi deputatum à Deo, non amplius reuerſurũ, ſub pœna excõmunicationis ac maledictionis æternę, & indignationis beatorũ Apoſtolorũ Petri, & Pauli, deſtructioniſque in barathrũ, per inimicos tuos ſtatim ab exitu tuo. Fuge ergo ruſtice Tartaree, quia adeſt dies calamitatis, & miſeriæ, in qua videbis, quid ſit inter iuſtum, & impium; inter humilem, & ſuperbum; inter ſeruientem Deo, & ſeruientem mammonæ. Fuge, ruſtice Tartaree, quia nunc prodigia de Cœlo dabit Dominus, & pluet ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem; Lugebit terra: mœrebunt Cœli deſuper: & creaturæ omnes dabunt voces, quaſi parturientis, propter nimium terrorem. Fuge ruſtice Tartaree: ecce dies turbinis, & nebulæ, in quo clamabis: ô beſtiæ omnes venite ad deuorandum me, ne tanta ſuſtineam

Digitized by Google

tormenta : & non exaudieris. Fuge, ruſtice Tartaree: ecce dies iræ, in quo acuet Dominus, vt fulgur, gladium ſuum : & reddet vltionem tibi inimico ſuo : Inebriabit ſagittas ſuas ſanguine tuo, & gladius iuſtitiæ ſuæ deuorabit & deuaſtabit te. Fuge ruſtice Tartaree : nam adeſſe feſtinant tempora, & dies perditionis, in quo, non erit, qui de manu Dei te poſſit eruere ; ſed eris, ſicut palea, ante faciem venti, & ſicut fauilla, quæ turbine diſpergitur ; opera enim huius plurima sũt in abſconditis: & quis iuſtitiam eius ſuſtinebit ? Fuge ruſtice Tartaree, ecce dies caliginis, in quo interficiet Dominus Leuiatham ſerpentem vectem, & tortuoſum, & cætum, quod in mare eſt, & præcipitabit in locum plenum miſeriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo ; ſed ſempiternus horror inhabitat. Fuge ruſtice Tartaree, ecce dies tenebrarum, in quo Barathrum, quaſi ſepulchrum patens, deuorabit te, & ſequaces tuos : & gregem tuum, & armenta tua caprina, in quibus habebas fiduciam. Fuge ruſtice Tartaree, quia adhuc paululum, & modicum eſt, vt videant omnes exterminationem tuam propinquam, & reſonabit inconueniens damnatorum vox, & flebilis auditur planctus ploratorum : Fuge ruſtice Tartaree, in die illa, qui teſtes erunt contra te, conſcientia tua peſſima redarguet ; Cœli reuelabunt iniquitates tuas, & cuncta facinora tua in conſpectu vniuerſi oſtendet terra, & omnia, quæ in ea ſunt : Abyſſus Abyſſum aperiet os ſuum, & in puncto ad Infernum, cunctis videntibus, præcipitaberis. Fuge ruſtice Tartaree, ecce dies vltionis, in qua Dominus erit crudelis contra peccatores ; vox eius, quaſi mare ſonabit ; tu verò, vt canis mutus, non valebis latrare: & omnes creaturæ cantabunt ; Abſorpta eſt mors in victoria ; Vbi eſt mors Victoria tua? Vbi eſt mors contentio tua ? Vbi eſt mors ſtimulus tuus ? Sancti verò, quaſi gladio præcincti, clamabunt, iuſtitiam Domine, & hos maledictos confunde. Fuge ruſtice Tartaree : Ecce hora amara valde ; Nam gladius bis acutus, & limatus occiſionis magnæ eductus eſt de vagina Domini, & in manu interficientis eſt ; vt in amaritudine interficiat te, & niſi citò fugies, venient ſuper te horribiles. Fuge ruſtice Tartaree. Ecce in tanuis extat iudex Chriſtus iratus, ante eius Tribunal omnes ducemini, vna tenebrarum catena ligati : qui ſedens conflans, & mundus, colabit omnes quaſi aurum, & argentum, & in omni ira, & furore ſuo dicet tibi, & cæteris damnatis : Ite maledicti in ignem æternum, quem præparauit Pater meus, Diabolo, & Angelis ſuis à conſtitutione mundi. Fuge ruſtice Tartaree, Barathrum te expectat, & in collaria te habet Berlina. Quia, nunc, nunc in furca Infernali ſuſpenderis: Nam omnia prætereunt, & omnia conſumuntur, *præter tormenta tua*, quæ in *æternum permanent*, & in dies augentur. Fuge Tartaree, docuiſti Euam *lamentum* : & planctum ſub ſpecie *boni*, ſed noli gloriari in *iniquitate* : Quia Manè Thecel, Phares, interpretare, ſi ſcis, & potes ; Mane, ſcilicet in principio creationis tuæ, vidit Dominus ſuperbiam tuam, & rebellionem : Thecel, appenſus eſt in ſtatera, & nihil boni inuentum eſt in te : Phares, perdidiſti decorem, & gloriam Regni Cœleſtis, tibi gratiis donatam. Fuge ruſtice Tartaree : Nam exiit edictum à Domino, vt in perpetuum ad Paradiſum nunquam tibi regreſſus ſit permiſſus : ô quam dura eſt malis ſeparatio à dulcedine, & conſortio

ſortio Sanctorum. Ite ergo omnes maledicti, ite, ite, præcipites ad Infernum. Vbi fletus eſt ſine fine, & mugitus: vbi vlulatus, & ſtridor dentium: Vbi omnis miſeria: vbi tenebræ: vbi nullus ordo: vbi horror æternus: vbi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali: vbi continuæ flammæ, & terrores pœnarum, & omne malum; & acerrima tormenta, quæ exiſtimari non poſſunt tibi, nobiſque in æternum erunt: Ibi Dæmones flere, & clamore non ceſſant, ſed quid clamabunt, niſi percute: dilacera, interfice, ſine morte occide, velociter ſpolia, deprædari feſtina? Fer prunas: picem para: aurum & argentum liquefac: nec ibi ille, qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando morietur: & quid peius? ſine redemptione, iure, & meritò in æternum excruciaberis: Ite, ite maledicti: ite in ignem æternum. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

PEREMPTORIVM. II.

O Superbe adhuc in obſtinatione permanes peior es cunctis dãnatis. Nã Rex Antiochus dixit, iuſtũ eſt ſubditũ eſſe Deo: & Iudas, tradidi sãguinem iustum; Herodes verò dixit, nullam inuenio in eo cauſam; & Pilatus, innocens ſum à ſanguine iuſti huius. Tu verò calcitrans ſub animabus horum eris. De mandato ergo Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti, inſtante pretioſiſſimo ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, cito te, obſtinate pro ſecundo Peremptorio, ante Tribunal tremendum ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti triumphatoris iniquitatis tuæ, vt poſtpoſita omni mora, & excuſatione, realiter, dato ſigno manifeſtiſſimo, ac vero per me tibi imponendo, & aſſignando, & ſine alicuius offenſione, in termino tibi aſſignando, cum conſociis, & ſequacibus tuis, ac maleficiis, iuxta iuramentum præſtitum fugias ab hac creatura, & vadas ad locum tibi deputatum à Deo, non amplius reuerſurus, relinquens eam ſanam, ac ſine læſione animæ, & corporis; vt poſſit ſeruire Deo Creatori ſuo, ſub pœna excommunicationis æternæ, & indignationis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, detruſionisque in Barathrum per inimicos tuos, ſtatim ab exitu tuo. Cede † ergo ſpurciſſime Suſurro, omni iniquitate plene. Cede † cauſa maledicti homicidij, pater mendacij, deiecte à ſocietate Angelorum Dei. Cede † ſerpens antique, maledicte Apoſtata, plene omni dolo, & rebellione. Cede † deiecte de Paradiſo, inuidioſe ſine gratia Dei. Cede † deriſio totius Angelicæ naturæ, fili perditionis, deſtinate ad ignem æternum. Cede † lupe rapaciſſime, plene ignorantia, & Angele nigerrime. Cede † immunde Spiritus hæretice, vbique deridende. Cede † ianua inferni, impiorum baculum; & ſpiritus præcipitate in pœna æternali. Cede † mala beſtia, & beſtia omnium beſtiarum beſtialiſſima. Cede † latro, Draco luxuriose, & prædo. Cede † fera peſſima, ſus famelica, & creatura damnata in æternum. Cede † tentator vane, inſenſate, & ebrioſe. Cede † radix omnium malorum, & artium peſſimarum magiſter. Cede † cultor peruerſorum dogmatum, deſtinate ad Infernum. Cede † proditor inique, & humani generis inimice. Cede † ſuperbiſſime damnate, atque damnande. Cede † animarum venator, omni

Digitized by Google

rebellione, & falſitate plene. Cede † excommunicate blaſpheme, vbíque deridende. Cede † vitæ raptor, & Iuſtitiæ declinator. Cede † origo auaritiæ, & cauſa diſcordiæ. Cede † canis rabide, coluber tortuoſe, & aſpis Tartaree. Cede † ſubuerſor pauperum, fons vitiorum, & cunctorum malorum inuentor. Cede † auis mordens, Draco inſidians, & Scorpio venenate. Cede † cubicularie Sathã, ianitor Inferni, & vitioſe. Cede † caprile; cuſtos porcorũ, & pulicorũ venator. Cede † bellua cõtagioſa; corue nigerrime, & beſtia cornuta. Cede † acerbe baiule, & adulterine. Cede † executor perfide, & promptuarium cunctarum iniquitatum. Cede † mediaſtine, ſulcari, & flagellare. Cede † nebulo graminoſe, creatura infima, & idiota. Cede † terramentarie Infernalis, ruſtice Tartaree vlceribus plene. Cede † ignobilis, mulio inextricabilis, & pedagoge. Cede † deformis, leproſe, lendinoſe, & ſtercorate. Cede † deiecte à loco inenarrabili de Paradiſo, & de conſortio Angelorum. Cede † inurbane crumeniſeca, & ſuſpenſe. Cede † creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum. Cede † infælix, & floccipende, deiecte de charitate Chriſti. Cede † cerdo, & memento ſtatus creationis tuæ, & recordare afflictiones, in quibus inuolueris. Nam amara eſt potatio tua, attrita eſt Ciuitas vanitatis; deſerta eſt omnis lætitia, translatum eſt gaudium tuum. Et nonne melius eſt pro te, vt non eſſes, quam male eſſe, & impietatibus viuere, & pati, & in æternum cruciari? Ite ergo omnes maledicti: ite, ite præcipites ad Infernum: Vbi fletus eſt ſine fine, & mugitus; vbi vlulatus, & ſtridor dentium: vbi omnis miſeria: vbi tenebræ: vbi nullus ordo; vbi horror æternus; vbi nulla ſpes boni: nulla deſperatio mali: vbi continuæ flammæ, & terrores pœnarum: vbi omne malum, & acerrima tormenta, quæ exiſtimari non poſſunt, vobis in æternum erunt: vbi Dæmones flere, & clamare non ceſſant. Sed quid clamabunt, niſi percute, dilacera, interfice, ſine morte occide, velociter ſpolia; lepredari feſtina, fer prunas; picem para; aurum, & argentum liquefac? nec ibi, ille qui torquet, aliquando fatigatur; nec qui torquetur, aliquando morietur: Et quod peius, ſine redemptione, iure, & meritò cruciabimini: Ite ergo, ite maledicti, ite in ignem æternum: In nomine Patris, † & Filij † & Spiritus † Sancti. Amen,

---

PEREMPTORIVM. III.

ADhuc Coluber tortuoſe reſiſtis Creatori tuo; durum eſt vel e Deo omnipotenti reſiſtere; durum eſt contra ſtimulum calcitrare; Reſponde Draco, quem exaudiet *Dominus* ædificantem, vel deſtruentem, *orantem*, vel maledicentem: *ergo ſit tibi* maledicte notum, *quoniam pro hac* creatura Dei apertus *eſt Paradiſus*, plantatum eſt lignum *vitæ*: præparata eſt abundantia: *perfecta* eſt bonitas, & ſcientia; *probata* eſt requies; ædificata eſt Ciuitas Hieruſalem, & oſtendetur theſaurus immortalitatis, & quantò magis affligitur, tantò maius præmium augetur: Nam ſi Dominus Deus noſter modicum iraſcitur pro peccatis noſtris, iterum reconciliatur ſeruis ſuis. Tu verò ſcelerate noli extolli vana ſuperbia tua, in ſeruos Dei inflatus, quia nondum omnipotentis Dei omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Hæc creatura ſua modico nunc ſuſtentata

Digitized by Google

ſtentata dolore, ſub teſtamento æternæ vitæ collocatur : tu verò , iuſtas ſuperbiæ tuæ, & obſtinationis pœnas exſolues ; Ego verò , & omnes hi aſtantes , ſicut & electi animas , & corpora noſtra tradere volumus, pro lege Dei , inuocantes Deum propitium fieri huic creaturæ ſuæ , tu verò in tormentis, & verberibus, etiam nolens , confiteberis , quòd ipſe eſt verus , & ſolus Deus, in hac creatura deſinet omnipotentis ira,quæ iuſtè in eam ſuperducta eſt;in te verò crudelius deſæuiet vbique deriſum , vt nulla ergo tibi ſit excuſatio in die iudicij.De mandato Sanctiſſimæ Trinitatis , Patris , † & Filij , † & Spiritus † Sancti ; inſtante pretioſiſſimo ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, cito te maledicte,pro tertio , & vltimo Peremptorio,ante Tribunal tremendum ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti triumphatoris iniquitatis tuæ , vt poſtpoſita omni mora , & excuſatione , realiter dato ſigno manifeſtiſſimo , ac vero , per me nunc tibi imponendo , & ſine alicuius offenſione , in termino tibi aſſignando fugias ab hac creatura, cum omnibus conſociis tuis , & ſequacibus , & maleficiis iuxta iuramentum præſtitum , relinquens eam ſanam ſine læſione animæ , & corporis : vt poſſit ſeruire Deo factori ſuo , & vadas ad locum tibi deputatum à Deo , non amplius reuerſurus ſub pœna excommunicationis , ac maledictionis æternæ, & indignationis ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli , detrusionisque in Barathrum per inimicos tuos ſtatim ab exitu tuo. Conſumat te ergo , donec exieris , febris peſtilens ; præfocatio ſpiritus, & cerebri : & oppreſſio cum obliuione , & ſomno. Conſumat te phegmone , cum rubore , & dolore , & extenſione , & duritia , & vaſtitate. Conſumat te apoplexia , ſpaſmus , tetanus, & cæphalea , cum omni dolore,& paſſione capitis.Conſumat te telum , ileos , & apoſtema cum dolore , & febribus. Poſſideat Epilepſia ſubſtantiam tuam , melancholia rationem, & inſania mentem, & intelligentiam.Conſumat te hemoptyſis cum omni emiſſione ſanguinis, & atrophia non conualeſcens , & paralyſis. Conſumat te hydropiſis cum omni humore , & inflatione turgente , & anhelitu fœtido. Conſumat te podagra cum fetali dolore,& lepra , & cancer , & ſanies , & corruptus aër. Conſumat te prurigo, & ſcabies , & peſtilentia, & cæcitas, & omnis interitus. Conſumat te dolor dirus viſcerum , & amara internorum tormenta , ac ſi impij vermes de aliquo corpore ſcaturirent , ac viuentem in doloribus carnem affluerent , odoréque illius , ac fœtore de hora in horam graueris. Conſumant te denique vlceræ peſſimæ , & plagæ inſanabiles : Inſuper & vniuerſi languores , & diluuium cunctorum dolorum , & pœnarum. Dilacerent te, audaces leones ; vrſorum brachia , & Tigres veloces. Dilacerent te, ruentes ad mortem Pardi, & diſcerpentes griphi. Dilacerent te rapidi canes ; tortuoſi angues , & caudæ draconum percutientes. Interficiant te venæ dolores , & pernicies ſerpentium ſibilantium. Interimat te olfactus , & viſus Baſiliſcorum , & morſus aſpidum. Exterminent te conſummatio ſæpis , & ſudatio ſanguinis hæmorrois.Diſſipent te iactantes iacula:infectio veneni Salamandræ, & deuorent inſatiabiles lupi. Occidat exercitus veſparum : Scorpionum caudæ , & locuſtarum , muſcarumque morſus. Terreat te mugientium beſtiarum vox , & reſonans de altiſſimis & deſertis montibus

Digitized by Google

tibus incognita Echo. Superueniant denique frementes equi, morſi peruerſorum colubrum; ſæua beſtiarum ira, & dentes,& vngues, & cuncta deuoratio.O maledicte,hæc omnia ad vindictam creata ſunt; & meritò hæc pateris; Quia tota die moliris inſidias, & machinas contra animas noſtras,non ſunt tibi reſeruatæ benedictiones; Imò,in omni hora, & momento maledictiones multiplicãtur in te, & niſi cũ furore,& dolore nũc,nũc & receſſeris omnis iniquitas delebitur,& ſicut fluuius ſiccabitur,& maledictiones cũctæ æterni Dei erũt ſuper te.Corrue ergo maledicte,ad ſanctã inuocationem Domini: ſicut muri Hierico corruerunt, populo vociferante, & clangentibus tubis, & increpante ſonitu vocis multitudinis. Ite ergo omnes maledicti: ite: ite præcipites ad infernum,vbi fletus eſt ſine fine, & mugitus :vbi vlulatus, & ſtridor dentium. Vbi omnis miſeria,vbi tenebræ, vbi nullus ordo, vbi horror æternus,vbi nulla ſpes boni, vbi nulla deſperatio mali: vbi continuæ flammæ, & terrores pœnarum, vbi omne malum, & acerrima tormenta,quæ æſtimari non poſſunt,vobis in æternum erunt; ibi Dæmones flere, & clamare non ceſſant. Sed quid clamabunt,niſi percute dilacera,interfice: ſine morte occide, velociter ſpolia, deprædari feſtina, fer prunas, picem para, aurum, & argentum liquefac? nec ibi ille,qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Et (quod peius) ſine redemptione,iure,& merito cruciabimini: Ite ergo maledicti omnes, ite in ignem æternum, vel ad locum vobis à principio deputatum à Deo, ſecundum beneplacitum ſuæ diuinæ voluntatis. In nomine Patris,† & Filij,† & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Statim ante Sanctiſſimum Sacramentum, Contra Dæmonem ferenda eſt huiuſmodi ſententia.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Audite Cœli, quæ loquor audiat terra verba oris mei: Cùm ſit, quod hic Dæmon ab initio creationis ſuæ in ſuperbia elatus, fuerit Deo omnipotenti Creatori ſuo rebellis;ob quam cauſam,iure,& meritò præcipitauit eum Altiſſimus de Cœlo, & dedit eum in maledictionem æternam, exemplúmque cunctarum creaturarum,& ab illa hora ſemper exultauit, & exultat in rebus peſſimis,gloriatur in malis, & delectatur in animarum perditione,& quotidie (vt notum eſt cunctis) tanquam Leo inſidiatur bonis? Nunc quoque inuidia motus, hanc Dei creaturam inuadere, & moleſtare præſumpſit, & pluries coniuratus in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis,totiuſque Curiæ Cœleſtis, ac peremptoriè citatus ad relinquendam hanc Altiſſimi facturam; adhuc vt ſuum proprium eſt,in ſuperbia,& obſtinatione reſiſtit: vnde *finis condemnationis in eum ſuperuenit. Ideò,* ego N.indignus Sacerdos, *& Miniſter* Ieſu Chriſti,per *eius gratiam*, ante Tribunal ipſius *infinitæ* Maieſtatis, in teſtimonium; *inuoco* Cœlum,& terram,& omnia,quæ in eis ſunt in nomine ſanctæ Eccleſiæ,ſententiam diffinitiuam æternæ maledictionis; in quantum authoritas mea ſe extendit, contra te ſuperbum, & rebellem, & contra omnes fautores tuos: meorumque Dei nomine præceptorum tranſgreſſores tam abſentes, quam præſentes prenuncio, & ad locum vobis Deputatum à Deo mitto, ac relego,vel in ſtagnũ ignis, & ſulphuris, & in omnibus eius pœnis atrocior cõcremandos,condemno,& condem-

nabos

natos declaro: tradóque te, ac eos Lucifero, ac omnibus furiis infernalibus, & præcipuè inimicis veſtris, tanquam crudelibus Miniſtris iuſtitiæ Dei; vt ad dictum locum vobis à Deo deputatum, vel Barathrum nunc, nunc, & ſine mora deducant, ac crudeliter crucient, pro demeritis inobedientiæ veſtræ, ſecundum tamen beneplacitum diuinæ diſpoſitionis, de qua tantum contentari debemus, & volumus. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Et ita, ego Miniſter indignus pronuncio, & diffinitiuè ſententio. Reſp. Amen.

Hic exorciſta faciat tertio iurare Dæmonem ad recedendum iuxta formam præſcriptam, aſſignando ei ſigna realia, per Dæmonem, danda, in ſignum ſui exitus: ac terminet horam, vel punctum ſui receſſus: Deinde, adſint hic tres diuerſæ Dæmonum imagines: Quarum vna, virgulis oliuarum benedictis ab aliqua perſonarum infirmiorum Aſtantium percutiatur: Altera ab alia, item ſimili acu perforetur, conſpuatur, calpeſtretur, Aliiſque huiuſmodi actibus contemnatur.

TErtia verò, ab alia itidem vili, & abiecta perſona guttarum alicuius compoſitionis afficiatur. Adſitque alter Exorciſta, qui in aure Dæmoniaci ſubmiſſa voce, ac diſtincta, & deuotè legat Exorciſmos ſecretos, infra, notatos: & hæc omnia fiant perſeueranter durantibus maledictionibus ſequentibus, ſine tamen ſtrepitu, aut tumore aliquo. Et Parati ſint lapides tres, & candelæ plures accenſæ gradatim proiiciendæ cum exorciſta prænunciauerit verba illa: Maledico, & Anathematizo. Cæteri verò orantes ante Sanctiſſimum Sacramentum, ſine mora reſpondeant. Amen. Sacerdoti, dicenti.

Ergo maledicti damnati, quia reſiſtiſtis mandatis Dei, per me indignum ſeruum ſuum vobis factis, accipite meritum obſtinationis, & inobedientiæ veſtræ: vbicunque ergo ſitis, qui hanc creaturam Dei quouis modo moleſtare, vel illis fauere præſumpſiſtis coram Maieſtate diuina Domini noſtri Ieſu Chriſti, vos condemnatos, in nomine ſanctæ Eccleſiæ præcipio, vt eatis ad loca vobis deputata à Deo, vel in Barathrum, ad beneplacitum diuinæ voluntatis & maledico, & anathematizo: & ſitis à Deo maledicti, ſicut qui coït cum iumento Reſp. Amen. Sicut qui violat ſacram Virginem: Reſp. Amen. Sicut, qui mœchatus fuerit cum vxore proximi ſui. Reſp. Amen. Sicut, qui cum Nouerca ſua dormit Reſp. Amen. Sicut, qui ſcelus cum Nuru, & conſanguinea perpetrauerit. Reſp. Amen. Sicut, qui transfert terminos proximi ſui. Reſp. Amen. Sicut, qui errare facit cæcum in itinere. Reſp. Amen. Sicut, qui munera, vt percutiat animam innocentem, accipit. Amen. Sicut, qui ſimplicitatem iuſti deridet. Amen. Sicut, qui ſitienti, non dat aquam, & eſurienti ſubtrahit panem. Amen. Sicut, qui decipit, & iurat proximo ſuo malum. Amen. Sicut, qui pecuniam dat ad vſuram: Amen. Sicut, qui non habet timorem Domini, & conſilium ſapientis deſpicit. Amen. Sicut, qui manum porrigit malignis. Amen. Sicut, qui peruerſa ſemper loquitur. Amen. Sicut, qui amico habenti fiduciam malum molitur. Sicut, qui in rebus peſſimis exultat,

& in animarum perditione gloriatur. Amen. Sicut, qui prohibet benefacere, & ſæpe ſiniſtris eſt: Amé. Sicut, qui comedit panem impietatis, & vinum iniquitatis bibit: Amen. Sicut, qui conſeruat diuitias in malum, & in pecunia confidit, Amen. Sicut qui corde machinat cogitationes peſſimas, & manibus effundit innoxium ſanguinem. Amen. Sicut, qui habet pedes veloces ad currendum in malum, & inter fratres ſeminat diſcordias. Amen. Sicut, qui iurgia ſemper quærit, & dicit impio iuſtus es. Amen. Sicut, qui defraudat eleemoſynam pauperi, & illum exaſperat in inopia, in contumeliaque ſuperbiſſime illi reſpondet. Amen. Sicut habens cor durum, & nequam, & amans periculum. Amen. Sicut, qui ædificat Ciuitatem in ſanguinib. & præparat vrbẽ in iniquitate. Amen. Sicut, qui dat potum amico, immiſcens Sal ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem ſuam. Amen. Sicut qui inſidiatur Patri, & Matri, eorumque turpitudinem reuelat. Amen. Sicut, qui lædit Viduas, Pupillos, & aduenas, & aduertit eorum iudicium. Amen. Sicut qui abſcondit frumenta, & opprimit pauperem vſuris, & negat illi mercedem. Amen. Sicut, qui maledicit Principi iuſto, & confidit in auro, & theſaurizat in argento. Amen. Sicut qui per induſtriam occidit proximum, & affligit peregrinum. Amen. Sicut cadauer in eſcam cunctis volatilibus Cœli, & beſtiis terræ. Amen. Sicut peccator centum annorum, & homo, qui confidit in homine. Amen. Sicut, qui à planta pedis vſque ad verticem capitis plenus eſt vlcere peſſimo, ſcabieque, & prurigine, ita vt curari non poſſit. Amen. Sicut, qui percutitur amentia, & cæcitate, ac furore mentis, & palpat in itinere, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigit vias ſuas. Amen. Sicut, qui venditur in ferrum, & non eſt qui redimat. Amen. Sicut qui ſuſtentatur pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. Amen. Sicut qui conſumitur in egeſtate, & ardore, & in omni neceſſitate. Amen. Sicut qui domum ædificat, & non poteſt habitare in ea, Amen. Sicut, cuius bos immolatur coram ſe, & non comedit ex eo. Amen. Sicut, cuius aſinus rapitur, & non redditur ſibi. Amen. Sicut, cuius filij, & filiæ traduntur alteri populo, Patre vidente, & non eſt fortitudo, in manu ſua. Amen. Sicut, qui multam ſementem iacit in terram, & non congregat, quia locuſtæ deuorant eam. Amen. Sicut, qui vineam plantat, & fodit, & vinum non bibit, nec colligit ex ea quippiam, vaſtata verminibus. Amen. Sicut, qui comedit, & nunquam ſaturatur, vel comedit carnem filiorum ſuorum fame, & penuria. Amen. Sicut, qui pauet, fugit, & cadit, nemine perſequente: & valdè timet, *propter ſonitum* folij volantis Amen. *Sicut, qui incidit in languorem, præ triſtitia,* & factus eſt in *prouerbium*, & fabulam omnibus *populis*. Amen. Sicut, qui non permanet in ſermonibus legis Dei, ſed eius præcepta contemnit. Amen. Sicut donantes incenſum Baal, Soli, & Lunæ, duodecim ſignis. Amen. Sicut doloſus qui de grege immolat vilius Domino. Amen. Sicut, qui ſcindit libros legis Dei, & eos comburit igne. Amen. Sicut, qui expugnat fidem, perſequitur Eccleſiam ſanctam, & contemnit Euangelium Ieſu Chriſti. Amen. Sicut, qui immolant Dijs, & adorant Deos alienos. Amen. Sicut, qui declinat

Digitized by Google

ad Magos, & ariolos, & fornicatus fuerit cum Idolis. Amen. Sicut, qui conſulit Pythones, & à mortuis quærit veritatem. Amen. Sicut, qui facit conflatile abominationem Domini. Amen. Sicut, qui adorat opus manuum ſuarum, & mutat gloriam Dei in Idolum. Amen. Sicut, qui dicit ligno, pater meus es tu; & lapidi, tu me genuiſti. Amen. Sicut, qui immolat filios ſuos, conſecrans Dæmonibus. Amen. Sicut, qui dicit falſum teſtimonium, iurans per nomen externorum Deorum, & facit opus Dñi fraudulenter. Amen. Sicut, maledicentes, & polluentes Sabbatum, & nomen Dñi noſtri. Amen. Sicut externi ad Tabernaculum accedentes. Amen. Sicut Maleficus, & Incantator, & qui obſeruat ſomnia, & auguria quæcunque. Amen. Sicut Incantator à ſerpente percuſſus, & inſidiatus. Amen. Sicut maledicentes triumphantem Hieruſalem. Amen. Sicut, qui in nouiſſimis diebus; in virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis veniet. Amen.

O Maledicti damnati coram Maieſtate Diuina, vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & ſitis à Deo maledicti, ſicut Amadiani, & Baſilidiani. Amen. Sicut Chærinthiani, & Origeniani. Amen. Sicut Archontiaci, & Bonoſiani. Amen. Sicut Caïmani; & Simoniani. Amen. Sicut Anomiani, & Carpocratiani. Amen. Sicut Melandriani, & Valentiniani. Amen. Sicut Apelitæ, & Melchiſedechiani. Amen. Sicut Marcioniſtæ, & Seueriani. Amen. Sicut Apollinariſtæ, & Sabelliani. Amen. Sicut Donatiſtæ, & Luciferani. Amen. Sicut Antropomorphitæ, & Macedoniani. Amen. Sicut Nicolaitæ, & Pelagiani. Amen. Sicut Cerdoniani, & Aquarij. Amen. Sicut Cathari, & Pauliani. Amen. Sicut Ophitæ, & Hermogeniani. Amen. Sicut Tertullianiſtæ, & Eudominiani. Amen. Sicut Priſcilliaſtæ, ac Patriciniani. Amen. Sicut Ebionitæ, & Fortiniati. Amen. Sicut Gnoſtici, & Neraclitæ. Amen. Sicut Tatiani, & Caianithæ. Amen. Sicut Sæthiani, & Alogij. Amen. Sicut Manichæi, & Nouatiani. Amen. Sicut Iouaniſtæ, & Paterniani. Amen. Sicut Autidiocomaritæ, & Noætani. Amen. Sicut Angelici, & Euthychiani, Amen. Sicut Apoſtolici, & Neſtoriani. Amen. Sicut Artoteritæ, & Acephali. Amen. Sicut Metangiſmonitæ, & Æluidiani. Amen. Sicut Montani, & Arriani. Amen. Sicut Arabici, & Theodoſiani. Amen. Sicut Cataphirigij, & Ætiani. Amen. Sicut Circumcelliones; & Floriani. Amen. Sicut Tritheithæ, & Nictages. Amen. Sicut Colinthiani, & Gnoitæ. Amen. Sicut Lutherani, & Vglenothi. Amen. Sicut omnes Hæreſiarchæ. Amen. Et ſitis maledicti in omnibus hæreſibus, ſectis, & ſchiſmis, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

O Maledicti damnati, quia noluiſtis obedire mandatis, & præceptis, Dei & per me vobis factis, coram Maieſtate diuina Domini noſtri Ieſu Chriſti, vos eiicio, & maledico, & ſitis à Deo maledicti, ſicut danti de ſemine ſuo Idolo Moloch. Amen. Sicut deſperatio Caim. Amen. Sicut vltio Lamech. Amen. Sicut ſubuerſio Sodomæ, & Gomorrhæ. Amen. Sicut iniquitas Canaam. Amen. Sicut induratio cordis Pharaonis. Amen. Sicut ſubmerſio Ægyptiorum. Amen. Sicut figura vmbræ

Digitized by Google

Ægypti. Amen. Sicut filius Salumith. Amen. Sicut deuoratio Dathan, & Abyron, Amen. Sicut montes Gelboe, & res deteſtabiles Onæ Amen. Sicut tranſgreſſio Achan. Amen. Sicut indignatio Regis Aſſueri, & Holofernis, Amen. Sicut ſuperbia Chaldæorum, & Regis Antiochi. Amen. Sicut malitia Aman, & Regis Hai in patibulo ſempiterno, Amen. Sicut terra Meroz, & habitatores eius. Amen. Sicut ſpes Hypocritæ. Amen. Sicut proditio Iudæ, & laqueus. Amen. Sicut qui ſuſcitauerit, & ædificauerit Ciuitatem Hierico. Amen. Sicut illudentes Eliſeo. Amen. Sicut Giezi, & ſemen ſuum in ſempiternũ. Amen. Sicut, qui reædificabat Pythones, ariolos, figuras Idolorum, immunditias, & abominationes. Amen. Sicut nolentes reædificare Templum Dei in Hieruſalem. Amen. Sicut, qui non habebat diem ſolemnem pro liberatione Iſrael ab iniquitate. Amen. Sicut, qui paratus eſt ſuſcitare Leuiathan. Amen. Sicut ſuccenſi in templo Dagon. Amen. Sicut, qui Templum Dei nominare facit Iouis Olympici. Amen. Sicut, qui implet Templum luxuria, & altare illicitis. Amen. Sicut, qui plangit Adonidem. Amen. Sicut Bel, in manibus Danielis. Amen. Sicut qui blaſphemiam poſuit in Deum Sidraach, Miſaac, & Abdenago. Amen. Sicut, qui in viam Caim abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Choræ ſteterunt, nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

O Maledicti damnati, coram Maieſtate diuina Domini noſtri Ieſu Chriſti vos eijcio, & maledico, & anathematizo, & ſitis à Deo maledicti, ſicut Aſtaroth, & Baal. Amen. Sicut Cozbi, & Dagon. Amen. Sicut Aſeroth, & Baalim. Amen. Sicut Chamos, & Beelphegor. Amen. Sicut Aſmodæus, & Bolæ. Amen. Sicut Nergel, & Melchom. Amen. Sicut Aſthartem, & Berhagoniamon. Amen. Sicut Phogor, & Moloc. Amen. Sicut Aſima, & Bel. Amen. Sicut Neſcroch, & Tartach. Amen. Sicut. Acharon, & Belial. Amen. Sicut Nebahaz, & Merodach. Amen. Sicut Adonides, & Behemoth. Amen. Sicut Hierobaal, & Socorbenoth. Amen. Sicut Nergel, & Melchon. Amen. Sicut Beelzebub, & Leuiathan. Amen. Sicut Lucifer, & Sathan. Amen. Sicut Mahometh, & Draco magnus Babylonicus. Amen. Sicut omnes Diaboli Simulacra, & Idola, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

O Maledicti damnati, quia noluiſtis obedire mandatis, & præceptis Dei, per me vobis factis, coram Maieſtate Diuina Domini noſtri IESV CHRISTI, vos ejicio, & maledico, & anathematizo, & ſitis à Deo maledicti in Oriente, & Occidente. Amen. In Septentrione, & in Meridie, Amen. In Imperijs, & Regnis. Amen. In cunctis Statibus, & Potentatibus. Amen. In Prouincijs, & Inſulis. Amen. In Ciuitatibus, & Caſtris. Amen. In omnibus Villis, & Oppidis. Amen. In omnibus ædificijs, et habitaculis. Amen. In Vallibus, & collibus. Amen. In Montibus, & planis. Amen. In Campis, & in vineis. Amen. In pratis, & hortis. Amen In deſertis, & cauernis. Amen. In ruinis, & abyſſis Amen. In ſepulchris, & ſtatuis. Amen. In ſyluis, & nemoribus Amen. In ſpeluncis, & ſolitudinibus. Amen. In lapidibus, & cunctis mineralibus. Amen. In arboribus, et herbis. Amen. In fructibus, & floribus. Amen. In gemmis, & gum-

mis

mis. Amen. In operariis, & tentoriis. Amen. In puluere, & luctu. Amen. In cinere, & cultura. Amen. In aëre, & nube. Amen. In tonitruis, & fulminibus. Amen. In austro, & Zephyro. Amen. In Africo, & Aquilone. Amen. In Borea, & in omnibus ventis, & eorum effectibus. Amen. Maledicti sitis in Maribus, & lacis. Amen. In stagnis, & Torrentibus. Amen. In Fluminibus, & riuulis. Amen. In æstibus, & frætis. Amen. In Nauiliis, & puteis. Amen. In fontibus, & cisternis. Amen. In balneis, & fluctbus; Amen. In riuis, & vndis. Amen. In pluuiis, & imbribus. Amen. In guttis, & spumis. Amen. In grandinibus, & gelu. Amen. In niue, & glacie. Amen. In rore, & pruina. Amen. In turbine, & procella. Amen. In omnibus aquis, eorumque finibus, & effectibus. Amen. Maledicti sitis in portu, & littore. Amen. In omnibus viis, & itineribus. Amen. In igne, & calore. Amen. In luce, & scintilla. Amen. In frigiditate, & humiditate. Amen. In siccitate, & combustione. Amen. In auibus, & piscibus. Amen. In vermibus, & serpentibus. Amen. In cunctis bestiis, & animalibus. Amen. In omnibus momentis, & horis. Amen. In diebus, & noctibus. Amen. In omnibus hebdomadis, mensibus, & annis. Amen. In Vere, & Æstate. Amen. In Autumno, & Hyeme. Amen. In omnibus ætatibus, sæculis; & temporibus Amen. Maledicti sitis in cibo, & potu, & vestitu. Amen. In omnibus eorum vasis, & ornamentis. Amen. In bellis, & armis. Amen. In triumphis, & spectaculis. Amen. In pondere, & mensura. Amen. In omnibus signis, & vestigiis. Amen. Maledicti sitis in literis, & orationibus. Amen. In prosis, & metris. Amen. In statutis, & constitutionibus. Amen. In præceptis, & ordinationibus. Amen. In sententiis, & legibus. Amen. In editis, & historiis. Amen. In fabulis, & libris. Amen. In scriptis quibuscumque & vbicumque inuetis. Amen. Maledicti sitis in cantu, & sono. Amen. In tripudiatione, & ludo. Amen. In picturis, & colore. Amen. In omni materia, & forma. Amen. In locutione, & taciturnitate. Amen. In celeritate, & pigritia. In mora, & motu. Amen. In strepitu, & quiete. Amen. In differentia, & arte. Amen. In vmbra, & tenebris. Amen. In finibus, & terminis. Amen. Maledicti sitis in amaritudine, & dulcedine. Amen. In gustu, & odoratu. Amen. In mœrore, & lætitia. Amen. In confusione, & procella. Amen. In captiuitate, & abominatione. Amen. In laqueo, & formidine. Amen. In altitudine & profunditate. Amen. In longitudine, & latitudine. Amen. Maledicti sitis in substantia vestra, & ratione. Amen. In intelligentia, & voluntate peruersa. Amen. In suggestione peccandi, & cogitatione. Amen. In affectione, & delectatione. Amen. In consensu, & operatione. Amen. In consuetudine, & desperatione. Amen. In defensione peccati, & gloriatione. Amen. In damnatione, & omni operatione vestra maledicta. Amen.

O Maledicti damnati coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi, vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & sitis à Deo maledicti per gloriosam Virginem Mariam. Amen. Per Angelos, & Archangelos. Amen. Per Thronos, & Dominationes. Amen. Per virtutes, Principatus, & Potestates. Amen. Per Cherubin, & Seraphin. Amen. Per septem Angelos stantes ante Thronum Altissimi. Amen. Per sanctos

ctos Angelos cuſtodes noſtros. Amen. Et maledicti ſitis per ſanctos Patriarchas, reſignatores Eccleſiæ. Amen. per ſanctos Prophetas, oracula Sancti Spiritus. Amen. Per ſanctos Apoſtolos piſcatores hominum. Amen. Per Sanctos Euãgeliſtas Cancellarios fidei. Amen. Per Sanctos Innocentes, Martyrum flores. Amen. Per Sanctos Martyres charitate feruidos. Amen. Per Sanctos Confeſſores bonos diſpenſatores. Amen. Per ſanctos Doctores, lucernas in candelabris. Amen. Per ſanctos Monachos, correctores carnis. Amen. Per ſanctos Eremitas, contemptores mundi. Amen. Per ſanctos Sacerdotes, ſacra dantes. Amen. Per ſanctos Leuitas, matutinales cuſtodias. Amen. Per ſanctos Exorciſtas, Dæmonum perſecutores. Amen. Per ſanctas Virgines, ſponſas Chriſti. Amen. Per ſanctas Viduas ſpecula morum. Amen.

O Maledicti damnati coram Maieſtate diuina Domini noſtri Ieſu Chriſti vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & ſitis à Deo maledicti, per ſanctum Baptiſmum, per quod abrenunciantes Sathanæ, & pompis eius, fideles efficimur. Amen. Per ſacramentum pœnitentiæ, per quod liberamur de poteſtate veſtra. Amen. Per ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, per quod reficimur, & vnimur Chriſto. Amen. Per cætera Sacramenta, per quæ coniungimur Chriſto. Amen. Maledicti ſitis per omnia ſacrificia à principio mundi hucuſque Deo oblata. Amen. Per omnes Eccleſias Deo dicatas, & dicandas. Amen. Per Calices, & alia vaſa ſacra ad ſanctum myſterium confecta. Amen. Per omnes ſolemnitates, in quibus fideles militantis, & triumphantis Eccleſiæ exultant. Amen. Per ſancta diuina officia, & orationes quæ à fidelibus quotidie dicuntur. Amen. Per duo Teſtamenta veteris, ſcilicet, & nouæ legis. Amen. Per virtutes, & myſteria in ea contenta. Amen. Per omnia verba ſacræ Scripturæ, quæ valent ad fugandum vos. Amen. Per omnes Exorciſmos Eccleſiæ, qui hucuſque inuenti inueniendíque ſunt. Amen. Maledicti ſitis per plenariam poteſtatem, ac dignitatem ſummi Pontificis. Amen. Cardinalium, & Patriarcharum. Amen. Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum. Amen. Sacerdotum, & aliarum dignitatum ſanctæ Eccleſiæ. Amen. Maledicti ſitis per fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Per ſpem animarum fidelium: per charitatem, qua fruuntur Sancti in Cœlis. Amen. Per ſanctam Iuſtitiam, & fortitudinem. Amen. per ſanctam prudentiam, & temperantiam. Amen. per ſanctam humilitatem, & manſuetudinem. Amen. Per ſanctam paupertatem, & caſtitatem. Amen. per ſanctam pacem, & eleemoſynam. Amen. per ſanctam veritatem, & miſericordiam. Amen. per ſanctam patientiam, & conſtantiam. Amen. Per ſanctam orationem, & pudicitiam. Amen. per ſanctum Ieiunium, & omnes ſanctas virtutes. Amen. Maledicti ſitis per decem præcepta decalogi. Amen. per ſanctam legem Euangelicam, & omnem legem ſanctam. Amen. per opera miſericordiæ temporalia, & ſpiritualia. Amen. per ſeptem beatitudines, & doctrinam ſanctam. Amen. per omnia ſancta, quæ dici, & excogitari poſſunt. Amen. Maledicti ſitis per ſanctam annunciationem, & incarnationem Verbi æterni. Amen. per humilem natiuitatem Chriſti. Amen. per circunciſionem, & apparitionem Chriſti. Amen. per baptiſmum, & ſanctum ieiunium Chriſti. Amen. per ſanctam

ſanctam in terris conuerſationem Chriſt. Amen. per ſanctam transfigurationem Chriſti. Amen. per ineffabilem doctrinam Chriſti. Amen. per infinita eius miracula, in quibus ſemper extitiſtis ſuperati. Amen. per cænam benedictam, & ablutionem diſcipulorum Chriſti. Amen. per orationem in monte Oliueto,& ſudorem ſanguineum Chriſti Amen. per columnam ad quã ligatus fuit Chriſtus. Amen. per dura flagella,quæ Chriſtum lacerauerunt. Amẽ. per ſpineam coronam Chriſti. Amen. per opprobria, quibus affectus fuit Chriſtus. Amen. per clauos, quibus affixus eſt Chriſtus in cruce. Amen. per ſpongiam, in qua acetum, & fel datum eſt Chriſto. Amen. per lanceam, quæ aperuit latus Chriſti, & exiuit ſanguis, & aqua. Amen. per verba, quæ dixit Chriſtus in cruce; Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Amen. per ſanctum teſtamentum, in quo Diſcipulum Matri, & Matrem Diſcipulo commendauit. Amen. per conuerſionem latronis exiſtentis in cruce. Amen. per vocem magnam Chriſti clamantis Ely Ely Lamazabatani. Amen. per ſanctam inclinationem capitis, & emiſſionem ſpiritus. Amen. per ſanctam, & ſalutiferam crucem Chriſti. Amen. per ſanctum Sudarium, in quo inuolutum eſt corpus Chriſti. Amen. per ſanctam ſepulturam Chriſti. Amen. per deſcenſionem Chriſti ad Inferos, & animarum recuperationem. Amen. per glorioſiſſimam reſurrectionem Chriſti. Amen. per ſanctam diſcipulorum inſtructionem. Amen. per admirabilem aſcenſionem Chriſti. Amen. per miſſionem ſancti Spiritus, in Diſcipulos. Amen. per aduentum Chriſti in die tremendi iudicij. Amen. per omnia mirabilia, quæ fecit, dixit, & compleuit Chriſtus. Amen.

O maledicti damnati, coram Maieſtate diuina Domini noſtri Ieſu Chriſti vos ejicio, & maledico, & anathematizo, & ſitis à Deo maledicti, per eius ſanctiſſima nomina. Agios † Amen. Yſchiros † Amen. Otheos † Amen. Athanatos † Amen. Hel † Amen. Emmanuel † Amen. Agla † Amen. Heloa † Amen. Iehoua † Amen. Alpha, & Omega † Amen. Adonay † Amen. Saday † Amen. Homouſion. † Amen. Sabbaoth † Amen. Tetragrammaton † Amen. Saluator † Amen. Principium,& finis † Amen. Sapientia † Amen. Meſſias † Amen. Agnus † Amen. Leo † Amen. Propheta † Amen. Miſericors † Amen. Primus,& nouiſſimus † Amen. Creator † Amen. Sacerdos † Amen. Rex † Amen. Ieſus Chriſtus † Amen. Redemptor † Amen. Ianua † Amen. Charitas † Amen. Mons magnus † Amen. Pater † Filius † & Spiritus † Sanctus vnus Deus, Amen. Maledicti ſitis per Paradiſum, ideſt viſionem Dei, in qua deſiderant Angeli beati inſpicere. Amen. per gaudium, & charitatem ſempiternam, quam habent Sancti in Cœlo. Amen. Et tandem maledicti ſitis in qualibet parte huius corporis,& extra corpus; & vbicunque futuri eſtis, & omnes pœnas, & afflictiones amaras valdè, quæ dici, aut excogitari, aut haberi poſſunt,in nomine Ieſu Chriſti ſuper vos irruant, & ſemper excrucient, donec exieritis. Et quia potentes eſtis, potentiſſima tormenta patiamini, vobis, fortioribus fortior inſtet cruciatio, eò magis, quia nemine ſuggerente,peccaſtis; ſed ex propria ſuperbia, & iniquitate veſtra in vinea Sabbaoth feciſtis,ingrati,labruſcas: Et ideò ſublata ſepe,trado vos in nomine Ieſu cunctis Dæmonibus, in conculcationẽ,& conſummationẽ.

Egredere,

Digitized by Google

Egredere, egredere maledicte Canis; Ecce premunt te mala tua, & cunctæ maledictiones æterni Dei putreſcant fœmur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur, ingrediantur aquæ maledictæ ventrem tuum, & veſtigium operum tuorum non ſit: & vita tua mœrore conſumpta, peſtilens, & ſemper ante te. I maledicte cum ſequacibus tuis in profundum. I miſerrime in Barathrum. I ſpurciſſime in infernum; deſcendite omnes in ignem æternum, cum armis veſtris, & ſub capita veſtra ponite gladios: quia vicit Leo Chriſtus noſter de Tribu Iuda, radix Dauid, Alleluia, Alleluia, Alleluia. O maledicte, tu ſiſtas in hoc corpore, maledictionibus circundaris; Si fugis à voce formidinis, cadis in foueam; Si te explicas de fouea, teneris laqueo, quia Catharactæ de excelſis apertæ ſunt, & concutiuntur fundamenta terræ: confractione confringeris, contritione contereris, commotione commoueberis, agitatione agitaberis, ſicut ebrius, & non reſurges. Miſiſti de de alto lapidem, & ſuper caput tuum cecidit; fodiſti foueam, ſed cecidiſti in eam: poſuiſti laqueum aliis, & tu peribis in illo: feciſti nequiſſimũ conſilium, & ſuper volutũ eſt, ſaturantur de te omnes Beſtiæ terræ, implentur omnes colles inſania tua: irrigatur terra fœtore ſanguinis tui ſuper colles, nigreſcunt Stellæ deformitate tua, & Sol nubibus tegitur: Luna non dat lumen ſuum, & omnia luminaria Cœli facta ſunt lanceæ percutientes ſuper te, Fuge ſcelerate, cum ſequacibus tuis in Infernum: Fuge miſerrime in Barathrum: Fuge maledicte in profundum: Fugite omnes in ignem æternum, & ponite ſub capita veſtra gladios: Quia vicit Leo Chriſtus noſter de Tribu Iuda, radix Dauid. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Terreant vos tonitrua reſonantia, terræ motus formidabiles, rugitus Leonum, garritus Elephantium, incogniti ſibili, vox impetus rotarum, vox flagelli, ſonus validus præcipitatarum petrarum: fames Samariæ: clamor Ægyptiorum; ſonitus maris: obſcura nox, imago tenebrarum; præcipitoſa deſerta; reſonans de altiſſimis incognita Echo, & memoria amara mortis æternæ: Confundant vos repugnantiæ furores; nauſeæ deformitates, perfidiæ, imbecillitates, inſolentiæ, deriſiones, ſuſurrationes, obſcuritates, iurgia, rixæ, perturbationes, luctus, perditiones, ruſticitas, profanationes, & cuncta ſcelera. Superueniant in vobis perſecutio, rapina, confuſio, aſperitas, dolorum renouatio, ignominia, rebellio, immunditia, infælicitas, contaminatio, impietas, omnes gemitus, fœtores, duritiæ, inurbanitates, repugnantiæ, caligines, & culmen cunctarum iniquitatum. Diſperdant vos calamitates, anguſtiæ conquaſſationes, preſſuræ, conflictus, depopulationes, conſummationes, mœrores: impietates, crudelitates, & cunctorum ſcelerum inundationes. *Percutiant vos* bella, & prælia magna, *gladij micantes, fulgurantes haſtæ; ſagittæ acutæ;* laquei fortes, ſecures incidentes, fulmina percutientia, roſtra auium, lapides offenſionis, petræ ſcandali, impetus tempeſtatis: violentæ prædationes, dolores parturientis: incendia inextinguibilia: furor, & ira Domini. Egredere tu egredere maledicte Canis, vt ſupra.

Digitized by Google

Non exeuntibus Dæmonibus, figuras illorum percute, & ſchedulæ, vna cum nominibus Dæmonum diuerſis, vt infra comburantur, quæ combuſtio duret vſque in finem Exorciſmi. Exorciſta verò ſequatur, vt infra.

MAledicat vos omnes triumphator Chriſtus: ita vt in omni hora, & momento calumniam ſuſtineatis, & violentia opprimamini, & comburat vos iuſtitia Dei, & ignis infernalis, ſicut comburuntur nomina veſtra in his ſchedulis. Aperiat terra os ſuum, in nomine Ieſu, & deglutiat vos nunc, & quamprimum. Maledico † vos, In nomine Ieſu: comburo † vos, in nomine Ieſu, cremo † vos, in nomine Ieſu, debello † vos, in nomine Ieſu; dirumpo † vos, in nomine Ieſu; ſterno † vos, in nomine Ieſu; inuado † vos, in nomine Ieſu; diſſipo † vos, in nomine Ieſu; conſtringo † vos, in nomine Ieſu; expello † vos, in nomine Ieſu; confundo † vos, in nomine Ieſu; flagello † vos, in nomine Ieſu; deprimo † vos, in nomine Ieſu; proſterno † vos, in nomine Ieſu; confringo † vos, in nomine Ieſu; diſperdo † vos, in nomine Ieſu; comprimo † vos, in nomine Ieſu; eneruo † vos, in nomine Ieſu; contero † vos, in nomine Ieſu; contorqueo † vos, in nomine Ieſu; diſſipo † vos, in nomine Ieſu; extermino † vos, in nomine Ieſu; fugo † vos, in nomine Ieſu; crucio † vos, in nomine Ieſu; deſtruo † vos, in nomine Ieſu; annihilo † vos, in nomine Ieſu; conſumo † vos, in nomine Ieſu; depopulo † vos, in nomine Ieſu; diminuo † vos, in nomine Ieſu; torqueo † vos, in nomine Ieſu; premo † vos, in nomine Ieſu; capitro † vos, in nomine Ieſu; carmino † vos, in nomine Ieſu; obturo † vos, in nomine Ieſu; perturbo † vos, in nomine Ieſu; dilapido † vos, in nomine Ieſu; dolore conficio † vos, in nomine Ieſu; contamino † vos, in nomine Ieſu; lapido † vos, in nomine Ieſu; obruo † vos, in nomine Ieſu; præcipito † vos, in nomine Ieſu; extirpo † vos, in nomine Ieſu; debilito † vos, in nomine Ieſu; elido † vos, in nomine Ieſu; ferio † vos, in nomine Ieſu; fulmino † vos, in nomine Ieſu; lacero † vos, in nomine Ieſu; deturpo † vos, in nomine Ieſu; irrumpo, † vos, in nomine Ieſu; conſpurco, † vos, in nomine Ieſu; ſtimulo † vos, in nomine Ieſu; coarcto † vos, in nomine Ieſu; perturbo † vos, in nomine Ieſu; dilanio † vos, in nomine Ieſu; inſtillo † vos, in nomine Ieſu; liquefacio † vos, in nomine Ieſu; exedo † vos, in nomine Ieſu; mulcto † vos, in nomine Ieſu; infræno † vos, in nomine Ieſu; decortico † vos, in nomine Ieſu; rodo † vos, in nomine Ieſu; reſoluo † vos, in nomine Ieſu; diſpuluero † vos, in nomine Ieſu; impono † vobis iugum ferreum in nomine Ieſu; detrudo † vos, in culinam Inferni in nomine; trado † vos lachrymis, & Iuſtitiæ Dei in nomine Ieſu. Et tandem quaſſo † glaciem veſtram in nomine Ieſu; Ita vt ad inuocationem nominis ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti; eatis omnes præcipites in barathro; & maledicti ſitis in Tartaro, in gehenna, in inferno, & omnis, qui inuenerit vos maledicat vobis, & qui vos maledixerit, benedictionibus repleatur. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

Hic exorciſta ponat Tabernaculum cum Sanctiſſima Euchariſtia, ſuper caput Damoniaci, & aſtantes omnes brachiis extenſis, & genibus flexis ad ſanctiſſimum Sacramentum clamantes, pluriesque & toties, quoties ipſis videbitur dicant. Miſericordia Signore *Nullaque interpoſita mora tradat Damoniaco diſpoſito cibum ſpirituale ſanctiſſimæ Euchariſtiæ. Quibus omnibus peractis, ſtatim Damonibus iam fugatis, vel ibidem adhuc exiſtentibus, ita præcipiatur, quod ſeruandum eſt, quotieſcunque voluerit Exorciſta coniurationi finem imponere.*

O Vos Maledicti, qui more Aſpidis ſurdi obturantes aures veſtras noluiſtis pretioſa Domini audire, ſed tanquam porci videntes margaritas ante vos poſitas, confuſi à facie Ieſu fugam ſuperati paraſtis; Ideò vbicunque habitaculum recepiſtis, ſiue in Inferno, ſiue in aliqua parte huius machinæ mundialis, religo vos, vt tanquam ignari luctatores ſuperati in nomine IESV, & confuſi; inter homines erubeſcatis, nec huic, nullíque Dei creaturæ accedere, nec quouiſmodo moleſtationem, nec corporis, nec animæ in futurum inferre valeatis. Imò, tanquam in furca Infernali ſuſpenſos, cunctæ amaritudines, & aſperitates dolorum, tormentorumque apprehendant vos; & ſubſtantiæ veſtræ, & facies inſcriptæ ſint cunctis maledictionibus, & atrociſſimis doloribus, & ignominiis, donec ad ipſius IESV CHRISTI, Tribunal vltimi iudicij veneritis, dolorum veſtrorum renouationem recepturi. Vos verò qui remanſiſtis in hoc corpore, nolite gloriari in malitia, & obſtinatione veſtra, quia hoc permiſit Deus ad huic creaturæ ſuæ, ſuorúmque fidelium gratiæ augmentum, & ad omnium veſtrorum confuſionem, & pœnam.

Ergo omnes partes huius corporis, quas interdico vobis, liberas relinquentes, ſine læſione, & ſine minima moleſtia, tanquam fulgur deſcendite præcipites in ſummitate vnguis mortiferæ digiti parui, pedis ſiniſtri: Et ibi tanquam canes in ſterquilinio ſitis ligati. Ita vt huic creaturæ naturales actus impedire non poſſitis; ſed liberam, vt eos exercere, & Creatori ſuo laudes, & gratias reddere poſſit, relinquatis; aſcendereque nequaquam tentare præſumatis; ſine mei licentia, vel alterius Exorciſtæ, contra vos legitimè conflictum volentis, & non aliter, ſub pœna deſtructionis ab exitu veſtro in loco cœnolento veſtro, & ſemper nigra caligine obcæcato, per annos mille, illicò incurrenda. Sicut ergo Dominus noſter IESVS CHRISTVS, voluntariè occiſus, in triumpho ſanctæ Crucis ligauit vos: Sic ego, in nomine ſanctæ Eccleſiæ, ligo vos in loco aſſignato ad beneplacitum meum, vel alterius Exorciſtæ, prout ſupra: Et hoc totum vobis præcipio, per eum; qui in Cherubin apparet terribilis, in Seraphin mirabilis, & in virtutibus oſtenditur incomprehenſibilis. Et per paſſionem eius, qui ſedet ad dexteram Dei Patris; vt credentium preces, & vota exaudiat. Et per merita Glorioſæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum Confeſſorum, Virginum, totiuſque curiæ cœleſtis. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

EXOR

Digitized by Google

EXORCISMVS SECRETVS ab aliquo Exorciſtarum, in aure Damoniaci, ſubmiſſa voce, ac diſtinctè, tempore maledictionum, dicendus.

CVm Serpens eſſet calidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus; dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi: Cui reſpondit mulier, De fructu lignorum; quæ ſunt in Paradiſo, veſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Dixit autem Serpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocúnque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri; & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, & concupiſcibile ad prudentiam comparandam: & tulit de fructu illius, & comedit, dedítque viro ſuo qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum. Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram, poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei inter arbores Paradiſi. Vocauítque Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, vocem tuam Domine, audiui in Paradiſo: & timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit Dominus, Quis enim indicauit tibi, quòd nudus eſſes, niſi quòd ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti? Dixítque Adam; Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem. Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi. Et ait Dominus Deus ad Serpentem, quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Quæ verba in corde tuo taliter fuerunt impreſſa; vt ne adimpleretur, quod tibi dictum fuerat à Domino, à cunctis malis, prout legitur in libro bellorum Dei, nunquam ceſſaſti: Sed cum (vt ait Auguſtinus) per pleraſque temporum ambientium rotas mundiale curriculum volueretur, neque quiſpiam mederetur, & ingraueſcentibus culpis, ruinæ præcipitis ictu, & fremitu totius orbis membra pulueſcerent; & nemo ſuccurret. Locuta eſt quædam Virgo Maria nomine, dicens. Eram in domo mea puella Iudæa, ex ſemine Dauid Regis generata, & deſponſata ſum coniugi; & placui alteri non interueniente adulterio, ſed intercedente Spiritu ſancto deſponſata ſum homini Iudæo, & placui homini Deo: deſponſauit me vir Iudæus, & amauit me Chriſtus Deus. Nam ignaro Ioſeph ſponſo meo venit ad me, quidam magnus Chriſti Paranymphus, non Patriarcha primus, aut Propheta egregius: ſed Gabriel ille Archangelus facie rutilans, veſte coruſcans, ingreſſu mirabili, aſpectu terribili viſitauit, & perturbauit me; ſalutauit, & dixit mihi: Aue gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus: impleta es gratia, vt euacuetur culpa:

Digitized by Google

Dominus tecum, ita eſt, vt habeas Deum in corde, in ventre, & in auxilio: & benedicta inter mulieres es, quia vitam viris, & mulieribus parturies, ſalutem geres, auctrix meriti eris, ſanabis, & viuificabis. Et dum tacita mentis altercatione confligerem, qualis eſſet iſta ſalutatio, Nuntius cœleſtis ſubiunxit: Nè timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & regni eius non erit finis. At ego reſpondi: Quomodo fiet iſtud, vt ego graueſcam impudico, & immundiſſimo marito, quoniam virum penitus non cognoſco, deſponſata ſum homini iuſto; ſi cum illo non conuenero, vnde erit quod generabo? Sed ſi fieri poteſt, vt concipiam intacta, & generem clauſa: indica modum, & paratum inuenies cor meum. Omnibus enim modis exopto ego ex Deo meo, vt habeam prolem, ſed non amittam pudorem. Tunc Altiſſimi nuntius Angelus Gabriel mihi dixit: O Maria Virgo Dei, ſponſa Dei, delicti Dei famula, mater Dei, audi me; & nè perturberis: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obũbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te, Sanctum vocabitur Filius Dei. Tunc dulciſſima, & humillima Virgo Maria, Dei ſponſa, & Mater, dixit: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et ſtatim procedens Filius à Patre, tanquam ſponſus de thalamo ſuo, nuptialem thronum ingreditur: diuinitati ſponſatur homo, & præmium accepit caro, quia Verbum caro factum eſt. In cuius ſponſalibus gaudiis, gratioſum decretum condonauit: quia, quicquid eum offenderat mundus, relaxauit. Dum verò quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, & deleuit iniquitatem terræ. O magnum myſterium, & admirabile Sacramentum, omnibus notum; Diabolo verò abſconditum; origo peccati per genitricem Chriſti detruncatur; proſapia impietatis, per proſapiam pietatis extirpatur. Stirps mortis per ſtirpem vitæ percutitur: Chriſtum virgo peperit, mutatur natura, deletur & cu lpa: præciſum eſt illud Euæ in fœlicitatis eloquium: illa, lachrymas; iſta gaudium in ventre portauit: vtrobique miraculum, & ſine corruptione grauida, & in partu Virgo puerpera. Sileat tortuoſi Serpentis malè inſibilis ſybilus; plaudant organa Mariæ, & inter veloces articulos tympana concrepent: Magnificat anima mea Dominum. Concinant lætantes chori, & alternantibus modis dulciſona carmina miſceantur. Muſicum Maria inter iuuenculas melos exerceat; quia dulce verbum, plectris Sancti Spiritus modulantibus, parturiuit. Extendat nunc fides ſplendentis veſti pulchra tentoria: obrumpat virtus: ſpiritus ſibilet, naturali calore depulſo; tenuis virginem aura refoueat, & fluente refrigerio ſpiramentis cœleſtibus ventiletur, aluus virginalis ſertis verecundiæ coronetur: flammeus ibi roſæ fulgor anhelet; albens lilium candicet, mollis viola rutilet; purpurei ſpargantur flores: & vario nitore depictus Chriſti thalamus exornetur: cui parum fuit hominem fieri, vt nos Angelos faceret; parum dico, fuit ei eſurire, vt nos reficeret; ſitire, vt nobis vitæ animæ pocula miniſtraret: expoliari & ſpoli-

Digitized by Google

vt nos tegeret, & ſolueret; ſpinis coronari, vt gratia nos coronaret: percuti, vt nos ſecuros redderet: felle & aceto potari vt fontes mellifluos nobis aperiret. Et parum ei fuit occidi, vt nobis vitam donaret. Sed hoc parum, non fuit, vt mortem Crucis, extremum & peſſimum genus mortis eligeret, vt nos de captiuitate tuæ tyrannidis redimeret: captus enim es hamo Leuiathan. Nam Chriſtus tantum innotuit Dæmonibus, quantum voluit, & tantum voluit, quantum oportuit: nam cognoſcebas, Maledicte, Dei filium eſſe venturum, ſed veniſſe per infirmitatem corporis non putabas: viſis miraculis quadam ſuſpicatione coniecturabas eum eſſe Dei filium: ſed cum ieiunio fatigatum eum videres, verum hominem intellexiſti, Et quia tentando non præualuiſti, vtrum filius Dei eſſet, dubitaſti. Attamen tradebas eum Iudæis crucifigendum, non penetrans latens myſterium ex eius morte futurum, ſcilicet, fructus redemptionis noſtræ, & damnationis tuæ. O quam bene de tuo impetu, Diabole, percuſſiſti; credulitas tua tibi exitium, nobis verò attulit commodum: dum nulli parcis, te ipſum interimis. Per vnius delictum, omnes captiuaſti, per vnius iuſtitiam, omnes nihilominus amiſiſti. Si illum, qui tibi conſenſerat, inuaſiſti, iſtum Ieſum, in quo nihil inueneras, cur indebitè occidiſti? Effudiſti innoxium ſanguinem, reddidiſti damnatam progeniem. Tu certè ille es, qui tibi diuinitatis ſimilitudinem arrogabas elatus, nunc ab homine diuino proſterneris ſuperatus. Et quid mirum, ſi te, vtpotè creaturam ſuam, virtus diuina viciſſet? ſed hoc eſt magnum; atque mirificum, vt de puluere aſſumeret, vnde tuam nequitiam proſterneret, atque contereret: vt qui ſupra ſidera ſuperbus erigebaris, nunc à carne ſupereris. Ille ergo ſanguis, quem effudiſti, te vicit, & nos redemit. Denique illum bibo, & à veneni tui pernicie ſaluatus, vltra non timeo: præualuiſti in Paradiſo, ſed victus es in patibulo: quid nobis circumiectam Paradiſo igneam rhomphæam opponis? ecce exaltati crucifixi profluens vnda, reſtrinxit voratilem flammam, & ad dexteram Dei Patris: ſedet: vt credentium preces, & vota exaudiat, Qui cum eodem Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic in modum crucis, & pro quolibet ſigno ✠ inſufflet in aure Dæmoniaci.

PRæcipito te, cum omnibus ſequacibus tuis in barathrum per ✠ Ieſum, ſub cuius pedibus ſubiecit omnia Deus Pater per ✠ Ieſum, cuius ſapientia eruperunt abyſſi, & mirabilia eius inueſtigari minime poſſunt: per ✠ Ieſum, lapidem ſummum angularem probatum, electum, pretioſum, qui repromiſit diligentibus ſe coronam iuſtitiæ, per ✠ Ieſum, lucem magnam, quæ orta eſt habitantibus in regione vmbræ mortis, quam, & viderunt ambulantes in tenebris: per ✠ Ieſum, qui tantò melior Angelis effectus eſt, quantò differentius, præ illis nomen hæreditauit: per Ieſum, ✠ refugium, & robur noſtrum, ſcutum, & cornu ſalutis noſtræ: per ✠ Ieſum, qui vbique totus eſt, & factus eſt nobis via, vocans nos peregrinos ad patriam: per ✠ Ieſum, cuius miſericordia non ſub lege, ſed ſub gratia ſumus: per ✠ Ieſum, cuius redemptione gratis iuſtificati ſumus, & cuius gratia liberabit nos de corpore mortis huius: per ✠

Digitized by Google

Ieſum, qui iuſtificat impium in eum credentem & nos recipit; quia membra eius ſumus, per † Ieſum, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam: per † Ieſum, qui humiliatus eſt, vt nos redimeret: per † Ieſum, qui accipiens panem, ac benedicens, fregit, dedítque Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum: per † Ieſum, qui accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſáguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: per † Ieſum, qui vt nobis vitam æternam donaret, mortem ſuſcepit; & ſepultus eſt, vt ſepulturam ſuorum benediceret: per † Ieſum, qui propria virtute reſurrexit, vt nos iuſtificare: per † Ieſum, qui aſcendit ad Patrem, vt Cœlorum portam nobis aperiret, & ſedet ad dexteram Dei Patris, vt nos cohæredes introducat, & recipiat; per † Ieſum, quem videbimus in ſede maieſtatis venientem, & bonis bona, & malis mala tribuentem. Qui in vnitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

EXORCISMVS
Contra Tempeſtates.

Campana, vt moris eſt pulſentur, & ab aſtantibus cantentur Litaniæ; Exorciſta verò, contra tempeſtates, modo ſequenti coniuret.

DEus † in adiutorium meum intende. Domine † ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui diuidis aquas ab aquis, qui fontes abyſſi rumpis, & cataractas cœli aperis, qui pluuias, & tempeſtates, & tonitrua, & fulgura cadere propter peccata noſtra permittis, fontéſque claudis, & cataractas cœli cohibes: tempeſtates, & nubes, cunctáque nobis aduerſantia deſtruis: Subueni quæſumus nobis filiis tuis, & parce in remigando laborantibus, pauperéſque in neceſſitate clamantes, reſpice: Da nobis Domine, da nobis panem, ne fame pereamus: Exaudi, & præſta, vt in verbo tuo, & miſericordia rabies, & perſecutio Dæmonum aduerſantium deſtruatur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſem Chriſtum. Amen.

Mox extenſis manibus contra nubes, dicat.

EXorcizo † vos *nubes*. Coniuro † & vobis præcipio † per eum, qui populum Iſraëlem præcedebat ad oſtendendum viam, per diem in columna nubis: per eum, cuius gloria ſæpe apparuit in nubibus, montémque Synai ſex diebus nube texit, & Tabernaculum teſtimonij opertum nube, impletum eſt gloria eius: per eum, qui in vos poſuit arcum fœderis ſui, & de vobis exiuit multoties vox eius, dicens. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ſuſcepiſtíſque Ieſum ab oculis Apoſtolorum, aſcendentem ad Cœlum; qui

Digitized by Google

qui & in vos veniet ad iudicandum, & rapientur in vobis nubibus cœli obuiam Chriſto, Beati.

ERGO per eum, qui eum, qui hæc, & alia mirabilia valde operatus eſt in nobis, præcipio, & coniuro: vt nequaquam tempeſtates ad nocumentum noſtrum paratas, retineatis; Sed in vnitate Sanctæ † Crucis, quam contra vos facio, repente à nobis, & à tota regione Chriſtianorum auferatis, ſine læſione alicuius hominis, neque terræ, neque loci, neque Nauis: Et in nomine Creatoris, & Redemptoris noſtri nũc, nũc in omni vi, & impetu veſtro eas auferte, & præcipitate in ſaxoſis mõtibus, in cauernis in locis aridis, & deſertis, & in Abyſſis, in quibus non aratur, nec ſeminatur, nec quippiam colligitur: nec nomen Ieſu Chriſti inuocatur, nec nominatur, vt rabies maledictas ibidem ſpumantes eos incendant fulgura de Cœlo; imo, in virtute eiuſdem omnipotentis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti imperõ, vt fugientes, relinquatis nobis imbrem, & aquam mellifluam benedictam, & ſanctam, ad irrigandos agros, & nemora, & viridaria, & vineas, & ſyluas, & prata & oliueta noſtra: vt habeant pauperes panem, vinum, & oleum, omniumque generum fructus in abundantia, & ſaturitate. Benedicat ergo vos nubes Deus † Pater: benedicat vos † Filius: benedicat † vos Spiritus ſanctus. Circundet vos Deus † Pater. Circundet vos † Filius. Et circundet vos Spiritus † ſanctus. Ante vos ſit Deus † Pater, ante vos ſit † Filius, & ante vos ſit Spiritus † ſanctus. Poſt vos ſit Deus † Pater; poſt vos ſit † Filius, & poſt vos ſit Spiritus † ſanctus: Sanctificet tandem vos Deus † Pater: Sanctificet vos † Filius: Sanctificet vos, Spiritus † ſanctus. Amen.

Coniuratio Aeris.

EXorcizo † te aer, coniuro † & præcipio † per eum, per quem purificatus extitiiti, dum in forma columbæ ſuper Ieſum Chriſtum deſcenderet, & dum ipſemet Ieſus Chriſtus in aëra ſuper lignum † Crucis leuaretur; per eum, per quem ſanctificatus fuiſti: dum comitantibus Angelorum exercitibus, & Beatorum ad Cœlos aſcenderet: & per eos, per quos in te multoties apparentes pretioſa Domini nunciauerunt.

ERGO, per eum &c. vt ſupra.

Coniuratio Ventorum.

EXorcizo † vos venti fauorabiles. Coniuro † & Præcipio † per eum, qui producit vẽtum de thelauris ſuis: per eum qui locuſtas per te leuauit in Ægypto; per eum, qui ſtante vento vehementi, & vrente tota nocte, vertit mare in ſiccũ per eum, qui fecit, quaſi ventum roris ſtantem in medio fornacis, & liberauit Azariã, & ſocios ſuos: per eum, cui obediunt mare, & venti: per eum, qui cum aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus contrarius, & facta eſt tranquillitas magna.

ERGO per eum, &c. vt ſupra.

Coniuratio Contra Damones, & tempeſtates.

O Angeli Tartarei, qui in hoc caliginoſo aëre habitatis, detruſi, vbi repercuſſio radiorum Solis pertingere non poteſt: Sed in cõtinua obſcuritate pœnantes tonitrua, grandines, niues, fulgura, pruinam, & tempeſtates diuerſas mouetis: In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti,

vos

vos coniuro,† fugo, & præcipito, VT RABIES veſtras maledictas,& tempeſtates has, ſiue per maleficorum incantationes ſint, ſiue à ſola veſtra iniquitate, & inuidia, ſine alicuius rei nocumento à nobis, & à tota regione Chriſtianorum auferatis,ſicut puluis, & folia ante faciem venti, & ſicut lanugo, & ſtipula, quæ à vento rapitur, & eo modo, quo aſcendente Ieſu ad Cœlos, confuſi præcipites fugiſtis, & eas præcipitetis in ſaxoſis montibus, in cauernis, & locis aridis, & deſertis, & in abyſſis, in quibus non aratur, nec ſeminatur, nec quidpiam colligitur, nec nomen Ieſu Chriſti inuocatur, nec nominatur, vt rabies veſtras maledictas ibidem ſpumantes, vos incendant fulgura de Cœlo: imò, in virtute eiuſdem omnipotentis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti impero,vt fugientes relinquatis nobis imbrem, & aquam melliſluam benedictam, & ſanctam ad irrigandos agros, & nemora, & viridaria, & vineas, & ſyluas, & prata, & oliueta noſtra; vt habeant pauperes panem, vinum, & oleum, omniúmque generum fructus in abundantia, & ſaturitate, & hoc totum præcipio ſtrictiſſimè, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac excommunicationis maioris pœna latæ ſententiæ, ac ſub pœna annorum centum mille de pœna accidentali, illicò incurrenda caſu inobedientiæ.

Deinde ſequitur:

FVgite ergo; nam impero vobis, per vnitatem eſſentiæ Dei, † per æqualitatem perſonarum, Dei † per immenſitatem Dei † per incommutabilitatem, † Dei, per incomprehenſibilitatem † Dei, per infinitatem † Dei, per immutabilitatem † Dei, per ſimplicitatem † Dei, per excellentiam † Dei, per bonitatem † Dei, per notionem † Dei, per ineffabilitatem † Dei, per clementiam † Dei, per charitatem † Dei, per amorem † Dei; per potentiam † Dei, per ſapientiam † Dei, per virtutem miraculorum † Dei, per ſcientiam † Dei, per voluntatem † Dei, per Iuſtitiam † Dei, per miſericordiam † Dei, per ſplendorem † Dei, & per Maieſtatem † Dei, VT RABIES veſtras, &c. vt ſuprà.

Coniuro † vos Angeli nigerrimi, & fugo † per Incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti,† per aduentum eius † per natiuitatem † eius, per baptiſmum † eius, per ſanctum ieiunium eius, per prædicationes, & miracula † eius, per columnam, ad quam fuit ligatus, & flagellatus, † per ſpineam coroneam, clauos,& lanceam eius, † per Crucem, & acerbiſſimam paſſionem eius, † per teſtamentum, in quo Diſcipulum Matri, & Matrem Diſpulo commendauit, † per emiſſionem ſpiritus eius, † per ſepulturam eius, † per deſcenſionem eius ad Inferos, & ſpoliationem Inferni, † per reſurrectionem ſanctiſſimam eius, † per admirabilem aſcenſionem eius, † per miſſionem Spiritus ſancti in Diſcipulos,† per aduentum eius in die iudicij, † VT RABIES veſtras,&c. vt ſupra.

Coniuro vos Angeli præcipitati, & fugo † per annunciationem, & conceptionem Beatæ Virginis Mariæ, † per natiuitatem, & præſentationem eius, † per Aſſumptionem eius ſuper Choros Angelorum,† per cæleſtem Hierarchiam ſuperiorem, mediam, & inferiorem,† per Cherubin, conſiderantes Dei bonitatem, in quibus Deus amat, vt charitas, † per Seraphin, conſiderantes Dei veritatem, in quibus Deus noſcit, vt veritas, † per Thronos, conſiderantes

Dei

Digitized by Google

Dei æquitatem, in quibus, Deus ſedet, vt æuitas † per Dominationes Angelorum officia regentes, in quibus, Deus dominatur, vt Maieſtas † per Principatus populorum capitibus præſidentes, in quibus, Deus agit, vt Principatus, † per Poteſtates vires Dæmonum coercentes, in quib. Deus tuetur, vt ſalus † per virtutes, quibus miraculorum operatio pertinent, in quibus, Deus operatur, vt virtus per Archangelos maiorum negotiatorum operatores, in quibus, Deus reuelat, vt lux † per Angelos humanæ cuſtodiæ ſolicitos, in quibus Deus mittit, vt inſpirans † per Apoſtolorum ſonum, quod in vniuerſum ad conuerſionem gentium exiuit † per conſtantiam Martyrum, & per eorum ſanguinem in acerbiſſimas paſſiones fuſum, de quo ornata eſt ſancta Hieruſalem † per fidem, hoſpitalitatẽ, benignitatem, ſobrietatem, ſanctitatem, & continentiam Sanctorum Confeſſorum † per Sanctas virgines, quæ ſecum oleum habentes, intrauerunt cum ſponſo ſuo Chriſto ad nuptias cœleſtes † per omnes Sanctos Dei, quorum vitæ curſus nihil aliud fuit, quam vnus cum vigili hoſte conflictus, qui gubernaculum fidei viriliter, & ſcutum timoris Dei infatigabiliter tenuerunt; ita vt, anchora ſpei nauem plenam cœleſtibus diuitijs, & æternis mercibus, in optato littore collocauerunt. VT RABIES veſtras, &c. vt ſupra.

His peractis, crucem contra tempeſtates tenens, dicat.

FVgo vos, per hoc ſignum ſanctæ † Crucis. In nomine Dei Patris † exterminо vos, per Crucem admirabile ſignum; In nomine Dei filij: † diſſipo vos, per Crucem ſignum æternæ confuſionis veſtræ; In nomine Dei Spiritus † ſancti. Diſperdo vos, per Crucem, in quo fides noſtra conſiſtit In nomine Patris † deſtruo vos, per Crucem torcular, quo ſanguis Chriſti exprimitur; In nomine Filij: † Annihilo vos, per Crucem triumphum redemptionis noſtræ; In nomine Spiritus † ſancti. Conſumo vos per Crucem, clauem Paradiſi in nomine Patris † Confundo vos per Crucem, in qua, pretium noſtrum pependit, & Regnum. In nomine Filij † Irrumpo vos per Crucem, morſum Sathanę, & Angelorum eius. In nomine Spiritus ſancti † liquefacio vos per Crucem, perpetuum ſcutum Chriſtianorum. In nomine patris † perſequor vos per Crucem fugatricem Diabolorum; In nomine Filij † Reſoluo vos in aquam, per Crucem maledictorum perditionem. In nomine Spiritus Sancti.

Si adhuc perſeuerauerit, repete vt ſupra ibi: O Angeli Tartarei, &c. *Proſequendo donec fugam parauerint.*

PRÆCEPTA CENTVM Efficaciſſima, ad arctandum Dæmonem, vt obedientiam præſtet, ſecundum vrgentes neceſſitates.

Adiutorium † noſtrum in nomine Domini; Qui fecit cœlum, & terram.

Oremus.

IN te Domine Deus omnem ſpem, & refugium meum; in te omnem tribulationem, & anguſtiam meam conſtituo: quia me totum infirmum, & ignarum cognoſco. Non enim ſuis a tutijs decipient me aduerſarij maledicti, licet multi ſint, ſi tu clementiſſime Deus adſiſtere, iuuare confortare, conſolare,

Digitized by Google

conſolare, inſtruere, & cuſtodire digneris me. Ergo potentiſſime Domine conſtringere hos obſtinatos, rebelles in ſancto conſpectu tuo, ad parendum præceptis noſtris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Exprobratio.

O Maledicte, ſubiicientes nos ſuæ ſanctiſſimæ ſeruituti, inuenimus ſuauiſſimam Sancti Spiritus conſolationem, conſequimur magnam cordis lætitam; efficimur liberi, & ſancti, reddimur æquales Angelis, & Dæmonibus terribiles: Et tandem amplectimur optatum ſeruitium, promeremur ſummum bonum, & acquirimus gaudium ſine fine manſurum. O ſerue nequam, erubeſce, nam pro bono incommutabili, pro præmio inæſtimabili, pro ſummo honore, & gloria interminabili, nec aliquantulum fatigaſti: ſed pro acquirenda damnatione, per longam viam fatigatus, ſudaſti. Nam è cœlo cecidiſti Lucifer in terram: non te confirmaſti cum remuneratore omnium bonorum, & ad Infernum detraheris.

PRÆCEPTA.

PRæcipio tibi maledicte, per vnum altiſſimum, & creatorem omnium omnipotentem, & Regem potentem, metuendum nimis, ſedentem ſuper Thronum ſuum, & dominantem Deum.

Præcipio tibi viriliter per Deum, cui omnia vnum ſunt, & omnia in vno videt, & facit nos vnum ſecum in charitate perpetua: Et qui protegit humilem, & liberat, & diligit, & conſolatur: Et qui humili ſe inclinat, largitur ſuam gratiam, ſua ſecreta reuelat, ad ſe dulciter trahit, inuitat, & leuat ad gloriam.

Præcipio tibi fortius, per illum, cuius Regnum eſt pax, & gaudium in Spiritu Sancto, cuius Regis frequens viſitatio, dulcis ſermocinatio, gratia, cõſolatio, multa pax, familiaritas ſtupẽda nimis: Et omnis eius gloria, & decor eſt cum homine interno.

Præcipio tibi diſtrictius, per Deum meum, qui omnia bona mea eſt, qui ſolus bonus eſt, Iuſtus, & Sanctus, qui omnia poteſt, omnia præſtat, omnia implet; Solum peccatorẽ inanem, & obſtinatum relinquens; qui implet corda hominum gratia ſua; quia *non* vult vacua eſſe opera ſua; qui *tuetur* coram ſe ambulantes in veritate ab incurſis malis, & liberat eos à ſeductoribus: & detractionibus impiorum. Cuius veritas nos docet: Ipſa nos cuſtodit, & vſque ad ſalutis finem nos conducit; Ipſa nos liberat ab omni affectione mala, & inordinata dilectione: Ipſa veritas nos docet, quæ recta ſunt, & placita coram ſe, vt ambulemus ſecum in magna cordis libertate.

Imperio tibi ſtrictiſſime, per Deum benedictum, cuius nobilitas, & infinita bonitas, nunquam *ceſſat* benefacere indignis, ingratis, & *longè* à ſe auerſis. Conuertit *tamen* ad ſe nos peccatores, vt *ſimus* grati, humiles, & deuoti; quia ſalus, virtus, & fortitudo noſtra ipſe eſt, qui, & finis noſter eſt, ſupremus, & vltimus, & beatitudo; quia ipſe eſt, qui omnia dedit, & tanquam à ſummo bono manant, & ad eum tanquam ſuam originem cuncta ſunt reducenda: Nam ex eo puſillus, magnus, pauper, diues, ſanus, & ægrotus tanquam ex fonte viuo aquam aduertunt viuam, & gratiam pro gratia accipiunt.

Conſtringo te viriliter, per Deum, qui vltra omnem ſpem fecit nobis ſeruis ſuis miſericordiam ſuam, & vltra

Digitized by Google

vltra omne meritum gratiam, & amicitiam exhibuit: Nam magnum, & admirabile est, quod non solùm Cœlum, & terram, quæ in ministerium hominis creauit Deus, præsto sunt, sed quod tam pauperem, & indignum dignatus est in seruum recipere, & dilectis seruis suis adunare; quin etiam Angelos in ministerium hominis creauit, & ordinauit: Transcendit autem hæc, quia ipse Deus seruire homini dignatus est, & seipsum dedit ei, & daturum promisit. Verè ipse Deus solus dignus est omni seruitio, omni honore, & laude æterna. Verè Dñs noster est, & totis viribus tenemur illi soli seruire, nec in laudibus suis debemus fastidire; & quicquid nobis deest ipse dignatur supplere.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

DOmine Deus, qui cognitor es omnium secretorum, Iudex iustus, fortis, & patiens; scrutans corda, & renes, qui hominum nosces fragilitatem, & Dæmonum malitiam, & insidias; Esto robur meum, & tota fiducia mea: Adesto huic iudicio, nec permittas me à Patre mendaciorum decipi, sed in virtute passionis Filij tui astringe eos ad obedientiam præstandam. Fac vt fideliter, & charitatiuè laborem in vinea tua, Expecto Domine, vt videam celerem finem horum malorum, veniat, & acceleret hora, qua cessat & superbia, & malitia, & astutia, & mendacia huius Maledicti per quinque plagas Filij tui Iesu Christi, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Exprobratio.

TIme iudicia Dei, expauesce iram omnipotentis, perscrutare iniquitates tuas, in quantis deliquisti, & quomodo verum bonum neglexisti. Esto obediens mandatis nostris.

PRÆCEPTA.

IMpero tibi validè, per Deum omnipotentem, & altissimum, cuncta creauit ex nihilo, qui vt tuam superbiam sua humilitate vinceret factus est omnium humillimus, & infirmus: Discе ergo humiliare te, & in nomine suo, sub pedibus nostris incurua re, qui toties Infernum meruisti, & in dies mereris, vt discas obtemperare te voluntati diuinæ.

Impero tibi districtissimè, per Deum fortissimum Israël, zelatorem animarum fidelium, qui respicit huius suæ creaturæ laborem, & dolorem, qui astitit illi in omnibus ad quæcumque pergit, qui roborat vos cœlesti fortitudine à laqueis inimici, vt sub sancta disciplina ipsius Dei viuentis, studeamus diuinam dulcedinem, & suauitatem, & internam virtutis amœnitatem gustare, & videre.

Constringo te viriliter, per Deum æternum, & immensum, infinitéque potentiæ, qui facit magna solus, & inscrutabilia in Cœlo, & in terra, nec est inuestigatio mirabilium operum eius. Et per manum validam ipsius diuinæ misericordiæ præcipio, quæ genus humanum auxilio perdito gratiæ diuinæ per peccatum soluit: Nam homo sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducebatur, vbi tempestas voluebatur: Sed facta est tranquillitas magna, & hominem ad gloriam reduxit.

Præcipio tibi cum Imperio, per Deum, qui memoria Regum multorum, & Ducum superborum, & eorum, qui Ciuitates construxerunt, & gentes multas seruituti subiecerunt ad nihilum redigit: ita quod neque ex auditu: neq; ex nomine sunt amplius cogniti, & eorum memoria, & poten-

tia, & impietas, & ſuperbia euanuit, ſicut fumus raptus à vento.

Impero tibi, per Deum Patrem potentiſſimum, ſapientiſſimum, & optimum, qui dicitur Pater æterna generatione, quia ab æterno Filium ſibi æqualem genuit, cui diuinitatis ſuæ eſſentiam communicauit, qui dicitur Pater prædeſtinatione, quia prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum: Qui dicitur Pater creatione; quia fecit nos ſecundum corpus, creauit ſecundum animam, & poſſedit ſecundum vtrumque, qui dicitur Pater redemptione, quia filius ſibi æqualis humanatus ſuo pretioſiſſimo ſanguine, & ſacramentali regeneratione, & fidei inſtructione à tyrannida poteſtate Luciferi redemit.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine obſecro, vt inueniamus gratiam in oculis tuis. Nam tentati, vexati, tribulati nimis non decipiet nos Pater mendaciorum; Si nobiſcum fuerit gratia tua, quia ipſa eſt fortitudo, ipſa conſilium confert, & auxilium, illuminátque intellectum. Cunctis hoſtibus potentior eſt, & ſapientior vniuerſis ſapientibus. Magiſtra eſt veritatis, lumen cordis, ſolamen preſſuræ, fugatrix falſitatis, & triſtitia. Tua ergo nos Domine gratia ſemper præueniat, & ſequatur, ac à fallaciis, & infeſtationibus Dæmonum hugiter præſtet nos eſſe intétos, & liberatos. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculum. Amen.

Exprobratio.

OQuam aridus, & durus, es, ſuperbe, inſipiens, & vanus, quia ſine Ieſu es: Nam eſſe ſine Ieſu, grauis eſt Infernus: Et qui perdit Ieſum, perdit nimis multum, & plus quam totum mundum. Pauperrimus, & infœliciſſimus es, quia viuis ſine Ieſu; ad quem fugies, & quem quæres amicum, quia effugaſti, & perdidiſti Ieſum, & ideò triſtis, & nimis deſolatus es: & præcipitaſti in Barathrum. Ideò cum imperio aſtringo te, per potentiam, & purum amorem Ieſu Chriſti, quo nihil fortius, nihil altius, nihil iucundius, nihil dulcius, nihil plenius, nihil melius in Cœlo, & in terra: quia in vno ſummo ſuper omnia quieſcit: ex quo omne bonum fluit, & procedit. Et qui vna hora ſine dolore paſſionis non fuit, quandiu in hoc mundo vixit. Oportebat autem Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam.

PRÆCEPTA.

CVm imperio aſtringo te, per Ieſum Chriſtum, qui laudatur in omnibus Sanctis ſuis, & qui ſuper omnia benedicitur, & honoratur in ſingulis; quos ſic glorioſè magnificauit, & prædeſtinauit, ſine vllis præcedentibus propriis meritis, & de Cœlo clamat: Ego ſum, qui cunctos condidi Sanctos, donaui gratiam, præmiti gloriam, noui ſingulorum merita, præueni eos in benedictionibus meis, præſciui dilectos ante ſæcula, elegi de mundo, vocaui per gratiam, attraxi per miſericordiam, perduxi eos per tentationes varias, infudi conſolationes magnificas, dedi perſeuerantiam, coronaui eos

Digitized by Google

rum patientiam, primum & nouiſſimum agnoſco, & omnes inæſtimabili dilectione amplector.

Strictiſſime præcipio, ita vt coactus ſis obedire per Ieſum Chriſtum, qui verba vitæ habet, quæ corda accendunt; mentes illuminant, inducunt compunctionem, veram ingerunt conſolationem, docent mortificationem vitiorum, & ad verum, & vnum principium, ducunt. Ego ſum, ait Dominus qui doceo hominem ſcientiam, & clariorem intelligentiam paruulis tribuo; cui ego loquor, citò ſapiens erit, & multum in ſpiritu proficiet. Ego ſum, ait Ieſus, qui in puncto eleuo mentem, vt plures æternæ veritatis capiat rationes. Ipſe, docet, ſine ſtrepitu verborum, ſine faſtu honoris: ſine pugnatione argumentorum. Ipſe docet æterna quærere, & ſapere: omnem ſpem in eum ponere, & ſuper omnia ardenter eum intimè amare, vt diſcat quis diuina, & loquatur mirabilia. Nam ipſe Chriſtus eſt Doctor veritatis, cordis ſcrutator, cogitationum intellector, actionum promotor, diſtribuens ſingulis, ſicut dignum iudicauerit.

Conſtringo te ad obedientiam, per Ieſum Chriſtum æternam requiem Sanctorum, qui dat animabus noſtris in ſe ipſum ſuper omnem creaturam requieſcere; & ſuper omnem ſalutem, & pulchritudinem, & gloriam & honorem, & potentiam; & dignitatem: & ſuper omnem ſcientiam, & ſubtilitatem, & lætitiam, & exultationem; ſuper omnem famam, & laudem, & ſuauitatem, & conſolationem, & meritum, & deſiderium, & ſpem, & promiſſionem, & gaudium, conſolationem: & ſuper omnia dona, & munera; quæ poteſt dare, & infundere, & mens noſtra capere, & ſentire: & tandem per ipſum Chriſtum impero, qui dat requiem animabus noſtris ſuper omnes Angelos, & Archangelos, & ſuper omnem exercitum Cœli: ſuper omnia viſibilia, & inuiſibilia.

Impero tibi fortius, per Ieſum Chriſtum, qui hominem incarceratum, & compedibus grauatum, Luce præſentiæ ſuæ reficit, libertatem donat, vultumque amicabilem demonſtrat; quia ipſe eſt ſpes noſtra, & ſalus æterna; qui facit bonitatem cum ſeruis ſuis ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ; Cui non eſt ſimilis in cunctis mirabilibus Cœli & terræ: Iuſtitia vera, & prouidentia ſua reguntur vniuerſa, & quem cuncta ſimul creata laudant, & glorificant in ſæcula ſæculorum. Amen.

Fortius ac diſtrictius impero tibi, per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſplendor æternæ gloriæ ſolamen peregrinantis animæ, qui non tardat venire vocatus, & mittit manum ſuam, vt miſeras eripiat ab omni anguſtia; In cuius Ieſu manu eſt vita hominis, & ſuum eſt dare, & conſolari, quando vult, & quantum vult, & cui vult, Sicut ſibi placuerit, & non amplius.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ESto nobis propitius, Ieſu bone, dulcis, & benigne, & nobis pauperibus mendicis cõcede quod petimus: Infinita eſt autem miſericordia tua, & gratiam deſideratã potes præſtare: fides ergo conualeſcat, ſpes proficiat, & charitatem in nobis accendat Maieſtas tua, & hic Dæmon, noſtris præceptis obediat, & confuſus tandem, in nomine Sancto tuo recedat. Qui viuis, & regnas cum Deo patre, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

Exprobratio.

O Maledicte, qui inter creaturas tuiti primogenitus, & fortiſſimus; priorem in Imperio creauerat te Deus; Sed quia ſuperbè maculaſti ſtatum, dum aſcendere volebas cubile Patris tui, & creatoris Dei, dicens. Similis ero Altiſſimo. Ideò merito effuſus ea, ſicut aqua & deuoluta eſt in vos maledictionis calumnia veſtra, & orbati eſtis gratia.

PRÆCEPTA.

VT obedientiam ergo præſtes, in nomine Ieſu præcipio tibi ſtrictiſſimè, per ipſummet Ieſum, qui eſt Deus meus, & ſuper omnia ſolus optimus & potentiſſimus; ſolus ſufficientiſſimus, & pleniſſimus; ſolus eſt ſuauiſſimus, & ſolatioſiſſimus, ſolus pulcherrimus, & amantiſſimus, ſolus eſt nobiliſſimus, & glorioſiſſimus ſuper omnia, in quo cuncta bona ſimul perfectè ſunt, fuerunt, & erunt.

Conſtringo te ad obedientiam, per Ieſũ, qui vult ſolus ſuper omnia amari; dilectio Ieſu fidelis, & perſeuerabilis; & qui amplectitur Ieſum, firmabitur in eum: Nam diligentes Ieſum, non derelinquit, nec patietur in fine perire; quia ipſe ſolus poteſt nos iuuare, & in corde diligentis ſolus vult ſedere tanquam Rex in proprio Throno: Nam quærentes Ieſum inueniunt quoque Ieſum.

Impero tibi diſtrictius, vt obedias præceptis noſtris, per Dominum Deum excelſum poſſeſſorem Cœli, & terræ: per virtutem illam radiantem ab oculis, & à facie Chriſti, quæ nemine reſiſtente, lucra Scribarum, & Phariſæorum deſtruxit, & ad vnius flagelli verbera totam multitudinem pluries eiecit de Templo.

Strictiſſimè præcipio tibi, per illud vnum, & ſimplex Dei verbum, quod per humanationem compoſitum, & viſibile ad nos peruenit, & per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis mortem pro nobis ſubijt, & ad ſe noſtram ſocietatem benigne peragens ſpiritualium bonorum diſtributorum nos participes fecit.

Aſtringo te, ita vt coactus ſis obedire, per diuinam generationem verbi æterni, de qua Eſaias, generationem eius, quis enarrabit: & per eius ineffabilem generationem humanam: cum Deus ex muliere naſci dignatus ſit, & habere progenitores Dauid, & Abraham; duos generis auctores elegit, vnum, qui cognatione populorum promiſſum accepit. Alterum, qui de generatione Chriſti oraculum conſecutus eſt.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Bone Ieſu, nos quidem laboramus in ſudore vultus noſtri torquemur dolore cordis, oneramur peccatis, inquietamur tentationibus, implicamur malis paſſionibus non eſt qui nos adiuuet, qui liberet, qui defendat à fallacijs, & preſſuris horum dæmonum, niſi tu bone Deus; Tibi ergo ſalutaris noſter, cauſam, & omnia noſtra, vt cuſtodias & ducas ſecundum tuam miſericordiam, committimus. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Maledicte, non habuiſti proprietatem boni filij, vt ad domum curreres Dei Patris creatoris tui, vt illi honorem redderes, vt imita

imitator sui esses : Ideo absorbeat te terra, consumat te ignis, corripiaris à Dæmonibus tuis inimicis, & pœna grauiori ab eis puniaris : quia retribuisti Creatori tuo mala,pro nobis.

PRÆCEPTA.

ASTringo te ad obedientiam, authoritate,qua fugor, Per Christum,qui docet nos baptizare, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vt quorum est vna diuinitas, sit vna largitio, nomenque Trinitatis vnus Deus, ex quibus colligitur, quàm indiuisa sit substantia Trinitatis,& Patrem verè filij esse Patrem,& Filium verè Patris Filium,& Spiritum sanctum vere Patris,& Filij esse Spiritum. Quid enim in hoc Sacramento salutis humanæ non continetur? plena sunt omnia, vt à pleno, & perfecto prolata.Habet enim naturæ suæ nomen in se Pater,sed tantum est; Non enim humano modo habet aliunde, quod Pater est,ipse ingenitus æternus habens in se semper, vt semper, sit soli filio notus. Filius autem est progeniens ingeniti, vnus & vnus,vnus à viuo, perfectus à perfecto,virtutis virtus,sapientiæ sapientia, gloriæ gloria; imago inuisibilis Dei; forma Patris ingeniti. Spiritus autem sanctus non potest à confessione Patris, & Filij separari, & quidem vbique non deest hoc expectationis nostræ solatium. Hic in donorum operationibus futuræ spei pignus est, hic mentium lumen,hic splendor animarum est.

Constringo te strictissime ad obedientiam,per eum, per quem Regum multorum,& Ducum victoriæ silentur,& multi,qui Ciuitates construxerunt,& gentes multas seruituti subegerunt, neque ex auditu, neque ex nomine sunt cogniti; Sed quia Magdalena oleum effudit in domo leprosi duodecim viris præsentibus,hâc omnes concinunt per orbem terrarum, & licet tempus pertranseat,memoria, tamen eius non est tabefacta.

Impero tibi fortius, per ineffabilem dulcedinem contemplationis diuinæ,quam largitur Deus amantibus se; per dulcedinem charitatis suæ, quam ostendit nobis : quia cum non essemus, fecit nos, & cum errauissemus longe à se,reducit nos, vt seruiremus sibi, & perpetuaremus in dilectione,& in fonte ipsius charitatis, & amoris.

Impero iterum tibi districtius, per ardentem affectum animę,qui clamat in auribus Dei Sabbaoth,dicens. Deus meus, amor meus, tu totus meus, & ego tuus dilata me in amore, vt discã interiora cordis ore degustare : quam suaue sit amare, & in amore saliens supra me præ nimio feruore, & stupore. Cantem amoris canticũ, sequar te dilectum meum, in altum deficiat anima mea,in laude tua iubilans ex amore prægustans amorem, & charitatem Patriæ cœlestis.

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo,

Oremus.

O Dulcissime Domine Iesu, per dulcedinem illam inenarrabilem, quam animæ deuotæ tecum epulanti in conuiuio tuo infundis, vbi ei non alius cibus manducandus proponitur nisi tu vnicus dilectus eius super omnia desideria cordis eius desiderabilis, quæsumus, vt hunc superbum obedientiæ nostræ humiliare digneris.Qui viuis,& regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum.Amen.

Expro

Digitized by Google

Exprobratio.

O Ingrate, non fuiſti de electis, & confirmatis inter Angelos, ſicut Iudas inter Apoſtolos: Nam tu, ſicut & ille, qui manducabat panem cum Chriſto, qui ab eo erat nutritus, & in ſua menſa communicatus, qui infinitis potitus erat bonis; tamen, tu maledicte, & ille in contrarium remuneraſtis benefactorem.

PRÆCEPTA.

PRæcipio tibi, ac aſtringo te ad obedientiam, per altitudinem myſterij, quo ſub ſpeciebus panis, & vini carnem, & ſanguinem ſuum tradidit Chriſtus, & deinceps ſumendum inſtituit, vt fides haberet meritum: vt nullus horror cruoris ſit: vt myſterium pacis, ac vnitatis noſtræ in ſua menſa conſecraret, & vt illam maledictionem auferret, qua maledicta fuerat terra propter peccatum primi parentis.

Præcipio tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per Ieſum, qui fuit conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur ſub ſpecie cibi, & potus, vt eſurientes & ſitientes iuſtitiâ, his myſteriis doceret eſſe recreãdos; & per virtutem illam, qua Chriſtus manducatus viuit, & integer manet totus in Cœlo, & totus in corde noſtro; & occiſus pro virtute reſurrexit.

Præcipio tibi fortius obedientiam, per virtutem, quia ſermo Cœleſtis operatus eſt in creatione mundi, & operatur in Cœleſtibus Sacramentis, vnde ex pane corpus fit Chriſti: & vinum fit ſanguis conſecratione verbi Cœleſtis.

Præcipio tibi diſtrictius obedientiam, per verbum Dei lux animæ noſtræ, & Sacramentum panis vitæ, quod nobis infirmis ad refectionem mentis, corporis dedit æternus Pater, & poſuit lucernam pedibus noſtris verbum ſuum, quod nos in terris adoramus in fide, & Angeli in Cœlo in ſpecie ſine velamine; & quod Beati facie ad faciem gloriam eius ſpeculantes, & de claritate in claritatem abyſſalis deitatis transformati guſtant carnem factum, ſicut fuit ab initio, & manet in æternum.

Præcipio tibi validè obedientiam, per eum, qui ad declarandam toti mundo charitatem ſuam, cœnam parauit magnam, in qua non Agnum typicum, ſed ſuum ſacratiſſimum corpus, & ſanguinem propoſuit manducandum, & biberidum, lætificans omnes fideles fideles conuiuio ſacro, & calice inebrians ſalutari, in quo ſunt omnes deliciæ Paradiſi, & epulantur nobiſcum Angeli Sancti, ſed ſuauitate feliciori.

Præcipio tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per virtutem, & charitatem Chriſti dicentis: Quod facturus es, fac citius: Nam prouocat aduerſarium ad pugnam, & proditorem ad ſubminiſtrandum diſpenſationi, quæ erat futura ſalubris ſæculo, quam non amplius tardari, nec portari, ſed pro poſſe maturari volebat, vt ad ſalutem fidelium feſtinaret.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BOne Ieſu, ecce committo hanc creaturam à Diabolo oppreſſam miſericordiæ tuæ, reſigno eam, in nomine ſanctæ Eccleſiæ in manibus tuis. Age ſecundum bonitatem tuam, non ſecundum iniquitatem ſuam: Grata ſit ibi Domine oratio mea, & trado hunc ſerpentem venenoſum in manibus meis; vt ad meliora,

Digitized by Google

meliora, & optatum finem cauſam noſtram perducas. Qui viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Maledicte ſicut cœcus, licet ſit, vbi Sol eſt, non tamen ipſe eſt cũ Luce. Sic, & tu miſer, licet ſis, vbi eſt Chriſtus, qui vbíque eſt, tamen non es cum illo; Eſſe enim cum illo magnum bonum eſt, qui eſt fons vitæ; de quo omnibus reſurgentibus vita fluit.

PRÆCEPTA.

ERgo aſtringo te ad obedientiam, per Ieſum, qui terram inanem, & vacuam, ſcilicet, conſcientiam noſtram illuminat, & clarificat claritate æterni luminis, & educit de habitaculo cordis noſtri tenebras vniuerſas: pugnat fortiter pro nobis, & expugnat malas beſtias; Imperat ventis, & tempeſtatibus; Imperat mari, vt quieſcat, & Aquiloni ne flauerit, & fit tranquillitas magna: vt ſit pax, & abundantia laudis reſonet in Aula ſancta conſcientiæ puræ.

Impero tibi obedientiam, per Sanctum Euchariſtiæ Sacramentum, quod licet homo haberet puritatem angelicam, & Sancti Ioannis Baptiſtæ ſanctitatem; non eſſet dignus illud accipere, nec tractare, quia non meritis debetur hominum; Tamen, ô grande myſterium, ô magna dignitas Sacerdotum, quibus datum eſt, quod Angelis non eſt conceſſum.

Impero tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per voluntatem Dei Patris, qui voluit, vt bibendi calicis in diſcipulos, ex Chriſto tranſiret fortitudo, quia, non ſolum, per Chriſtum vinci Diabolum, quàm etiam per eius Diſcipulos oportebat: Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus diceret Patri, fiat voluntas tua. Quæ vox omnes fideles inſtruit, omnes Confeſſores accendit, & omnes Martyres coronauit.

Conſtringo te ad obedientiam, per eum, qui paſſuris Diſcipulis omnem in ſe corporis noſtri infirmitatem aſſumpſit, Cruciuè ſecum vniuerſa, quibus infirmamur affixit: & ideò tranſire ab eo calix non poteſt; niſi illum bibat, quia pati, niſi ex eius paſſione, non poſſumus.

Præcipio tibi ſtrictiſſimè, vt obedias præceptis noſtris, per eum, qui tribus vicibus orauit, vt nos à peccatis præteritis veniam, à præſentibus malis tutelam, & futuris periculis cautelam oremus: & vt omnem orationem ad Patrem, & ad Filium, & ad Spiritum ſanctum dirigamus & vt integer ſpiritus noſter, & anima, & corpus ſeruetur: Nam bibens tranſiturum in nos calicem, infirmitatem corporis noſtri, & timoris ſolicitudinem, & ipſum dolorem mortis abſorbuit.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Sancte Sanctorum Deus Ieſu Chriſte, qui es cibus cœleſtis, panis Angelorum, qui de Cœlo deſcendiſti, & das ſalutem mundo, licet ego ſim ſordes peccatorum, tamen tu inclinas te ad nos, vt neceſſitatibus noſtris ſubuenias. Quæſumu, vt per merita tuæ ſanctiſſimæ paſſionis, veniat ad nos tua ſancta gratia, & nobiſcum ſit in hoc prælio ſancto tuo, & hunc ruſticum Tartareum fœtidum, ad obedientiam arctare digneris: vt tibi ſit laus, & gloria, vna

Digitized by Google

cum Patre,& Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Maledicte, tu lupus rapax, rapiens prædam, tu auarus es ſectans lucra; tu in muneribus iudicas, in mercede falſa doces,& in pecunia diuinas; tu muneribus excœcas oculos ſapientum, & mutas verba iuſtorum; tu merita perſonarum, & non cauſarum attendis, non vitam, ſed munera; non iuſtitiam, ſed pecuniam; non quod ratio dictat, ſed quod voluntas,& malitia affectat; non quod lex ſentit, ſed quod mens cupit: Et ſemper aliquid admiſces fermenti, quo totam maſſam corrumpis: tu cauſas pauperum negligis, & illis rigorem oſtendis, negligenter audis,& licet, clamet pauper non exaudis, ſed deſpicis, & conculcas: Tamen iudicium æterni Dei, apud quem non eſt acceptio perſonarum, non fugies: Tu maledicte oſcularis,& inſidiaris, amicum fingis, cum proditor ſis.

PRÆCEPTA.

ERgo humiliare te ſub Manu Altiſſimi,& præſta obedientiam nobis ſeruis ſuis, præcipientibus per eum, quem Iudas vendidit, quem Iudæus emit, quem Chriſtianus acquiſiuit; qui in ſe dedit furentibus Iudæis licentiam ſæuiendi, ne dilatio glorioſæ Crucis triumpho, & damnatio diabolica fieret longior, & captiuitas humana diuturnior.

Præcipio tibi obedientiam per eam virtutem, qua Chriſtus tangens auriculam Malco ſanauit eum,& per eam virtutem, quæ eruit nos de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit in Regnum filij charitatis ſuæ.

Adtringo te ad obedientiam, per Ieſum traditum militibus verberandum, in cuius Sanctiſſimum Corpus, & pectus Dei capax flagellis ſæuierunt: Contemplare maledicte, quomodo Dominus aptatus eſt ad vulnera, cæſus, rupit ſanctam cutem violentia flagellorum, repetitis ictibus crudelia verbera ſcapularum terga conſcindunt. Suſcepit hic omnes corporis noſtri infirmitates; In clamyde coccinea, opera gentium cruenta ſuſtentat; in corona ſpinea, maledictum ſoluit antiquum: In calamo venenata occidit animalia.

Impero tibi viriliter obedientiam; per illam virtutem, quam cognouiſti in Chriſtum, vnde ſatagebas per Pilatum, ipſum Chriſtum abſoluendum, & dimittendum fore, nè crucifigeretur: Volebas enim Maledicte, mortem Chriſti diuertere, ſed non valuiſti, inanes tuæ artes factæ ſunt, quia Chriſtus adimplens diuinam, & paternam voluntatem ipſe in humeris portauit Crucis victoriæ ſignum ad montem Caluarium, vbi Adam mortuus eſt, & ſepultus, vt in loco, vbi mors regnauit, illic, & Ieſus trophæum ſtatuit.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Saluator ſanctiſſime, quamquam hæc creatura, & nos aſtantes indigni, non liceat haurire de plenitudine fontis gratiæ tuæ, nec ad ſatietatem potare. Fac tamen, quæſumus, vt apponamus os noſtrum ad foramen Cœleſtis fiſtulæ, vt guttulam modicam, ſaltem, capiamus, miſericordiæ tuæ ad refocillandam ſitim noſtram ſalutis animæ, & corporis: vt confuſus hic Maledictus, hæc tua creatura liberetur, & laudet te vnà cum Patre, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Expro

Digitized by Google

Exprobratio.

O Superbe, ſtatim creatus, & promotus ad honorem, ambitioſus factus es, in ſuperbiam extuliſti, & iactantiam, nec curabas prodeſſe, ſed gloriabaris præeſſe, præſumens te meliorem, quia creauerat te Altiſſimus in ſuperiorem: Et dedignabaris cæteros Angelos habere in amicos, & contempſiſti, conſocios tuos: cerui cem erigebas, fauſtum oſtendebas; grandia loquebaris: ſublimia meditabaris, ſubeſſe diuinæ voluntati non patiebaris; præeſſe moliebaris; eras infeſtuoſus, oneroſus, glorioſus, arrogans, grauis, & importunus: Tandem cecidiſti de Cœlo, præcipitauit te Deus, humiliauit, & in ſeruum cunctis creaturis conſtituit.

PRÆCEPTA.

A Stringo te ad obedientiam, per eum, qui expanſis in Cruce manibus, & nudo corpore, pro peccatis noſtris, Deo Patri ſponte, ſe totum obtulit: Ita vt in eo nihil remaneret, quia totum in ſacrificium diuinæ placationis tranſiit.

Præcipio tibi, vt obedias præceptis noſtris, per eum, qui vt ſtatim crucifixus eſt, ſenſiſti, Maledicte, virtutem crucis, & intellexiſti tuas vires fractas eſſe. Et ideo procurabas, vt de Cruce Chriſtus deſcenderet: Sed Dominus ſciens tuas inſidias, permanſit in patibulo, vt te Diabolum deſtrueret: Nam non ſimpliciter homo erat, qui crucifixus eſt, ſed & deſuper deitatem habebat.

Impero tibi obedientiam, per ſacroſanctum Chriſti corpus, quod indiuiſibile conſtat. Nam, & ſi diuidatur per ſingulos ſanctificans vniuſcuiuſque animam ſimul, & corpus: Intergrè tamen, & inuiſibiliter conſiſtit in omnibus.

Aſtringo te, vt obedias, per Chriſtum, qui de cruce teſtabatur, & inter Matrem, atque diſcipulum diuidebat pietatis officia. Condebat Dominus, & publicum, & domeſticum Teſtamentum, non pecuniæ, ſed vitæ æternæ, non atramento ſcriptum, ſed ſpiritu Dei viui.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Bone Ieſu, loquere tu ſolus nobis, & nos tibi: ſicut ſolet dilectus, ad dilectum loqui, & amicus cum amico coniuuari. Et tu in nos, & nos in te, per gratiam in vnum permanere, concede. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Superbe, nonne ſuperbia Turrim euertit, & linguam confudit, proſtrauit Goliam, & ſuſpendit Aman, interfecit Nicanorem, & peremit Antiochum, ſubmerſit Pharaonem, & Sennacherib interemit; caput amputauit Holofernis: Superborum Ducum ſedes deſtruxit Deus & radices gentium ſuperbarum arefecit, & te vnà cum ipſis in Infernum, in baratrum præcipitauit in æternum. Peribit enim totum, quod non eſt ex Deo ortum.

PRÆCEPTA.

IDeò Maledicte, aſtringo te ad obedientiam per myſteriũ, quo tetigit Moyſes petram, & petra vndam maximam fudit. Petra autem erat Chriſtus: & vnus de militibus lancea tetigit latus Chriſti, & de latere eius aqua fluxit, & ſanguis, aqua, vt mundaret; ſanguis, vt redimeret.

Digitized by Google

Impero tibi ſtriſtiſſime obedientiam, per virtutem, qua velum Templi ſciſſum eſt in duas partes; & terra mota eſt, quia capax huius mortui eſſe non poterat & petræ ſciſſæ ſunt, quia enim valida, & fortia penetrans Dei verbum, & poteſtas æternæ virtutis irruperat, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum ſurrexerunt.

Cum imperio præcipio tibi ad intimata, per eum, in cuius iudicio vniuerſali quanta erit ſperanda, & timenda poteſtas, ſi apparuit tanta morientis.

Cum furore aſtringo te valde ad obedientiam, per eum, qui in acerbiſſimis cruciatibus fructiferæ paſſionis patiebatur illa omnia, qui apparebat homo, & ipſe idem diſponebat hæc omnia qui latebat Deus.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Bone Ieſu, ad te venio, vt bene ſit nobis ex munere tuo quod paraſti in dulcedine tua pauperi, quia in te tota eſt ſpes noſtra, ſalus, fortitudo, decus, & gloria: Tu ſolus lætitia vera, & corona mea. Tu gaudium meum, & honor meus, dic verbum, & præſtabit obediendiam inimicus. Lætifica hanc creaturam tuam à Dæmonio oppreſſam, & libera eam à vexationibus his: trade te ſibi, & ſufficit nobis. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Superbe, vt magnificus videaris apud mulierculas, & negromanticos ſatagis veſtiri duplicibus, & ornari precioſis, ſed ſicut ſepulchrum foris dealbatum tu es, intus autem plenus es ſpurcitia, & dolo, & fallitate; Quid ergo ſuperbe ſilateria dilatas, & magnificas fimbrias? cum ſepultus ſis in Inferno: decaluauit Dominus ceruicem tuam, & abſtulit omne ornamentum tuum: pro zona, funiculum, pro criſpante crine, caluitium, & pro ſuaui odore, fœtorem dedit Dominus, & putreſcis in ſtercore igneo, & ſulphureo. Ergo maledicte Spiritus obedi præcepis noſtris.

PRÆCEPTA.

IMpero tibi viriliter, per *virtutem* illius lanceæ, quæ clauis officio functa eſt, dum Chriſti latus aperuit: vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur vnde Sacramenta Eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad vitam, quæ verè vita eſt, non intratur; Prænunciabat enim, quod Noë in latere Arcæ oſtium facere iuſſus eſt, quo intrarent animalia, quæ non erant Diluuio peritura, quibus præfigurabatur Eccleſia; propter hoc prima Mulier facta eſt de viri latere dormientis; Et hic ſecundus Adam, inclinato capite in Cruce *dormiuit; vt* inde formaretur ei *coniux*, per id, quod de latere *dormientis*, effluxit.

Præcipio tibi *ſtrictiſſime* obedientiam, per eum, qui pendens in Cruce, & expirans inclinauit caput, quod fuit lignum amoris; quia, cum vltra voce non poſſet, per inclinationem capitis vocauit gentes ad ſe venire.

Aſtringo te ad obedientiam, per virtutem illam, quæ inſignis eſt: vt clauſam Virginem reliquerit poſt partum, & de ſepulchro clauſo exierit Chriſtus cum corpore.

Præcipio tibi diſtrictè, per Ieſum Chriſtum, quo ſurgente ſiquidem morte pereunte terrenis redditur cæleſte commercium, & mulieri cui fuerat

fuerat cum Diabolo lethale consilium, cum Angelo colloquium sit vitale.

Cum imperio astringo te ad obedientiam, per illam virtutem, qua mutatus est ordo rerum: Nam sepulchrum mortem, non mortuum Christum deuorat, domus mortis mansio sit vitalis vteri noua forma mortuum recipit, sed reddit viuum.

Iterum præcipio tibi districtius, vt obedias præcepris nostris, per mysterium Angeli sedentis supra petram monumenti Iesu Christi, quo superato mortis authore, sedem Regni iam conscendisse perpetui, & claustra Inferorum ipsum sua virtute deiecisse, doceret.

Impero tibi fortius, per eum, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in terra, qui paulò ante fuerat crucifixus, & sepultus in tumulo, qui posita propria virtute resurrexit.

Constringo te ad obedientiam, per Christum, qui firma petra est, in cuius latere, & manuum, & pedum, posuit nidum, vt ibi sit omnis nostra spes, & refugium, ne à Miluo percutiamur.

Dominus vobiscum,
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus offero tibi omnia peccata nostra, super placabili Altari tuo, vt ea incendas, & comburas igne charitatis tuæ, conscientias nostras ab omni delicto emũdes, & restituas nobis gratiam tuã, quam peccando amisimus, omnia nobis plenariè indulgendo, & in osculum pacis nos misericorditer assumendo: Et ne hi Maledicti suis astutiis decipiant me, humiliter deprecor, vt exaudias me propitius, vbi asto coram te Deus meus, & fallacias inimici in caput suum retorquere digneris. Per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum. Amen.

Exprobratio.

O Superbe inter omnes vitiosos, tu semper es primus, & vltimus: Nam omne peccatum te accedente committitur. Scriptum est enim, initium omnis peccati, est superbia. Ipsa erexit te contra Creatorem; Sed ipse Deus te absque mora deiecit: Quoniam in veritate non stetisti ab innocentia in peccatum, à delitiis in miserias, à Cœlo Empyreo in aërem caliginosum. Ideò Superbe humiliare te sub potenti manu æterni Dei.

PRÆCEPTA.

ASTringo te obedientiam, per mysterium visum ab Angelo Gabriele, in annunciatione Virginis: Nam vidit abyssum diuinæ misericordiæ, naturæ leges solutas, & eum, qui erat omnibus superiori ad hominem, qui erat omnibus inferiori, descendisse.

Vim facio tibi validè, vt obedias, per sanctissimum nomen Iesu, quo duæ substantiæ, diuinitatis, scilicet, & humanitatis, in vna persona Domini nostri Iesu Christi designantur; Quia, qui ante omnia sæcula ineffabiliter genitus est à Deo Patre, idem ipse, in fine temporum factus est EMANVEL, ideſt, nobiscum Deus ex Virgine Matre, ideſt, factus est passibilis, mortalis, & per omnia nostri similis, absque peccato, substantia enim nostræ fragilitatis, quam assumpsit substantiæ suæ diuinitatis in vnitate personæ coniunxit.

Præcipio tibi fortius obedientiam, per virtutem illam, quæ ducebatur

Digitized by Google

populus Iſraëliticus in columna nubis per mare rubrum, & deſertum, & quam Magi per Stellam peruenerunt in Bethelem ad Chriſtum.

Præcipio tibi diſtrictius obedientiam, per eum, in cuius voluntate vniuerſa ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati ſuæ: qui fecit omnia, cœlum, & terram, & vniuerſa, quæ Cœli ambitu continentur: Dominus vniuerſorum ipſe eſt: cuius Regnum, Regnum eſt omnium ſæculorum, & dominatio ſua in omni generatione, & progenie in æternum.

Præcipio tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per illam virtutem, qua non potuiſti, per Herodem Magos nec blandimentis flectere, nec nimis terrere, nec auro corrumpere: vt conſentirent in interfectionem Regis futuri. Et per illam virtutem, quæ in occiſione innocentium Chriſtum ſaluauit.

Conſtringo te obedire, per virtutem illius vocis. Hoc eſt corpus meum, quæ ſemel quidem, dicta eſt à Chriſto; Sed per omnes menſas Eccleſiæ, vſque in hodiernum diem, & vſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem.

Aſtringo te, ita vt coactus ſis obedire, per potentiam ſanguinis Chriſti, quæ felix ebrietas eſt, ſatietas ſalutaris, quæ, quanto copioſius ſumitur, tanto ſobrietatem mentis donare dignatur.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

NE patiaris, bone Ieſu, nos deſolatos recedere, ſed operare nobiſcum miſericorditer; Sicut ſæpius operatus es cum Sanctis tuis mirabiliter. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

Exprobratio.

O Diabole nonne fruſtra ſudaſti, & hamo captus extitiſti dum ſtabas ſupra brachium Crucis Chriſti donec expiraret, quærens, ſi quid peccati in ipſo inuenires: ſed videns te confuſum receſſiſti, & deſcendens ad Tartarea inueniſti ibi animam Chriſti portas ferreas confringentem, & iuſtorum animas inde educentem.

PRÆCEPTA.

ASTringo te ad obedientiam per clamorem illum validum, & vocē Chriſti formatā virtute diuina, ſcilicet, Conſummatū eſt, quæ non ſolū Cœlum, & terram, ſed & infernum tremere fecit; & Luciferum cum ſuis ſequacibus terruit, & proſtrauit; Nam Chriſtus apotheca eſt omnium aromatum, & quibus fuerunt confecta pretioſiſſima vnguenta ad ſananda vulnera peccatorum, & tanta virtutis fuit eius odor, vt Sancti Patres veteris teſtamenti iam per quoſdam mille annos ante eius aduentum odorem illum ſenſerint ſuauiſſimum.

Impero tibi viriliter, per virtutem, qua Moyſes, aliquando in Ægypto perfidis clauſerat diem, & qua Chriſtus aduenies, ſedentibus in tenebris reddidit lucem.

Impero tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per myſterium plenum gratia, per ineffabile Sacramentum diuini amoris, & per ſolemnitatem omnium honorandam Paſchæ ſolemnitatum, in qua, vt ſeruos Deus redimeret de mortalibus, præbuit occidendum: quæ vtique beata mors, mortis nodos reſoluit, poteſtatem Diaboli præcipitauit, Tartarea Inferni vincula reſoluit.

Digitized by Google

reſoluit : Chirographum antiquæ præuaricationis extinxit. Vnde ſenſit ſe Tartareus Princeps attritum,& nos de profundi labe educti, ad Cœleſte Regnum conſcendiſſe, gratulamur.

Præcipio tibi fortius, vt obedias præceptis noſtris, per Spiritum ſanctum, qui principiis naſcentis Eccleſiæ, cunctis gentibus imbuendis, & deitatis ſcientiam indidit, & loquelam in diuerſitate donorum mirabilis operator vnitatis, variarúmque gratiarum diſtributor, idem, & fidei vnius effector, & prædicantium diſpenſator ipſe linguarum.

Conſtringo te ad obedientiam, per Spiritum ſanctum, per quem diſperſio linguarum,quæ dudum per ſuperbiam in confuſione facta fuerat, adunatur; & per quem de Cœlis repente ſonum audientes Apoſtoli : vnius fidei ſymbolum exceperunt;& linguis variis Euangelij Ieſu Chriſti gloriam cunctis gentibus tradiderunt.

Aſtringo te viriliter obedire præceptis meis, per æternum Deum, qui ſui nominis agnitionem ; & ſuæ potentiæ gloriam ; nobis in eo æterna ſana ſapientia reuelare dignatus eſt; vt ſuam confitentes Maieſtatem, & ſuis inhærentes mandatis ſecum vitam habeamus æternam.

Arcto te potenter ad obedientiam, per æternum Deum,qui vna cum vnigenito filio ſuo, & Spiritu ſancto vnus eſt Deus, vnus eſt Dominus. Non in vnius ſingularitate perſonæ; Sed in vnius trinitate ſubſtantiæ.

Præcipio tibi, per æternum Deum, qui ab Eccleſia ſua quicquid eſt noxium, ſua virtute depellit, & quod ſalutare eſt,eidem largitur:fidelibúſque ſuis contra vos ſuperbos ſpiritus humilitatem tribuit rationabilem, & gratiam ſuam ſuper impendit: Nec nos humani incertos auxilij derelinquit : Sed ſua, quæ non poteſt falli gubernatione conſeruat.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOminus Ieſu, non ſum dignus minima conſolatione tua, nec aliqua gratia, nec ſpirituali viſitatione, quia ſæpe, & grauiter Maieſtatem tuam offendi, & in multis valde deliqui. Et ideò iuſtè mecum agis, quando me deſolatum, & tribulatum relinquis:Sed, quia tu ſolus clemens, & miſericors,qui non vis perire opera tua ad oſtendendas diuitias bonitatis tuæ, in vaſa miſericordiæ tuæ dignare conſolari ſeruum tuum, & hunc Dæmonem, tua potentia arctare ad obedientiam,in conſpectu gentium, vt ibi ſit omnis honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

OMaledicte, nonnè Dominus in Angelis ſuis reperit prauitatem, quibus non pepercit,ceciderunt enim Stellæ de Cœlo;Quorum enim opera videbantur laudabilia, ceciderunt ad infima, & videntur ſiliquis delectari porcorum ; Nulla ergo propria cuſtodia, nulla ſapientia, nulla fortitudo, nulla ſecura caſtitas, nulla ſanctitas,ſi Dominus manum ſuam retrahit ; humiliare ? ſubmitte te ſub abyſſalibus iudiciis Dei, vbi nihil aliud te eſſe inuenio quam nihil,& nihil.Vbi nihil aliud de te reperio, quam in toto nihil. Reſponde miſerrimè ? Vbi eſt ergo latebra gloriæ tuæ ? Voi confidentia de gloria propria tua cõcepta? Abſorpta eſt omnis gloria vana in profunditate iudiciorum, & proiecit te Dominus à ſe in æternum ; deleuit te de libro vitæ, & deficit cum ſonitu verborum ſuperbia tua,

veritas

Digitized by Google

veritas autem Domini manet in æternum.

PRÆCEPTA.

PRæcipio tibi ſtrictiſſime obedientiam, per Chriſtum Dominum noſtrum, qui eminentiam poteſtatis tradidit Eccleſiæ, quam, & reginam conſtituit, & ſponſam, & cuius ſublimitati vniuerſa ſubiecit; ad cuius iudicium conſentire iuſſit è Cœlo.

Impero tibi validiſſimè, in nomine ſanctæ Eccleſiæ, quæ eſt omnium viuentium Mater, ſublimior facta filiorum numero, quæ procreat quotidie filios Deo per Spiritum ſanctum, cuius palmitibus impletus eſt mundus vniuerſus, pro qua Dei vnigenitus filius Crucem pertulit, & aduerſarium vicit.

Aſtringo te obedire mandatis noſtris, per clementiſſimum Deum, qui compatiens miſeriæ, & indigentiæ Adæ, & totius poſteritatis eius, promiſit ei mittere filium ſuum in carnem: qui eum ab omni miſeria, & captiuitate redimeret, & ſibi reconciliaret, & in patriam amiſſam, & fœlicitatem reducerer.

Conſtringo te validiſſimè ad obedientiam, per Eccleſiam ſanctam, quæ petit Chriſtum ſponſum ſuum, vt oſculetur eum oſculo oris ſui, ſcilicet, oſculo incarnationis, oſculo Euangelicæ doctrinæ, & familiaris conuerſationis; oſculo myſticæ incorporationis, & redemptionis, & oſculo glorificationis.

Impero tibi diſtrictius, per Ieſum Chriſtum, quem Deus Pater conſtituit mediatorem, & auxiliatorem, & iuſtificatorem omnium hominum, qui venit, & attraxit omnia ad ſeipſum, per odorem vnguentorum ſuorum Euangelicorum.

Præcipio tibi viriliter obedientiam, per Deum Patrem, qui conſtituit Filium ſuum Chriſtum Deum, & hominem, vt eſſet metrum, & meſura, & cauſa effectiua omnium bonorum gratiæ, & gloriæ, & omnium meritorum, & præmiorum, & omnium virtutum, & actuum meritorum; in quem omnes homines deberent inſpicere, tanquam in exemplar, & ſpeculum omnium virtutum, & tanquam ducem, & directorem in via virtutum, & quem omnes Iuſti debebant ſequi quocumque iret

Præcipio tibi cum Imperio, per Ieſum Chriſtum, qui cælum lætificat, & mundum conſeruat vniuerſum; qui omnem intellectum ſuperat, & deuotorum corda trahit, & attendit effectum; in quo tota ſpes ſalutandorum conſiſtit, & meritum.

Aſtringo te ad obedientiam, per Ieſum Chriſtum, qui dilectus hoſpes eſt, iucundus ſocius; fidelis amicus; ſpecioſus, & nobilis ſponſus animarum noſtrarum, præ omnibus dilectus, & ſuper omnia deſiderabilis amandus: à quo Cœlum, & terra ſunt, & omnis ornatus eorum: Quoniam quicquid laudis habent, aut decoris ex dignatione largitatis ſuæ eſt.

Impero tibi diſtrictius obedientiam, per Ieſum Chriſtum, qui in vno breui momento dat quod longo negauit tempore; qui dat poſcentibus miſericordiam ſuam, & indulgentibus gratiam, ad cuius ianuam cordis, cum eſſemus aridi gementes, pulſantes, nec deſiſtentes, meremur micam, aut guttam gratiæ ſalutaris accipere.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OPiiſſime Ieſu, quanta reuerentia, & gratiarum actio, cum perpetua laude pro nimia bonitate tua, pietate, & charitate à nobis debetur;

Digitized by Google

betur;quam nullus hominum potens, valet explicare, per ipſam ergo infinitam bonitatem tuam adeſto, quæſumus ſupplicationibus noſtris, & hunc Serpentem tortuoſum, ſuperbum, & rebellem ad obedientiam arctare digneris, & creaturam ab eo agitatam refoue in ſinu diuinæ tuæ charitatis:Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exprobratio.

O Maledicte, nonne dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrrogantem, & ſuper omnes cedros Libani,& ſublimes,& erectos, & ſuper omnes Quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos,& ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrem excelſam. Propterea dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino;Et deſcendent ſublimes, glorioſique eius ad eum, Dominus exercituum cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ eius. Nonne dicit Iob:Si aſcenderit vſque ad Cœlum ſuperbia, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur:Nam Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terræ,& vniuerſi,qui habitant in eo.Inter vos ſuperbos,ſemper ſunt iurgia: Et vbi fuerit ſuperbia,ibi & contumelia.

PRÆCEPTA.

PRæcipio tibi ſtrictiſſimè, vt obedias præceptis meis, per miſericordiam Ieſu Chriſti;quæ non ſolum eſt infinita in virtute intenſiuè,& extenſiuè,ſed etiam eſt infinita in duratione, & ſucceſſione. Chriſtus enim voluit induere carnem noſtram infirmam,tanquam cilicium pœnale,vt in ea ageret pro nobis pœnitentiam, Nam aſſumpſit illam carnem cum ſpinis pœnalitatum,cum fame, ſiti,frigore,dolore,nuditate, & mortalitate, præter concupiſcentiam, & peccatum, vt eſſent inſtrumenta ad merendum pro nobis, & patiendum, quæ continuè pugnabant animum Chriſti,memorando ipſi peccatum Adæ,& omnium noſtrum.

Præcipio tibi validiſſimè, per Ieſum Chriſtum, qui dicitur verbum Dei,qui eſt de tota ſubſtantia, & eſſentia Patris : Et ſic explicat totam eius eſſentiam;quia eſt primus, & æternus conceptus Patris, quo intelligit ſe Pater,& in quo ſunt omnes diuinæ perfectiones,& ideæ æternæ.

Præcipio tibi diſtrictiùs obedientiam,per Ieſum Chriſtum,qui dicitur nomen Dei patris, in quantum nobis notificauit, poſt incarnationem, omnipotentiam ipſius Patris in miraculorum operatione,quando expoliauit infernum,& reſurrexit, ac aſcendit in Cœlum; notificauit ſapientiam Patris,in datione legis; notificauit miſericordiam in ſua acerbiſſima paſſione,notificauit iudiciariam poteſtatem in ſua aſcenſione,quæ magis oſtendetur in generali Iudicio.

Impero tibi, per Ieſum Chriſtum, obedientiam,in cuius aduentu eiecit Diabolum ab animabus hominum per baptiſmum, & pœnitentiam, in virtute tamen ſuæ paſſionis;eiecit pariter eum à corporibus obſeſſis, & à toto populo Gentili,in quo habitauit per Idololatriam.

Aſtringo te obedire præceptis meis, per Ieſum Chriſtum, qui inquantum eſt verbum Patris,prima veritas,ideſt, metrum, & menſura, & cauſa omnis veritatis, & per conſequens ipſe eſt prima Iuſtitia, & cauſa omnis Iuſtitiæ, & prima ſanctitas, & cauſa omnis ſanctitatis:Et ſic dicitur

Digitized by Google

veritas verificans; & Iustitia iustificans, & sanctitas sanctificans, quia docuit omnem veritatem.

Impero tibi viriliter, per Iesum Christum, qui non mortuus est, causa recuperandi immortalitatem pro se, sed pro suis membris: Nam si voluisset, absque morte, & passione fuisset factus immortalis, & impassibilis: Sed oportuit ipsum mori, vt hanc hæreditatem, & immortalitatem ex meritis suæ passionis posset membris suis communicare: In instanti enim suæ conceptionis habuit Christus plenitudinem gratiæ, & sapientiæ, & potestatis, & firmi propositi nos redimendi per suam passionem, & plenitudinem meritorum.

Constringo te ad obedientiam, per Iesum Christum, qui est Dominus totius orbis terrarum; quia, vt Deus creauit vniuersa, & vt sponsus, & caput regenerauit, & recreauit Ecclesiam, ac fundauit supra maria, & aquas baptismales, & super flumina aquarum sapientiæ, à qua Ecclesia fluunt flumina aquæ viuæ, salientis in vitam æternam. Tum, quia solus iustus, & innocens est. Nam Christus tanquam Dominus, & triumphator confregit Infernum, & expoliauit Lymbum, & Purgatorium, & tanquam Rex, & Dominus Angelorum; & omnium creaturarum cum triumpho intrauit in Cœlum, reportans captiuitatem antiquam.

Præcipio tibi obedientiam, per passionem Christi, quæ fuit tantæ efficaciæ, & virtutis, quod redemit totum genus humanum, & deleuit omnino peccatum; Et per Deum te astringo, qui ostendit suam omnipotentiam, sapientiam, clementiam, dona gratiarum, & cæteras perfectiones, quas communicauit Sanctis suis, & omnibus electis, à quibus tandem in patria laudatur in se, eò quod vident omnia in eo, Imò ipsumme per essentiam.

Astringo te validissime obedientiam præceptis meis, per maximum miraculum Iesu Christi, & hoc est, quod iustificauit impium à morte peccati, destruxit ipsum peccatum, remouit obicem, mutauit eius voluntatem, posuit eius sanguinem, creauit gratiam nouam: ita vt, qui persequebantur Christum postea morerentur pro Christo: Et qui erant sub potestate Diaboli, ipsi in nomine Iesu fugarent Dæmones à corporibus obsessis, & ab animabus per Sacramenta Ecclesiæ.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DOmine Deus, tu es spes mea, & fiducia mea, & consolator meus fidelissimus in omnibus, qui salutem nostram, & profectum nostrum solummodo prætendis, & omnia in bonum conuertis; Et qui mille modis dilectos tuos probare consueuisti: Et in necessitatibus auxiliaris opportunis. Succurre nobis in hac necessitate nostra, & sicut tua potentia Asina Balaam locuta est *veritatem, ac* Angelo obedientiam *præstitit; Sic* Deus meus arctare *digneris* hanc bestiam, & Leonem *rugientem* ad obedientiam nostram; vt consolati de tua misericordia, tibi gratias referamus æternas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exprobratio.

NOnne Christus eiecit te Diabolum in suo aduentu ab animabus hominum per Sacramenta, in virtute suæ passionis: & eiecit à corporibus obsessis in verbo proprio, & à toto populo Gentili, in quo regnabas furtiue, & fraudulenter, Princeps huius mundi eiicietur foras, & præcipitauit

Digitized by Google

præcipitauit mortem in æternum. Memorare Maledicte nouissima mala, tua. Nam super te Aspidem, & Basiliscum ambulat Christus,& conculcat te Leonem, & Draconem: Et in fine præcipitabit te in barathrum, vt crucieris in pœnis, infernalibus perpetuo.

Considera,vt confunderis Sanctorum in cœlo coronas perpetuas: Et quanta nunc exultant gloria, qui huic mundo olim contemptibiles, & quasi vita ipsa indigni putabantur: Ecce quomodo gaudent,& consolantur, & requiescunt: Et sine fine in Regno Dei permanent cum Christo magistro suo,& sequuntur eum quocunque ierit: Nam Christus, qui est lux perpetua, cuncta creata transcendens lumina, penetrauit omnia intima cordis, & purificauit;Lætificauit, clarificauit, viuificabit spiritum eorum cum suis potentiis ad inhærendum sibi iubilosis excessibus,

PRÆCEPTA.

PRæcipio tibi strictissimè, vt obedias præceptis nostris per Iesum Christum, qui madefaciendo pedes, manus, & corpus preciosissimo sanguine suo lauit, & mundauit manus, pedes, & totum corpus Ecclesiæ ab omni sorde peccati:Et hoc quia lauit peccata,& affectiones,& conscientias omnium fidelium: Et quando miles crudeli lancea eius aperuit latus, tunc apertum est ostium in Cœlo,per quod ingreditur, & egreditur in cubile Ecclesiæ: visaque est Arca testamenti.

Impero tibi validissimè per Iesum Christum, qui dum fuit in hac vita peregrinus, ei sponsa sua Ecclesia loquebatur facie ad faciem familiariter;Sed post Ascensionem locutus est ei per sanctos Angelos amicos suos: At in nouissimo die post Iudicium, introducet eam ad nuptias vltimas gloriæ, & loquetur cum dilecta sua verba laudis, gaudij, & consolationis, quia liberata à miseriis huius sæculi, absque vllo medio fruetur sponso suo Christo, in sæcula sæculorum.

Arcto te ad obedientiam; per Iesum Christum, per quem Delubra,& Templa Gentilium quæ erant priue cubilia Draconum; Serpentum, & Dæmonum, facta sunt Templa Dei in laudem, & gloriam ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui dicitur Deus Deorum; quia est verus Deus per essentiam, & est primus, ac verus Iudex vniuersi, cuius virtute diuina, & sonitu resurgent omnes mortui ad Iudicium.

Astringo te viriliter ad obedientiam, per mirabilia mysteria, & incomprehensibilia,quæ fecit Deus Pater in virtute nominis Iesu Christi, scilicet,per mysterium incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis: Item mysterium operationis miraculorum, quia suscitauit mortuos, sanauit leprosos, & infirmos;imperauit ventis, & mari, ac Dæmonibus. Item operatus est mysterium electionis; Nam,quos Pater voluit, & prædestinauit, hos filius vocauit.

Constringo te obedire, per Filium Dei, qui est verbum Patris, ipsi soli notum ab æterno: Et in quo Pater se nouit ab æterno; qui est conceptus Patris diffinitiuus; quo se diffinit secundum plenitudinem suæ diuinitatis: Et per quod creata sunt omnia, & carne induta; per eum loquutus est nobis Deus Pater, & manifestauit, mundo voluntatem suam, & veritatem legis, & Prophetarum, de cuius plenitudine,& gratia,& sapientia accepimus omnes:quod verbum est sanctum per essentiam,quia Deus est:Est sapiens per essentiam, quia per ipsum omnia gubernantur, & disponuntur:

Digitized by Google

Eſt iuſtum, quia per ipſum omnia iuſtificantur. Eſt bonum, quia eſt ſumme miſericors, & finis omnium.

Impero tibi diſtrictius, per Chriſtum, cuius Regni gloria, & lætitia rota conſiſtit in eo quòd deſiderium, & petitionem ſuam compleuit Deus Pater. (In omnibus enim fuit exauditus Chriſtus pro ſua reuerentia) operando noſtram redemptionem; ſuam, & noſtram reſurrectionem, & gloriam animarum.

Impero tibi validius obedientiam, per Ieſum Chriſtum, cuius reſurrectio fuit cauſa noſtræ victoriæ, & vitæ, & noſtræ fidei firmitatis. Et ſecum reſurrexit. Lex Euangelica, quæ erat ſepulta in veteri Teſtamento, quæ deinde fuit arma potentiſſima, & validiſſima, qua Apoſtoli ſubiecerunt Reges, & Imperatores potentes, & totum mundum iugo Ieſu Chriſti.

Præcipio tibi ſtrictiſſimè obedientiam, per Ieſum Chriſtum, qui, vt Deus eſt vbique; & omnia penetrat, & attingit vſque ad infimum, & ſummum; qui eſt lux, & illabitur mentibus, & cordibus hominum: à quo procedunt omnia: præteritave, præſētia, & futura; vno mētis ictu cernit, quia Deus in cognoſcendo ſeipſum cauſat omnia, quæ ſunt, quę fuerūt, & quæ erunt; cum à ſuo eſſe dependeāt.

Impero tibi, ita vt aſtrictus ſis obedire, per omnipotentem Deum, qui recordatus miſericordiæ ſuæ miſit verbum ſuum ad tollendum diluuium turbulentiſſimum damnationis noſtræ; quæ aſcendit equum humanitatis & quadrigam Eccleſiæ, quæ à quatuor equis Euangelicis, ſuper firmam petram fertur; Et æquitatio hæc, & quadriga erit ſaluatio totius generis humani, contra peccatum, & Diabolum.

Conſtringo te obedire præceptis meis, per myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, quod Angeli, Cherubin, & Seraphin, ac omnes Beati, in patria volentes dare gloriā Deo explicant, dicentes Sanctus, Sanctus, Sāctus; quaſi dicant Sanctus Pater, qui à nullo, ſed à ſeipſo: Sanctus Filius, qui à Patre: Sanctus Spiritus ſanctus, qui ab vtroque: Et quia in hac Trinitate perſonarum, vnum ſolum Deum, & Dominum cognoſcunt, cui debetur vna ſola gloria, æqualiter laus, & beatitudo, & adoratio: Ideò concludunt dicentes, Dominus Deus Sabbaoth: Ideſt vnus honor, laus, & gloria ſit Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Amen.

Aſtringo te, præcipio, ac impero tibi validiſſimè obedientiam, per eum, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, formoſus in ſella ſua, & gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ: Cuius rubrum eſt indumentum, & veſtimenta ſicut calcantium in torculari; Et qui torcular calcauit ſolus: Vt vos Maledictos calcaret in furore ſuo, & conculcaret in ira ſua.

ORATIO ATTRIBVTA S. Cypriano, per Authorem à diuerſis erroribus expurgata, & augmentata.

Quotidie legat Exorciſta Orationem infra ſcriptam ſuper Maleficiatam, genuflectentem ante Altare, ac manibus tenentem cereum benedictum accenſum.

IN nomine Sanctiſſimæ, ac indiuiduæ Trinitatis, Patris, † & Filij † Spiritus

Digitized by Google

Spiritus † Sancti. Amen, Ego Minister Exorcista sanctæ Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ, per authoritatem fundatam in passione, & cruce Domini nostri Iesu Christi mihi concessam super Serpentes, & Scorpiones, super Aspides, & Basiliscos, & super Leonem, & draconem, termino omnia maleficia incantationes, ligationes, signaturas, facturas, tumores, infestationes, inquietudines, perturbationes, dolores, & tormenta quæcumque, & qualitercumque, & quomodocunque huic seruæ Dei, arte Diabolica tibi facta. Et sicut æternus Deus constituit homini terminos dierum, & mensium, quos præteriri non poterunt; Sic terminum, & finem impono omnibus operibus Sathanæ, Ne de cætero hanc N. creaturam Dei inquietare, molestare, nec perturbare possit, nec valeat, per eum, qui circundedit aquis terminum, quem non transgredientur; per eum, qui fecit omnes terminos terræ, & posuit terminos à mari vsque ad mare, & à deserto vsque ad desertum; per eum, qui terminauit, ac fine clausit terram Chanaan; per eum, qui terminauit omnem locum à deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate, vsque ad mare Occidentale & terminauit omnem terram trans Iordanem: Et sicut omnipotens Deus in creatione vniuersi terminauit lucem à tenebris, & aquas quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum, & terminauit aquas, quæ sub Cœlo sunt in locum vnum, & herbam, & lignum, vt faceret fructum, & semen secundum speciem suam: Et sicut terminauit luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & Stellas in firmamento Cœli, & omnem animam viuentem in aquis in species suas, & omne volatile, secũdum genus suum, & iumenta, & reptilia, & bestias terræ; secundum species suas, & sicut hæc omnia creata terminauit Omnipotens, sub hominis potestate, quem creauerat ad imaginem & similitudinem suam, sic in virtute ipsius Dei, & per virtutem, qua omnia terminata sunt, definio, ac termino omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, fascinationes, tumores, infestationes, inquietudines, perturbationes, dolores, & tormenta cuncta Diabolica super hanc N. creaturam Dei facta; Et sicut Deus benedixit illi, sic hanc creaturam N. vt ab his cruciatibus dæmonum liberetur, benedicat Deus, & ego in nomine sancto suo termino omnia maleficia; & benedico te, vt sis nunc, & semper benedicta, sicut Deus benedixit diei septimo, & sanctificauit eum. Sicut benedixit Noe, & filijs suis; Sicut benedixit Abraham, & magnificauit nomen suum inter Sanctos; Sicut benedixit Melchisedech offerenti panem, & vinum: Benedicat te Deus, & corroboret te benedictione sancta sua contra infestationes diabolicas, prout termino omnia maleficia, & benedico te Deo excelso, quo protegente hostes in manibus tuis sint. Benedicat te Deus, vt viuas in æternum, & videas bona cœlestis Hierusalem; sicut benedixit Isaac, qui habitabat iuxta puteum viuentis, & videntis: Sicut benedixit Iacob post lotam factam vsque mane in Phanuel, vt terminentur, & eradicentur à te maleficia, & videas Deum facie ad faciem, & salua sit anima tua, & libereris ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, infestationibus Sathanę; Quæ omnia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, tumores, infestationes, inquietudines, perturbationes, dolores, & tormenta cuncta per me terminata soluo, de-

Digitized by Google

ſtruo, annihilo, diſſipo & eradico à cunctis membris tuis. Benedicat te Deus noſter ex Sion. Benedicat te Deus, per ſingulos dies in omni opere manuum tuarum. Benedicat tibi Deus, & cuſtodiat te, oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: Cõuertat Dominus vultum ſuum ad te, & oſculetur te oſculo ſanctæ pacis. Benedicat te in omni benedictione Cœleſti vt inter benedictos, benedicta ſis. Inuoco nomen ſanctum ſuum ſuper te, quem de ſummis ſylicibus video, & de collibus conſidero: Et moriatur anima tua, morte iuſtorum, & fiant nouiſſima tua eorum ſimilia: Dominus Deus in te ſit, & clangor victoriæ Regis in te: Sis, vt leæna conſurgens, & quaſi Leo erigens ad fugandum ſerpentem antiquum, & deſtruendum omne maleficium. Benedico te, vt Deus ſit adiutor tuus, & Omnipotens benedicat tibi benedictionibus Cœli de ſuper. Appareat gloria Domini, & extendat manum ſuam omnipotentem ad te, & benedicat tibi, qui tuliſti primogenita, & ſurripuiſti benedictionem horũ Maledictorum te vexantium: Sit benedictio Dei ſuper te, ſicut ſuper montem Garizim, & ſicut ſuper Obededom, & omnem domum eius; Sit hæc benedictio terminus cõtra Aquilonem, vt nullus te terreat; ſed auferat omnipotens malas has beſtias à te, & gladius maleficij non tranſeat terminos hos, ſed per has benedictiones cæleſtes cadant inimici tui gladio in conſpectu noſtro, & eradicentur à te cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis: Et tu DEVS cuſtodi ſeruam tuam N. ſanguine Filij tui redemptam ab omnibus infeſtationibus Dæmonum, propter nomen ſanctum tuum laudabilẽ, & benedictum, magnum, & glorificatum in Cœlo, & in terra: Et per Emanuel, qui eſt interpretatus nobiſcum Deus: & per virtutem, qua petra aquam fudit, & biberũt filij Iſrael, & liberauit eos de terra Ægypti, & de manu Pharaonis per Moyſem, & Aaron ſeruos ſuos. Pone DEVS omnipotens dexteram tuam plenam larga benedictione ſuper famulam tuam, & reple eam æternis benedictionibus, ſicut à principio poſuiſti Adam in Paradiſo, à quo manare feciſti magnum flumen, & de quo diuiſiſti quatuor flumina, ſcilicet, Phiſon, Gehon, Tygrim, & Euphratem, quibus totum mundum rigare præcepiſti, & ſicut nemo potuit, nec poteſt tuæ contradicere voluntati, ſic non permittas aliquem per maleficia moleſtare famulam tuam N. à qua hodie, in virtute, & per virtutem tuam elongetur omne malum, & periculum, & virtutes & inſidiæ Diaboli, nec vltra valeant eam moleſtare, ſed Diabolus cum maleficijs ſuis ſit maledictus maledictione peſſima, & excommunicatus, & anathematizatus irreparabiliter, per merita, & deprecationes, & perfectiones omnium Sanctorum & Sanctarum Dei. Abſoluo te creatura Dei N. ab omnibus *maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignaturis*, & facturis *arte diabolica* tibi factis, quæ *omnia diabolice*, deſtruo, annihilo, extirpo, & eradico ab omnibus membris tuis, vna cum omnibus infeſtationibus, moleſtijs, perturbationibus, doloribus paſſionibus, & vexatione quomodocũque, & qualitercumque tibi factis; & recedat maledictus ipſe confuſus, ſine læſione animæ tuæ, nec corporis, vel alterius, per ſacrificium Abel, per cuſtodiam Angelorum, per fortitudinem Michaelis Archangeli, per annũtiationes Gabrielis, & per Medicinam Raphaelis, per oblationẽ Enoch, per liberationẽ Noe, per oblationẽ Iſaac, quæ redemit

redemit Deus per Angelum,per oblationem Melchiſedech,& ſacrificia Sacerdotum,per caſtitatem, vincula, & pulchritudinem Ioſeph, per patientiam Iob,per dilectionem, & humilitatem Moyſi, per religionem Aaron, per orationes, myſteria & virtutes Pſalmorum Dauid,per lamentationes Ieremiæ,per orationem Zachariæ,per eum, quem vidit Moyſes facie ad faciem, per omnes Sanctos, & Sanctas inceſſabili voce Deum laudantes, & per voces Angelorum canentium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth,Pleni ſunt Cœli,& terra gloria tua,qui fuit,qui eſt, & qui venturus eſt ad iudicandum viuos, & mortuos, per claritatem Deitatis, & per ſplendorem corporis Chriſti, & luminum cœleſtium, per ſermones Apoſtolorum, per linguas Euangeliſtarum,per ſanguinem & conſtantiam Martyrum, per orationes, & ieiunia Confeſſorũ omnium, & Monachorũ, & Virginum, per natiuitatem D. N. Ieſu Chriſti,per baptiſmum eius, per vocem auditam à Patre de Cœlis tonantem, & ſuper eum dicentem. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,ipſum audite, & per ieiunium Chriſti,& virtutem miraculorum eius,& per eum,qui conuertit aquam in vinum in Cana Galileæ, & per eum,qui multiplicauit panes, & piſces, & ſatiauit quinque mille homines in deſerto, & per eum per quem reſurrexit Lazarus quatriduanus,& per eum,qui fecit, tranquillitatem in mari,& fecit ventos ceſſare, & ambulauit, & fecit ambulare Petrum ſuper aquas,& per eum,qui fuit crucifixus, & ſepultus, & reſurrexit tertia die,& per aſcenſionem eius, & Angelorum millia millium, qui cum eo aſcenderunt in Cœlum,& per Spiritus ſancti miſſionem ſuper Apoſtolos, & per omnia quæ Chriſtus dixit, fecit, & adimpleuit. Abſoluo te creatura Dei N. ab omnibus maleficijs,incãtationibus,ligationibus, ſignaturis, & facturis,& ab eorum effectibus quæ omnia termino, expello, confringo, diſſipo,deſtruo,extirpo,& eradico, ne de cætero te infeſtare valeant, & deſtructa ea omnia Deus,ſicut aquis diluuij deſtruxit omnem ſubſtantiam de ſuperficie terræ; Sicut deſtruxit Pharaonem,& Ægyptũ plagis maximis, & inuoluit in medijs fluctibus; Sicut Dathan,& Abyron, & vniuerſam ſubſtantiam earum, Sicut deſtruxit Reges Amorrhęorum;Sicut Sodomam,& Gomorrham,Adamæ, & Seboym;Sicut murum Gei, Cananæi,& Azot; Sicut Siſaram, Holofernem, Iezabel, Philiſtijm,& prophetas Baal; Sicut deſtruxit viros accuſantes Danielẽ, & Dæmones in porcos exiſtentes. Abſoluat te Dominus ab omni vinculo facturæ,& maleficij; per virtutes, & potentias ſpirituũ malignorum tibi facto,ſiue ſit in aere,aut plũbo,aut in argento,aut in auro, aut in aliquo filato bombacino, vel ſerico, vel lineo,vel laneo,vel in oſſibus hominum mortuorum, vel viuentium, vel animalium terreſtrium, vel volatilium, vel aqueorum: Et ſi eſt in libro,vel in carta etiam virginea,vel in aliquo ligno,vel in aliquibus verbis, vel in herbis,vel in lapidibus; vel in capillis,plumis,lanis, vel paleis, vel in quibusvis creaturis, & ſi eſt in ſepulchro Hebræorum, Paganorum, Hæreticorum, vel Chriſtianorum, & ſi eſt in agro,vel vinea,vel pratis; vel nemoribus,aut in mõtibus, vel vallibus,vel cauernis,vel in fõtibus vel extra:& ſi eſt ab Oriẽte,vel Occidẽte,vel Septentrione,vel Meridie: Et ſi eſt in veſtimentis,vel in centuris,vel in triuio,aut in domo,vel in pariete,vel in thoro,aut deſuper,aut deſupter in rebus domus,vel domorũ,aut in arbore,

aut

Digitized by Google

aut in fouea, aut in puteo, vel ciſterna, aut in profundo, vel abyſſo, aut in Sylua, vel ſpelunca ſolitaria, aut in deterio, vel in diuiſionibus marium, vel fluminum, vel in ſtatua, vel in clauſura ferrea, vel lignea, vel in coniunctura membrorum, vel conſumpta per ignem, vel potatione, vel comiſſione, vel tactu, vel viſu, vel odoratu, vel auditu, vel quocumque loco ſit, & quomodocumque factum ſit etiam ad mortem, & ſub quibuſuis verbis, & rebus, quorum hæc omnia terminentur, diſſoluantur, & annihilentur, & & eradicentur ab hac cratura Dei N. & tu Domine, ſolue, & libera eam ab omnibus malis, & tentationibus Dæmonum, & malignis ſpiritibus, & à Phantaſmate, & ab omni factura, & tempeſtate Diabolica, & ab omni vinculo maleficij, & ab omnibus periculis animæ, & corporis. Amen. Per nomen Dei, qui eſt Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Rex magnus, glorificatus, & adoratus, viuificus in Cœlo, & in terra. Terminentur, diſſoluãtur, & annihilentur ab iſta famula Dei N. omnes facturæ, & omnia opera Sathanæ. Amen. Et aperiat ei Deus ianuam dilectionis ſuæ coram omnibus ſanctis Angelis ſuis, videlicet: Michaële, Gabriële, Raphaële, Cherubin, Seraphin, omnibus, Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Principatibus, & Poteſtatibus, & virtutibus Cœlorum, & beatorum Spirituum, & per Sanctum Ioannem Baptiſtam, & per omnes Patriarchas, & Prophetas, & orationes, & merita Iacobi, Philippi, Bartholomei, Matthæi, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, Marci, Lucæ, & Ioannis, & per orationes omnium Sanctorum Martyrum Stephani, Vincentij, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Hypoliti, Leonis, Gregorij, Theodori, Criſpini, Criſtophori, Dionyſij cum ſociis ſuis; & per orationes omnium ſanctarum Virginum, beatæ Mariæ ſemper Virginis, Mariæ Magdalenæ, Mariæ Salome, Mariæ Ægyptiacæ, Annæ, Perpetuæ, Felicitatis, Agnetis, Agatæ, Luciæ, Ceciliæ, Marthæ, Catherinæ, Conſtantiæ, Anaſtaſiæ, Eulaliæ, Eugeniæ, Scolaſticæ, Reparatæ, Barbaræ, Helenæ, Venerabilis, Margaritæ, Iuliæ, Teclæ, Brigidæ, Veronicæ, & Suſannæ: & per orationes omnium Sanctorum Confeſſorum Sylueſtri, Martini, Hilarij, Britij, Matroniani, Columbani, Auguſtini, Ambroſij, Hieronymi, Gregorij, Nicolai, Benedicti, Alberti, Mauritij, Leonardi, Blaſij, Gaij, Antonij, Pauli, Ludouici, Eliæ, Iuliani, Coſmæ, & Damiani, & omnium ſanctarum cæleſtium virtutum, & per crucifixum ſanctum Viatorem, & victorem, & per eum, qui liberauit genus humanum à poteſtate tenebrarum, & per hæc ſancta nomina, & per orationes, quæ in hoc libro ſcriptæ ſunt: diſſoluantur aduerſum famulam Dei N. omnia vincula, & poteſtates Diaboli, & à virtute Sathanæ liberetur, per Patrem, & Filium, & *Spiritum ſanctum.* Amen.

Coniuro vos, maligni ſpiritus, per nomen Dei viui, & per virtutem eius, qui principium non habet, neque finem, qui ſuper nubes ambulat, & ſuper pennas ventorum, & qui ferebatur ſuper aquas, & per Angelos qui coram eò ſtant; quorum facies apertæ ſunt, vt videant ſplendorem maieſtatis altiſſimi Dei viui, vt recedatis cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, amplius non reuerſuri. Quæ omnia maleficia, incantationes, ligationes, ſignaturas, & facturas, ter-

mino,

Digitized by Google

mino,diſſoluo,deſtruo,annihilo, extirpo, & eradico ab hac creatura Dei N.per vim,& virtutem,& potentiam Dei viui,& veri; qui eſt Deus deorum, Dominus dominorum, & Rex regum.

Coniuro vos per nomen Dei viu, vt non habeatis poteſtatem ſuper famulam iſtam nocendi;nec in die, nec in nocte,neque orando, neque vigilando,neque dormiendo, nec ſedendo,neque ſtando, neque comedendo, aut bibendo, nec ſua naturalia exercendo,nec in noua,nec in veteri,nec in vlla hora diei,neque noctis, neque habeatis poteſtatem intrandi domum ſuæ habitationis, nec in vlla figura appareatis, per laudes Angelorum glorificatorum, & per vocem tonitruorum, quæ ſunt in monte Synai, qui mons illuminatus eſt à ſancto lumine: & per Dominum magnum Deum deorum, qui liberauit filios Iſrael de ſeruitute Ægypti,& per virtutes,atque dominationes Cælorum, & per orationes trium puerorum Ananiæ, Azariæ, Miſael, qui poſiti fuerunt in camino ignis ardentis, & non eſt combuſtus ex eis pilus, & non nocuit flamma ignis, quia Dominus Deus deſcendit in medio eorum, & reſoluit vincula eorum in medio camini ignis:ita perſoluantur à famula iſta N. omnia vincula maleficiorum & facturarum,& omne malum, per omnes ſanctos, & ſanctas Dei, & per officium, & ſacrificium, quod quotidie celebratur in Eccleſijs ad Dominum Deum noſtrum, & per ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui effuſus fuit ſuper lignum crucis in Golgotha,per coronam ſpineam,& flagella, & opprobria illata Chriſto, & per crucem ſanctam Ieſu Chriſti, per fidem Ioannis Baptiſtæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei,& per thronum altiſſimi, Dei, & per duodecim Apoſtolos,& per quattuor Euangeliſtas; Abſoluo iſtam famulam Dei N.ab omni vinculo ſeruitutis Satanæ & ab omni factura, & maleficio, Amen. Aperiat ei Dominus ianuas miſericordiæ ſuæ,& det ei ſanitatem animæ,& corporis, & dilectionem cum omnibus ſanctis ſuis,& diſcedant omnes maligni ſpiritus cum maleficijs, incantationibus,ligationibus,ſignaturis,& facturis,& non habeant poteſtatem maligni, nocendi, neque contriſtandi famulam Dei N.per abſolutionem, qua ego hodie, eam abſolui,& per vocem Dei,dicentis,Adam,Adam,vbi es:abſoluo iſtam famulam Dei N.ab omni factura,& ab omni vinculo Diaboli, & à maligno oculo,Amen.vt per virtutem,qua diuiſit Deus mare rubrum, & ambulauerunt filij Iſrael in medio eius, & per virtutem, qua vocauit Lazarum veni foras;& per virtutem,qua erexit languidum,dicens, Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam,& amplius noli peccare, quam infirmitatem paſſus fuit annis triginta octo,& per virtutem, qua liberauit omnes Dæmoniacos,& per eum, qui dedit pluuiam ſuper faciem terræ, & terra dedit fructum ſuum,& per eum, qui deſcendit de Cœlo, & ſoluit vincula humani generis ipſum reconcilians Deo Patri,ita ſit, abſolutio in hac famula Dei N. Amen. Qui verò mala verba dixerint contra famulam Dei N.per inuocationes Diabolorum deſtruat illos, & illas Deus, ſicut deſtruxit Madiam, & Siſaram in torrente Ciſon.Omnes verò facturæ,& omnia vincula maleficiorum,incantationum,ligationum,ſignaturarum, quæ facta ſunt, vel facta fuerint contra famulam Dei N.terminentur,deſtruantur, eradicentur, in fumum reducantur, per poteſtatem altiſſimi Dei, & per ſua ſancta nomina

Agios † Otheos † Athanatos † Sother † Sabaoth † Adonay † Emanuel † Eloym † Homouſion † Iehoua † Tetragrammaton † Ieſus Chriſtus † Principium, & finis † Virtus † Sapientia † Meſſias † Omnipotens † Redemptor † Saluator † Imago Patris † Fons viuus † Panis cœleſtis. † Hæc nomina altiſſimi Dei viui ſint in adiutorium famulæ Dei N. ad defenſionem, & liberationem eius ab omnibus malis atque periculis, & ab omnibus facturis, & ab omnibus aduerſitatibus, & periculis Satanæ, & miniſtrorum eius, nec habeat poteſtatem nocendi, moleſtandi, perturbandi, nec contradicendi ei Diabolus, per orationes omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & per Beatam Virginem Mariam, Matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & virtutem ſanctiſſimæ ſuæ paſſionis; Qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire; Ego ſum Alpha, & Omega, Principium, & finis.

OBEDIENTIA PRÆſtanda cum iuramento per Dæmonem Miniſtro Chriſti, ad quam arctare eum tenetur Exorciſta in principio cauſæ.

NOnne ſerpens antique promittis, ac iuras obedientiã omnipotenti Deo Patri, ac Filio, Spirituique ſancto, omnibúſve Spiritibus beatis, præcipuè Michaëli Archangelo, ac Sancto Angelo cuſtodi huius creaturæ vexatæ, Curiæque cœleſti, & ſpecialiter Virgini Mariæ, Sanctiſve aduocatis noſtris, quorum merita, & orationes ad te expellendam interpellant in auribus Dei Sabaoth. Paritérque promittis, & iuras obedientiam realem, veram, ſine aliqua fictione, dolo, fallacia, vel fraude, mihi Sacerdoti Exorciſtæ, ac quibuſvis aliis Exorciſtis communionem habentibus cum ſancta Eccleſia Apoſtolica Romana: Et eandem obedientiam, vt ſupra, promittis, & iuras pro omnibus tuis ſequacibus, vel conſociis, ac pro aliis quibuſvis ſpiritibus maledictis, ſiue ſuperioribus, ſiue inferioribus cuiuſcunque conditionis, gradus, naturæ, officij, ſuperioritatis, præeminentiæ, & ordinis, hanc Dei creaturam, ſanguine Ieſu Chriſti redemptam, ſiue ab intra, ſiue ab extra infeſtantibus, ſiue ſitis aquei, aut terreſtres, aut ignei, aut aërei: ſiue eã infeſtatis per maleficia, ligationes, ſignaturas, facturas, incantationes, inuocationes, adorationes, precationes expreſſas, vel tacitas per maleficiorum profeſſarum, vel non profeſſarum; & ſub quibuſvis verbis, & rebus ſacris, vel non ſacris, ſiue ingreſſus ſis, & vel tenearis quacunque via, forma, ordine, conditione, *vinculo*, modo, ligatura, vel *quomodocúnque*, ve qualitercúmque. Quæ *omnia* ſupradicta cum *omnibus*, ac debitis circunſtantiis, *clauſulis*, & conditionibus annexis, & connexis, & dependentibus appoſitis, vel non appoſitis, &c. acceptas, promittis, & iuras.

Reſpondeat Dæmon affirmatiue poſitis manibus ſupra Euangelium, vel Crucem, nec dimittat eum Exorciſta, donec iurauerit obedientiam; Deinde ſequatur.

ET caſu inobedientiæ, nec vis incurrere illico pœnam annorum centum mille, & alias maledictiones arbitrio

Digitized by Google

arbitrio meo, vel aliorum exorciſtarum, & vt ſupra, & hoc toties, quoties non obedieris præceptis noſtris: Pariter ne vis, vt hæc obedientia præſtita, & iurata, & pœna, vt ſupra, exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, & in ſilice, per ſanctos Euangeliſtas, cancellarios fideles Curiæ cœleſtis ante Tribunal æterni Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ad gloriam ſuæ diuinæ Maieſtatis, ſalutem huius creaturæ, & confuſionem veſtram, & pœnam.

Reſpondeat iterum Dæmon affirmatiuè, & vt ſupra. deinde dicat Exorciſta.

ERgo Maledicte, humiliare ſub manu potenti æterni Dei, & caſu inobedientiæ nunc, pro tunc trado te tortoribus Infernalibus Miniſtris, diuinæ Iuſtitiæ, & præcipue inimicis tuis, vt te crucient, & torqueant, & pœnam exigant in hoc corpore, vel extra ad beneplacitum voluntatis diuinæ.

Reſpondeant aſtantes. Fiat Amen. Amen. Amen. Subiungat, Exorciſta.

SIcut Dominus Deus ordinauit, ac conſtituit Reges, Principes, Decuriones ſuper populos, & milites, vt regerent eos, ac illis imperarent; ſic in nomine Ieſu Chriſti, authoritate, qua fungor ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtituo te, qui iuraſti obedientiam, in Principem ſuper omnes ſpiritus exiſtentes in hoc corpore huius creaturæ Dei N. & ſuper cæteros vobis auxilium præſtantes, ſiue ab intra ſint, ſiue ab extra, & cætera, vt tibi obedientiam præſtent, ita quòd in vnum conueniatis ad Dei gloriam, & ſalutem animæ, & corporis huius creaturæ vexatæ; & ad obediendum præceptis meis, &c vt ſupra. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus ſancti. † Amen.

PROMISSIO, ET RATIFIcatio iteranda per Dæmonem, dum promittit ſe velle recedere.

O Maledicte, nec promittis, ac iuras Deo Patri, qui totum mundum creauit, Filióque Ieſu Chriſto, qui mundum redemit, ac Spiritui Sancto, qui omnem doctrinam adimpleuit, mihíque Sacerdoti Exorciſtæ, ſuper hoc ſignum ſanctæ crucis † te velle exire ab hac creatura Dei N. circa horam N, vel ad meum beneplacitum, cum ſequacibus, ſiue conſociis tuis, ſi qui ſunt, ſiue ſuperioribus, ſiue inferioribus cuiuſcúnque conditionis, gradus, naturæ, ſuperioritatis, officij, & ordinis ſint: Cum omnibus pariter maleficiis incantationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, & operibus Diaboliçis quibuſcúnq; ſibi factis ſine leſione animę, nec corporis, huius Dei creaturæ N, nec alterius; ita quòd realiter, ac verè dato ſigno, vel pluribus ſignis, per me tibi imponendis, ſine fallacia, mendacio, fraude, dolo, nec mora exibis, & vt ſupra. Nec vltra reuerteris, nec alij reuertentur ad infeſtandum iſtam creaturam Dei N. nec alios ſpiritus tuo, vel veſtro loco ſupponere, nec introducere valebitis, quæ omnia promittis, ac iuras, cum terminis, clauſulis, conditionibus, & pactis neceſſariis pro appoſita, & expreſſa acceptas, Renuncians, &c.

Reſpondeat Dæmon affirmatiuè, tenens manus ſuper Crucem: Exorciſta verò in patientia, & fide præcipiat, donec Maledictus ille promiſerit: Quo facto ſequatur.

NE inuocas, caſu inobedientiæ iuſtitiam æterni Dei contra te, ſiue vos, totámque Curiam cœleſtem, & præcipuè Angelum Dei, cuſtodem huius creaturæ Dei N. & Michaëlem Archangelum, quí in nomine eiuſdé omnipotentis præcipitauit te de Cœlo, & Aduocatos noſtros, quos habes inimicos, vt eorum meritis, & orationibus torqueant, affligant, & eiiciant te, ſiue vos ab hoc corpore, in baratrum perpetuo cruciandos.

Reſpondeat denuo Dæmon, affirmatiuè.

PAriter caſu, inobedientiæ, ne inuocas contra te, & ſequaces tuos, vel conſocios, & fautores, & cætera; in omni furore, & impetu potentias infernales, aëreas, aqueas, & terreſtres; Et præcipuè inimicos tuos, diuinæ Iuſtitiæ Miniſtros; vt te, ſiue vos crucient, & affligant: & in baratrum in momento deducant: Et ſuper te, ſiue vos, ſint cunctæ confuſiones, dolorum aſperitates, & eorum renouationes, culmen cunctarum iniquitatum, & tormentorum inundationes, calamitates, anguſtiæ, ſagittæ acutæ, laquei fortes, incendia inextinguibilia, ignis, ſulphur, furor, & ira Dei. Et vis cruciari in hoc corpore, ac ſi realiter, & ſubſtantialiter eſſes in baratro. Aſſentiriſque, vt hæc tua promiſſio iurata ſcribatur per ſanctos Cancellarios Chriſti, in libro, ferreo ſtilo, & plumbi lamine, & ſylice, vt ſaltem, in die iudicij nulla ſit tibi excuſatio.

Reſpondeat quoque Dæmon affirmatiuè; Quo facto, Exorciſta intimet ei primum Peremptorium, vt ſupra. Et addat Exorciſmum validum.

RATIFICATIO, QVÆ debet fieri in die ſui exitus, coram Sanctiſſimo Sacramento, vt ſupra, poſt longam Exorcizationem.

O Maledicte, nonne ante diuinam Maieſtatem ratificas promiſſionem iuratam Sanctiſſimæ Trinitati Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, & mihi Miniſtro Chriſti, de recedendo ab hac creatura Dei N. die N. & circa horam N. & *prout ſupra*, vna cum ſociis tuis, & *ſequacibus*, & maleficiis, incantionibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis, & vt ſupra, ſine tamen *læſione* ipſius Dei creaturæ, vel alterius, & dabis ſignum, vel plura ſigna per me tibi imponenda. Et inuocas, caſu inobedientiæ, iram Dei, & omnes inimicos tuos contra te, & pœnas iam iuratas. Et tandem omnia, & ſingula in dicta promiſſione iurata, & contenta acceptas, & ratificas, cum clauſulis, conditionibus debitis, & neceſſariis ad hoc vt obedias promiſſis, &c.

Reſpondeat

Digitized by Google

Respondeat Damon affirmatiue: deinde sit parata fumigatio fœtida, & affligat Exorcista Maledictum, ac interroget hoc modo.

QVæ heri cum iuramento promisisti Deo, ac mihi: & nunc ea ratificasti coram Maiestate diuina, de certitudine tui exitus, cum cæteris conditionibus, pactis, & promissionibus in dicta iurata promissione contentis, sunt vera, & realia? Et es obseruaturus ea sine fallacia, dolo, ac fraude.

Respondeat Damon.

Quo facto, Exorcista faciat secundum Peremptorium, vt supra, & affligat statim cum aliquo Exorcismo.

RATIFICATIO, QVÆ debet fieri secunda die ante Sanctissimum Sacramentum à Dæmone, positis manibus super Tabernaculum.

O Superbe, hic adest Deus noster, hic Pater; Filius, hic Spiritus sanctus, Trinus, & vnus, cuius potentia cuncta creata sunt, nec est, qui suæ possit resistere potestati; cum ipse solus Dominus sit Exercituum, potens in prælio, faciens mirabilia magna solus, qui est scrutator cordium, & cui nullum latet secretum. Ergo hic coram Maiestate sua diuina Dæmon ratificas cum iuramento omnia promissa pluries iurata, scilicet, quod hodie hora, nunc, nunc tibi per me assignanda, exibis ab hoc corpore cum sequacibus tuis, &c. vt supra. Sub pœnis tibi impositis, & acceptatis; Et inuocas iram Dei contra te, casu inobedientiæ, & omnia in dictis præceptis, & iuramentis contenta, &c.

Si responderit Damon affirmatiuè, Exorcista tertium intimabit Peremptorium, vt sup. Deinde benedicat creaturam vexatam: & det signa Damoni, in signum sui exitus danda, ac terminet illi horam, siue punctum sui exitus. Sequãtur postea maledictiones, & alia suo loco assignata. Si te certificare volueris, an spiritus habitet in aliquo corpore, prater signa, in quarta Doctrina, Partis primæ, descripta, hæc obserua.

PRÆCEPTVM. I.

DE mandato Dei omnipotentis, qui cuncta creauit ex nihilo, præcipio tibi strictissimè, ô Dæmon, si ades in corpore huius creaturæ N. vt discas in nomine sancto suo sub pedibus nostris incuruare, & obtemperare te voluntati diuinæ. Ergo sicut misericors Deus deambulans in Paradiso ad auram post Meridiem citauit Adam post peccatum (te suggerente) commissum; qui respondit. Vocem tuam Domine audiui in Paradiso, & timui, eò quòd nudus essem. Sic per eandem virtutem, qua citatus est Adam, & respondit; Ego

authoritate ipſius Imperatoris, prò primo peremptorio, cito te ad comparendum realiter, ac perſonaliter ad pedem ſiniſtrum huius creaturæ N. & ibi, omni mora poſtpoſita, dolo, & fraude reſpondeas per ſignum verum, & reale tuæ præſentiæ.

Hic Exorciſta imponat quodquod maluerit ſignum, deinde ſequatur.

ET hoc præcipio tibi ſub pœna indignationis beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & maledictionis æternæ, detruſionis in ſtagnum, & ignis, & ſulphuris, caſu inobedientiæ, per annos decem mille, ſtatim ab exitu tuo; & pro termino aſſigno tibi orationem Dominicalem. Tunc ergo iudicia Dei Maledicte, & expaueſce, iram omnipotentis, qui, vt tuam ſuperbiam ſua humilitate ſuperaret, miſit Filium ſuum, qui factus eſt omnium humillimus, & infimus, & obediens Patri vſque ad mortem Crucis, Pater noſter, &c.

PRÆCEPTVM II.

DE mandato Dei omnipotentis, qui facit mirabilia magna ſolus, qui percuſſit omne primogenitum Ægypti; qui Pharaonem, & Exercitum eius inuoluit in mediis fluctibus: qui percuſſit Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan, cum populis ſuis; qui deſtruxit Dagon, & Prophetas Baal, præcipio ſtrictiſſimè tibi, ô Dæmon, ſi in hoc corpore ades, vt pares te ad obedientiam. Ergo, ſicut magnus Deus citauit Caim, dicens. Caim, vbi eſt Abel frater tuus, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra? At ille reſpondit: Sic per eandem virtutem, qua citatus eſt Caim, & reſpondit, ego authoritate ipſius Imperatoris Cœli, & terræ, cito te pro ſecundo peremptorio, ad comparendum realiter, ac perſonaliter ad pedem ſiniſtrum huius creaturæ N. & ibi omni mora poſtpoſita, dolo, & fraude reſpondeas, dans ſignum tibi impoſitum, quod ſit verum, & reale tuæ præſentiæ, & hoc præcipio tibi ſub pœna *indignationis* beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac maledictionis æternæ, necnon detruſionis in Infernum per annos decem mille, ſtatim ab exitu tuo, *caſu* inobedientiæ; & pro termino aſſigno tibi ſalutationem Angelicam. Vade immunde ſpiritus ad obedientiam: erubeſce miſer. Durum eſt tibi Chriſto velle reſiſtere; Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare; Non habebis in hac creatura partem vllam; Sed Ieſus, ſecum erit tanquam bellator fortis, & tu ſtabis confuſus.

Aue Maria gratia plena, &c.

PRÆCEPTVM III.

DE mandato æterni Dei, infinitéque potentiæ, qui facit magna ſolus, & *inſcrutabilia in Cœlo*, & in terra; nec eſt inueſtigatio mirabilium operum eius, præcipio tibi ſtrictiſſimè, ô Dæmon, ſi ades in corpore huius creaturæ N, ſtias verbum diuinum in ligno ſanctæ Crucis, genus humanum de poteſtate diabolica liberaſſe. Ergo ſicut Ieſus Chriſtus citauit Phariſeos, & milites eum comprehendere volentes, dicens. Quem quæritis? At illi reſpondentes Ieſum Nazarenum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Quia ego ſum: Sic, per eandem virtutem, qua citati fuerunt, & reſpondentes ceciderunt, ac reſurrexerunt,

Digitized by Google

surrexerunt, citò te diffinitiuè pro tertio, & vltimo peremptorio ad cõparendum realiter, & personaliter ad pedem ministrum huius creaturæ Dei N. & ibi omni mora postposita, dolo, & fraude respondeas per signum tibi impositum, quod verum sit, & reale tuæ præsentiæ, sub pœna indignationis beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & maledictionis æternæ, detrusionisque in Infernum, casu inobedientiæ per annos decem mille, statim ab exitu tuo; & pro termino diffinitiuo, & vltimo assigno tibi Symbolum Apostolorum, quòd si non obedieris his præceptis tibi factis nunc, pro tunc declaro te incurrisse ipsas pœnas, & trado te omnibus inimicis tuis, ministris Iustitiæ Dei, vt te crucient. Humiliare ergo superbe Altissimo: nam priorem in donis, & maiorem in Imperio creauerat te Deus. Sed quia superbe, maculasti stratum, dũ ascendere volebas cubile Patris tui, & creaturis Dei, dicés: Similis ero Altissimo, Ideo meritò effusus es, sicut aqua. Ad obedientiam ergo, descende ad pedem, & da signum tibi impositum; quia ad vltimum terminum deuenio.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c.

PSALMI PRÆ CÆteris vsitati ab Exorcismis.

DOmini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum; & super flumina præparauit eum

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius.

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino; & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas Principes vestras: & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ: Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lętitia.

Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super Occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & Iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo,

Qui eduxit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim Cœli distillauerunt à facie Dei Synai, à facie Dei Israël.

Pluuiam

Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Si dormiatis inter medios Cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.

Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eum, niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis; vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis, Deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum; verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

Dixit Dominus ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine; lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei Reges mei: qui eſt in ſancto.

Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuenculariarum tympaniſtriarum.

In Eccleſijs benedicite Deo domino, de fontibus Iſrael.

Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.

Principes Iuda Duces eorum: principes Zabulon, principes Nephtalim.

Manda Deus virtuti tuæ: *confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

A templo tuo in Hieruſalem, tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: Ethiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino.

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cœlum cœli, ad Orientem.

Ecce dabit voci ſuæ, vocem virtutis: Date gloriam Deo, ſuper Iſrael magnificentia eius, & virtus eius *in nubibus.*

Mirabilis Deus in ſanctis *ſuis*, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem: & fortitudinē plebi ſuæ, *benedictus Deus.*

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

DOmine Deus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra?

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper Cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum, & vltorem.

Quo

Quoniam videbo Cœlos tuos, opera digitorum tuorum: Lunam, & Stellas, quæ tu fundasti.

Qui est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas insuper, & pecora Campi.

Volucres Cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

VEnite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

QVoniã Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

QVoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius & oues pascuæ eius.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

HOdie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diẽ tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

QVadraginta annis proximus fui generationi huic: & dixi, semper hi errant corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, venite adoremus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.

Digitized by Google

Quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniã Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnib. viis tuis.
In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & draconem.
Quoniam in me ſperauit: liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum; & oſtendam illi ſalutare meum.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.
Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa.
Propterea Deus deſtruet te, in finem euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.
Videbunt iuſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent.
Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & præualuit in vanitate ſua.
Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.
Confitebor tibi in ſæculum, quia feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.
Gloria Patri, & Filio, &c.

QVicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem.
Quam, niſi quiſque integram, inuiolatámque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.
Fides autem catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.
Neque confundentes perſonas: neque ſubſtantiam ſeparantes.
Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti.
Sed Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vna eſt diuinitas: æqualis gloria, coæterna maieſtas.
Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus.
Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus.
Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus.
Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus.
Et tamen non tres æterni, ſed vnus æternus.
Sicut non tres increati, nec tres immenſi: ſed vnus increatus, & vnus immenſus.
Similiter, omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus.
Et tamen non tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens.
Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus.
Et tamen non tres Dij; ſed vnus eſt Deus.
Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus

Digitized by Google

Dominus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus.

Quia ſicut ſingillatim vnamquámque perſonam Deum, ac Dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur: Ita tres Deos, aut Dominos dicere catholica Religione prohibemur.

Pater à nullo eſt factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij, vnus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.

Ita, vt per omnia ſicut iam ſupra dictum eſt: Et vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate, veneranda ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius; Deus, & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris, ante ſæcula genitus: & homo eſt ex ſubſtantia Matris, in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri, ſecundum diuinitatem: minor Patre, ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit, & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.

Nam, ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo: Ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad Inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad Cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum, omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala in ignem æternum.

Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter; firmitérque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me; dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum.

Confundantur, & reuereantur quærentes animam meam.

Auertantur retrorſum, & confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos.

Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.

Digitized by Google

Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui : ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio, quam abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultabit in Domino : & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi ?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius : egenum, & pauperem à deripientibus eum.

Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis : ſterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu conuertetur.

Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam : quaſi lugens, & contriſtatus, ſic humiliabar.

Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt, congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.

Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione : frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Domine, quando reſpicies ? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à Leonibus vnicam meam.

Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo graui laudabo te.

Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum : dixerunt, Euge, Euge, viderunt oculi noſtri.

Vidiſti Domine, ne ſileas : Domine ne diſcedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo : Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam.

Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam Domine Deus meus; & non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis, Euge, Euge animæ noſtræ ; nec dicant deuorauimus eum.

Erubeſcant, & reuertantur ſimul, qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione, & reuerentia, qui magna loquuntur ſuper me.

Exultent, & lætentur, qui volunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius.

Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, &c.

VSquequo Domine obliuiſceris me in finem, vſquequo auertis faciem tuam à me.

Quamdiu ponam conſilia *in anima* mea dolorem in corde meo per diem.

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me : reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte : ne quando dicat inimicus meus præualui aduerſus eum.

Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. Ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo, cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

GRATIA

Digitized by Google

GRATIARVM ACTIONES pro Dæmoniaco liberato.

Cum liberatus fuerit Damoniacus ante Sanctiſsimum Sacramentum Euchariſtiæ, primo cantetur.

TE Deum laudamus, te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem, omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi Cœli, & vniuerſæ poteſtates.
Tibi Cherubin, & Seraphin inceſſabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli, & terra, maieſtatis gloriæ tuæ.
Te gloriolus Apoſtolorum Chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat Exercitus.
Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia.
Patrem immenſæ maieſtatis.
Venerandum tuum verum, & vnicum filium.
Sanctum quoque paracletum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Chriſte.
Tu Patris ſempiternus es Filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus Regna Cœlorum.
Tu ad dexteram Dei ſedes in gloria Patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubueni, quos pretioſo ſanguine redemiſti.
Æterna fac cum Sanctis tuis, gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
Dignare Domine die iſto, ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos; quemadmodum ſperauimus in te.
In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

Quo peracto cantentur Antiphonæ, & Pſalmi infraſcripti, ſicut ſit in officio duplici.

Antiphona.

IN contrarium eſt Angelorum Sathanæ verſa ſententia Alleluya. Quia Chriſtus noſter, ſplendore miſericordiæ ſuæ, tenebras fugauit. Alleluya, & creaturam, iſtam dedentibus leonum redemit. Alleluya. Oſanna in excelſis. Alleluya, Alleluya, Alleluya.

Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt: equum, & aſſeſſorem proiecit in mare &c.

Antiphona.

MIſericors Deus, in cuius alarum protectione ſperauimus, titulum gloriæ, in ſæculo, & victoriæ ſignum poſuit in Inferno. Alleluya. Et laqueos ſuperborum deſtruxit fortiſſimos, in quibus habebant fiduciam. Oſanna in excelſis. Alleluya, Alleluya, Alleluya.

Benedicite omnia opera Domini

Digitized by Google

Domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula, &c.

Antiphona.

DAuidis inclita proles exaudiuit gementem, & coronauit ſperantem. Alleluya: teterrimóſque Inferni diabolos, hanc creaturam cruciantes debellare dignatus eſt: Alleluya: tibi Domine gloria, laus, & honor ſit in ſæculorum ſæcula. Alleluya. Oſanna in Excelſis. Alleluya, Alleluya, Alleluya.

Laudate Dominum de Cœlis: laudate eum in Excelſis, &c.

Capitulum.

BEnedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. ℟. Deo gratias.

Hymnus.

TRanſit dolor corporalis,
Stat Charitas vnitatis;
Nam Draconem teterrimum
Vicit Leo Chriſtus noſter.
Cuius pia clementia
Dat vera cordis gaudia:
Nihil canitur ſuauius,
Quam Ieſus Dei Filius.
Clementiæ cuius ſplendor,
Iucundum lumen reddidit,
Spiritus caligine cæcos.
Fugauit nigra dæmones.
Heu heu, confuſus nos
Clamant ſubuertit Dominus;
Sub noſtris, quoque tormenti
Suſpirantem ſoluit Ieſus.
Laus honor, & gloria;
Deo Patri, & Filio,
Sancto ſimul paraclito:
In ſæculorum ſæcula, Amen.

℣. Fugauit Dominus aciem maledictam. Alleluya.

℟. Et creaturam iſtam ab eius manibus eripuit. Alleluya.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.

Nihil proficiat vltra dæmon in ea.

Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Gratias tibi agimus pro vniuerſis beneficiis tuis.

Qui ſecundum miſericordiam tetribuiſti nobis.

Tibi omnis laus ſit, honor, & gloria.

In ſæcula ſæculorum.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui huic creaturæ vulnera in fontibus mellifluis miſericordiæ tuæ curaſti, & de faucibus Draconum eam liberare dignatus es, pro gratiæ tuæ beneficio, tibi toto corde gratias agimus; ac quæſumus clementiam tuã, vt nullus terror, nec moleſtatio Serpentis confuſi eam vltra inuadere poſſit: Sed benedicere, † ſanctificare, † & in tua gratia confirmare † digneris: vt in gratiarum actione permanens, in gaudio, & cordis lætitia tibi Creatori ſuo ſeruiat; Et quæ tibi ſunt placita, perficiat: ac deníque ad æternæ vitæ pocula peruenire mereatur. Qui in vnitate perfecta viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DVlcis Virgo Maria, & vos omnes ſupernorum ciues, quorum precibus oſculum pacis huic creaturæ non negauit Dominus, pro vniuerſis beneficiis acceptis gratias agentes deprecamur: Vt dæmone proſtrato in alarum veſtrarum protectione ſit

nunc,

Digitized by Google

nunc,& ſemper. Per eum,qui viuit,& regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedicat creaturam liberatam, cum manus impoſitione, dicens.

BEnedicat † te Sanctiſſima Trinitas,Pater † & Filius,† & Spiritus † ſanctus: benedicat † te dulciſſima Virgo Maria aduocata noſtra: Benedicant † te omnes ſpiritus beati præliatores fortiſſimi: Benedicant † te Apoſtoli interceſſores gratiſſimi: benedicant † te Martyres certatores victorioſi: Benedicant † te virgines, de victoria pſallentes: Benedicat † te turba magna, quam denumerare nemo poteſt, ex omnibus gentibus, ſtantes ante Thronum Dei. Amen.

BEata † ſit anima tua: vt audiat Dominũ ad ſe loquẽtem, & accipiat de ore eius verbum conſolationis: Beatæ † aures tuæ, vt venas diuini ſuſurri ſuſcipiant, & interius auſcultent veritatem loquentem, & docentem. Beati † oculi, vt exterioribus clauſi, interioribus verò aperti ſint. Benedicta † manus, & pedes tui ad operandum in vinea Sabaoth. Benedico † te, vt interna penetres,& ad capienda arcana cœleſtia magis, ac magis per quotidiana exercitia ſtudeas te prꝫparare. Benedico † te,ô anima ſancta, vt claudas ſẽſualitatis tuæ oſtia, vt audias quid loquatur Dominus Deus in te; Nam ipſe dilectus tuus loquitur tibi; dicens. Salus tua ego ſum, pax, & vita; vt veram valeas apprehendere beatitudinem. Loquere Domine ad ſeruum tuum, & conforta eum ad ambulandum in vinea ſalutis, inſtrue, & illumina cor ſuum: Fœcunditatem dona, tribue auditui ſuo intelligentiam. Loquere Domine; quia audit ſeruus tuus. Verba enim vitæ æternæ habes,loquere ad totius vitæ ſuæ emendationem; & ad tuum perpetuum honorem, & gloriam.

Benedico † te N. vt ſis, ſicut, qui ſine intermiſſione habet cogitationes apud Altiſſimum, & deprecationes ad Chriſtum, & requieſcit in paſſione Chriſti, & deuotè confugit ad vulnera, & ſtigmata Ieſu; Sicut qui ſuſtinet contraria cum Chriſto, & pro Chriſto, & perfectè intrat in interiora Ieſu, & de eius ardenti amore fruitur. Benedico † te N. ac inuoco Ieſum, vt loquatur intus tecum, ſaltem verbum, quia ſi tecum erit Ieſus anima tua conſolabitur, & nullus poterit tibi nocere inimicus. Benedico † te, vt ſcias conuerſari cum Ieſu; vt ſcias tenere Ieſum, vt tecum ſit Ieſus, vt ex omnibus charis tuis, ſit tibi Ieſus dilectus, ſpecialis, quia ſolus bonus, ſolus fidelis, ſolus æternus, ſolus immenſus, ſolus omnia implens, ſolus ſolatium animæ eſt, & vera cordis lætitia: Ideo ſolus amandus, & adorandus, & ſolus in te ſit Ieſus, & in omni opere tuo. Benedico † te, vt gratia Ieſu præueniat te, & trahat te ad ſe; vt fruaris gratia Dei, & ſolus cum ſolo vniaris, & vt æquanimiter ſtes ad voluntatem Dei, quia poſt hyemem, ſecuta eſt in te aſtas, poſt noctem, rediit dies: & poſt tempeſtatem, ſerenitas magna viſa eſt, qui te benedixerit, ſit ille benedictus, & qui te maledixerit, maledictionibus repleatur.

Accipe benedictionem † à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari tuo, vt non ad ſiniſtram declines, ſed perfectè, & diligenter cuſtodias mandata ſua. Aperiat Dominus theſaurum ſuum optimum Cœlum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore ſuo: & benedicta ſit ipſa terra ad reddendos fructus,

&

Digitized by Google

& ad cunctorum abundantiam, quæ tibi ſunt in vſu. Abundaréque te faciat omnibus bonis, ſicut abundare fecit populum Iſraël perſeuerantem in mandatis ſuis. Benedicat † te, Deus in Throno ſuo ſtantem, ambulantem, comedentem, ac dormientem, vt in caput prædeſtinatorum ſis, & domus tua tota, vſque ad tertiam, & quartam generationem. Et omne conſilium cordis tui, ſua virtute, corroboret, vt glorietur in te anima tua, & ſit nomen tuum in numero Sanctorum, & iuſtorum: & domus tua in ſanctificatione permaneat: Et tandem benedictio Dei deſcendat ſuper te, & maneat ſemper tecum. Amen.

Ponat manus ſuper caput liberati, & dicat.

DOminus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat. Amen. Intra te ſit, vt te conſeruet. Amen. Ante te ſit, vt te deducat. Amen. Poſt te ſit vt te cuſtodiat. Amen. Super te ſit, vt te benedicat; † Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vngat extremas partes corporis oleo ſacrato, videlicet, frontem, manus, & pedes creaturæ liberatæ, dicens.

VNgo te hoc oleo ſacroſancto, vexilló que ſanctæ Crucis ✠ munio te ſeruam Dei N. vt hæc vnctio armatura ſit fortis, potens, & præualens contra inimicos tuos, qui, ſi viderint te, fugiant territi à conſpectu tuo, & ad te in æternum accedere non valeant. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

Præceptum Dæmonibus intimandum, tenens crucem manibus, vel ſanctiſſ. Euchariſtiam.

PRæcipio vobis Dæmonibus, qui paulo ante vexabatis hanc creaturam N. & ſtrictiſſimè impero, In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. In nomine Beatæ Virginis Mariæ. In nomine Michaëlis Archangeli. In nomine Aduocatorũ, noſtrorũ qui fuerunt potentes in prælio; & in nomine totius curiæ cæleſtis; & in virtute, & per virtutem eorum myſteriorum per quæ fuiſtis ſuperati, & per quæ denuo poteſtis arctari, conſtringi, & ligari, vt aſtricti ſitis remanere in ea parte, in qua, ſic placuit Altiſſimo vos relegare, & in futurum huic creaturæ N. non valeatis, per vos, nec per ſubmiſſos ſpiritus, mleſtationem; infeſtationẽ; nec perturbationem aliquam inferre. Maledicat vos † Deus Pater, Maledicat vos Deus Filius † Maledicat vos Deus Spiritus † ſanctus. Confundat vos Deus Pater. † Confundat vos Deus Filius. † Confundat vos Deus Spiritus † ſanctus. Liget † vos Deus Pater. Vinciat vos † cathenis indiſſolubilibus Deus Filius. † Irretiat † vos vinculis fortiſſimis Deus Spiritus † ſanctus. Amen.

MODVS ORANDI ſupra febricitantes, ex Sancto Ambroſio.

Infirmus Confeſſus, Sanctiſſimaque Euchariſtia refectus, quinque dies ieiunus, in Eccleſia genuflectat, teneant candelam benedictam accenſam. Sacerdos

vero, ſaltem ſtola indutus, ponat ſuper caput infirmi manum, & dicat.

SVper ægros manus imponent, & bene habebunt. Ieſus Mariæ filius, Mundi ſalus ſit tibi clemens, & propitius, & liberet te ab omni febre, qui viuit, & regnat cum Deo Patre, & Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotentem Deum, qui per ſanctos Apoſtolos, & Martyres ſuos diuerſa ſanitatum dona largitur; fratres chariſſimi deprecamur, vt huic famulo ſuo N. qui febris vexatione fatigatur, fideliſſimi famuli ſui Sigiſmundi precibus clementer occurrat, qui, dum nobis illius patefacit merita, iſta conferat medicinam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Lectio Epiſtolæ Beati Iacobi Apoſtoli.

CHariſſimi, Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Æquo animo eſt? pſallat. Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: Et alleuiabit eum Dominus: Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini.

Deo gratias.

Domine refugium factus es nobis à generatione, & progenie. Alleluya.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Euangelium ſecundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, ſurgens Dominus Ieſus de Synagoga, intrauit domum Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus; & rogauerunt illum pro ea: Et ſtans ſuper illam, imperauit febri, & dimiſit illam. Et continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum autem Sol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille, ſingulis manus imponens, curabat eos.

Laus tibi Chriſte.

INfirmorum propitiatur, abiectorum protector, deſperandorum Saluator: Deus Patris mei, & Deus hæreditatis Iſraël: Dominator cœlorum, & terræ: Creator aquarum: Rex totius creaturæ tuæ; Exaudi preces noſtras, & ad aures miſericordiæ tuæ ſupplicantium vota perueniant.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui contuliſti fidelibus tuis remedium vitæ poſt mortem, vt ſanos ſe eſſe ſentiant; quibus Paradiſus patet; præſta quæſumus, vt quod fideliter, in nomine electi tui Sigiſmũdi pro infirmãtibus petimus famulus tuus N. qui febrium patitur moleſtiam; celerem medicinam conſequatur: Præſta ergo Domine, vt quicunque ſub conſpectu nominis tui, nomen famuli tui Sigiſmundi Epiſcopi inuocauerit; ad ſanitatem priſtinam ex tua gratia ſe peruenìſſe protinus ſentiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.
Surſumcorda.
Habemus ad Dominum.
Gratias agamus Domino Deo noſtro.
Dignum, & iuſtum eſt.

Verè dignum, & iuſtum eſt: Qui peccata noſtra portauit in corpore ſuo cuius vulnere plagarum ſanati ſumus: cuius tactu vis febrium mox receſſit. Cuius ſermone confeſtim ſurdus audiuit. Cuius iuſſu mutus fari non diſtulit. Claudus cucurrit, cœcus vidit, ægrotus præualuit, ſurrexit de ſepulchro quatriduanus. Nunc ergo Domine donum maieſtatis tuæ agnoſcimus requiem eſſe homini pacifico. Tu namque omnipotens æterne Deus, qui inter bellatorum tumultus examinantium perſecutoris electo tuo Sigiſmundo triumphum martyrij contuliſti, vt diſpenſandum pauperibus pulſanti aperire dignatus es; ſecutus gratiam, ſecutus miſericordiam, vt poſt mortem oſtendat virtutem, quam ante mortem firmauit. In fide enim tua dona ſunt Domine, vt in nomine electi tui Sigiſmundi, per communicationem corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti tempeſtatem frigoris excutias, febrium ardorem repellas, & præſentem famulum tuum N. ad ſanitatem priſtinam reuocare digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum, per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, venerantur Archangeli; Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, & Poteſtates adorant, quem Cherubin, & Seraphin: ſocia exultatione concelebrant, ſine fine dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. Pleni ſunt Cœli, & terra gloria tua, Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis.

Non aliud refugium niſi in te ſperare Chriſte: precibus ſupplicantium tuorum libera nos Domine.
Dominus vobiſcum,
Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui omnem infirmitatem, & omnem languorem, ab humanis corporibus tua pietate depellis: Adeſto propitius ſeruo tuo N. & ad priſtinam ſanitatem citò eum reuocare digneris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergat eum aqua Benedicta.

ET vnaquáque die vnguat oleo benedicto infirmum in fronte, dicens, per iſtam ſanctam vnctionem, & miſericordiam Dei libero te ab omni febre. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † ſancti. Amen.

Nomina Dæmonum comburenda in fine maledictionum, vt ſuo loco notatur.

ASTaroth, Baal, Cozbi, Dagon Aſeroth, Baalim, *Chamos*, Beelphegor, Aſtartem, *Bethagen*, Phogor, Moloch, Aſmodæus, Belenergel, Melchon, Aſima, Bel, Neſroch, Tartach, Acharon, Beliab Neabaz, Merodach, Adonides, Beæmoth, Erobaal, Socotbenoth, Beelzebub, Læuiathan, Lucifer, Sathan, Mahomet, Dæmon ſpiritus deſtinatus ad Infernum. Spiritus damnatus, atque damnandus. Spiritus vbique deridendus. Spiritus flagellatus, & vlceribus plenus. Spiritus deiectus de ſocietate Beatorum, de loco inenarrabili, & de charitate Ieſu Chriſti. Spiritus pædagogus, inurbanus,

in

in furca Infernali impenſus. Spiritus deformis, leproſus, & ſtercoratus. Spiritus incantator, magus, & maleficus. Spiritus excommunicatus, & maledictus in æternum. Spiritus præcipitatus in pœna æternali. Spiritus immundus, ſine gratia Dei. Spiritus ſpurcitiæ, & ruſticus Tartareus. Spiritus ſuperbiæ, adulationis, & ambitionis. Spiritus præſumptionis, & iactantiæ. Spiritus deſperationis, detractionis, & contumeliæ. Spiritus blaſphemiæ, hæreſis, & petulantiæ. Spiritus idolatriæ, & irreuerentiæ. Spiritus iracundiæ, iniuriæ, & homicidij. Spiritus infidelitatis, & apoſtaſiæ. Spiritus crudelitatis, contentionis, & diſcordiæ. Spiritus curioſitatis, deriſionis, & vituperij. Spiritus odij, ſchiſmæ, & ſeditionis. Spiritus litigij, maledictionis, & iniuſtitiæ. Spiritus auaritiæ, fraudis, & rapinæ. Spiritus hypocriſiæ, ebrietatis, & inobedientiæ. Spiritus mendacij, ingratitudinis, & negligentiæ. Spiritus incontinentiæ, ſacrilegij, raptus, inceſti, ſodomiæ, beſtialitatis, adulterij, & fornicationis. Spiritus obſtinationis, inuidiæ, & impietatis. Spiritus ſcandali, inquietudinis, & tripudij. Spiritus ſuſurrationis, detractionis, & infamiæ. Spiritus ſimoniæ, ſimulationis, & ſtultitiæ. Spiritus verboſitatis, murmurationis, & malitiæ. Spiritus vanitatis, pertinaciæ, & vagationis. Spiritus tentationis, elationis, & pompæ. Spiritus otij, pigritiæ, & ſomnolentiæ. Spiritus iniuriæ, rumoris, & loquacitatis. Spiritus rapacitatis, fraudulentiæ, & inquietudinis. Spiritus deſperationis, contemptus, & impietatis. Spiritus mendacij, cupiditatis, & periurij. Spiritus ſceleris, & perſeuerantiæ in peccato. Spiritus bellorum origo, omnium malorum finis, & cauſa. Spiritus deriſio totius naturæ Angelicæ. Angelus nigerrimus, ſerpens antiquus, & primus Dei hoſtis. Spiritus inferni ianua, baculum impiorum, & artium peſſimarum Magiſter. Spiritus mala beſtia, lupus rapax, & fera peſſima. Spiritus coluber tortuoſus, ſus famelica, & canis rabidus. Spiritus aſpis Tartareus, auis mordens, & ſcropha ſtercorata. Spiritus perditionis filius, generis humani inimicus, & proditor iniquus. Spiritus venator animarum, & pulicorum, & cultor peruerſorum dogmatum. Spiritus ſubuerſor pauperum, fons vitiorum, & cunctorum malorum inuentor. Draco inſidians, ſcorpio venenate, & bellua contagioſa. Corue nigerrime, cuſtos porcorum, & beſtia fœtidiſſima. Cubicularius Sathanæ, ianitor Inferni, & ferramentarius. Creatura infima, & idiota, damnata, & reprobata, & maledicta in æternum. Baiulus adulterinus, & Cerdo potatus abſynthio. Spiritus mediaſtine, agaſo, & caprile. Miluo inextricabilis, & calcitrans Mulus. Promptuarium cunctarum iniquitatum. Draco Babylonicus, deſtructor vniuerſi, Iuſtorum perſecutor, & Phantaſma nocturnum maledictum.

FINIS.

Digitized by Google



TITVLI DOCTRINARVM PRIMÆ PARTIS COMPENDII.

VTRVM SINT ſpiritus, & de quibuſdam eorum effectibus naturalibus in communi, ad rem noſtram facientibus. fol. 1

Vtrum ſint dæmones, & Malefici, & de quibuſdam aliis ad propoſitum facientibus. fol. 3

De permiſſione diuina. 7

Vtrum dæmones vexare poſſint corpora, & quomodo. 8

De ſignis, quibus cognoſcitur dæmoniacus, & Maleficiatus. 12

De contemptu, & taciturnitate dæmoni imponenda. 15

De aſtutiis dæmonum præcipuis. 17

De qualitatibus Exorciſtæ, & de neceſſariis in coniuratione. 19

De qualitatibus dæmoniaci, & *quæ* cura ſit circa eum habenda. 23

De ſignis demonſtrantibus dæmonem receſſiſſe, & maleficium eſſe deſtructum. 24

De nonullis neceſſario *obſeruandis*. 25

De remediis *vnicuique* vexato, admodum neceſſariis. 26

Medicamina diuerſa, ſecundum diuerſitatem maleficiorum, vexatis attribuenda. 30

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM SINGVLARIVM
IN PRIMA PARTE
COMPENDII
DESCRIPTARVM.

A

AER caliginosus est carcer Dæmonibus. Doct. 2. fol. 3. C

Agitant Dæmones corpus, & iocatoria faciunt, vt amoueant Exorcitam à coniuratione. doct. 7. fol. 18. D

Aliquid potest inquiri à Dæmone; sed quomodo. doct. 6. fol. 16. C

Aliqui opinantur se Dæmoniacos, & Maleficiatos esse; describitur exemplum, quo fuit quidam liberatus ab insania. doct. 5. fol. 12. C

Angelus sumit nomen ab officio doct. 6. fol. 15. A

Angelus, quomodo redditur visibilis. doct. 1. fol. 2. C

Angeli subtilitas, inuisibilitas, & excellentia notatur. doct. 1. fol. 1. B

Angeli cognoscunt naturas cunctarum creaturarum; & quomodo. doct. 1. fol. 2. D

Aqua benedicta potata, quid. doct. 12. fol. 29. A

Arma potentissima Dæmonis est locutio. d. 6. fol. 15. A

Artes Magicas permisit Deus; & cur. d. 3. fol. 7. C

Aduocatum particularem timet Dæmon. d. 8. f. 21. B

B

BEnedicenda est domus. doct. 12. fol. 29. D

Benedictio quorumcunque ad vsum Maleficiati continuanda est. est. ibidem

Benedictio Thori necessaria, Et quibus armis tuetur. doct. 12. fol. 29. C

Boni, & mali Angeli habuerunt notitiam liberi arbitrii. doct. 1. fol. 2. C

Bonum, sine malo inueniri potest: Sed non è contra. doct. 3. fol. 7. D

C

CAusa apparitionis somniorum assignatur. doct. 4. f. 11. B

Charitatis officium in Exorcista necessarium. d. 8. fol. 20. C

Christus non vult diaboli consortium. d. 11. fol. 27. B

Christi passio debilitauit naturalia dæmonum. d. 2. fol. 4. C

Combustionis plurimarum, & instrumen

Digitized by Google

ſtrumentorum maleficij modus. Et cæremoniæ notantur. d. 12. fol. 28. B

Commercium non habeat Energumenus cum aliis Dæmoniacis, aliáque notantur ibi neceſſaria. doct. 9. fol. 24. D

Concordia inter dæmones, quomodo intelligenda. d. 2. f. 5. B

Contratia, contrariis curantur. doct. 8. fol. 19. A

Contritio eſt principale remedium dæmoniacis. d. 12. fol. 27. C

Corporalia non poſſunt in Angelicam naturam. d. 2. fol. 6. D

Creatura corporalis, naturaliter obedit incorporali. doct. 2. fol. 6. D

Cur Chriſtus impoſuit ſilentium diabolo, verum fatenti. doct. 6. fol. 16. B

Cur creſcit Maleficiorum numerus. doct. 2. fol. 6. C

Cur dæmones ante Sanctam Euchariſtiam quieſcunt. doct. 7. fol. 18. C

Cur Deus impedit omne malum. doct. 3. fol. 7. A

Cur Deus permiſit Chriſtum negari, crucifigi, & Martyres occidi, &c. doct. 3. fol. 7. B

Cur Petrus non ſanauit Petronillam ſuam filiam. d. 9. fol. 24. B

Cur Paulus obcœcatus. doct. 3. fol. 8. C

Cur pauci Energumeni liberantur his temporibus. doct. 12. fol. 26. & 27. A

Cum Dæmon promittit recedere, quid agendum? d. 6. fol. 17. B

Cupit dæmon ab Exorciſta interrogari, & qua malitia. d. 7. fol. 17. B

D

DE inſidiis, quibus vtitur dæmon ante, & poſt coniurationem, & in ipſa coniuratione. doct. 7. fol. 17. A

Dæmon non eiicitur ab vno Exorciſta, vt ſanctitas alterius cognoſcatur. doct. 3. fol. 8. D

Dæmon ſimpliciter, vel interueniente maleficio venit. doct. 4. fol. 9. C

Dæmonem in Angelum lucis, cur permittit Deus. doct. 3. fol. 7. C

Dæmon non eſt mutus. doct. 4. fol. 10. D

Dæmon ſimpliciter, vel cum maleficio inhabitat. Non ſemper eſſentialiter adeſt. Et multa ad rem. doct. 5. fol. 12. B

Dæmon non reſpondit veritatem, Chriſto interroganti. doct. 6. fol. 16. A

Dæmon abhorret vilia facta contra nobilem ſuam naturam. doct. 12. fol. 29. A

Dæmon imitatur beſtias. doct. 12. ibid. B C

Dæmones in aliquibus maleficiis non loquuntur. doct. 5. fol. 14. A

Dæmones ire in porcos, non permiſit Chriſtus, tanquam ab eis ſuaſus, ſed cur? doct. 6. fol. 16. D

Dæmones ad impudica inuitant Exorciſtas. doct. 7. fol. 18. B C

Dæmones fugientes, dant diuerſa ſigna, & præcipue ab exorciſtis impoſita. doct. 10. fol. 24. A

Dæmones, in maleficiis vtuntur rebus, & mediis naturalibus. doct. 11. fol. 25. B

Dæmones, non permittunt naturalia ſimplicia operari in vexatos. doct. 11. fol. 25. C

Dæmonum, alij *in Infernum*, alij in hunc caliginoſum aërem ſunt præcipitati. doct. 2. fol. 3. C

De malo bonum elicit Deus. doct. 3. fol. 7. D

Deus ex nihilo cuncta creauit. doct. 1. fol. 1. A

Deus bonorum, & non malorum eſt author. doct. 3. fol. 7. C

Deus non permittit Exorciſtas legitimè certantes decipi. doct. 8. fol. 22. C

Deus multoties differt, quod dare vult, & cur? doct. 9. fol. 23. A

Deus, vt nos de diaboli tyrannide

Digitized by Google

iberaret, homo factus est. doct. 12. fol. 28. C

De tribus, potest interrogari dæmon. doct. 6. fol. 17. A

Diabolus, artes suas instituit materia, forma, & intentione ministri, vt aduersetur Christo in suis Sacramentis. doct. 11. fol. 26. A B

Diabolus multa potest, quæ prohibentur virtute diuina. doct. 4. fol. 8. & 9. C

Dicunt dæmones se esse animas defunctorum; vt confirment errorem Gentilium: Ad quid tunc Exorcista tenetur? doct. 7. fol. 18. A

Distinctio fortitudinis inter Angelos bonos, & malos. d. 1. fol. 2. A

Diuina, profanis miscent Malefici. doct. 2. fol. 5. A B

Doctrina S. Antonij contra dæmones. doct. 12. fol. 28. C

Dum coniurat Exorcista, non adsint alij dæmoniaci nec curioli. Et cur: describuntur exempla ad rem. doct. 8. fol. 22. C D

Dupliciter affligunt corpora dæmones, & quomodo? d. 4. fol. 9. A

E

ELectos cur flagellat Deus. doct. 3. fol. 8. A

Enumerantur infirmitates præcipuæ, quæ induci possunt à dæmone. doct. 4. fol. 8. & 9. C per totum.

Energumenus vt ipse imperet diabolo, in nomine Iesu, &c. doct. 9. fol. 23. & 24. C

Energumenus cognoscit dæmonem pauentem. d. 8. fol. 22. B

Eradicet Exorcista fauillas auaritiæ. Ad propositum describuntur authoritates, & exempla. d. 8. fol. 20. A

Exufflatio, & aspersio aquæ benedictæ, quid denotet. d. 12. fol. 29. A

Eucharistia capiti superposita, quid? d. 8. fol. 21. D

Eucharistia quibus dæmoniacis datur. d. 12. fol. 27. D

Eucharistia quibus dæmoniacis negatur. ibidem. A

Eucharistia, datur in fine coniurationis, propter tria. d. 12. ibid. D

Euomunt diuersas materias Maleficiati. d. 10. fol. 25. B

Exemplum de apparitionibus, phantasia mutata. d. 4. fol. 11. B

Exercente Malefico vana, dæmon operatur. d. 2. fol. 6. B

Exorcista, explicet astantibus hæreses à dæmone dictas. d. 7. fol. 18. B

Exorcista, si fieri potest, sit Sacerdos. d. 8. fol. 19. C

Exorcista, non hominum gloriam quærat, sed Christi. d. 8. fol. 19. A

Exorcista, non negotiis occupatus accedat ad coniurationem, nec breuiter eam terminet. d. 8. fol. 21. B

Exorcistæ medicamenta corporalia, inconsulto Medico, non tribuant Maleficiatis: Ratio assignatur. d. 11. fol. 26. D

Exponunt diuinam scripturam dæmones, vt decipiant. d. 7. fol. 18. D

F

FAmiliares, & Exorcista sint solliciti in applicandis remediis. doct. 9. fol. 24. A

Familiaribus multa delectabilia dæmones proponunt. d. 7. fol. 18. D

Fantasmata, fugantur signo sanctæ Crucis. d. 4. fol. 9. B

Fœminæ, nec signo sanctæ Crucis sunt tangendæ. d. 8. fol. 22. C

Fides confidentiæ mirabilia operatur. d. 8. fol. 20. C

Figura diuisionis Angelorum. d. 2. fol. 3. B

Fingunt dæmones nullum sentire dolorem, licet affligantur, & qua de causa. d. 7. fol. 7. & 18. C

Fugatio dæmonum, miraculum est d. 8. fol. 19. A

Fumigationes fœtidæ procul fiant, è contra verò aromaticæ. d. 8. fol. 22. B

Generalis

Digitized by Google

G

GEneralis confeſſio admodum neceſſaria dæmoniaco. doct. 12. fol. 27. D

Gratia duplex. d. 2. fol. 4. C

H

HÆreticum eſt aſſerere, dæmones humana corpora vexare non poſſe. d. 4. fol. 8. C

Hominis intellectum nunquam intendit illuminare dæmon; imò obtenebrare. d. 6. fol. 15. B

I

IGnem gehennæ ſecum portant dæmones. d. 2. fol. 3. D

Ignorantia aliquorum maleficiorum. d. 2. fol. 6. C

Impoſſibilitas curandi vexato attribuitur. d. 9. fol. 23. C

Incredulitas magnum eſt obſtaculum liberationis. d. 9. fol. 23. B

Incurabile dicitur maleficium, & qua de cauſa. d. 12. fol. 27. A

Incubos, & ſuccubos ſe faciunt dæmones. d. 4. fol. 12. B

Infamant Exorciſtam dæmones, & cur. d. 7. fol. 18. A

Ingreſſus dæmonum in homines duplex. d. 4. fol. 9. A B

In infirmitatibus melancholicis, & matricalibus difficilis eſt cognitio maleficij: & cur quomodo tandem cognoſcitur. d. 5. fol. 14. B

Iniquitates patrum in filios viſitat Deus. d. 3. fol. 8. C

In non habentibus vſum loquelæ, difficillimè cognoſcitur infirmitas maleficialis. Quomodo cognoſcitur. d. 5. fol. 14. A

In nomine Ieſu fiunt mirabilia. d. 8. fol. 19. B

Inquiſitio domus, & plumarum notatur. d. 12. fol. 28. B

Inuocatio tantum nominis Antonij, fugabat dæmones. d. 12. fol. 30. B

Irrisionibus affici poſſunt dæmones, & quomodo. d. . fol. 5. C

L

LÆtatur in Exorciſtarum deceptione dæmon. d. 6. fol. 16. D

Lycaniæ coniurationem præcedere debent. d. 8. fol. 21. A

Lætitia, & dolor in dæmone quomodo. d. 2. fol. 5. B

Leuiſſimè percutiendi ſunt dæmoniaci: Aſſignatur cauſa. d. 8. fol. 22. A

Loquitur Angelus bonus diabolo, & quomodo. d. 1. fol. 2. C

Loquuntur immundi ſpiritus homini diuerſimodè. d. 1. ibid. B C

M

MAledictus ſerpens, aliquando, ſacra dicit, ac permittit nè agnoſcatur. d. 7. fol. 18. D

Maleficia ſub conſtellationibus fiunt. d. 11. fol. 26. B

Maleficium per triennium legitimè curatum, & non ſolutum, dicitur perpetuum. d. 9. fol. 24. A

Maleficos eſſe probatur. d. 2. fol. 5. D

Malignorum ſpirituum qualitates. d. 2. fol. 4. & 5. A

Malum eſſe, bonum eſt: probatur ratione, authoritate, & exemplo. d. 3. fol. 7. D

Medici decipiuntur, *in morbis* maleficialibus. d. 7. fol. 17. A

Melancholici, præcipue vexantur multiplici ratione. d. 4. fol. 10. A B

Multa naturalia faciunt dæmones, quæ ſupernaturalia nobis videntur. d. 2. fol. 4. D

Multa fiunt, quæ virtus corporum cœleſtium facere non poteſt. doct. 2. fol. 3. A

Multiplici de cauſa permittit Deus corpora humana à Dæmonibus vexari. d. 3. fol. 7. & 8. C

Mutatio Exorciſtarum, & locorum neceſſaria. d. 12. fol. 30. D

N

NAturalia remanſerunt dæmonibus. d. 2. fol. 4. C

Naturalia ad eradicandum maleficium

eium sunt applicanda. d.11. fol.25.B
Naturalia suum sortiuntur effectum in Maleficiatis, propter benedictionem. d.11.fol.26. D
Necessaria Exorcistæ,tempore coniurationis,quæ sint.doct. 8. fol.23. C
Nihil à se possunt dæmones.doct.1. fol.4.C
Nihil faciendum de suasis à dæmonibus, exemplo Christi.d.6.f.16.C
Nocumentum inferunt dæmones diuersis creaturis diuersisque modis. d.4.fol.9.D
Non diminuitur pœna dæmonibus in caliginoso aëre habitãtibus.d.2.f.3.C
Non iocandum cum dæmonibus, exemplo probatur. d.8.fol.20.B
Non obtinens dæmoniacus sanitatem adhuc expedit flagellari, nè à Sathana deuoretur, exemplum.d. 9. fol.24.B
Non est credendum dæmoni, relinquenti hominem semiuiuum,cum recedit, nisi signa fuerint vnita.d.10. fol.25.C
Non permittat Exorcista dæmonem aliquid obtinere,exemplum mirabile legitur. d.8.fol.21.B C
Nunquam verum fatentur dæmones; nisi vt decipiant. d.6.fol.16.B

O

OBediunt dæmones hominibus, & quare. d.2.fol.6.D
Occultat se dæmon,nè agnoscatur ab Exorcista. d.4.fol.10.C
Officium, quid sit. d.6,fol.16.A
Omne regnum in se diuisum, desolabitur, quomodo intelligitur. d.2.fol.5.B
Opinio Peripateticorum, circa dæmones, destruitur. d. 2. fol.3.D
Oratio duplex. d.12.fol.28.B
Oratio,& ieiunium,quid.d.12.f.27. A
Orationis, & ieiunij virtus quanta sit contra dæmones.doct.12.ibid. A B
Obseruatione dignum in absoluendis maleficiis. doct. 11. fol. 26.B
Ostendunt dæmoniaco, se dæmones curam illius habere & cur. d. 7. fol. 17.C

P

PAulinus, Antonij discipulus, fugauit dæmonem,non valente Magistro. d.12.fol.30. D
Pœna est dæmonibus homini nocere non posse. d. 2. fol.4.B
Peripatetici negant dæmones esse. d.3.fol.7.C
Permissio diuina, quid sit. doct. 3. fol.7. C
Permutatio domus, & vestimentorum necessaria. doct. 12. fol.29.D
Per orationis superpositionem, Sanctus Bernardus fugauit dæmonem. d.12.fol.28.A
Perseuerandum est in remediis, vt sanitas obtineatur. d. 9. fol.24.A
Petrus,non adhibito auxilio Domini, Christum negauit. doct. 8. fol.20. B
Pharaonis Malefici, cur non potuerunt facere Cyniphes, licet maiora fecerint. d.4.fol.9. D
Physici, dissentiunt à remediis Exorcistarum; tamen ipsi perdunt operam in similibus curis;& assignatur ratio. d.11. fol. 25. C
Prælatio inter dæmones. doct. 2. fol.4.& 5. A
Principalis irrisio dæmoni facienda, quæ sit. d. 2. ibid.C
Procurat dæmon diuersa obstacula, ne infirmus curetur. d.7.fol.17.B
Procurat inanem gloriam, in Exorcistam. ibid.C
Propter honorem, & fidem exhibitam, operantur dæmones. Exemplum describitur. d.2.fol.6. D A
Ptolomæus, & Plato dæmones esse, demonstrant. d.2.fol.3.B

Q

QVa dæmones altutia, seducant homines. d. 2. fol.5.A
Qualitates Exorcistæ,quæ sint.d.8. fol.19. A B C D
Qualitates necessariæ dæmoniaco.

Digitized by Google

doct. 9. fol. 23. B

Qua pœna, sint puniendi Malefici. d.2.fol.5. D

Quæ abhorrent dæmones, sunt reperenda. d. 8.fol.21.A

Quæ magis timet dæmon Exorcista docetur. ibid. & 22.B

Quibus temporibus, & horis facienda est coniuratio. doct. 2. fol. 30.C D

Quibus spoliati fuerunt Angeli mali. d. 2. fol. 4.C

Quid impleat dæmon in homine. d.4.fol. 9.A

Quid sit Angelus. d.1. fol. 1.B

Quomodo dæmon odium, vel amorem inordinatum inducit.doct.4. fol.11.A

Quomodo dæmon eiecit alium dæmonem. d.2.fol.5. A B

Quomodo loquuntur inter se spiritus. d.1.fol.2.A

Quomodo loquuntur Angeli hominibus. d.1. fol.2. B

Quos Exorcista intendat principaliter coniurare. d.8.fol.22.B

R

RAdicatus sit Exorcista in duplici fide. d.8.fol.20.B

S

SEcundum intentionem Malefici, operatur dæmon, Exemplum ad rem. d.5.fol.14.D

Sensibilia applicare possunt dæmoniacis, & Maleficiatis, quomodo operantur. Exemplaque multa notantur. d.11.fol.25. A B

Silentium dæmoni imponendum est, etiam, si vera fateatur, probatur ratione, authoritate, & exemplo. d. 6. fol. 15. A B

Simulat se fatuum dæmon, ne agnoscatur. d. 7.fol.17.B

Solent dæmones fugientes, relinquere dæmoniacum vti mortuum d.10. fol.25.C

Solus Deus implet mentem hominis. d.4. fol.9.

Spiritualia, & corporalia medicamenta, eodem tempore sunt applicanda. d.12.fol.27.C

Spiritus, in quibusdam, æquales creati fuerunt, & in quibusdam differentes. d. 1. fol.2.D

Spiritus est nomen naturæ, & non officij. d.6.fol.15. D

Spirituum alij bonum, *alij* malum elegerunt, & quomodo. d.2. fol.3.A

Superpositio rerum sanctarum, fugat dæmones. d. 12.fol. 28.D.

Superpositionis manuum dæmoniaco cum benedictione virtus. d.12 ibid.A

T

TEmpore coniurationis, adsint homines deuotè orantes. doct.8 fol.21.A

Tempus exitus, scire possunt dæmones. d. 2.fol.4.A

Transmutare membra, & corpus in bestiales formas, quomodo intelligatur. d.4.fol.11.A

Triplici acumine, vigent dæmones. d.2.fol.4.A

Triplici malitia dæmones decipiunt Maleficos, & in quibus. d. 2. fol.6. C D

V

VErbis irrisoriis, & *vilibus*, domanda est superbia dæmonum. Exponuntur authoritates. Dantur exempla. d.12.f.19.A

Verbo, & non gladio, Serpens interfecit primum hominem. doct. 6 fol. 15.A

Verbum triplex. d 1.fol.2.B

Vim generatiuam, diuersimodè impediunt. d.4.fol.11.D

Visibiliter apparere potèst dæmon d.4 ibid.D

Visitatio locorum corporumque sanctorum necessaria. doct. 11.fol. 28.D

INDEX

Digitized by Google

INDEX
BENEDICTIONVM
QVÆ IN SECVNDA PARTE
HVIVS COMPENDII
CONTINENTVR.

BENEDICTIO ſalis, & aquæ. fol. 37
Benedictio Panis. 45
Benedictio Vini. 47
Benedictio Panis, & Vini, & quorumcumque comeſtibilium 49
Benedictio Prandij, & Cœnæ, quæ debet fieri præſente vexato. ibid.
Benedictio omnium medicinalium vnctionum, balneorum, & odorabilium. 51
Benedictio Olei ſolemniter facienda ante Altare. 53
Benedictio Thori. 60
Benedictio veſtimentorum. 64
Benedictio Herbarum. ibid.
Benedictio fumigationis Aromatum, & Cubiculi, quæ debet fieri quotidie præſente Maleficato. 65
Benedictio ignis, ad fumigationes faciendas, & ad comburenda dæmonum nomina, & imagines, & eorum inſtrumenta maleficia: a cum forma ad deſtruendum inſtrumentum maleficij. 67
Benedictio materialis fumigationis ad torquendos dæmones 70
Benedictio Cartæ, & atramenti. 71
Benedictio Stolæ, ad ligandum dæmones. 73
Benedictio Virgarum, ad flagellandum dæmones. 75
Benedictio domus à ſpiritibus vexatæ. 76
Benedictio ad quæcunque volucris. 92

Digitized by Google

INDEX
TERTIÆ PARTIS
HVIVS COMPENDII.

COMBVSTIO imaginum dæmoniorum, eorumvè nominum. 209

Excitatio dæmonis ad bellum cum imperio dicenda. 99

Exorciſmus Primus, qui dicitur virtutum. 101

Exorciſmus Secundus, ſanctorum Patrum attributus. 106

Exorciſmus Tertius, qui Sanctorum eſt noui Teſtamenti. fol. 112

Exorciſmus Quartus, ex Pſalterio extractus. 121

Exorciſmus Quintus, Improbationum dictus. 126

Exorciſmus Sextus, Sanctiſſimæ Trinitatis. 132

Exorciſmus Septimus, qui flagellationis eſt. 136

Exorciſmus Octauus, Angelorum nuncupatus.. 140

Exorciſmus Nonus, Sanctæ Crucis fortiſſimus. 148

Exorciſmus Decimus, Beatæ Virginis Mariæ validiſſimus. fol. 155

Exorciſmus Vndecimus, de clementia Ieſu Chriſti circa genus humanum. 161

Exorciſmus Duodecimus, Cominationum appellatus. 164

Exorciſmus Decimus tertius, omnium efficaciſſimus de vita Ieſu Chriſti, ante Sanctiſſimam Euchariſtiam dicendus. 169

Exorciſmus ſecretus in aure dæmoniaci dicendus, dum dæmon maledicitur. 211

Exorciſmus contra Tempeſtates. 214

Exprobratio Prima, in dæmonem. 188

Exprobatio Secunda, in dæmonem. 191

Gratiarum actiones pro dæmoniaco liberato. 253

Litaniæ in principio coniurationis. 914

Litaniæ B. Virginis. 169

Maledictiones diuerſæ *in* dæmonem. 201

Modus orandi ſupra febricitantes. 256

Nomina dæmonum comburenda. 357

Obedientia per dæmonem præſtanda cum iuramento. 242

Oratio S. Cypriani, per Authorem reformata. 236

Peremptorium Primum. 195

Peremptorium Secundum. 197

Peremptorium Tertium. 198

Præcepta tria ad cognoſcendum, an quis vexetur à diabolo. fol. 245. 246

Præcepta facienda in principio coniurationis dæmonibus fauentibus, vexantibus,

Digitized by Google

vexantibus, & omnibus primatibus 100

Præceptum dæmonibus faciendum Exorciſta conjurationi voluerit finem imponere. 210

Præcepta Centum, ad arctandum dæmonem ad obedientiam. 217

Præparatio Exorciſtæ ad bellum. 97

Præparatio ad armandum dæmoniacum. 98

Promiſſio prima, per dæmonem facienda, cum promittit ſe velle recedere. 243

Promiſſio, & ratificatio ſecunda. 245

Promiſſio, & ratificatio, quæ debet fieri in die ſui exitus. fol. 244

Pſalmi octo, præ cæteris conſueti Exorciſtis. 247

Sententia contra dæmonem ferenda. 200

FINIS.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google